UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

urn:nbn:de:hbz:466:1-61608

Visual Library

Th. 4752.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ms II
24

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRAXIS EPISCOPALIS, EA QVÆ OFFICIVM ET POTESTATEM EPISCOPI CONCERNVNT CONTINENS.

IN QVA VARIA SVMMORVM PONTIficum, & Sacrarum S.R.E. Congregationum, præsertim post Conc. Trid. hucusque emanata Decreta, ad vsum Fori Ecclesiastici omnino necessaria ex probatis exemplaribus referuntur.

PAVLI PIASECII, I.V.D. PROTH. APOST. ARCHIDIAC. VARSAVIEN. *studio & opera nuper edita, & nunc recens iussu Sacrarum Congreg. sc. Interpretum S. Conc. Trid. negotijs Episcoporum & Regularium Praefect. & Indicis, partim ab alijs, partim ab ipso Auctore recognita, ornata, locupletissimè aucta, & collatis Decretis omnibus, ad sua originalia exempla, veritati restituta.*

Accessit etiam huic Secundæ editioni,

PRAXIS COMPENDIOSA DE VISITATIONE PAVLI SARDII ARIMINENSIS, I.V.D. Ecclesiæ Maioris Mediolani Canon. Ordinar. & Proth. Apost.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Antonium Boëtzerum.
ANNO M.DC.XX.
Permissu Superiorum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRaxis hæc, ne te lateat benigne Lector, post primam impreßionem in aliquibus non fuit probata Sacræ Cenſuræ Romanæ: Ego ipſemet quoq; multa poſtmodum in ea indigeſta, immatura, nec ſatis authoritatibus firmata, (vt quæ velut in Breuiarium quoddam memoriæ tantum meæ iuuandæ cauſa opere tumultuario congeſſerim) plurima quoque neceſſaria omiſſa aduerti, & conſilium quod de ea non diuulganda, iam ab initio firmum ſtatueram, importunitas vero amicorum, ſubuertit, iterum laudaui: ſero tamen, nec re integra, vnde aliud ineundum fuit, mihi quidem diuerſis iam ſtudijs & curis implicito, aulæq; dedito, moleſtum & graue, ſed tibi forte non inutile. Omnia itaque notata à S. Cenſura Romana reieci, vel ad mentem eiuſdem correxi: plurima ſententijs & authoritatibus firmaui; ea omnia quæ deeſſe videbantur ad vſum Forenſem neceſſaria, ſuppleui; materias meliori ordine diſtinxi; totum denique libellum maiori labore quam finxeram perpoliui, tu vtere ſi libet. Vnum te monitum velim, ne ſaltem leui ſic facias Reſcripta & Decreta Summorum Pontificum, in quibus neruus & tota vis Praxis Eccleſiaſticæ, & quæ in vnum fideliter ex probatis exemplaribus collecta, alibi vix repereris. Vale.

SVMMARIA PRÆCIPVARVM
Materiarum quæ hic tractantur.

DE Electione & electi potestate. pag. 1.
De Conferendis Ordinibus. pag. 21.
De Subditis ordinandis. 23.
De Fœminis, Gentilibus, & Infidelibus non ordinandis. 31.
De requisitis ætatis confirmationis, natalium. 33.
De honestate vitæ & morum in ordinandis requisita. 37.
De corpore vitiatis, bigamis, inuitis non ordinandis. 45.
De Illiteratis, & nõ habentibus certum titulum prouisionis, non ordinandis. 50.
Quomodo sint Ordines conferendi. 55.
Qui sint effectus ordinationis. 61.
In quibus casibus dispensare possit Episcopus cum inhabilibus ad Ordines. 63.
De Benedictionibus Episcopi. 74.
De Confirmatione. 75.
De Consecratione Oleorum. 77.
De Consecratione Ecclesiæ, Altaris & paramentorum Ecclesiæ. 78.
De Iurisdictione Fori pœnitentialis, & in quibus non possit absoluere Episcopus. 82.
In quibus absoluere possit Episcopus. 95.
De casibus Episcopo reseruatis. 98.
De Synodo. 116.
De statutis ab Episcopo faciendis. 121.
De Visitationibus. 126.
De Visitatione Ecclesiæ Cathedralis. 128.
De Visitatione Ecclesiæ Parochialis. 145.
De Visitatione Ecclesiæ Græcorum. 168.
De Visitatione benefic. simplicium Confrater. Hospitalium. 177.
De Visitatione Regularium. 189.
De Visitatione Sanctimonialium. 226.
De Visitatione quorumuis exemptorum visitationis processu & effectu. 244.
De Iudicijs. 248.
De Persona Iudicis. 248.
De Persona Actoris. 263.

De Per-

De Persona Rei. 268.
De Matrimonijs. 273.
De Iureiurando. 284.
De Hæreticis. 285.
De Simonia. 297.
De immunitate Ecclesiastica. 306.
De Decimis. 309.
De Ordine Iudiciorum. 316.
De Pœnis, & primò de Interdicto. 318.
De Suspensione. 320.
De Excommunicatione. 324.
De Pœnis corporalibus. 334.
De Appellationibus. 340.
De Iurisdictione voluntaria. 346.
Quæ Beneficia conferre non possit Episcopus. ibid.
Quæ Beneficia conferre possit Episcopus. 367.
Quomodo sint beneficia conferenda. 384.
De Bonis mensæ Episcopalis. 418.

CONSTITVTIONES SVMMORUM Pontificum singulariores quæ hic continentur.

Greg. XIV. *De Promouendis electis ad Episcopatum.* pag. 2.
Iulij III. *De non capienda benef. possessione literis non expeditis.* 9.
Sixti V. *De visitandis liminibus Apostolorum.* 27.
Clem. VIII. *De Regularibus ordinandis à suo Diœcesano.* 28.
Rot. Decis. *De Abbatibus habentibus ordinariam Iurisdictionem.* 29.
Pij. II. *De Clericis male ordinatis.* 34.
Sixti V. *De procurantibus abortum.* 42.
Greg XIIII. *Correctoria præcedentis.* 44.
Pij V. *De Regularibus non professis non ordinandis sine prouisionis titulo.* 52.
Greg. XIII. *De ordinandis extra tempora Patribus Soc. Iesu.* 56.
Clem. VIII. *De Clericis male ordinatis.* 67.
Pauli V. *Bulla Cœnæ Domini.* 83.
Clem. VIII. *De Confessione per literas damnata.* 94.
Pij V. *De Regularibus approbandis ad confessiones.* 97.
Pauli V. *De reuocandis approbationibus ad confessiones Regularibus datas.* 97.
Clem. VIII. *De casibus reseruatis non absoluendis.* 99.
Ioan. XXII. *Quæ censenda sit leuis percussio Clerici. decl.* 193.
Sixti V. *De habitu Clericali deferendo.* 139.
Pij. V. *De recitatione horarum Canonicarum.* 143.

Pij V.	De assignanda quota prouentuum Vicarijs.	136.
Leo. X.	De vitandis in Concionibus.	147.
Pij V.	De conceptione B. V. M.	149.
Pauli V.	De eadem conceptione B. V. M.	150.
Pij V.	De doctrina Christiana pueris tradenda.	152.
Greg. XIII.	De Medicis Hæbreis ad ægrotos non admittendis.	152.
Pij V.	De non celebrando ritu Græco per Latinos, & è conuerso.	155.
Greg. XIII.	De non celebrando Diuino officio, nisi iuxta ritū Rom. Breuiarij. 156.	
Leo. X.	De Missu audiendis in Eccl. Mendicantium.	158.
Pij V.	De reuerentia Diuinorum.	159.
Eiusdem.	De Medicis accedentibus ad infirmos.	164.
Pij IV.	De visitandis Græcorum Ecclesiis.	168.
Clem. VIII.	De ritibus Græcorum.	170.
Clem. VIII.	De Confraternitatibus.	181.
Leo. X.	Moderatio priuilegiorum Mendicantium.	191.
Greg. XIII.	Reuocatio priuil. Regul. à Pio V. concessorum.	195. 196.
Eiusdem.	De Regulari delinquente puniendo.	199.
Pij V.	De Ecclesiis militum S. Ioannis visitandis.	204.
Clem. VIII.	De nouis Monasterijs Mendic. ædificandis.	206.
Greg. XIII.	De præcedentia iudicanda.	209.
Clem. VIII.	Duo rescripta de eadem præcedentia iudicanda.	210. 212.
Pij V.	Declaratio qui sint ordines Mendicantium.	215. & seq.
Pij V.	Declaratio Soc. Iesu esse ordinem Mendicantium.	216.
Eiusdem.	De clausura Monialium.	227.
Eiusdem.	De eadem Clausura.	230.
Greg. XIII.	Reuocat. licentias ingrediendi Monast. Monialium.	231. 232.
Eiusdem.	Ne Prælati sine causa ingrediantur Clausuram.	232.
S. Cong. Reg	Ordinationes circa visit. Monial.	233.
Greg. XIII.	Causas executionis literarum breuis non intelligi. cap. 20. sess. 24. Conc. Trid.	251.
Mart. V.	De Clericis non trahendis ad iudicium Laicorum.	269.
Pij V.	Declaratio cap. 3. sess. 24. Conc. Trid. de Matr.	279.
Eiusdem.	De remotiori gradu exprimendo in dispensationibus.	280.
Greg. XIII.	De iurantibus illicita.	284.
Pij IV.	De Confessore prouocante pœnitentem ad libidinem.	287.
Pij V.	De impedientibus officium S. Inquisitionis	288.
Clem. VIII.	Contra Hæreticos negantes SS. Trinit.	289.
Greg. XIII.	De Iudæis puniendis ab officio Inquisit.	291.

Clem. VIII.	De Thalmud. Iudæorum non seruando.	293.
Greg. XIII.	De Iudæis cogendis ad Conciones audiend.	295.
Pij V.	De non recipiendis donatiuis circa traditionem possessionis beneficiorum.	298.
Eiusdem.	De Simonia confidentiali.	302.
Greg. XIIII.	De extrahendis reis ex Ecclesia.	307.
Greg XIII.	De exempt. à soluendis decimis Soc. Iesu.	312.
Clem. VIII.	De nullitatibus circa processum iudicialem.	317.
Pij V.	De monitorijs ad finem reuelationis.	328.
Clem. VIII.	De non ordinato celebrante Missam.	336.
S. Cóg. Epis.	De admittendis appellationibus Reg. Cancell. reseruantes Papæ beneficia.	342.
Leo. X.	Concordata Galliæ.	329.
Clem. VII.	Concordata Poloniæ.	377.
Nicol. V.	Concordata Germaniæ.	381.
Pij V.	De curatis beneficijs conferendis.	388.
Eiusdem.	De admittendis resignationibus.	396.
Greg. XIII.	De publicandis resignationibus.	398.
Pij IV.	Forma professionis fidei.	413.
Greg. XIII.	Forma professionis fidei à Græcis facienda.	415.
Pauli II.	De non alienandis rebus Ecclesiæ.	420.
Rot. Decis.	De Quarta Episcopali soluenda.	429.
Pij V.	De spolijs Clericorum non exigendis vltra præscriptum illius Constit.	433.



Ex

APPROBATIO.

EX commissione Reuerendiss. P. Fr. Hyacinthi Petronij, Ord. Præd. S. Theol. & Palatij Apostolici Magistri, vidi librum cui titulus est PRAXIS EPISCOPALIS PAVLI PIASECII, & ad notas à Sacris Congregationibus S. R. E. Cardinalium, negotijs Episcoporum & Regularium, & Interpretationi S. Concilij Tridentini, nec non expurgationi librorum Præfect. præscriptas, correxi, dignumque iterata impressione, ad id exemplar emendatum iudicaui; quod nihil fidei aut moribus contrarium contineat, & ad iudicium ex recto & æquo in Controuersijs Ecclesiasticis ferendum, præclara documenta, ac verissima Decreta habeat. Datum Romæ, 20. Maij. 1616.

Fr. Abraham Bzouius,
S. Th. Magist. Ord. Prad.

PRAXIS

PRAXIS EPISCOPALIS

PAVLI PIASECII V.I.D. PROTH. APOST. ARCHIDIACONI VARSAVIENSIS,

PROEMIVM.

De Electione seu prouisione & electi seu prouisi potestate.

1. ELectiones Capitulorum liberæ sublatæ.
2. Ecclesiæ Cathedrales sunt reseruatæ Sedi Apost.
3. Prouisio Papæ habet vim electionis & confirmationis.
4. Promouendi ad Episcopatus quomodo examinandi.
5. Electus seu nominatus habet ius ad rem non in re.
6. Electus ante confirmationem administrare non potest.
7. Electus confirmationem petere debet intra tres menses.
8. Literarum expeditio an sit de essentia prouisionis Papæ, & quid de prouisionibus inferiorum.
9. Prouisus capiens possessionem beneficij, litteris non expeditis, quas pœnas incurrat?
10. Prouisus ab inferiore & capiens possessionem, litteris non expeditis non incurrit pœnas Const. Iul. III.
11. Litteræ quando dicantur expeditæ.
12. Supplicatio signata non sufficit ad capiendam possessionem.
13. Supplicatio in iudicialibus an probet?
14. Breue ad capiendam possessionem beneficij quando concedatur.
15. Electus confirmatus potest ea quæ sunt iurisdictionis.
16. Electus confirmatus ante acceptam possessionem an possit beneficia conferre.
17. Electus debet esse ad minus Sub diaconus.
18. Indulgentiarum concessio sequitur Iurisdictionem.
19. Capitulum Sede vacante in quibus succedat.

20. *Electus confirmatus antequam consecretur potest alteri Episcopo subdelegare ea quæ sunt Ordinis Episcopalis.*
21. *Electus, confirmatus, intra tres menses debet consecrari.*
22. *Episcopus quomodo consecretur.*
23. *Beneficia promoti ad Episcopatum quando vacant.*
24. *Beneficia promoti ad Episcopatum nullatenensem an vacare dicantur.*
25. *Coadiutor ex quibus causis datur.*
26. *Coadiutor cum futura successione non potest dari nisi per Papam.*
27. *Coadiutoris potestas in quantum extendatur.*
28. *Apostolorum limina quomodo visitare teneantur Episcopi.*

DE potestate & officio Episcopi tractaturis, expedit de ipsius Canonico ingressu pauca præfari, hinc etenim tanquam è fonte quodã tota Episcopalis deriuatur authoritas. *per tex. c. nosti de elect.* & non nisi post electionem & confirmationem Canonicam, inter sponsum Episcopum, & sponsam Ecclesiam, coniugium Spirituale contrahitur. *c. inter corporalia. §. sicut autem. de translat.* Nec immeritò quidem, oportet enim vt pastor intret per ostiũ & non ipse sibi assumat honorem, sed vocetur tanquam Aaron. *c. qualiter. tit. cit de elect.* Non ideo tamen vniuersam electionis materiam tractabimus, sed eam tantum, quæ vsu nostrorum tẽporum obseruatur; libera etenim Capitulorum electionis amissa prærogatiua, omnes illæ antiquæ circa electionem difficultates euacuatæ sunt, superfluumque de illis disputare dicit *Vgonius in suo tract. de concilys. in prælud. c. 7.* de his tamen qui volet videre potest. *Summistas*, & præcipuè *Host. in Sum. tit. de elect.* 1

Hodie autem omnes Ecclesiæ Cathedrales & Metropolitanæ reseruatæ sunt dispositioni Sedis Apostolicæ per secundam Regulam Cancellariæ, quam infrà cùm de collatione Beneficiorum tractandum erit, referemus. Itaque de huiusmodi dignitatibus, solus Romanus Pont. absq; aliquo prævio actu electionis prouidet, nisi aliquibus speciali priuilegio ius ad eas eligendi, vel nominandi concesserit. Et prouisio à Papa hoc modo facta, habet vim electionis, & confirmationis. *iuxta not. per Abb. in c. cum in cunctis. §. cum vero. nu. 3. de elect.* 3 *et. in. c. cum olim de caus. poss. & propr. Felin. in c. eam. de rescript. facit q, ad hoc, gl. in c. 1. v. prouisionem. de elect. in. 6.* Quoad indagãdam autem personæ promouendæ sufficientiam, mores, doctrinam, & seruandum in examine & confirmatione modum, salubriter prouidit *Conc. Trid. sess. 22. cap 2. & sess. 24. cap. 1. de ref.* cuius ordinationem deinde Gregorius XIV. renouauit, & in multis ampliauit, vt in eius Bulla quæ sequitur.

ONus Apostolicæ seruitutis, ad quod nuper nos dignatio Diuina prouexit, assiduè admonet in eam potissimum curam nobis esse Pastorali sollicitudine incumbendum, vt quæ à Sacris Oecumenicis q, concilys, pro communi totius Christiani populi salute, piè, prudenter q, statuta sunt, nulla aut temeritate violentur, aut negligentia deserantur, ea præsertim quæ ad bonos idoneos q, Pastores Cathedralibus & superioribus Ecclesiis gubernandis præficiendos pertinent, nam si in quibus- 4

quibusuis Ecclesiæ gradibus & ministris, curandum est tales eligi, qui religione & sanctitate fideles ædificent, multò certè magis elaborandum est, ne in eius electione erretur, qui supra omnes gradus constituitur, cui tanquam seruo fideli & prudenti totius familiæ cura traditur, qui ad omnem virtutem & mandatorum Dei obseruantiam aliorum forma esse debet, cùm certum sit gregis salutē magnoperè pendere ex boni Pastoris præstanti vita, & doctrina. Sanè Venerabiles Patres, qui ex toto terrarum orbe ad Sacrum generale Tridentinum Concilium, à Summis Pontificibus prædecessoribus nostris euocati, magna frequentia conuenerunt, cum in alijs rebus multis præclarum studium ad corrigendos depravatos mores & collapsam Ecclesiasticam disciplinam restituendam ostenderunt, tum in eo potißimum insigni zelo, magnaq; cum laude laborarunt, vt rationem inuenirent, qua viri doctrina, pietate, prudentiaq; excellentes, & in Ecclesiasticis functionibus, diu multumq; versati Ecclesiis Cathedralibus præficerētur. Nos igitur qui cùm in minoribus constituti Cremonen. Ecclesiam regeremus, in eodem Concilio cum sanctis & egregijs illis patribus interfuimus, & Concilio absoluto ad Ecclesiam nostram reuersi magno semper desiderio flagrauimus, vt tam salubria generalis Concilij decreta executioni debitæ mandarentur, atque vt id fieret pro viribus parte curauimus. Multo nunc magis cum disponente Domino omnium Ecclesiarum cura & sollicitudo nos premit, summo desiderio tenemur, vt Pastores ij præficiantur Ecclesijs, qui opus suum & ministerium impleant, & de ouium salute nos in Domino lætificent. Illud autem in hoc saluberrimo & perneccssario negotio quod est de Episcopis eligendis & præficiendis videtur esse præcipuum, vt instructio, examen, & inquisitio, de fide, vita, moribus, doctrina, & prudentia promouendorum, tam accuratè, fideliter, ac seriò instituatur, vt omnis fallaciæ fuco semoto, certò considere valeamus, tales à nobis Christi gregi pascendo esse præpositos, quales tantum onus, Angelicis videlicet humeris formidādum exigit, & quales ille expetit, qui pro ijsdem ouibus redimendis propriæ vitæ ac sanguini non pepercit, & quidem in hac parte prouidentia dicti Concilij Tridentini minimè defuit, cùm statuerit, ac mandauerit, vt in Prouinciali Synodo, per Metropolitanum habenda, præscriberetur quibusq; locis, & prouincijs, propria examinis seu inquisitionis aut instructionis faciendæ forma Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdē locis vtilis, atque oportuna esse videretur. Verùm neque id hactenus nisi à paucißimis factum est, neque spes est, nisi longißimo temporis spatio, vt ab omnibus fiat atque interim dum certa examinis siue inquisitionis ratio à Prouincialibus Concilijs expectatur, perit vber ille fructus, qui ex tam vtilibus Concilij generalibus decretis sperari posse videbatur, & experientia ipsa docuit, per tot annos à publicatione Concilij prædicti elapsos, quid in vnaquaque Prouincia opus sit, quidue possit fieri. Habita igitur cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, ac de eorum vnanimi consilio, & assensu præsenti nostra perpetuo valitura

constitutione decernimus, vt cùm extra Rom. Curiam examen, instructio, siue inquisitio facienda erit, nemo omnino cuiuscunq; status, gradus, conditionisuè fuerit, inquisitionem prædictam sibi arrogare præsumat, sed integrum hoc negotium ijs, qui à prædicto Trident. Conc. designantur, Apostolicæ videlicet Sedis Legatis, seu Nuncijs Prouinciarum, aut eius de quo inquisitio fit ordinario, eoq; deficiente, Ordinarijs vicinioribus relinquatur, nisi iustis de causis nobis aut pro tempore existenti Rom Pontifici, per speciale mandatum alicui alteri hoc munus quandoq; committendum esse visum fuerit. Quod si forte aliquis prædictorum consanguinitate aut affinitate vsque ad tertium gradum inclusiuè promouendum contingeret, vt omnis suspicio carnalis affectus à tam sancto negotio repellatur, ille quidem eo casu censeatur excluſus, atque ad eum qui proximè sequitur, hoc est. si Legatus excludendus erit ad Nuncium si Nuncius ad Ordinarium, si Ordinarius ad viciniorem Ordinarium inquisitionis officium deferatur. In Curia verò hac functio spectet vel ad eos Cardinales, qui à nobis vel pro tempore existente Rom. Pont. deligentur, vel ad Cardinales earum Prouinciarum, seu Regnorum apud nos & Sedem Apostolicam Protectores in quibus Ecclesiæ ipsæ consistunt, si tamen ad ipsos huiusmodi vacantium Ecclesiarum relatio pertinebit. Quod si de Episcopo vel Metropolitano extra Rom. Curiam degente ab vna Ecclesia ad aliam ex aliqua graui & iusta causa transferendo agetur, hoc munus deficientibus Legato vel Nuncio Apostolico eius Prouincie, aut Regni vbi Ecclesia ipsa à qua transfertur sita erit, ad Metropolitanum si Episcopus, ad Suffraganeum verò antiquiorem residentem si Metropolitanus transferendus erit, pertinere declaramus. Deinde quia sacrum Conc. Trident. non sine magna ratione eminentes personas, & quæ negotij magnitudinem probè intelligerent ad hoc officium nominauit, declaramus & statuimus tam Legatos siue Nuncios, quam Ordinarios vel alios ab hac sancta Sede fortè delegandos, non per Auditores aut Vicarios aliosuè Ministros, sed per se ipsos inquirendi munus exercere debere, quamuis ab huiusmodi personis, alijsq; viris peritis adiuuari possint. & si Prælatus inquirens per se non posset ob locorum distantiam testes examinare circa articulum aliquem, vt legittimos natales, vel ætatem, aut aliquid eiusmodi, licebit ei articulum illum alteri personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subdelegare, non autem vniuersam inquisitionem. Quod si fortè contingat aliquem supradictorum legittimè impediri, vt per se hoc munus præstare non possit, ad alios ea cura transferatur qui sunt ab eodem Conc. Trid. ad hoc officium designati, vt supradictum est de ijs qui ob consanguinitatem vel affinitatem ab hoc munere excluduntur. Ad hæc vt mens eiusdem Sacri Conc. rectè ac fideliter debitæ executioni mandetur, & tale sit examen, quale requiritur in negotio tanti ponderis, declaramus, ac statuimus non esse in vita ac doctrina promouendi inuestiganda eam rationem adhibendam, vt ab ipso promouendo articuli offerantur, ac testes producantur, sed oportet, vt Prælatus qui munus inquirendi suscepit articulos

ticulos conscribat, atque ipse ex officio suo illos vocet atque examinet, quos de rebus inquirendis sincerum ac fidele testimonium daturos esse existimet. Verum vt inquisitio prædicta facilius ac plenius perfici, atque expediri queat, vtile erit si Prælatus qui inquisitionem facturus est, vel à promouendo, vel ab aliquo alio confici curet schedulam in qua sint ordinatè descripta, nomen promouendi, cognomen, patria, parentes, ætas, ordo gradus, professio, functio, si quam is fortè exercuit; loca, in quibus aut Theologiæ, vel iuri Canonico operam dederit, aut longo tempore versatus fuerit; denique amici ac familiares, qui tam ipsum quam parentes eius intimè norint. Quod si promouendus documentū aliquod exhibere voluerit, vnde ipsius ætas, gradus, dignitas, sacri Ordines, functio, officia, muneraq; aut aliquid eiusmodi comprobetur, admittēdum ac processui inserendum erit, modo documentum publicum seu authenticum fuerit. Illud quoque prohibendum censuimus ac expressè prohibemus, ne ad testimonium dicendum de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, atque aptitudine ad regendam Ecclesiam quilibet homines admittātur, sed viri tantum graues, pij, prudentes, docti, qui de qualitatibus promouendorum rectum iudicium afferre valeant, ac vt supra diximus sincerum ac fidele testimonium dare velint. Proinde tam cognati ac nimium familiares, quam inimici atque æmuli excludendi erunt. Porro testes eiusmodi Prælatus qui examen, seu inquisitionem habiturus erit, seorsum ac sigillatim examinabit, & si quando iudicauerit expedire, eis ad memoriam reducet, tum iuramenti vim, tum periurij grauitatem, eosdem etiam seriò & grauiter admonebit ipsos reos futuros apud omnipotentem Deum eorum omnium quorum vel committendo, vel omittendo rei erunt qui promouebuntur, si vel falsa narrando, vel reticendo veram causa erūt, vt homines indigni vel minus idonei eiusmodi Ecclesiis præficiantur. Diligenter etiam testiū qualitates cognoscere studebit, ac potißimū quā sint ad promouendos affecti, vt inde coniiciat, vtrum ex affectu an ex veritate testimonium dicant. Denique cùm testes de qualitatibus promouendi interrogabit, dabit operam vt quoad eius fieri poterit, omnia & singula quæ ad prædictā inquisitionem facere videbuntur per ipsos exprimantur. Quamuis autem qualitates omnes promouendorum quæ in generalium Synodorum decretis alijsq; Canonicis Sanctionibus continentur probè cognitæ esse debeant, ijs quibus inquisitionis officium demandatum est, quales sunt natum esse ex legittimo matrimonio atque ex Parentibus Catholicis, annum trigesimum iam expleuisse, sacris Ordinibus, saltem ante sex menses initiatum esse, gradum Doctoratus, aut Licentiæ in Theologia, vel iure Canonico, aut certè publicum alicuius Academiæ testimoniū obtinuisse quoad alios docendos idoneus esse declaretur; adhæc in Ecclesiasticis functionibus diu esse versatum; item fide, puritate, innocentia, vitæ prudentia, vsu rerum, integra fama, doctrina denique præditum esse, tamen quia circa doctrinam plures fraudes committi solent, & sapè contingit vt nonnulli scientia vacui de solo Doctoris titulo, aut priuilegio glorientur, volumus vt de eorum etiam

doctrina diligenter inquiratur, qui vel Doctoratus aut Licentiæ titulis & priuilegijs gaudent, vel etiam à publicis Academijs testimonium habuerunt, quod idonei essent ad alios docendos, nisi fortè aliquorum insignis doctrina ex publica ipsorum functione notoria esset. Ita verò inquisitio facienda erit, vt quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu Theologiæ vel iuri Canonico promouendus operam dederit, cognoscatur. Et quoniam in quibusdam Prouincijs nulla sunt studia generalia, neque vllæ publicæ scholæ, vsus habet vt qui studijs operam nauant, vllis Doctoratus aut Licentiæ insignibus decorentur, declaramus in eiusmodi locis sufficere, si testimonio virorum grauium & Sacræ Theologiæ vel iuris Canonici peritorum constet, promouendos ea scientia Theologiæ vel Canonum verè pollere, vt idonei sint ad ea docenda, quæ populum Christianum scire oportet, ac muneris sibi iniungendi necessitati valeant satisfacere. Testes præterea deponant se de scientia promouendorum certos redditos esse ex eo, quod prædictos promouendos specimen suæ doctrinæ publicè vel priuatim dedisse cognouerint. Quod autem ad Regulares pertinet, cùm ad Ecclesias Cathedrales promouendi fuerint, ne fraus vlla subrepere possit in eo quod idem Tridentinum Conc. statuit, vt regulares à suis Superioribus sufficientis doctrinæ testimonium habeant. Declaramus nomine Superiorum eos duntaxat intelligendos esse, qui nullum sui Ordinis superiorem agnoscunt, siue ij cuiusuis Ordinis Abbates, magistri, aut ministri, aut Præpositi generales, aut quorumlibet congregationū præsidentes, siue definitores, aut visitatores, Capitulum generale repræsentantes, seue alij quocunque vocabulo nominentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarij seu Commissarij generales, vel in Rom. Curia Procuratores Ordinum, aut Congregationum generales in hac parte succedant. Et nihilominus præter Superiorum testimonium, quia fidem facient eiusmodi regulares ad alios docendum idoneos esse, volumus ea seruari quæ de ijs diximus, qui publicum suæ doctrinæ ab aliqua Academia testimonium habent, vt videlicet seriò inquiratur, an Regulares ad Cathedrales Ecclesias promouendi eos progressus in studijs fecerint, qui in futuro Antistite requiruntur. Post inquisitionem verò de fide, vita, moribus, doctrina, & prudentia promouendi, nec non informationem de statu Ecclesiæ aliisq; necessarijs rebus, quæ pariter corā superius expressis Prælatis iuxta eiusdem Cōcilij decreta fieri debet, professio fidei Catholicæ à promouendo facienda erit; quā quidem ab eo duntaxat recipiendā esse declaramus, ad quē inquisitio pertinebit; nisi fortè qui professionē emissurus est, à Prælato inquirente longè distet, tūc enim is Prælatus ex subdelegatione inquirentis professionem admittere debebit, cui promouendus vicinior erit: quod idem intelligatur de informatione de statu Ecclesiæ accipienda, si quando contingeret vt in alia Prouincia siue Regno esset Ecclesia, in alio promouendus. Recipiet autem Prælatus professionem promouendi præsente Notario publico ac testibus, atque eam à se admissam ac receptā propriæ manus subscriptione testabitur. Is quoque qui eiusmodi professionem fecerit,

cerit, in eo loco vbi proprium nomen profitentis exprimi solet, nomen suum manu propria adscribet. Denique his peractis Notarius publico instrumento fidem faciet de professione prædicta adhibitis testibus vt præfertur. vbi verò totum examen seu inquisitio de persona promouenda perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta cum toto testimonio ac professione fidei emissa, ad hanc sanctam Sedem, vt Concilium statuit, quamprimum clausa & obsignata in forma authentica transmittenda erit. In quare obseruari volumus vt professio fidei ijsdem omnino verbis descripta sit, quæ in ea forma continentur quam fel. rec. Pius Papa IV. prædecessor noster statuit obseruandam, & vt Prælatus qui institutionem, examen, & inquisitionem fecit, vel per litteras separatas, simul tamen cum processu mittendas, vel per subscriptionem dicti processus significet, quanta fides testibus examinatis eorumq; dictis, & scripturis productis, suo iudicio habenda sit. simul etiam quid de promouendo ipse sentiat. processus autem sic formati, & ad Curiam transmissi, à Cardinale cui promouendi munus incūbit, & à tribus prioribus Ordinum Cardinalibus, vt moris est, iuxta formam Concilij prædicti subscribentur & expedientur. Volumus autem vt Cardinalis relator moneat promouendum si præsens in Curia fuerit, vt iuxta Concil. Lateranense nouissimè celebratum, omnes Cardinales, siue maiorem partem Collegij adeat, antequam Ecclesiam proponat vt quæ à referente Collega sint audituri, occulta fide quantum ad personam promouendi attinet, cognoscere possint. Hæc porrò omnia quæ de promouendis ad Ecclesias Cathedrales dicta sunt ad eos etiam pertinere, atque in eorum promotione seruanda esse declaramus & decernimus, qui nominati, præsentati, aut electi fuerint ad dignitates Abbatiales, ac Prioratus, seu Præpositatus, Monasteriorum regimina, aut alias Regularium cuiusuis Ordinis, aut etiam sæcularium præfecturas, de quibus consistorialiter prouideri contigerit, atque eos præsertim quibus præter curam & regimen Monachorum, aut Canonicorum, Clericorumq; Regularium vel sæcularium annexa est in populum iurisdictio spiritualis vel temporalis: excepta tamen ætate circa quam nihil innouamus: Quo verò ad doctrinam, cum generalia Concilia non statuant, vt personæ promouendæ ad Regulares dignitates Doctoratus, siue Licentiæ gradum suscipere, vel publicum testimonium ab Academia aliqua habere teneantur, & tamen æquum sit vt ea doctrina polleant, qua onus sibi imponendum sustinere valeāt, declaramus & statuimus, vt prælati qui inquirendi munus susceperi sunt, studiosè ac diligenter inquirāt super doctrina eiusmodi personarū iuxta modum & formā superiùs præscriptam, vt nos & pro tempore Romani Pontifices habita de illis vera informatione per processum qui ab inquirēte transmittetur, certò statuere ac iudicare possimus, an persona promouenda verè sit talis, qualem dignitas illa ad quam promouenda est exigit, & requirit. Hortamur verò in visceribus Domini nostri Iesu Christi, ac paterna charitate monemus eos omnes qui ab hac sancta Sede nominandi, præsentandi, vel etiam eligendi

gendi futuros Episcopos, vel Abbates ius habent, vt serio apud se cogitent, quanti momenti sit hoc negotium ex quo salus animarum, tranquillitas Reipublicæ, incolumitas Religionis, propagatio fidei, aliaq; permulta & maxima bona dependent. Illud etiam sæpè & sæpius ad mentem reuocent quod Sancta Trid. Synodus admonet, nihil se ad Dei gloriam & populorum salutem vtilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeant, eosq; alienis peccatis cõmunicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus vel humano affectu, aut ambientium cupiditatibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint. De nominandis verò præsentandis, vel eligendis ad Regulares dignitates, præter ea quæ superiùs obseruanda esse declarauimus, illud quoque Paternis his nostris adhortationibus & monitionibus adijciendum censuimus, vt nominationis, præsentationis, vel electionis ius habentes, eos deligere studeant, atq; omnino conentur, qui non modo eundem ordinem sint ante professi, sed in eodem etiam satis diu laudabiliter versati. neque enim decet vt Magistri aliorum esse incipiant, qui non fuerint ante discipuli, & subditis imperare præsumãt, qui prius non didicerint Superioribus obedire. Eos deniq; qui vel examinando & inquirendo, vel testimonium ferẽdo operam suam in hac re præstabunt serio admonemus, vt ea fide, ac diligentia in negotio tanti momenti versentur, vt à Deo & à nobis laudem pro bono opere expectare valeãt. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, voluntatis, declarationis, decreti, statuti, hortationis, & monitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ in monte Quirinali. Anno Incarnationis Domini 1591. prima Maij, Pont. nostri anno primo.

NOminatus autem vel electus ad huiusmodi dignitates, acquirit ipsa nominatione vel electione ius ad rem sed non in re. *Innoc. in. c. cum venissent. de restit. in integ. Abb. in. c. cum Bertoldus. nu. 12. de re. iud. Dec. in. c. postquam nu. 10. de elect. Bell am. decis. 167. Sarn. Reg. 1. de. iur. quæs. non tollen. col. 13. Rot. decis. 489. incip. cum ad Capitulum. in no.* 5

Vnde antequam à Papa fuerit confirmatus, in administratione spiritualium vel temporalium Ecclesiæ ad quam assumitur, neque titulo procurationis, vel Oeconomi, nec in toto, nec in aliqua parte ingerere sese debebit, alioquin ius acquisitum per nominationem vel electionem amittet ipso facto, & amplius non posset eligi ad eam Ecclesiam. *c. nosti. c. qualiter de elect. c. auaritiæ eo tit. in. 6.* 6.

Tenetur itaque intra vnum mensem à die habitæ notitiæ, vel dati consensus nominationi vel electioni, in persona, vel legitime impeditus per procuratorẽ, pro confirmatione obtinenda ad sedem Apostolicam iter arripere, alioquin amitteret ius quæsitum ex electione, nisi causam rationabilem diuturnioris moræ habuerit. *c. cupientes. lo. cit. in. 6.*

Et quidem in scripto confirmationis suæ testimonium à sede Apostolica obtinere debet: nam licet solo verbo Papæ compleatur gratia. *c. institutionis 25. q. 2. Clem.*

8 *Clem. vlt. iun gl. v verbo. de ſepult. Gemin. Ioan. Andr. in proœm. 6. Caſſad. deciſ. 4. nu. 2 de cauſ. poſſ.* Et poſtquã Papa nominauit aliquẽ in Epiſcopum, ſtatim ille efficiatur Epiſcopus. *Dec. in. Rub. de conſt. in 1. lect. nu. 38.* communemq́, hanc eſſe opinonem teſtatur *Maſcard. de prob. concluſ. 843. nu. 20.* Licet item ſignata ſupplicatione ſtatim prouiſo acquiratur titulus. *Sarn. de inſir. reſig. q. 31.* ita quod etiã poſsit reſignare tale beneficiũ, vt multis probat *Paris. de reſig. lib. 2. q. 24.* tamẽ quo ad exercitiũ gratię, requiritur neceſſario expeditio litterarum. *arg. tex. c. ſuper eo. 2. de appell. Ioan. Andr in. c. eam te. de reſcrip. Mandoſ. in Reg. de non iudican. iux. for. ſuppl. q. 17. Lap. alleg. 81. nu 6. Ioan Mohed. deciſ. 203. alius 3. de reſcrip.* Vel contrarium procedit de iure communi; non autem de ſtylo curiæ quo ad probandam gratiam. *Card. in proœm. Clem. Aemil. Veral. deciſ. 175. p. 2. Maſcard. lo cit. nu. 10.* vnde etiam gratia Papæ ante confectionem litterarum, dicitur informis & imperfecta, ſed demum per confectionẽ litterarum perficitur. *cit. Mohed. deciſ. 189. alias 28. de renunc. Bellam. deciſ. 432. Cæſ. de Graſs. deciſ. 47. alius 1. de prob. nu. 5. Paris. cit. de reſig. lib. 8. q. 2.* vbi & rationes colligit propter quas hoc induxit ſtylus curiæ. *a. nu. 12.* & limitat quo ad inferiores Papa, vt nimirum illorũ gratiæ poſsint probari per teſtes, vt *Maſcard. lo. cit.* non autem gratiæ Papæ: hocq́; receptum eſſe ſtylo curiæ deducit *nu. 23. idem Paris. lo. cit.*

Hinc eſt quod ſi prouiſus abſque litteris huiuſmodi beneficij ſui poſſeſsionem apprehenderet, non faceret fructus ſuos, & eo ipſo amitteret ius in illo beneficio: recipientes autem eum ſine literis ad poſſeſsionem beneficij, efficerentur ſuſpenſi à ſuis beneficijs, nec poſſent abſolui à tali ſuſpenſione niſi à ſolo Papa. *extrauag. vnicta. de elect. comm.* quam extrauag. poſtmodum Iul. III. innouauit & ampliauit conſtitutione ſua, quam vtilitati communi hic inſerendam voluimus, vt ſequitur:

SAnctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter Dominus Iulius, Diuina prouidentia PP. III. cui nuper innotuit quod licet alias fe. re. Gregor. X. in generali Conc. Lugdun. ſua generali conſtitutione ſanciuerit, quod nullus extunc de cætero adminiſtrationem dignitatis ad quam electus eſſet, priuſquam celebrata de ipſo electio confirmaretur, ſub œconomatus vel procurationis nomine, aut alio de nouo quaſito colore in ſpiritualibus vel temporalibus per ſe vel per alium pro parte, vel in totum gerere vel recipere, aut illis ſe immiſcere præſumeret, omnes illos qui ſecus feciſſent, iure ſi quod illis per electionem quaſitum foret, decernens eo ipſo priuatos: & piæ me. Bonifac. VIII. etiam ſua perpetuò valitura conſtitutione ſanciuerit, vt Epiſcopi, & alij Prælati ſuperiores, nec non Abbates, Priores & cæteri monaſteriorum regimina exercentes, quocunque nomine cenſerentur, qui apud ſedẽ Apoſtolicam promouerentur, aut confirmationis, conſecrationis vel benedictionis munus reciperent; ad commiſſas eis Eccleſias & Monaſteria dictæ ſedis litteris, eorum promotionem, confirmationem, conſecrationem, ſeu benedictionem huiuſmodi continentibus, non confectis, accedere, vel bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non præſumerent, nullíq; eos abſq; dictarum litterarum oſtenſione reciperent, aut eis pa-

rerent, vel intenderent; quod si fortè contra præsumptũ fuisset, quod per Episcopos, Prælatos, Abbates, Priores, & alios monasteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum foret, irritum haberetur, nec quicquam interim ijdem Episcopi, vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentes, de Ecclesiarum vel monasteriorum eorundem prouentibus perciperent. Et fe. me. Paul. III. Rom. Pont. prædeceß. noster quibuscunq; tabellionibus publicis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna inhibuerit, ne extunc de cætero, de transumptis supplicationum præterquam habentium clausulam, quod earum sola signatura sufficeret, ac decreto & concessione litterarum seu mãdatorum possessionem beneficiorum Ecclesiasticorum vigore supplicationum huiusmodi apprehendi, rogari deberent, neue illa scribere, vel subscribere, aut quouis modo authenticare vel partibus tradere præsumerent; volens & Apostolica authoritate statuens inter cætera, quod partes transumptis, seu litteris, aut mandatis huiusmodi ex tunc deinceps vtentes, ac illorum prætextu poßeßionẽ huiusmodi apprehendentes, fructus quos ex illis pro tempore perciperent, suos non facerent, quin imò ad beneficia in eisdem transumptis, & litteris ac mandatis expressa efficerentur ipso facto perpetuo inhabiles, & ad restitutionem fructuum ex illis pro tempore perceptorum in vtroq; foro tenerentur. Decernentes sic iudicari debere, ac irritũ, &c. Et succeßiuè sanctitas sua attendens, quod ante confectionem litterarum gratia Apostolica est informis, inter alia voluerit, statuerit & ordinauerit quod iudices in Rom. Curia, vel extra pro tempore existentes, etiamsi essent S. R. E. Cardinales, vel causarũ Palatij Apostolici auditores, aut quicunque alij, non iuxta supplicationum super impetratione signatarum tenores & formas iudicare deberent, etiam decreto irritanti adiecto. Nihilominus diuersi Episcopi & alij Prælati superiores & Abbates litteris super dispensatione retinendi beneficia per eos antequam promouerẽtur, aut eorum electiones confirmarentur obtenta, per prædictam Sedem pro tempore concessis, minimè confectis beneficia per eos obtenta prædicta retinere, & diuersæ aliæ personæ Ecclesiasticæ possessionem beneficiorũ Ecclesiasticorũ eis dicta authoritate conferri, seu commendari, vel in eorũ fauorẽ vtiri, aut alias disponi consueta, litteris Apostolicis desuper non expeditis apprehendere præsumunt, inhabilitatẽ & alias pœnas in sanctionibus & inhibitione, ac voluntate, & statuto prædictis cõtentas, damnabiliter incurrendo in animarum suarum periculum. Volens periculis animarum huiusmodi occurrere, Sanctiones & inhibitionem ac voluntatem, & statutum huiusmodi, quorum tenores Sanctitas sua, ac si de verbo ad verbum insererentur, haberi voluit pro expreßis, approbans, innouans, ac perpetuo obseruari debere decernens, & sanctiones ipsas ad inferiora beneficia Ecclesiastica quæcunque quomodocunq; qualificata amplians, & extendens, hac sua in perpetuum valitura constitutione statuit, & ordinauit, quod oẽs & singulæ personæ Ecclesiasticæ, tam seculares quam quorumcunque ordinum Regulares,

ves, cuiusuis status, gradus, ordinis vel conditionis existant, etiamsi Episcopali vel Archiepiscopali, aut Patriarchali, vel alia maiori dignitate præfulgeant, quod de cætero litteris super dispensationem retinendi beneficia per eos antequā promoueātur, aut eorum electiones confirmentur obtentæ, eis per sedem eandem pro tempore concessis minimè confectis, beneficia ipsa retinere, aut possessionem alicuius seu aliquorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, vel sine cura, sæcularium, vel quorumuis ordinum regularium quæcunque & qualitercunque qualificatorum, eis dicta authoritate Apostolica conferri, seu commendari, aut in eorum fauorem ac commodum vniri seu alias disponi, concessionem litteris Apostolicis super collatione seu commenda, aut vnione seu alia dispositione huiusmodi non expeditis, per se vel alium seu alios eius nomine etiam supplicationum seu sumptorum vel transumptorum huiusmodi aut collationum eis postmodum de ipsis beneficijs tanquam etiam tunc certo modo in supplicatione expresso vacantibus ordinaria vel alia quauis authoritate factarum prætextu, apprehendere præsumpserint, aut per alios apprehensam ratam & gratam habuerint, ipsorum beneficiorum non possessores, sed meri & nudi detentores, ac violenti sine aliquo titulo in eis intrusi censeantur, & pro talibus habeantur, & reputentur, nec fructus suos faciant, sed ad illorum restitutionem vt præfertur teneantur & obligati existant; constitutiones seu dicta Cancellariæ regulæ de annali & triennali possessore, in illis locum non habeant, nec eisdem detentoribus & intrusis in aliquo suffragentur, quin imò beneficia per eos tempore promotionis suæ aut eorum electionis, confirmationis, obtenta litteris super dispensatione ea retinendi sibi concessa non expeditis retinentes, aut possessionem beneficiorum litteris Apostolicis super illis non confectis, apprehendentes, seu per alios apprehensam ratam & gratam habentes, beneficia sic retenta aut apprehensa & omne ius quod in illis vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint, eo ipso amittant, illisque & illo priuari ac ad illa de cætero obtinenda perpetuo inhabiles, nec illa vlterius & prætextu noui tituli aut nouæ commendæ vel vnionis seu alterius dispositionis etiam authoritate Apostolica factæ assequi valeāt, sed beneficia ipsa tanquam de iure & facto vacantia alijs conferri seu commendari & per quosuis tā ab eorū ordinarijs collatoribus quam à sede prædicta liberè impetrari possint. Et si beneficia ipsa litigiosa fuerint, collitigantes in omni iure & ad omne ius quod beneficia retinentibus aut possessionem apprehendentibus huiusmodi, in eisdem beneficijs, vel ad illa quomodolibet competebat aut competere poterat, eo ipso absq; iuris aut hominis ministerio surrogentur, & surrogati esse censeantur, ac in eorum fauorem causa desuper pendens aduocata & lis extincta fuisse & similiter esse censeantur. Quodque de cætero supplicationes etiam manu nostra & motu proprio signatæ, nisi habuerint clausulam quod earum sola signatura sufficiat, nullam aliam quam pro litterarum super illis confectione fidem aut probationem faciant seu præstent, nec vlla eis in aliquo alio

easu fides adhibeatur, & adhiberi possit. Decernētes sic & non aliter tam in eadē Curia quā extra eam, & in partibus per quoscunq; Iudices ac commissarios quauis etiā Apostolica authoritate prædicta fungentes, etiā causarū Palatij huiusmodi auditores & ipsius R. E. Card. in quauis causa & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretādi auctoritate & facultate iudicari & definiri debere, ac irritum, &c.

Placet. publicetur.

LECTA ET PVBLICATA ROmæ in Cancell. Apost. Anno Incarn. Dom. 1553. die 17 May Pont. an. 4.

IN qua constitutione illud singulare considerandum est, quod per illam prohibitio de non apprehendēda possessione beneficiorū litteris non expeditis extenditur ad quæuis etiam inferiora beneficia per Papam collata, non tamen extenditur ad collationes inferiorum, *iuxta notat. gl in cit. extrauag. inuunctæ. non præsumant.* Debent itaque expediri litteræ seu Bullæ super promotione vel cōfirmatione. Quæ litteræ expeditæ habentur loco tituli. *Staphil. de litt. grat. in princ. nu.* 17. Et expeditæ dicuntur cum sunt plumbatæ seu bullatæ. *c. licet. de crim. falsi. Rebuff. in prax. tit. Bullæ nouæ declar.* & fuisse resolutum *in Rot. in vna Salamant. coram Crescentio de mense Nouemb. Anno* 1539. testatur *Paris de resig. lib.* 8. *q.* 2. *nu.* 18. Earundem litterarum vigore capitur beneficij possessio, quæ acceptio possessionis quam efficaciam habeat, videri potest *Innoc. in. c. in litteris. de restitut. spol.* & an sit de substantia potestatis administrandi, vel de solemnitate, docet *Abb. in. c. transmissam. nu.* 3. *de elect.* Supplicatio autem sola licet signata, non sufficit ad apprehendendam possessionem, quin imò capiens possessionem ex sola supplicatione signata litteris non expeditis, dicitur intrusus, pœnasque præinsertæ constitutionis Iul. III. incurrit. *Bursat. cons.* 393. *nu.* 21. *Mandos. in Reg. de non iudican. iux. for. suppl. q.* 4. *nu.* 2. *Rebuff in Reg.* 34. *Canc. Bellamer. decis.* 110. *decis.* 746. Et quidem in tantū supplicatio signata non sufficit ad possidēdum beneficium vt ne quidem in iudicialibus aliquid probet. *Sarnen. de non iudican. iux. for. suppl. q.* 1. Vndē nec sumptum de registro supplicationum quicquam valet in iudicijs, cum alioquin sumptum de registro Bullarum faciat plenam fidem. *Bellamer. decis.* 252 & 621. estque hic vsus in viridi obseruantia, ita vt plures allegationes huc congerere supernacaneum sit, cum contrarium in disputatione contendentibus abundē satisfiat, si respondeatur, de iure antiquo veram esse contrariam sententiam, sed post Const. Iul. III. supra relatam teneri contrarium. Vel etiam concedi potest quo ad Gallos, quibus sola supplicatio sufficit sine expeditione litterarum. *Nau. cons* 32. *de temp. ord. in antiq. Reb. in prax. p.* 2 *de rescript. etiam & perinde valere. nu.* 50. Non solum tamen vigore litterarum expeditarum capitur beneficij possessio, sed quandoque ex causa, ne videlicet Ecclesia vacans patiatur propter moram quæ intercurrit in expeditione Bullarum, post propositionem Ecclesiæ vacantis in consistorio, solet concedi breue ad capiendam possessionem antequam Bullæ expediantur. *Staphil. de rescript. in for. breuis. tit.* 2. *nu.* 3. Vel si capienda sit possessio nomine Cameræ, vt in beneficijs litigiosis: solet enim tum ad capiendam possessionem dari breue quod succedit loco litterarū expeditarum. *Put. decis* 155. *lib.* 1. *Sarnen. in tract. breuium, nu.* 14. *Lancellot. de attent.*

tent. 2 p. c. 4. nu. 394. estque praxis Curiæ vsitatissima.

Accepta verò possessione siue vigore breuis, siue vigore bullarum, plenum ius in beneficio competit confirmato, & liberè administrare potest, licet nondum fuerit consecratus, præsertim ea omnia exercere potest quæ concernunt potestatem iurisdictionis Episcopalis, vt iudicare, excommunicare, beneficia cõferre, instituere, destituere. *c. transmissam. de elect. iun. gl. v. de talibus.*

An autem possit confirmatus litteris expeditis sed nondum apprehensa possessione conferre beneficia vel instituere, videri potest *Gem in. c. si electionem. nu. 6. de elect. in 6. Souar. Var. resol. lib. 3. c. 16. nu. 1. Rebuff. in prax. tit. de Sim. in resig. a nu. 25. Rot. decis. 182. nu. 6. p. 2. diuers.* vbi tenet affirmatiue, & testatur de communi. *Abb. verò. cit. c. transmissam. nu. 3.* vbi dicit attendendam in talibus consuetudinem.

Potest item confirmatus necdũ consecratus accepta possessione dispensare in casibus in quibus Episcopus dispensat, dispensare enim est iuris dictionis. *Abb. in. c. cum olim. vers. octauo dubitatur. de maiorit. & obed. & in. c. at si Clerici. §. de adulterys. nu 16. de iudic. Dec. ib. nu. 150.* Imò electus cum de necessitate non teneatur esse Sacerdos, sed tantum Subdiaconus. *c. à multis. de æt. & qual. § fin. Abb. ib. & in. c. dudum. nu. 12. de elect. & in c. vn. de Cler. per salt. prom.* tamen confirmatus etiamsi nondum fuerit Sacerdos, ea omnia quæ pertinent ad iurisdictionem exercere potest: ad exercitium enim iurisdictionis non requiritur Sacerdotium. *Abb. in. cit. c. transmissam. nu. 2.* vnde & indulgentias concedere potest, concessio enim indulgentiarum sequitur quoque iurisdictionem. *S. Thom. 3. sent. 20. dist. q. 4. art. 2. Abb. in. c. suffraganeis. de elect. Card. in Clem. 2. q. 3. de pœnit. & remiss. Sum. Silu. & Arnich. v. indulgentia. nu. 13. & 14. DD. in. c. accedentibus, de excess. præl.* Cautius tamen facit si abstineat à concessione indulgentiarum, vt notat *Host. in sum. de remiss. §. quis possit. vers. sed nunquid.* Capitulum autem sede vacante seu eius Vicarius, licet ea omnia possit quæ sunt iurisdictionis Episcopalis tam in spiritualibus quã in temporalibus. *c. vn. de maior. & obed. in. 6. c. cum olim. extr. eo. tit. Abb. Felin. ib. & latè Pauin. de potest. cap. sed. vac. p. 1. q. 2.* ita vt etiam ea quæ sunt ordinis Episcopalis, si non per se, saltem per externos Episcopos exerceri possit, concedendo nimirum illis exercitium Pontificalium, seu aduocando illos ad conficiendum Chrisma, ad consecrationem Ecclesiarum, altarium, calicum, virginum, & similia. *c. cum nullus § Episcopo. de temp. ord. in 6. Archid. Dom. Gem. ib. Abb. in. c. his quæ. nu. 3. eo. tit. Pauin. lo. cit. q. 3.* indulgentias tamen concedere non potest, ex communiori DD. sententia, de qua atteſtatur *Card. lo. cit.* quia nimirum iurisdictio concedendi indulgentias concessa est dignitati Episcopali. *c. accedentibus. de excess. præl.* in his autem quæ concessa sunt dignitati Episcopali non succedit Capitulum sede vacante. *Card. loc. cit.* Sicut etiã non succedit in illis quæ cõpetunt Episcopo iure speciali. *Abb. in. c. cum olim. de maior. & obed. & communiter DD. ib.* neque in illis quæ Episcopo competunt ex priuilegio, vt enumerantur *c. fin. de pœnit. & remiss. c. quod nonnullis de priuil. c. fin. eo. tit. in 6.* Neque in illis quæ ipsi expressè prohibentur, vt in litigijs deducendo iura Episcopi in iudicio etiam defendendo. *Abb. in. c. 1. nu. 4. ne sed. vac. Felin. in. c. his quæ. nu. 2. de maior. & obed. & con.*

40. à nu. 3. Pauin. lo. cit. q. 9. p. 2. nisi sit defendenda iurisdictio in qua succedit plene Capitulum. Rot. decis. 1. nu. 12. p. 2. diuers. Neq; succedit in illis quæ Episcopo competerent ex delegatione. c. pastoralis §. præterea de off. ord. Abb. lo sup. cit. Felin. in c. eam te. de rescript. Card. in Clem. attendentes. de stat. Monach. Rom. cons. 406 & cons. 606. Pauin. lo. sup. cit. q. 10. Imò non succedit in omnibus ferè quæ sunt gratuita aut voluntaria, sed in illis duntaxat quæ sunt necessariæ iurisdictionis: vnde non succedit in beneficiorum collatione pertinente ad Episcopum. c. illa deuotionis ne sed. vac. c. vn. eo. tit. in 6. gl. communiter recepta. in. c. his quæ. v. pro bono pacis. de maior. & obed. licet succedat in instituendis præsentatis per Patronos, quia nimirum hoc est necessitatis. Abb. in. c. cum olim. cit. Pauin. lo. cit. p. 2. q. 5.

10. Vlterius dicendum quod electus confirmatus antequam consecretur licet nõ possit exercere ea quę sunt ordinis Episcopalis, potest tamen alteri Episcopo eadem committere, per ea quæ dicit Abb. in. cit. c. suffraganeis. nu. 1. Host. in sum. tit. de elect. vers. Tu dic. sub. nu. 20.

21. Dummodo tamen ipsemet intra tres menses faciat se consecrari. c. quoniam. dist. 100. alioquin enim teneretur ad fructuũ perceptorũ restitutionẽ: & si infra alios tres menses negligeret suscipere consecrationem, ipso iure esset priuatus Ecclesia sua. Conc. Trid. sess. 23. c. 2. de ref.

22. Consecratur autem à tribus Episcopis, duobus codicem Euangeliorum super caput ipsius tenentibus, & manus ipsi imponentibus, tertio autem benedictionẽ super ipsum fundente. c. Episcopus. 23. dist. vngitur Chrismate in capite & in manibus dum consecratur. c. cum. venisset. de sacr. vnct. & non nisi die Dominico consecrari debet. c. ordinationes. 75. dist. Abb. in c. cum sis. de consecr. Eccl. nu. 2. Aliæ quoque ceremoniæ mysteriorum plenissimæ adhibentur circa huiusmodi consecrationẽ, quæ in Pontificali Rom. videri possunt, & qui volet apud Stanislaum Socolouium qui sacrarum scripturarum & Doctorum auctoritatibus easdem eruditissimè explicauit, edito de consecratione Episcopi elegantissimo libello.

Sequuta consecratione, vacant ipso iure omnia beneficia consecrati prius possessa, & liberè conferri possunt. c. cũ in cunctis. de elect. Innoc. Host. Abb. ib. & esse communem hanc sententiam testatur Alphons. Hoied. in tract. de incomp. benef. p. 1. c. 4. Gig. de pens. q. 56. nu. 3. vbi dicit vacare tum quæuis beneficia etiam pensiones. hoc idem Caput Aquen. decis. 303. 400. 401. p. 2. vbi attestatur de communi. Imò etiam non sequuta consecratione, dummodo labantur tres menses, vacant beneficia. Abb. in. c. cum in cunctis. §. cum verò. à nu. 7. de elect. vbi limitat de non promoto intra tres menses ex dispensatione Papæ. Pauin. lo. cit. q. 9. Rot. decis. 575. in antiq. Si etiã consecretur Episcopus necdum elapsis tribus mensibus, vacant ipsius beneficia, si habuerit liberam administrationem sui Episcopatus, alioquin si non habuerit administrationem, seu liberam possessionem, nec per ipsum steterit quominus eam habuerit, non censerentur vacare priora beneficia, ad vacationem enim beneficiorum vtrumque requiritur, & consecratio & pacifica possessio. c. si qui Episcopi. 92. dist. Innoc. in. cit. c. cũ in cunctis. Staphil. de vaca. per promot. nu. 2. ita quod etiãsi elapsi fuerint tres mẽses, non vacant tamẽ beneficia, nisi habuerit promotus bonorũ administrationẽ. Innoc. lo. cit. Et licet de stylo Rom. Curiæ, statim vt in consistorio quis est renuncia-

23.

ONS

tus in Episcopum, soleant conferri ipsius beneficia tanquam vacantia, non expectata consecratione, de quo stylo attestatur *Ioan. Andr. in Clem. 1. vt lit. pend. Gig. de pens. q. 56. nu. 3. Mandos. in Reg. 1. Canc. q. 15. & in. Reg. de vac. per promot. q. 4. n. 4. Cassad. decis. 2. de constit. Hoied. lo. sup. cit. nu. 14.* tamē illa collatio non dicitur habere effectum, nisi subsequuta possessione, verè enim illa beneficia non dicuntur vacare, nisi habita possessione. *Abb. in. cit. c. cum in cunctis. §. cum verò. nu. 3.* & fuisse decisum in Rota, refert *Caput Aq. decis. 401. p. 2.*

24 Non vacant etiam beneficia ipso iure promoti ad Episcopatum in partibus infidelium, seu nullatenensem: maxima enim est differentia inter istum Episcopum nullatenensem, & alios. *Felin. in c. postulasti. de rescript. Sarn. de ann. q. 47. Burs. cons. 357. lib. 4.* namque iste non potest assequi possessionem sui Episcopatus, nec potest dici esse in mora, cum non stet per ipsum quominus eam assequatur. *Mandos. lo. cit. Hoied lo. cit. in fin. Paris. de resig. lib. 3. q. 1. nu. 89.*

Hoc idem dicendum videtur de pro-
25. moto ad Episcopatum viuente alio, vt cum quis alicui Episcopo datur in Coadiutorem cum futura successione. *c. non autem. c. petisti. 7. q. 1.* quod licet sit vetitum multis iuribus, vt. *c. Episcopi. c. plerique. 8. q. 1. & à Conc. Trid. sess. 25. c. 7. de ref.* cum quadam tamen modificatione toleratur, vt nimirum hoc fiat propter Ecclesiæ necessitatem vel vtilitatem per Sedem Apost. examinandam & approbandam. *id. Conc. lo. cit.* Causæ autem numerantur plures. Vt propter senectutem Episcopi. *c. vn. de Cler. ægr. in. 6. Archid. Gemin. 16.* vel si laboret morbo aliquo incurabili propter quem officium suum exercere non posset. *c. de rectoribus. c. ex parte extr. eo. tit. de Cler. ægr. Abb. ib. Nau. eo. tit. consil. 1. Card. Paris cons. 49. nu. 30. Rebuff. in prax. de reprob. benef. impetr. nu. 59.* Item si Episcopus sit destitutus vsu rationis & demens, dandus est illi coadiutor. *cit. c. vn. de Cler ægr. in. 6. DD. ib.* propterea enim nō potest priuari Ecclesia sua, cum Clerici non debeant inhumaniter tractari, ne alij deterreantur à statu Clericali. *1. de. cler. ægr. Abb. ib. nu. 3.* nec debet addi afflictio afflicto. *c. cum percussio. 7 q. lo. cit.* Datur præterea coadiutor illi qui est suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ suæ. *Abb. in. c. venerabil. de off. deleg. nu. 4. & in. c. licet Hel. nu. 8. de sim.* Episcopo etiam in captiuitate existēti dari debet coadiutor vel Vicarius, qui administret captiuitate durante. *c si Episcopus. de suppl. negl. prel. in. 6. Rebuff. lo. cit. nu. 60.* Ad extremum dari posset coadiutor inhabili & qui non posset satisfacere muneri sibi iniuncto. *DD. in cit. c. vn. de Cler. ægr. in. 6. Card. cons. 70.* prout etiam de illiteratis Parochis ordinauit *Conc. Trid. sess. 21. c. 6. de ref.* vt nimirum detur illis coadiutor.

Datur autem Coadiutor quandoque 26.
ad tempus quandoq; in perpetuū siue cū futura successione. *Card. Alex. in c. pastoralis. nu. 2. 7. q. 1.* sed cū futura successione non potest dari coadiutor, nisi per Papā. *Abb. in. c. venerabil. nu. 4 de off. deleg. & in c. consultationibus. nu 5. de Cler. ægr.* Et quidem non solum ad Episcopatus, sed etiam ad quæuis alia beneficia inferiora, coadiutor cum futura successione nō datur nisi à Papa. *Conc. Trid. sess. 25. c. 7. de ref. cit.*

Cum autē datur alicui Episcopo co-
adiutor, datur illi coadiutori aliquis E-
piscopatus in partibus infidelium, id est
nullatenensis, cum onere vt adiuuet N. 27.
vt est stylus vulgaris Rom. Curiæ, de
quo

quo testatur *Paris. de resig. lib. 7. q. 20. nu. 17.* Potestas verò istius Coadiutoris pendet ex forma litterarum expeditarum super coadiutoria, ita vt non pateat latius nisi in quantum fuerit expressum. *Imol. Ioan. Andr. in. cit. c. vn. de Cler. ægr. in. 6. Card. Alex. in. c. scripsit. 7. q. 1. cit. Nau. cons. 2. & 3. de Cler. ægr. Thom. Campag. in suo tract. de coad. Epis. Paun. de visit. p. 1. q. 2. nu. 32. Bellenc. de charit. subsid. q. 8.* Vel esset inspicienda causa ob quam datur coadiutor, ita vt ipsius potestas extendatur ad exercitium illius causæ ob quam datur. Vt si datur suspecto de dilapidatione bonorum Ecclesiæ, officium ipsius versabitur circa curam temporalium. *Anchar. in. cit. c. vn. de Cler. ægr. in 6. nu. 9.* Si autem datur seni vel infirmo infirmitate quæ impedit administrationem spiritualium tantum, habebit administrationem spiritualium cum scitu coadiuti. *Gem. in. cit. c. vn. nu. 4. Oldrad. cons. 44. nu. 4. Paun. vbi sup.* ad temporalia autem non extendetur huiusmodi coadiutoris potestas, sed coadiutus percipiet omnes reditus assignata coadiutori congrua portione. *Abb. in. c. de rectoribus. a. nu. 5. de Cler. ægr.* vbi dicit hoc casu si non sufficerent reditus, Ecclesiæ pro vtroque, præferendum esse prælatum coadiutū vt de redditibus Ecclesiæ sustentetur. Coadiutorem autem industria sua debere quærere sibi victum, & sibi imputet quod tam tenue susceperit beneficiū. *Idem Abb. in c. suam nobis. nu. 10. de fim.* Quando verò daretur coadiutor ob infirmitatē quæ impediret administrationem & in spiritualibus & in temporalibus, vt si daretur dementi, furioso, & similia, iam talis coadiutor haberet plenam potestatem tā in spiritualibus quam in temporalibus: teneretur tamen infirmo subministrare omnia necessaria. *c. quamuis. 7. q. 1. cit. Abb. in. c. de rectoribus cit.* & posset talis coadiutor conferre beneficia, instituere, destituere. *Card. Alex. lo sup. cit. Gemin. Anchar. in. c. vn. cit. in 6.* Resignationes quoq; beneficiorū recipere potest. DD. *loc. cit.* effeq; hanc communē opinionē testatur *Paris. de resig. lo. sup. cit.* Et de facultatibus coadiutoris Episcopi plura videri possunt apud. *Tho. Campag in suo tract. de coad. Epis. sup cit.* nobis sufficiat retulisse vltra hæc circa potestatē coadiutoris, decretū S. Cong. Rituum, relatum apud *Quarant. verb. Archiepiscopi authoritas.* vt sequitur.

Die Iouis 31. Ian. 1591. Congregatio Illustriss. DD. Card. super sacris Ritibus ad dubia nomine illustriss. DD. Card. Paleotti & Veronen. proposita, sic respondendum censuit.

Ad Primum dubium censuit: Coadiutori cum futura successione, nō licere ingredi ciuitatem Pontificaliter, quia licet sit Coadiutor cum futura successione, ex quo tamen non habet ius in re, sed ad rē, non debet recognosci tanquā superior & caput, sed vti Coadiutor, & eo magis quia contingere potest vt non succedat in Episcopatu, sed prior moriatur.

Ad Secundum: Respondit ipsum non debere vti cruce in diuinis, nec in functionibus Pontificijs, nec dum incedit per vrbem, cum crux sit signum, & ornamētum dignitatis, & iurisdictionis, & Coadiutor vtraq; careat.

Ad tertium. Censuit: Coadiutorem Pontificalia in Ecclesia exercentem, absente Archiepiscopo, vti posse cappa, cum ea sit tantum ornamentum dignitatis Episcopalis, præsente autem Archiepiscopo vti debet mantelleto, & rocheto, neque licē-

licere vnquam Coadiutori vti mozzeta & rocheto, etiam absente Archiepiscopo, cum hoc proprium sit eius penes quem est dignitas & iurisdictio.

Ad Quartum: Respondit negatiuè, cũ vna sedes non capiat duos.

Ad Quintum: Censuit, Canonicos esse compellendos vt Coadiutori Episcopo solenniter celebrãti & pontificalia exercenti semper assistant, alioquin indecorũ videretur, si Episcopus sine Canonicorum assistentia celebraret, nec non videretur esse contra decretum Conc. Trid. quòd extensiuè huic etiam casui accommodari potest.

Quoad circulos respondit, Canonicos non debere accedere ad circulos, cum ipsi circuli denotent membrorum vnionem ad ipsum caput, & ex superius deductis cõstat Coadiutorẽ non debere esse caput.

Quo vero ad confessionem faciendam cum celebrante solemniter, respondit decere, vt Coadiutor Episcopus confessionẽ faciat cum Sacerdote Canonico celebrante, & vt ideẽ quoq; benedicat in fine Missæ, ne populus præsens Diuinis, benedictione Episcopi defraudetur, & iam est vsu receptum, vt Episcopus benedicturus in fine Missæ faciat etiam confessionem cum celebrante.

Ad Sextum: Censuit, licere Coadiutori de licentia tamen Archiepiscopi benedicere populo, dum per ciuitatem incedit.

Ad Septimum: Respondit, maxime decere vt Canonici prodeant obuiam Coadiutori Episcopo ad Ecclesiam Pontificaliter accedenti ad ostiũ Ecclesiæ, eũq; discedentem ad idem ostium deducere, imò esset valde commendandum, si nonnulli Canonici officij, & vrbanitatis gratia ad ipsius Coadiutoris ædes accederẽt.

Ad Octauum: Respondit, Coadiutorem non habere facultatem largiẽdi indulgentias, & sic eas Archiepiscopi nomine, si quas Archiepiscopi.

Ad Vltimum: illud quoq; commodè 18
hic referri potest, omnes istos qui promotionem, confirmationem, vel pallium à sede Apostolica recipiunt teneri visitare limina Apostolorum cap. iuxta 93. dist. imò hoc iurant, vt in forma iuramenti Episcoporum cap. ego de iureiur. circa quam visitationem liminum, emanauit quoque constitutio Six. V. cuius verba sequuntur.

SIXTVS EPISCOPVS seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex Beatissimi Petri Apostolorum Principis successor in altissima militantis Ecclesiæ specula Diuina dispositione collocatus, & credito sibi Apostolicæ seruitutis officio omnium Ecclesiarum sollicitudinem habere totiusq; Dominici gregis, qui vnius Sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ per vniuersum orbem terrarum diffusæ, sacro ouili concluditur, curam gerere tenetur. Huius vero tam grauis & ingentis oneris Angelicis planè humeris formidãdi, magnitudinem, vt facilius ferre posit, venerabiles fratres suos Catholicos Episcopos in partem suæ sollicitudinis aduocauit, qui tanquam seniores in populo Dei, pleni sapientiæ spiritu in sua quisque Pastorali vigilantia excubantes, illius supremi in terris pastoris immẽsos labores subleuarent, in quo vno Deo auctore ple-

nitudo residet potestatis. Nimirum vt Episcoporum opera & adiumento vbiq; locorum greges sibi commissi vultum agnoscerent, & spiritualium ouium morbos intelligeret, curationes q; adhiberet, atq; ex sui muneris officio perdita requireret, abiecta reduceret, confracta alligaret, infirma consolidaret, pinguia & fortia custodiret, denique assiduis pastorum vocibus admonitus de toto Ecclesiarum singularum statu certior redderetur, ne quicquam omnino illum lateret earum rerum quas ad Dei gloriam augendam, ad Christianam Religionem propagandam, ad animarum salutem procurandam, necessario eundem scire atque intelligere oportet, vt omnibus cognitis & examinatis, pro ea, quæ sibi à Christo Domino tributa est, summa potestate, alia in vinea Domini Sabaoth euellat, alia plantet, alia ædificet, alia destruat, quẽ admodum ex rerum & temporum conditione salubrius in Domino viderit expedire. Ob quas sane causas, iure optimo & Spiritus sancti instinctu à sanctissimis Pontificibus Prædecess. nostris iam antiquissimis temporibus institutũ est, & per multas ætates magno Ecclesiæ Dei commodo obseruatum, vt singuli Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ certis præscriptis temporibus, per se ipsos, vel per certum eorum nuncium omni occasione sepositæ, Beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli, qui hãc almam Vrbem suo sanguine consecrarunt, limina, tanquam fidei petram & totius Sacerdotalis vnitatis fontem, iureiurando se visitaturos pollicerentur, atq; ita S. R. E. matris suæ complexu recreati, & paterno Summi Pontificis colloquio roborati, ad Ecclesias suas regendas alacriores & instructiores redirent. Cæterum hæc tam salutaris atq; necessaria constitutio partim hominum negligẽtia, partim humani generis hostis astutia, varijs etiam insurgẽtibus temporum calamitatibus valde refriguit, alijs alia atque alia impedimenta prætexentibus, in graue animarum suarum periculum, & quibus præsunt Ecclesiarum detrimentum. Nec vero dubitandum est, quod sine maximo animi mœrore commemorare non possumus, pernicioſissimas hæreses, quibus multis iam annis, hominum peccatis ita promerentibus Ecclesia vexatur, & Christi Domini vestis dilaceratur, ex eiusmodi salubrimæ visitationis intermissione partim ortas esse, partim latenti progressione magnum incrementum accepisse. Nam si celeriter in ipso nascentis mali initio ab ipsis Episcopis pro rei grauitate ad Roman. Pont. relatum esset, sanè illius prouidentia, & auctoritate statim venenatæ stirpes ex agro Domini euulsæ essent, & diabolici ignis scintillæ subito oppressæ atque restinctæ, in tot flammas & luctuosa incendia non erupissent. Hæc atque alia grauissima incommoda, cum primum ad summi Apostolatus apicem, meritis licet imparibus, Deo ita volente, vocati sumus, attentius considerantes, non solum ex intimis animi sensibus indoluimus, sed statim de adhibendo remedio diuina gratia adiutrice cogitare cœpimus. Vrget enim nos Dei timor & acres animo nostro stimulos dies noctesq; subijcit, quemadmodum in tremendo illius iudicio administrationis nostræ ratione reddamus. Nam si huic tãto malo quod magis quotidie ingraueſcit, nõ occurramus,

non

non possumus nobis ipsis non valde timere, cum crebro in mentem veniant, & quasi aures nostras personent sacræ illæ voces comminationis, & terroris plenæ: Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & sanguinem eius de manibus tuis requiram. Et quod Petro à Domino dictum est: Confirma fratres tuos. Et illud Apostoli Pauli, quod tanto magis ad nos pertinet, quanto maiorem præter cæteros Pastoralis officij curam sortiti sumus: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Quocirca eorundem prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, simulq; modum & temporum spatia Ecclesiarum earundem Præsulibus pro cuiusq; interuallo locorum distantia moderantes:

Hac perpetua constitutione sancimus, decernimus & mandamus, vt omnes Patriarchæ, Primates, Archiepisc. Episc. per vniuersum orbem terrarum constituti à nobis deinceps ordinandi, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, antequam munus consecrationis suscipiant, seu eis pallium de B. Petri corpore sumptum tradatur, aut si ad aliam Ecclesiã transferantur, antequam illius regimini & administrationi se immisceãt, siquidem præsentes in curia fuerint in manib. S. R. E. Diaconi Cardinalis ordine prioris, si vero absentes, in manib. Antistitis qui ad impediendũ munus prædictũ, aut ad tradendum pallium huiusmodi à sede Apostolica delegabitur, iurent iuxta formam in libro Cancellariæ Apostolicæ, Quinterno appellato, nuper descriptam, se Beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli limina, statutis in hac nostra constitutione temporibus personaliter ac per se ipsos visitaturos, ac nobis & successoribus nostris pro tempore existentibus Romanis Pontificibus rationem reddituros de toto eorum Pastorali officio, deq; rebus omnibus, ad ipsarum quibus præsunt Ecclesiarum statum, ac clerici & populi disciplinam, animarum denique quæ illorum fidei creditæ sunt salutem, quouis modo pertinentibus, & vicissim mandata Apostolica humiliter recepturos, & quam diligentissime exequuturos. Quod si legitimo impedimento detẽti fuerint, iurent se prædicta omnia adimpleturos, per certum nuncium ad illa speciale mãdatum habentem de gremio suorum capitulorum, aut alium in dignitate Ecclesiastica constitutum, seu aliàs personatũ habentem, aut si huiusmodi hominem Ecclesiastica dignitate, & personatu præditum non habeant, per Diœcesanum Sacerdotem, & si Clero careant omnino, per alium aliquem Presbyterum sæcularem vel vulgarem spectatæ probitatis, & religionis, de supradictis omnibus plene instructum; de huiusmodi autem impedimento docere debeant per legitimas probationes ad dictum primum Diaconum Cardinalem per supradictum Nuncium transmittendas, quin etiam Principes temporales, si quid pro eorũ pietate & erga hanc Apostolicam sedem obseruantia Rom. Pont. voluerint significare, eosdem Episcopos siue alios, qui ab eis mittentur, fidos habebunt nuncios ac relatores, quorum opera ab eadem sede pro illorum Dominijs, Ditionibus, & rebus firmandis, ac stabiliendis, & cum Dei & sancta Religionis causa, sine qua tuto

consistere haud possunt, coniungendis, opportuna sinceræ charitatis officia, cõsilia atq; subsidia, expectare certo poterunt. Ad hoc autem debitum visitationis officiũ commodè explendum, supradicti omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi & Episcopi, Itali videlicet, vel ex Italicis Insulis, vnde in Italiam cõmodius trajici potest, veluti Siculi, Sardi, Corsi, & alij, adiacentium Prouinciarũ Italiæ, ac etiã Dalmatiæ & Græcarũ quæ è regione ipsis Italiæ & Siciliæ oris sunt, tertio anno, Germani vero, Galli, Hispani, Belgæ, Bohemi, Vngari, Poloni, Angli, Scoti, Iberni, & cæteri omnes qui in Europa sunt citra Mare Germanicum & Balticum, ac omnium Insularum Maris Mediterranei, quarto anno: & qui intra Europæ fines sunt his Prouincijs remotiores, ac etiam Africani littoribus nostris aduersi, ac Insularum Maris Oceani Septemtrionalis, & Occidentalis, Europæ, & Africæ, citra continentem noui orbis, tã qui nunc sunt, quam qui ad Catholicam fidem per misericordiam Dei aliquãdo redierint, quinto anno; Asiatici vero, & qui extra Asiam, & in alijs nouis terris Orientalibus, Meridionalibus, Occidentalibus, & Septemtrionalibus, tam in Insulis quam in continentibus, & denique in quibuslibet mundi partibus, decimo anno iter suscipiant, & Deo concedente perficiant: idemq; institutum tertio quoque, quarto, quinto, & decimo anno repetant & obseruent. Hæc autem annorum spatia à tempore suscepti muneris, consecrationis, vel pallij traditionis, aut translationis, vt præfertur, incipiant. Quæ ne longius differantur, volumus, quod tempus quælecũque ex cursum alicui ex supradictis Præsulibus, qui siue morte præuentus, siue aliæ quacunque de causa ob non finitum tempus ei præscriptum dicta limina non visitauerit, ita illius successori effluxisse & excurrisse intelligatur, vt termino ipso iuxta prædecessoris sui iusiurandum completo, debitam tunc visitationem quamprimum conficere teneatur. Hi vero ex supradictis Antistitibus, qui hactenus ab hac sancta sede ordinati sunt, aut dictum pallium ab eo susceperunt, aut ad aliam Ecclesiam translati sunt, prout cuiq; distantia locorum & temporum interualla præscripta sunt, ad supradicta omnia obseruanda à die publicationis præsentis constitutionis omnino teneãtur. Iubemus igitur in virtute sanctæ obedientiæ supradictis omnibus Antistitibus præsentibus & futuris, vt visitationem praedictã sibi suisq; Ecclesiis adeo vtilem ac necessariam iuxta præscriptã formulam omnino conficiant. Si vero, quod absit, non egerint, eos ab ingressu Ecclesiæ ac etiam ab administratione tã spiritualium, quam temporalium, nec non à perceptione fructuum suarum Ecclesiarum, à capitulis eorũ, omni exceptione, & mora cessante interim libere exigendorum, & in opus fabricæ seu ornamentorum Ecclesiæ emptionem, prout maior exegerit necessitas insummendorum, ipso facto tam diu suspensos esse volumus, donec à contumacia resipiscentes, relaxationem suspensionis huiusmodi à sede prædicta meruerint obtinere. Non obstantibus, &c. Dat. Romæ, Ann. Incarnatio. Dom. 1585. 13. Kalend. Ianuarij.

PRAXIS

PRAXIS EPISCOPALIS.

PARS PRIMA.

De potestate ordinis Episcopalis.

POtestatem Episcopi duplicem considerat *glo. in c. transmissam. verb. de talibus. de elect. ibiq; Innoc. & alia similis. glo. in c. 1. v. confirmasse. de translat.* nimirum potestatem Ordinis Episcopalis, & potestatem iurisdictionis. Sub eadem itaque distinctione, nos quoq; eam prosequemur, ab ea quæ est ordinis vtpote nobiliori incipientes, cum nobiliora sint proponenda. *c. 1. c. statuimus. de maior. & obed.*

CAPVT PRIMVM.

DE CONFERNDIS ORDINIBVS.

ARTICVLVS PRIMVS.

Ordinis Sacramentum quid sit, quotuplex, & quis eius Ministeri.

1 *ORdinis Sacramentum quid sit.*
2 *Ordines in Ecclesia nouem.*
3 *Episcopatus an sit ordo.*
4 *Prima tonsura an sit ordo.*
5 *Ordinis in Sacramento quæ requirantur pro materia & forma.*
6 *Episcopus est verus minister Sacramenti ordinis.*
7 *Abbas benedictus potest conferre minores ordines suis monachis.*
8 *Papa potest concedere simplici Sacerdoti collationem minorum ordinum.*

PRimùm autem occurrit tractanda Ordinis Episcopalis functionum nobilissima, quæ in ordinatione Cleri versatur: Quam nos quo facilius exequamur, pauca, ea nimirum quæ non tam præsentis instituti sunt, quam illorum qui de Sacramento Ordinis speciales tractatus faciunt, tanquam materiam non nostram, ad intelligentiam tamen propositæ quæstionis necessariam, indisputata supponamus.

Et primo supponendum, Sacramentum Ordinis esse verè & propriè Sacramentum in Ecclesia Dei à Christo Domino nostro institutum. *ita Conc. Flor. in decreto Armenis tradito. & Conc. Trid. sess. 23. cap. 3. & Can. 2. & 3. Victor de Sacram. Ord. num. 226.* & communiterq; Theologi & Canonistæ *in c. ad abolendam. de hæret.* ita vt contrarium sentire hæreticum sit.

Secundo supponamus *cum Nauar. in suo Man. cap. 22. num.* 17. Sacramentum Ordinis, esse signaculum Ecclesiæ, quo traditur character, & potestas consecrandi Eucharistiam, vel in id ministrandi.

Tertio supponamus cum Canonistis, hoc communiter docentibus, quorum etiam opinio præsenti tractatui magis conueniet, Ordines esse in Ecclesia nouem,

2 uē. Primā tonsurā, Ostiariatū, Lectoratū, Exorcistatum, Acolytatū, Subdiaconatum, Diaconatum, Præsbyteratum, & Episcopatum. *ita Host. in sum. tit. de Ord. ab Epis. qui renunc. num. 1. Aug. de Clau. in sua sum. verb. Ordo. 1. num. 1.* & testatur de hac communi Canonistarū, *Nau. loc. cit. num. 18. Couar. in c. quia nos. num. 4. de testam.* Et quidem quantum septem intermedios attinet, concordant tam Theologi quam Canonistæ, eos esse Ordines: de vltimo etiam, videlicet Episcopatus, satis clarè probat. *Abb. in c. transmissam. num. 3. de elect. Angel. & Nau. loc. cit. & tex. in c. Cleros. 21. & c. 1. 32. dist. cap. vn. de Ord. ab Epis. qui renunc.* Quoad primum autem, seu primam tō-
4 suram, probant communiter Doctores, *in cap. cum contingat. de ætat. & qual. & glos. in c. nullus. v. tonsuram, de temp. ord. in 6. in c. Cleros. cit.* hancq; doctrinam esse cōmunem apud Canonistas tenuit *Rot. decis. 731. num. 6. p. 1. diuers.* Et magis confirmant quod iura participare volunt ordinatos ad primam tonsuram ex priuilegijs Cleri. *vt gl. in cit. c. cum contingat.* dicit eos gaudere priuilegio Cononis *si* quis suadēte. *17. q. 4. & alia. gl. in c. In Ecclesia. v. tales. de institut.* docētur esse capaces beneficiorum Ecclesiastic. quibus tamen excluduntur merè laici. Imò & in prohibitorijs huiusmodi clerici primæ tonsuræ includuntur æquè cum alijs clericis, vt apertè *Con. Trid. sess. 14. c. 7. de ref. & sess. 23. c. 4. & 6. de ref. ad hoc. c. nullus. cit. de temp. ord. in 6.*

Quarto Ordines prædictos diuidi in minores, qui sunt quinque primi, & maiores, qui sunt quatuor reliqui à Subdiaconatu inclusiuè.

Supponamus & quinto, in Sacramē-
5 to Ordinis requiri materiam & formā, materia est illud instrumentum, per cuius traditionem confertur Ordo, vt de singulis infra dicetur. Forma sunt verba quibus in tr aditione instrumenti materialis vtitur ordinator. *Victor. loc. sup. cit. nu. 229.*

Vltimo supponamus Sacramēti huius verè & propriè Episcopum esse dispen- 6
satorem & ministrum. *Victor. loc. cit. nu. 234. Conc. Trid. sess. 23. c. 4. & can. 7.* Et licet Cardinales Presbyteri non Episcopi, in eorum titulis subditis proprijs tātum minores ordines conferre possunt. *Abb. in c. 2. num. 6. de vit. & honest. Cler. Ioan. Andr. in c. 1. de suppl. negl. Præl. Paris. d. resig. lib. 4. q. 2. num. 88.* Licet etiam 7
Abbas si fuerit benedictus, & actu Presbyter suis monachis ordines minores conferre possit. *c. fin. 69. dist. c. 1. de suppl. neg. præl. c. cum cōtingat. de ætat. & qualit.* dummodo illos conferat Monachis tantum sibi subiectis, vel illis in quos habet fortè iurisdictionem quasi Episcopalem. *c. Abbates. de priuil. in 6. Ioan. Andr. Butr. in c. cum contingat. cit. Gemin. in c. Psalmista. 23. dist.* quod & S. Congr. Regularium cōsulta super simili dubio ab Abbate Casinen. an. 1594. declarauit verbis quæ sequuntur:

Cong. cēsuit quod Abbas benedictus possit Regularibus sibi subditis conferre primam tonsuram & quatuor minores, ac etiam benedicere calices, & paramenta sine vnctione olei sancti, nec non omnes benedictiones facere sine aliqua licentia.

Licet etiam Papæ simplici Sacerdoti 8
vt conferat minores ordines committere possit. *Victor. loc. cit. num. 234.* prout Guardiani & Priores Regulariū, quandoque habere solent priuilegia cōferendi primā tonsuram eorum monachis. *Præb. loc. cit. dist. 69. Ioan. Andr. in cit. c. 1. de suppl. neg. præl. Abb. in c. quāto. num. 9. de consuet.* vbi dicit quod etiam maiores ordines conferendi potestatē Papa simplici Sacerdoti concedere possit.

sit, tamen cum istis casibus præmissis, non ex vi officij, sed potius ex priuilegio speciali potestas ista personis prædictis competat, nihil impedit quominus ordines conferendi potestas solis dicatur cõuenire Episcopis. *Suarez. de cens. disp. 31. sect. 4. num. 28.*

Et his ita præsuppositis difficultates, quæ circa collationẽ Ordinũ occurrere possũt articulatim videamus. Et primo

ARTICVLVS SECVNDVS.
De subditis Ordinibus.

1 *Episcopus ordinans non suum subditum, incurrit suspensionem.*
2 *Subditus quomodo efficiatur quis.*
3 *Domiculium quomodo acquiratur.*
4 *Episcopus non potest ordinare ad minores non subditum.*
5 *Regulares ordinari non debent, nisi ab Episcopo loci.*
6 *Dimissorias habens potest ordinari à non suo Episcopo.*
8 *Dimissoriæ quomodo concedendæ.*
9 *Dimissorias quis concedere possit.*
10 *Capitulum sede vacante, quomodo concedere possit dimissorias.*
11 *Regulares quomodo possint cõcedere dimissorias ad ordines suis Monachis.*
12 *Abbas habens in loco iurisdictionem ordinariam concedere potest dimissorias subditis loci illius.*
13 *Dimissoriæ morte concedentis an exspirent.*
14 *Familiaris triennalis non subditus, quomodo ordinari possit absque dimissorijs.*
15 *Episcopus nullatenensis ordinari non potest ratione familiaritatis.*
16 *Episcopi titulares, quibus Ecclesiis dantur.*

---

1 NOnnisi Subditos & Diœcesanos suos debet ordinare Episcopus. *c. cum nullus. c. nullus. de temp. ord. in 6. c. primates. 7. dist. Host. in sum. tit. de temp. ord. sub num. 5. Conc. Trid. sess. 14. c. 2. & sess. 23. c. 8. de ref.* vbi Ordinatorem qui cõtra fecerit à collatione ordinum, in quibus peccauerit per annum, & sic ordinatum ab exercitio ordinis suscepti ad beneplacitum proprij Episcopi suspendit. ad hoc *Rot. decis. 731. num. 20 p. 1. diuers.* vbi dicit, hoc casu ordinatum esse suspensum ipso iure, ex ea ratione quod decretum cit. Conc. est irritans.

Tripliciter autem quis efficitur subditus & Diœcesanus Episcopi. Ratione originis, ratione domicilij, & ratione beneficij *c. cum nullus. cit.* Et hoc ad effectum susceptionis ordinum, nam quo ad alios effectus, plures possent enumerari modi, quibus quis subijcitur iurisdictioni alterius *c. 1. de sepult. c. 2. eo. tit. in 6.*

Ratione originis, vbi nimirum quis natus est *glos. in c. 1. v. alienigenas, de vsur. in 6. & l. qui ex vico. ff. ad municip.* dummodo natus sit non fortuito, vel in transitu, vt si nascatur in itinere, nam ita natus non dicetur trahere originem loci in quo nascitur, sed retinebit originẽ loci, in quo parentes ipsius haberent domicilium. *Abb. in c. Rodulphus. num. 9. de rescrip. Felin. ib. num. 13. Bart. in l. filios. c. de mu-*

de municip. & origin. Rip. in tract. de peste. p. 2. de priuil. contract. cauſ. peſt. priuil. 18. num. 183. Caſtren. in l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de leg. 1. Barbat. conſ. 52. ſecũdum quam diſtinctionem illud etiam accipiendum eſt, quod dicitur, inde quẽ trahere originem vbi fuit baptizatus, *quod docet Bart. in l. 1. num. 8. ff. ad municip. Bald. conſ. 183. lib. 2. Rebuff. in tract. de paciſ. poſſ. num. 217. & in tract. de regeſt. num. 15.* Et quomodo probetur origo, videri poteſt *Maſcard. de prob. concluſ. 1141. vbi ſub num. 21.* docet originem probari etiam per librum baptiſmi, ad quod plura congerit *Gonz. in Reg. 8. Canc. gl. 9 §. 1. à num. 105.*

Ratione domicilij nimirum parentũ, liberi enim domicilium parentum retinent. *c. licet. de ſepult. in 6. l. vn. vbi petant. tut.* & præſertim impuberes, iſti enim domicilium ſibi eligere non poſsũt. *c. licet. cit.* vel ſi habitant ſimul cum parentibus, præſumuntur enim conſtituiſſe ſibi idẽ domicilĩu, niſi contrariũ probetur. *l. filios. ibi.* ſi modo non domicilijs retineantur. *c. de municip. & orig. Bald. in l. fin. col. 2. poſt num. 7. c. ſi non à comp. iud. Nau. conſ. 11. de temp. ord. in antiq.* Et quidem domicilium patris, non matris. *l. filios. C. de munic. & orig.* niſi ſit vulgo quæſitus, talis enim matrem ſequitur. *l. cum legit imè. ff. de ſtat. hom. l. eius qui iuſtum. ff. ad municip.* vel ſi deſit patris domicilium, maternum erit ſequendum. DD. *in cit. l. filius. C. de municip. & orig.* vel proprium, ſi illud alicubi conſtituerit, poteſt enim filius familias in annis pubertatis conſtituere ſibi domicilium *l. placet. l. nihil. ff. loc. cit. ad municip.* Conſtituitur autem domicilĩu, cũ quis in locum aliquem maiorẽ partẽ bonorum transfert. *l. ciues. C. de incol.* & ibi cõtrahit & dies feſtos celebrat: aliter enim ſola emptio domus, vel alicuius partis bonorum, non facit domicilium *l. libertus. §. ſola. ff. loc. act. cap. dilectus. 2. iun. glo. v. domicilium. de reſcript. c. vt dominicis. iun. glo. 1. de Paroch. & alia glo. in c. nullus. cit. in 6. v. domicilĩu. Hoſt. in ſum. de for. comp. num. 4. Sum. Ang. Arm. v. domicilium.* Quod ſi bona non adſint, acquirere dicetur quis domicilium vbi habitat longo tempore & continuè, cum animo ſeu aliquo adiuncto actu, ſeu ſigno aſſumpti domicilij: vt ſi proteſtatur quis, ſevelle in certa vrbe domicilium figere. *Abb. in cap. fin. de Paroch. cir. fin.* vel ſi impetret priuilegium, quo ius ciuitatis obtineat. *Alciat. in l. pupillus. §. incola. ff. de verbo. ſignif. Dec. conſ. 283. num. 11.* Si vero nullus adſit externus actus aſſumpti domicilij, ex decem annorum habitatione præſumetur aſſumptum domicilium. *Accurſ. in l. hæres abſens. §. proinde. ff. de iudi. Bart. in l. lex Cornelia. §. ſi tamen. ff. de iniur. Bald. conſ. 311. vol. 4. Burſat. conſ. 36. vol. 1.* niſi adſit aliquod indicium, ex quo appareret illum non habere animum permanendi, quod accidit in Scholaribus. *l. nec ipſi. C. de incol. Felin. in cit. c. dilectus. 2. num. 11. de reſcript. Bartol. in l. quæſitum. ff. de leg. 3.* alioquin manet iudicis arbitrio, qui facilius ex coniecturis in facto occurrentibus iudicare poteſt, an ſit aſſumptum domicilium etiã momento, non expectata diuturnitate temporis. *Abb. in cap. fin. num. 8. de Paroch. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 86. cent. 1. Maſcard. de prob. concluſ. 535. Rot. deciſ. 105. num. 4. p. 2. diuerſ.*

Ratione beneficij ſortitur quis Diœceſim, vbi nimirum obtinet Canonicè beneficium Eccleſiaſticum. *cap. cum nullus. cit. in 6. Ioan. Andr. Franch. ib.* quia nimirum per beneficij poſſeſsionem acquiritur domicilium. *cit. c. dilectus. 2. de reſcrip.* dummodo beneficium ſit curatũ, ſeu

seu residentiã requirens. *Abb. in cit.c. dilectus.2. num.3.Felin.16.Rebuff.in prax. de dispens.de non resid. num.74.* vnde Genuen *in prax.c.48.num.3.* testatur seruari in curia Archiepis.Neap. vt aliquis nõ ordinetur absque dimissorijs ratione beneficij simplicis, sed cum textus præsertim, *cit.c. cum nullus.* non distinguat de beneficijs curatis vel simplicib. fortasis nec nos distinguere debemus, iuxta notata *glo.in 6.v.Ecclesiasticũ. & Io. an.Andr.Franch.ib.* Sed illud magis aduertendum, vt beneficium sit sufficiens, ad sustentationem iuxta arbitrium Episcopi. vt notat *Quaran.in Sum. Bullary. v.ordo.* Et caueri debet ne beneficium conferatur in fraudem, quo aliquis extrahatur ex aliena Diœcesi, talis enim fraus non prodesset.*c. eos qui. iun.glos.v. figmento. de temp. ord. in 6. Quaran. loc.cit.*

In concurrentia autem diuersarum rationum quæsitæ Diœcesis,præferenda videtur ratio domicilij, est enim potẽtius ius & forum domicilij. *Ias.in l.si arrogator. num.48.ff. de adopt. Soc.Iun. cons.37.à nu.9. lib.1.* Et in dubio Diœcesis appellatione intelligitur illa quæ est domicilij.*Nau.cons.4. num.5. de constit. in no.Cæs.de Gras.decis.61.alias 15.de prob.* vbi *num.* 10. refert. ita seruari in Rom. Curia, vt non origo sed incolatus attendatur, & hoc quoad commodum originis:alioquin enim quisq; originem suam retinere semper dicitur, ita,vt etiam voluntate sua illa se eximere non possit, cum mutationi originis lex resistat *l. assumptio.ff.ad municip.l. origine. C. de municip.& orig.Felin.sup. cit. in cap.Rodulphus.a. num.17. de rescript.* sed tantum commoda originis amittuntur translatione domicilij. *Bart. in l. domicilium.ff. ad municip.& in l.prædia.§.1.ff.de fun.instruct.Castren. in l.2.§.legatis ff. de iudic. Socin.sen.cons.79.a num.12.vol.4. Socin. iun.cons.37.cit.Boer.cons.13.& cons.260. num.33.* Nisi non in toto relinquatur locus originis, tunc enim adhuc integra manent beneficia originis, præsertim personalia, cum ibi præsumatur semper retineri domiciliũ. *l.1. C.de municip. & orig. Abb. in cap. accedens. 2. vt lit. non contest.num. 4. & in cit.c.fin.de Parochi.* nec amittitur primum domicilium,licet alio transferatur etiam maior pars bonorum,& constituatur aliud domiciliũ, nisi adsint aliquæ coniecturæ,ex quibus appareat animus relinquendi primum domicilium, cum etiam pluribus locis possit haberi domicilium.*l. assumptio. l. eius qui manu misit.ff ad municipal. senatores.iun.glo.v.adiectionem.ff.de senat. l.in adoptionem.C.de adoptionibus.l.2. C. de incol.* hac ratione & plura beneficia obtinens,censetur habere plura domicilia,si in vtroque residere solet æqualiter. *Abb. in cap.postulasti. num 4. de fo.comp. Felin.lo.sup cit in c.dilectus. 2. de rescrip. num.3.* Et quando quis præsumatur reliquisse primum domiciliũ,& assumpsisse alterum,colligi potest ex doctrina *Bart. in l. de iure,ff.ad municip. Abb lo.cit.num. fin.Felin.lo.cit.nu. 12. Bald. cons.393.Fed. de sen.cons.353 & seq.Petr.de Vbal.in tracta.de cau.Epis.& Paroch. c.7 Menoch.de arbit lib.2 cent.1.cas.86 sup.cit. à num.7. Henriquez.in sum.lib. 10.de ord.Sacram. c.22.§.2.*

Ampliatur nostrum dictum principale,quod non sit ordinandus nisi subditus, vt procedat etiam in minoribus ordinibus, iura enim prohibitoria etiam de istis expresse loquuntur, vt patet ex tex.citatis,& ita tenuit *Rota in vna Cremonen.pensionis.3.Dec.1582.decis.731.p.1. diuers. vbi sub.nu.14.* refertur idẽ fuisse declaratũ à S. Cong.Conc.Quia nimirũ eadem ratio militat in minoribus & 4.

prima tonsura, quæ & in maioribus, vt notat *Franch.in cap.cum nullus. de temp. ord.in 6.Gem. ib.* Et non minus peccatur in ordinatione ad minores, imò tum & à spirituali & à sæculari potestate ordinatus subtrahitur, & ponitur fundamẽtum, sine quo reliqui ordines dari non possunt,quod notat *Rebieff. in prax. tit. de lit.dimiss.num.16. Quaran.loc. cit.*

Ampliatur Secundo,vt neque ille ordinari debeat qui domicilium acquisiuit,si prius ab alio Episcopo ad alicuius Ecclesiæ seruitium fuerit ordinatus; talis enim inconsulto priore Episcopo, locum suum deserere non potest. *Conc. Trid.sess.23 cap.16.de ref.* idem de illo qui fuerit ordinatus ab Episcopo originis, & postea translato domicilio vellet ordinari ab Episcopo domicilij,tenet *Quaran. loc. cit.*

Ampliatur Tertio,vt hoc idem procedat, etiam si ordinandus esset persona bene cognita & sufficiens. *Dec. cons.455. num.7.Quaran.lo.cit.*

Quarto extende etiã ad Regulares,isti enim debent quoq; ordinari ab ordinario loci, in quo situm est Monasterium si teneat ordinationes, licet in ipsis non requirantur alij modi quærendæ Diœcesis, *vt ex decreto. S. Cong. Conc. infra referendo patebit,& ordinatũ fuit à Leon. X.in Conc. Lateran. in Bulla moderationis priuilegiorum Regularium quæ infra ponetur.* ab hac tamen obligatione excepti sunt Patres Soc. Iesu, quibus Greg. XIII. indulsit, vt à quocunque Antistite Catholico ordinari possint, vt ex ipso priuilegij tenore infrà referẽdo patebit. 5.

Quinto ampliari potest, vt neq; ille ordinari debeat qui nullius est Diœcesis. *Conc. Trid. cit.sess.14. c. 2.de ref.* Vicinior tamen Episcopus quem semel locus ille carens proprio Diœcesano semel elegerit, tales ordinare & dimissorias ipsis concedere posset: vt etiam respondit *S. Cong. Conc. Episcopo Cauen. 5.May. An. 1587.*

Ampliatur vltimo, vt neque Archiepiscopus sui suffraganei subditum, vel in eius Diœcesi sine speciali ipsius permissione ordinare possit. *c. saluo. & seq. 9.q 3.Host in sum.de off.ord.num.7.* 6.

Limitatur autem. Primo vt non procedat in illis, qui literas commendatitias vel dimissorias habẽt à proprio Ordinario,isti enim licite à quouis ordinari possunt. *Conc.cit.sess.6. c.5. & sess 23.c. 8.de ref.* Quod in tantum operatur,vt cũ huiusmodi dimissis etiam dispensari possit,à non Diœcesano Ordinatore,in casibus per Episcopum dispensari consuetis:concessa enim ordinandi facultate, videntur concessa ea quoq; sine quibus ipsa ordinatio expediri non posset. *c. præterea. de off.deleg. Host. in cit. sum. de scrutin. in ord.circa fin. Abb. in cit.cap. præterea.num.3.* super interstitijs tamen ad suscipiendum ordines per Conc. *cit. sess.23.c.13.de ref.* distinctis,dispensari nõ posse vigore literarũ dimissorialiũ, nisi hoc expresse concedatur in dimissorijs, praxis communis obseruat, *hocq; vide responsum. à Sac. Cong. Episcop. Episcopo de Aleffe.die 9.Aug.1593.* 7.

Differunt autem commendatitiæ à dimissorijs, quia illæ ad effectum tantũ susceptionis Ordinum dantur, dimissoriæ vero etiam à iurisdictione dimittũt *Sylu. Tinto. in tract. de ord. q. 8. art. 12.* & quomodo dimissoriæ sola assertione ordinantis, asserentis se ordinasse cum literis dimissorijs,probentur,videri potest. *Oldrad.cons.15.num.9. Acoramb. dec.21.lib.1.Put.dec.363.lib.1.Paris.de resig.lib.4.q.2.nu.67.Rot.dec.1064.p.3.lib. 3.diuers.*

Concedendæ autẽ sunt dimissoriæ ex iusta causa, & prius examinari debet super 8.

per habilitate ad suscipiendū Ordines ille qui petit dimitti. *Conc.cit.sess.13.c.3. de ref.* idq; in literis suis exprimere debet dimittēs; sua enim interest,nā si promoueretur dimissus indignus, vel sine prouisione sufficienti, nō ordinator, sed iste qui dimittit teneretur ad prouidendum ipsi. *c. si Episcopus de præb.in 6.Abb. in c.cū secundum nu.7.de præb.* vbi infert, quod Episcopus ordinans alienum subditum propter commendatitias literas, non tenetur illum examinare, nisi sciret apertè esse indignum. Tutius tamen est, vt ordinator etiam habentem commendatitias à proprio Episcopo examinet: cum hoc facere possit,vt not.id *Abb.in c. in cætera. ibi.num 6.de præb.& Conc. cit. sess.7.cap.11 de ref.* & præsertim si dimittens in literis suis nō facit fidem de sufficientia doctrinæ,morū honestate, sufficientia prouisionis promouendi. Imò etiamsi faceret fidem de istis omnibus dimittens,si tamen ordinator sciret contrarium,non deberet ordinare, quia nō debet cōmittere rem illititam ad petitionem illius,qui dispensare non potest. *Abb.lo.sup.cit.num.8.*

9. Et vt de dimissorijs aliqua adhuc saltem magis necessaria attingamus. Dicēdum quod dimissorias concedit Episcopus Diœcesanus, vt patet *ex tex. Conc. Trid.cit.* Nisi fuerit excōmunicatus, vel suspensus declaratus, tunc enim dimissoriæ ipsius non valerēr,sed subditi possent se facere ordinari à viciniore Episcopo;incumberet tamen ipsis onus probandi Episcopum esse excommunicatū. *c.2.de temp ord.in 6.Rebuff.in prax.tit.de dimissor.num.19.*

Concedit dimissorias & Vicarius generalis Episcopi, dūmodo habeat specialem ad hoc commissionem, alioquin ex generali cōmissione iurisdictionis, dimissorias concedere non potest. *ad dicta. Abb. in. c. significasti. de off. Archid. Franch. Gemin. in c. cum nullus.de temp. ord.in 6.Paum.de potest. cap. sed vac.p.2. q.10.Mandos.in Reg.24. Cancel. tit.3.de male promotis.q.6.a.nu.8. imò & in casu cit c. cum nullus.* videlicet cū Episcopus moratur in longinquis, tutius est vt Vicarius non cōcedat dimissorias, nisi habuerit speciale mandatū. *Rebuff. in prax. cit.de for.Vicar.num.47. Iacob. Stroz. de vic Epis.lib.2.q.41. nu.12. Quaran.lo.cit.*

Capitulum quoq; sede vacante anno vacationis elapso dimissorias concedere potest, & ante annum elapsum, illis tantum qui beneficij receptione ad suscipiendos ordines arctātur, vel illis qui præsentantur ad beneficium Ecclesiasticum, ad effectum suscipiēdi minores ordines, quo capaces fiant beneficij suscipiendi. *Conc.cit.sess.7.c.10.de ref.* Imò hoc casu nimirum ad effectum suscipiendi beneficium Ecclesiasticum, potest Capitulum sede vacante dispensare in casibus per Episcopum dispensari solitis. *Fed.de sen.conf.3.4.& 30. Gemin.in c. cum ex eo. nu.7.de elect.in 6. Paum.de potest. c. sed. vac.p.1.q.5.* vnde & cum illegitimo dispensare posset,prout & Episcopus dispēsat vigore *c.1.de fil.presb.in 6. Abb.in c. cum olim.nu.2. de maior. & obed. Nau. conf.28. & 30. de temp ord.in antiq.* quia videlicet facultas dispensandi dependet à iurisdictione, in qua capitulū sede vacante succedit, eamq; exercere potest in omnibus,præterquam in casibus expressè prohibitis. *D. D. in cit.c.cum olim.Fed. de sen lo.cit & conf.40.Dec.in c.at si Clerici.§ de adulterys. num 150.de iudic.Paum.lo. cit.q.1.* præsertim stante necessitate si sequimur *gl.in Clem.1.v Capituli. de hæret.Felin.in c.cum olim.cit.num 70.* Ex quibus consequenter dici posset Capitulum sede vacante dispensare posse in irregularitatibus facultate Episcopis

10.

concessa à Conc. Trid. *sess. 24. c. 6. de ref.* vt *Henriq. in sum. l. 14. de irreg. c. 20. §. 1.* qui videri potest, & *Gutier. lib. 1. Can. quæst. c. 3. nu. 10.* sicut etiam ab excõmunicatione ab Episcopo absoluenda, & à casib. Episcop. reseruatis potest absoluere. *c. vn. de maior. & obed. in 6. Abb. in c. His quæ circa fin. de maior. & obed.* nimirũ imminẽte necessitate, vel si intelligamus dicto *c. 6.* prorogari iurisdictionẽ Episcoporũ, & non delegatã concedi ad notata per *Host. & Ioan. Andre. in c. ad abolendam. de hæret.* contrarium tamen tenet: *Suarez. de censuris. disput. 41. sect. 2. num. 13.* & securior videtur ipsius sententia, donec fuerit hoc dubium resolutum. à Sac. Cong. Conc. interpretum.

Capitulũ quoq; sede vacante ante lapsum anni vacationis, obtinenti facultatem à sede Apost. de suscipiendo Ordines, à quocunq; Antistite Catholico cũ licentia proprij ordinarij, (prout semper in concessionibus huiusmodi clausula de petenda ordinarij licẽtia apponitur) facultatem hanc subordinatam concedere potest. *Nau. cons. 18. de temp. ord. in antiq. Quarant. loc. cit. v. Capitulum. Sed. vac. q. 10. fol. 139.* Et insuper eodem anno durante Capitulum concedere potest Episcopo extero exercitium Pontificalium, & vt possit conferre ordines in Diœcesi vacante quibuscunque, dummodo non subditis Diœcesis vacãtis. *Abb. in cap. suffraganeis. post. num. 2. de elect. Henriq. in sum. lib. 10. de ord. c. 22. Archid. Domin. c. nullus. de tẽp. ord. in 6. Nau. cons. 20. de temp. ord. in antiq. Quaran. lo. cit. q. 11.* Eadem omnia Vicarius Capituli sede vacante potest: immò ad ipsum spectãt hæ facultates, nisi sibi Capitulum aliquid specialiter reseruauerit. *Gutterez. lib. 1. Canon. quæst. c. 11. nu. 10. Quaran. lo. cit. vers. Quarto dubitatur.* II.

Extra permissos verò casus. Capitulũ concedendo dimissorias incurret Ecclesiasticum interdictum. *cit. Conc. sess. 7. c. 10. de ref.* & alij singulares concedentes dimissorias in casibus prohibitis, ab officio & beneficio per annum ipso facto efficiuntur suspensi. *id. Conc. sess. 23. c. 10. de ref.*

Dimissorias etiam concedunt Regulares superiores suis Monachis, tales enim in eorum monasterijs vices Episcoporum gerunt. *glos. in Clem. 1. v. proprij. de reb. Eccles. non alien.* & habent ibi iurisdictionem. *c. quanto. iun. glo. de off. ord. Abb. in cap. significasti. num. 2. de for compet. & in c. 1. nu. 3. de reb. Eccl. non alien. & in. cap. fin. num. 1. de stat. Monach. Dec. in. cap. ad nostram. nu. 14. de appell. Nau. cons. 21. de temp. ord. in antiq. cit.* in eis tamen concedendis debent tenere modum & formam præscriptam constitutione Clem. VIII. quæ sequitur. II.

De mandato S. D. N. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur, omnibus & singulis quorumcunq; Regularium superioribus, vt de cætero obseruent, & obseruari faciant ea, quæ in decreto Sac. Cong. Con. Trid. continentur, cuius tenor est talis.

Cong. Conc. censuit superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari, qui prædictis qualitatibus requisitis ordines suscipere voluerit, literas dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius monasterij, in cuius familia ab ijs ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit: etsi Diœcesanus abfuerit vel non esset habiturus ordinationes, ad quẽcunq; alium Episcopũ, dum tamen ab eo Episcopo qui ordines contulerit, examinentur quoad doctrinã, & dũ ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum, in id tem-

tempus quo Episcopus Diœcesanus, vel ab futurus, vel nullas habiturus esset ordinationes, vel sedes Episcopalis vacaret. Verum cum à superioribus Regularibus Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente literæ dimissoriæ dabũtur, in eis vtiq; huiusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationũ ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod si Regulares ordinandi morẽtur in Monasterio nullius Diœcesis, huiusmodi dimissorias concedendas esse per Episcopum viciniorem, in eoq; procedere omnia quæ de Episcopo Diœcesano superius præscripta sunt. Quod qui non fecerint officij & dignitatis seu administrationis, ac vocis activæ & passivæ priuationis, ac alias arbitrio eiusdem S. D. N. Papæ reseruatas pœnas incurrẽt. In quorũ &c. Dat. Rom. die 15. Mart. An. 1596.

Concedentes autem dimissorias Abbates, seu alij quicunque superiores Regulares quantumuis exempti, alijs quam Monachis sibi subditis efficerentur, ipso iure suspensi per annum ab officio & beneficio. *Conc. Trid. cit. sess. 13. cap. 10. de ref.* Nisi Abbas seu alius superior Regularis haberet in aliquo loco iurisdictionem ordinariam: tali enim non obstare. cit. Cõc. decretũ tenuit. *Rot. in* vna *Salamantinen. iurisdictionis coram Seraphino die 9. May.* 1594. in qua decisione cum plura aliã scitu necessaria, de eisdẽ exemptis habentibus ordinariam iurisdictionem contineantur, eam maiori vtilitati legẽtium, hic inserere volui. Habetur etiam relata apud *Genuen. in prax. cap. 83. num. 9.* vt sequitur.

12.

SALAMANTINEN. IVRISdictionis. R. P. D. Seraphino.

Dvbitaui an Reuerendißimo Abbati obstet decretum. cap. 8. de ref. sess. 7. Item decretum. c. 10. sess. 23. Et quantum ad prius decretum Domini dixerunt nõ obstare, quia cũ loquatur, de ordinarijs, quorum appellatione comprehenduntur etiam inferiores in materia eis adaptabili, vt per Gemin. in cap. ordinarij. num. 3. cũ alijs adductis. sub die 23. Oct. 1579. in hac eadem causa, sequitur Abbati hoc decretum non obstare, cum consuetudo de qua fit mentio in Bulla, sit talis, quæ nedum eximat, sed etiam tribuat iurisdictionem, quo casu territorium dicitur effectum propriæ Diœcesis Abbatis. Ioan. Andr. in cap. nimis. col. penul. ad fin. de iureiur. Anchar. in cap postulasti sub nu. 45. de fo. comp.

Neque obstat quod non sit Ordinarius loci sed personarum, cum hæc iurisdictio proueniat à consuetudine, non confirmata respectu locorum, quia est eadem cõsuetudo, de qua Papa testatur, alioquin si voluisset tantummodo eximere, non autem intellexisse iurisdictionem ad Abbatem de consuetudine spectare, vtiq; hæc loca immediatè subiecisset sedi Apostolicæ, prout in similibus exceptionibus fieri solet, quod clarè ex vsu subsecuto comprobatur. Aym. cons. 118. num. 2. & cons. 211. num. 8. nec non ex quatuor casuum exceptione, quæ in non exceptuatis firmat regulam viribus vulgaribus, & ideo non sumus in nuda exemptione, sed in consuetudine quæ ordinariam tribuit iurisdictionem. Hostien. in sum. de off. ord. num. 2. Abb. in c. cum contingat. num. 5. de fo. comp.

Non obstat quod Reuerendissimus Episcopus velit visitare tanquam sedis Apostolicæ delegatus, quia Concilium hoc tribuit ordinarijs tantum; ipse autem in hoc loco nō est talis, sed Abbas, visitatio enim pēdet ab ordinaria iurisdictione. c. 1. in fin. de cens. lib. 6. cum alijs allegatis. & quamuis decretum hoc deroget consuetudinibus, non tamen derogat confirmatis vt fuit resolutum.

Non obstat decretum. c. 9. sess. 24. quia non tollit iurisdictionem præfati. c. 8. sess. 7. loquentis de ordinarijs generaliter, quorum appellatione vt dictum est, tam Episcopi quam inferiores comprehenduntur. Præterea cum simpliciter loquatur de exemptis, non est trahendum ad eas Ecclesias, quæ habēt proprios Prælatos iurisdictionem ordinariam habētes, non enim est verisimile, Concilium hoc casu voluisse subditos duplici onere visitationis grauare.

Quantum ad decretum. c. 10. sess. 23. Domini dixerunt, si ex consuetudine Abbas dabat literas dimissorias, dictum decretum ex rationibus supra deductis ei non obstare, cum huiusmodi consuetudo censeatur confirmata, vti cōsuetudo tribuens iurisdictionem, non autem exemptionem, & ideo non obstare. c. cum nullus. de temp. ord. in 6. non enim hoc ius ita Episcopo vel Episcopali dignitati cōpetit exclusiuè ad alios, vt non possit cōsuetudine præscripta induci, vt tradit gl. ib. in verb. indultum. & ideo cum hic habeamus consuetudinem confirmatam, eam non tollit hoc decretum, ex his quæ alias deducta & decisa fuerunt.

Semel autem concessæ dimissoriæ, semper durant, nec expirant morte ciuili vel naturali concedentes, nisi per successorem reuocentur. *Card. in Clem. fin. q. 5. de elect. Nau. in c placuit. de pœnit. dist. 6. num 34. & 163. & cons. 48 de temp. ord. in antiq.* gratia enim per mortem concedentis non expirat. *c. si super. de off. deleg. c. si cui de præb. in 6. Gig. de pension. q. 91. a. num. 4.* Vnde neque dimissoriæ concessæ à Capitulo expirant finita sedis vacatione. *Imol. in c. 2. ne sed. vac. Rebuff. de for. dimis. num. 43. Quir. do cit. verbo. Capitulum sed. vac. vers. dubitatur secundo.* Gesta enim per capitulum tenent etiā finita capituli potestate. *c. his quæ de maior. & obed. Fed. de Sen. cons. 16. allegatus per Lopez. ad Diaz. in pract. crim. c. 26. §. postquam vero dimissoriæ.* 13.

Limitatur secundo nostra propositio de subditis ordinandis, vt non habeat locum in familiari triennali, familiarem enim triennalem ordinare potest Episcopus, licet fuerit ex aliena Diœcesi. *Cōcil. cit. sess. 23. c. 9 de ref.* Ita tamen vt beneficium sufficiens statim ipsi conferat, *id. Conc. ib.* Et quidem etiam ordinando ad minores tenetur ordinator prouidere ordinato de beneficio, quia aimirum facultas promouendi familiarem, fundatur in collatione beneficij, & eadem ratio militat in minoribus etiam prima tonsura, quę & in maiorib. ordinibus, & vtrobiqúe necessario requiritur prouisio beneficij. *Franch. Gem. in c. cum nullus. de temp. ord. in 6.* hocque declarasse S. Cong. Conc. testatur. *Rot. decis. 731. nu. 3. p. 1. diuers. Paris. de resig. lib. 4. q. 2. num. 92. vbi. num. 91.* refert eandem S. Cong. declarasse quod huiusmodi prouisio possit assignari, etiam in patrimonialibus bonis dummodo sufficientibus. 14.

Dicitur autem familiaris, qui semper assistit Episcopo, & qui est ipsius continuus commensalis domesticus. *cap. fin. de verb. signif. in 6. Gem. ib. not. vlt.* non vero qui in lōginquo moratur, etiā si ibi sumpti-

ptibus Epiſcopi viuat. *Maiol. lib. 4. de irreg. c. 2. num. 5. Lopez. ad Diaz. in pract. cit. crim. c. 26. verſ. tertius caſus.* rationēque dant ijdem, quia videlicet in longinquo degentis Epiſcopus mores cognoſcere non poteſt, ob quem maxime reſpectum videtur hanc facultatem Conc. cit. indulſiſſe Epiſcopis. *Lopez. & Quaran. loc. cit.* An autem diſpenſari poſsit cum familiari triennali in caſibus alias per Epiſcopū diſpēſari ſolitis, videri poteſt *Nau. conſ. 25. & 27. de temp. ord in antiq.*

Sublimitatur autem noſtra propoſitio de familiari triennali ordinando, vt non habeat locum in Epiſcopis titularibus, iſti enim ratione familiaritatis neminem ordinare poſſunt. *textus eſt expreſſus. Conc. cit ſeſſ. 14. c. 2. de ref. in illis verbis* (etiam prætextu familiaritatis cōtinuæ commenſalitatis ſuæ) Et hoc propterea, quod Epiſcopus titularis nō habet Diœceſim, in qua familiaris efficiatur domiciliarius, nam neque ipſe poteſt dici morari in domicilio proprio, cum non habitet in propria Diœceſi nec habet beneficia de quibus prouideat promouēdum. *Lopez. lo. cit.* Vnde etiam talis Epiſcopus titularis Pōtificalia nullibi exercere poteſt, niſi de licentia loci Epiſcopi, vel in Diœceſi ad quam fortè conſtituitur Suffraganeus, vt plerumque fit, *c. quoniam de off. ord. Abb. ib. a. nu. 3. ad fin.* Eoſdem titulares Epiſcopos non debere dari niſi Eccleſijs Cardinalium, vel illis quæ ſolitæ fuerint eoſdem habere, idq; cum aſsignatione certi annui ſtipendij ad minus Ducatorum auri ducentorum de Camera, quos propria authoritate percipere poſsint, deducit *Franch. Leo. in ſua prax. c. 39. num. 17.*

15.

16.

ARTICVLVS III.

De Fœminis, Gentilibus, Infidelibus & Iudæis non ordinandis.

1 *Fœmina eſt incapax ordinis.*
2 *Hermaphroditus an poſsit ordinari.*
3 *Ordinari non poteſt qui nondum eſt baptizatus.*
4 *Baptiſmum iterans incurrit irregularitatem.*
5 *Hæretici, Neophiti, Apoſtatæ ordinari non debent.*
6 *Occidens vel mutilans Sacerdotem ordinari non poteſt.*
7 *Epiſcopus excommunicatus vel Apoſtata ordinare non poteſt.*
8 *Excommunicatus, ſuſpenſus, ordinari non debet.*

1. FOeminæ non poſsunt ordinari, & ſi ordinentur non recipiunt characterem. *c. noua de pœnit. & remiſſ. S. Tho. in 4. diſt. 25. q. 2. art. 1. Arch. in c. Diaconiſſam. 27. q. 1. Hoſt. in ſum. de temp. ord. num. 31. §. ſed & præter. & omnes communiter Theol. & Canoniſtæ.* Hermaphroditus etiam ſi in fœmineum ſexum magis declinet, vel dubium ſit ad quem declinet magis, ordinari non poteſt, & ordinatus non reciperet characterem. *Ang. verbo. ord. 3. num. 21. ad quod cit at. tex. cap. illiteratos. 26. diſt. Arm. ver. Hermaphroditus.* 2.

num.

num. 2. Quod si in virilem sexum magis declinet ordinatus, reciperet characterem, ordinari tamen non debet. *Authores citati.*

Gentiles quoque Pagani, Iudæi, Cathecumeni, & vno verbo qui non sunt baptizati, nō debent ordinari, & ordinati non reciperent characterem. Quia nimirū Baptismus est ianua & fundamentum omnium Sacramentorum. *c.* 1. *&* 3.
3. *de præsb. non bapt. Innoc. Abb. ib. Host. in sum. tit. eod. Nau. in man. cap.* 27. *nu.* 207. *Vuald. de irreg. num.* 6.

4. Rebaptizati etiam, seu bis baptizati siue à Catholicis siue ab Hæreticis sciēter vel ignoranter, maximè verò si post factum ratā habuerint iterationem spōte etiam vel metu, qui non cadit in constantem, licet ordinati characterem recipiant, ordinari tamen prohibentur. *cap. qui bis ignoranter de consecr. d.* 4. *Nau. lo. cit. num.* 246. *Vuald. lo. cit. num.* 39. *Arm. verb. irregularitas. num.* 84. *Ang. ibid.* 1. *num.* 24. hacque eadem irregularitate ligari dicit ipsum rebaptizantem, & rebaptizationis ministrum.

De illis tamen qui ignorantia probabili, vel metu cadente in cōstantem fuerunt rebaptizati omissis diuersis diuersarum distinctionibus, securior videtur sententia. *Arm. loco cit.* qui dicit cum talibus per Episcopum dispensari posse, ita quod in casu simili quo nō videretur sequi irregularitas, ad maiorem cautelā petenda sit ab Episcopo dispensatio, præsertim in tanta Doctorum discrepantia, quorum plurimi nullam ignorātiam, nec aliquam aliam rationem tenent excusare posse in tali casu rebaptizationis, quo minus sequatur irregularitas: ad hoc facit *Host. in sum. de Sacrament. non iteran. circa finem.*

Iterantes autem alia Sacramēta characterem imprimentia vt ordinis, confirmationis, peccant iuxta modum iterationis, aut autem incurrant irregularitatem videri possunt. *Scot. in* 4. *d.* 7. *q.* *vlt. Victor de Sacram. Confirma. num.* 45. *Ang. Arm. loc. cit. Host. lo. cit. in fin. Nau. loco cit. num.* 247.

Huc reducendi sunt Neophiti, Apostatæ, & fidem abnegantes, quod ordinari non possint, etiam postquam Ecclesiæ fuerint reconciliati, recipiunt tamen characterem si ordinentur. De Neophitis est *tex. cap.* 1. *dist.* 48. *Host. cit. in sum. de temp. ord. num.* 30. ne videlicet efferantur superbia. Intelligendum tamen de recenter conuersis, non de illis qui à multis annis facti sunt Christiani. *Felin. in cap. eam te. de rescript. num.* 12. *Nau. lo. cit. num.* 205. seu de illis qui ætate adulta baptizati sunt, & noui sunt in baptismate. *Suarez. de cens. disp.* 43. *sect.* 3. *num.* 5. 5.
De Hæreticis est *tex. cap. quicunq; &c. statutum de Hæret. in* 6. vbi pœna huiusmodi extenditur ad filios, & secundam generationem paternā, & primam maternam: sic & Patronus, vel feudatarius aliusue beneficiarius Ecclesiæ, Rectorem vel Clericum ipsius Ecclesiæ occidens vel mutilans, punitur in filijs vsque ad quartam generationem, ne promoueri possint ad ordines. *cap. in quibusdam de pœnis.* Paulus IV. etiam descendentes ex 6.
Iudæis vel hæreticis, prohibuit promoueri ad Sacros ordines, vsque ad quartā generationem: quam constitutionem postmodum confirmauit Greg. XIII. eāque extendit ad descendentes ex Mauris. 7.
vt Nau. cons. 1. *de Iudæis.* cum distinctionibus quas ibi adfert: de Apostatis. *vide tex. cap. placuit &c. hi qui. dist.* 50. In hæresi præterea baptizati, siue ab hæreticis baptizati, arcentur ab ordinibus. *c. qui in aliquo.* 51. *dist. cap. qui in qualibet.* 1. *q.* 7. Et qui differunt baptismum vsque ad adultam ætatem, vel ægritudinem. *c.*

si quis

si quis.51.distinct. Ang. verb. irregularitas. num.55.

7. Ab Episcopo Hæretico Apostata excommunicato, suspenso interdicto Simoniaco declarato vel intruso ordinati, licet characterem recipiant, ad superiores tamen ordines non sunt promouendi, & in susceptis absque dispensatione ministrare non possunt. *cap. gratia. cap. si qui. & seq. c. constat multos. 1. q. 1. Arm. verb. irregularitas. num. 78.* vbi distinguit de talibus, nimirum si id fecerint scienter, non nisi per Papam esse dispensandos, si vero ignoranter vel metu cadente in constantem, posse cum illis per Episcopum dispensari. Ordinati autem ab hæretico qui non fuit Episcopus, vltra id quod sunt inhabiles ad ordines, etiá illa ordinatio nullum ipsis impressit characterem: ita quod si ex gratia Papæ fuerint dispensati, iterum debeant ordinari. *cap. Daibertum. & seq. 1. quæst. 7.*

Ipsi etiam ordinãdi dum fuerint excommunicati, suspensi, ordinari non debent. *Nau. lo. cit. Ang. lo. cit. num. 22.* Similiter & violatores interdicti Ecclesiastici, si illud violent in ordinibus existentes actum aliquem ordinibus deputatum exercendo, ad superiores ordines promoueri non possunt. Si autem violét interdictum dum sunt laici, licet peccent, non tamen incurrunt prohibitionem ab ordinibus *Nau. lo. cit. nu. 243.*

ARTICVLVS IV.

De requisitis ætatis, Confirmationis, Natalium.

1 *Ætas quæ requiratur in ordinandis.*
2 *Ordinatus ante ætatem competentem quas pœnas incurrat.*
3 *Ordinatus ad minores ante ætatem non incurrit pœnas Const. Pij. II.*
4 *Parentibus attestantibus de ætate filij creditur.*
5 *Sacramentum confirmationis necessarium ante susceptionem ordinum.*
6 *Illegitimi ordinari non possunt.*
7 *Illegitimus occultè debet obtinere dispensationem ad ordines.*
8 *Parentum confessio an præiudicet filijs.*
9 *Illegitimitas Canonica non ciuilis attenditur quoad ordines.*
10 *Legitimatus per Principem sæcularem non efficitur habilis ad ordines.*
11 *Legitimatus per subsequens matrimonium, quomodo possit ordinari.*
12 *Regulares dispensari possunt in illegitimitate per suos superiores.*
13 *Papa dispensare potest ad omnes ordines cum illegitimo.*
14 *Episcopus dispensare potest ad minores tantum cum illegitimo.*
15 *Infantes vulgò expositi, an sint ordinandi sine dispensatione.*

1. Ordinandi præterea non sunt qui nõ habent ætatem requisitam. Quę prohibitio non est quidem de necessitate Sacramenti Ordinis, nã quoad hoc nulla ætas certa requiritur. *Host. in sum. cit. de temp. ord. num. 31. §. sed & præter. Arm. v. ætas. num. 1.* sed tamen est de necessitate præcepti. *authores cit.* Est autem ætas requisita quoad primã tonsuram, & tres primos

1. mos minores annorum ad minus septē, ad Acolytatum annorum duodecim. *c. in singulis. 77. dist. cap. nullus. de temp. ordin. in 6.* & est moderanda ætas in hisce ordinibus ex præscripto iuris communis, siquidem nihil circa eam est innouatum, præsertim à Conc. Trid. vt declarauit Sac. Cong. interpretum. Conc. his verbis.

Cong. Conc. respondit nullam esse à Trid. Conc. præstitutam ætatē tōsuræ & quatuor minoribus ordinibus, sed eam attendendam quæ à Sacris Canonibus præscribitur.

De reliquis verò ordinibus post iura antiqua disposuit. *Conc. Trid. cit. sess. c. 12. 'de ref.'* assignando ad Subdiaconatū annos viginti duos, ad Diaconatum annos viginti tres, ad Præsbyteratum annos viginti quinque: & sufficit quod annus sic incæptus, præterquam in Episcopatu, in quo requiritur annus trigesimus completus. *c. cum in cunctis. iun. gl. de elect. Clem. generalem. de ætat. & qual. Host. cit. in sum. eo. tit. num. 1.*

Pœna autem ante ætatem requisitam ordinari sese facientium est, quod ipso facto efficiuntur suspensi. *cap. vel non est*
2. *compos. de temp. ord.* & extat ordinatio Pij II. quam hic propter frequentem eius vsum inserendam duximus, vt sequitur.

Cum ex Sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animæ imprimatur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum, in eorum susceptione excessus graues tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cum itaq; sicut fide dignorum relatione non nisi molestè accepimus, nonnulli Clerici extra tempora à iure statuta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui verò sine dimissoriis literis contra sanctiones Canonicas se faciant ad sacros ordines promoueri. Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt aliis in posterum cōmittendi similia aditus præcludatur, authoritate Apost. præsenti cōstitutione perpetuo valitura statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli qui absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimā, vel absq; dimissoriis literis, etiam Citramontani à Citramontanis, (præterquam si in hoc vltimo casu per Cameram Apostolicam iuxta ipsius stylū ordinati fuerint) ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, à suorum ordinum exequutione ipso iure suspensi sint. Etsi huiusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant; præterea vltra alias pœnas, in tales generaliter à iure inflictas, beneficiis Ecclesiasticis quæ obtinent possint iure priuari. Volumus autem quod præsens nostra constitutio, in Rom. Curia existentes post quindecim dies, absentes verò Italicos post duos menses, alios verò Vltramontanos post sex menses ab ipsius inaudientia contradicturum, & Cancel. Apost. publicatione & affixtione ligare incipiāt. Nulli ergo &c. Dat. Romæ. anno Incarn. 1461. 15. Kal. Decemb.

Et hæc suspensio durat non tantum ad ætatem superuenientem, sed perpetuo donec absolutio subsequatur. *Tolet. in sum. lib. 1. cap. 6. Rebuff. in prax. in Reg. de Cler. male prom. glo. 4. num. 3.*

Ad minores tamen ordines si quis ordinetur contra ordinationem præmissam

sam ante ætatem debitam, non incurret
suspensionem huius extrauag. *Rebuff. lo.*
3. *cit. in prax. glos. 2. num. 11. & glos. 3. Nau.*
lo. cit. cap. 25. nu. 70. & cons. 18. 25. de temp.
ord. in antiq. vbi dicit hoc teneri communiter. De Episcopo verò ordinante ante ætatem debitam, cum neque Conc. cit. neque dict. Pij. II. extrauag. quicquã disponant, recurrendum erit ad iura antiqua, vt videlicet sit suspensus à collatione ordinum quos contulit. *cap. vel nõ est compos. de temp. ord. c. ap. fin. eo. tit. in 6.* & quomodo incurrat irregularitatem violando hanc suspensionem, consuli potest *Franch. in cap. 1. §. sciturus. num. 4. de re. iud. in 6. Maiol. de irreg. lib. 1. cap. 30.* Et quali ignorantia excusetur à suspensione tradit *Ioan. Andr. in cap. 2. lo. cit. in 6. Io. Mon. Gem. ib.*

Creditur autem in materia ætatis dicto parentum vel testium. *l. de ætate.*
4. *ff. de minoribus. Rebuff. de lit. primæ tonf. num. 13. in prax.* & quot modis probetur ætas, videri potest *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 51. Mascard. de probat. conclus. 667. & seq.*

5. Ordinari item prohibetur, qui Sacramentum confirmationis prius non susceperit. *Cõc. Trid. cit. sess. 23. c. 4. de ref. ad hoc. Sot. in 4. dist. 14. quæst. 1. art. 4. Victor. cit. de Sacram. ord. num. 232. Nau. in man. cit. c. 21. num. 6.*

Requiritur præterea in ordinando, vt non sit illegitimus. *cap. 1. de fil. præsb.* & tales dicuntur, qui ex parentum coniunctione Sacris Canonibus reprobata nascuntur: de quorum diuersitate plura
6. *Host. in cit. sum. tit. qui fil. sint legit. Ang. verb. filius. Nau. lo. cit. a. num. 19.* dum tractat de impedimentis matrimonij, ratione quorum, vltra conceptos ex adulterio, incæstu, fornicatione, sequitur prolis illegitimitas.

7. Ampliatur hoc requisitum vt procedat etiam in illo qui secretè scitò se esse illegitimum, quo ad forum enim conscientiæ ordines suscipere non deberet, nisi obtenta dispensatione, quam tamen sufficeret obtinere secretè. *Abb. in cap. nisi. num. 16. de renunc. Nau. in man. cit. cap. 27. num. 201.* licet non teneatur credere matri dicenti eum esse ex adulterio conceptum. *Abb. in c. per tuas. nu. 4. de propr.* & communiter. *D D. in l. si vicinus. c. de nuptijs.* imò etiamsi ambo parentes negarẽt eum esse suum filium, non teneretur stare ipsorum assertioni, dummodo probare posset aliquibus argumentis se esse filium, vt apertè *tex. in c. transmissa. qui fil. sint legit. ium. glo. & l. si posthumus. §. si quis ff. de li & posth. l. Lucius. ff. de condit. & demonstr. Bart. & alij comm. in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.* quo casu sufficere probationes præsumptiuas, vult *Dec. in Rub. de prob. num. 162.* Patris enim dictum filio non præiudicat. *l. 1. ff. de Carb. Edict.* neque matris. *l. imperatores. ff. de probat. Abb. in c. officij. num. 3. de pœnit. & remiss.* Quinimò nec iuramentum matris hoc casu noceret filio *arg. l. ait prætor. ff. de iureiuran. Host. in sum. de assert. iuram. num. 5.* nisi concurrat reputatio illegitimitatis, educatio extra domum adulteræ, tractatio non filialis, fama viciniæ cum confessione Parẽtum, his enim concurrentibus rollitur iuris præsumptio. *Paul. de Castr. cons. 115. Alex. cons. 88. vol. 7.* & ita declaratum fuisse. *l. miles. §. defuncto. ff. ad l. Iul. de adul.* In Rot. Rom. in vna Placentia. coram Sarnen. *de mense Mart. 1538.* refert *Mohed. decis. 19. aliàs l. 1. tit. qui fil. sint legit.* Econtra confessio parentum in fauorem prolis multum prodest. *arg. l. 1. §. Iulianus. ff. de lib. agnosc.* & statur hoc casu confessioni parentum, donec contrarium probetur. *glos. in c. Michael.*

de fil. presb. Bald. in l. non epistolis. C. de probat. in 2. not. concurrentibus nimirum adminiculis, vt tractationis filialis, præstationis alimentorum, vt communiter DD. præsertim *Ant. de Butr. Aret. Dec. in cit. cap. per tuas. qui fil. sint legit. Bart. in l. 1. §. idem per contrarium ff. de agnoscen & alen. lib. Ias. cons. 107. vol. 4. Duen. Reg. 342.*

9. Ampliatur Secundo: vt procedat etiam si natus esset quis ex matrimonio licito secundum ius ciuile, secundū canones verò prohibito: in ordinibus enim legitimitas Canonica est attendenda non ciuilis. *cap. per venerabilem. qui fil. sint legit. Host. in sum. eodem tit. sub. num. 11.*

10. Ampliatur & vltimo: vt huiusmodi illegitimi ordinari non possint, etiamsi legitimentur per Imperatorem seu alium Principem sæcularem non recognoscentem superiorem, vel per aliquē ab eis potestatem habentem, vt per Comitem Palatinum: legitimatio enim huiusmodi nō suffragatur quoad spiritualia, sed tantum quoad sæcularia, idque in terris tantum illius qui legitimat. *c. lege. dist. 10. Abb. in cap. per venerabilem. cit. a num. 24. & in cap. cum te. num. 17. de sent. & re. iud. Nau. cons. 5. de fil. presb. in antiq. Ang. v. legitimatio. nu. 4.* & differunt multū inter se legitimatio & dispensatio, quoad spiritualia. *Dec. in cap. at si Clerici. §. de adulteriis. num. 93. de iudic.*

1. Limitatur autem primo: vt non habeat locum in natis ex soluto & soluta, qui postmodū legitimè cōtraxerunt. filij enim ante nati legitimantur per hoc subsequens matrimonium, & sunt habiles ad ordines. *cap. tanta. qui fil. sint legit. Abb. ib.* si nimirum eo tempore quo geniti fuerint, nullum adfuerit impedimentum ad contrahendum matrimonium, alioquin si tum adfuerit impedimentum, licet contrahentes postea dispensentur super impedimento ad effectum contrahendi & contrahant, filij tamen ante nati manebunt illegitimi, nisi in dispensatione cum illis quoque expresse dispensetur. *Ang. lo. cit. num. 7.* vbi *Ioan. And. Abb. in c. per venerabilem. cit.* tenentes contrarium, dicit intelligi debere de matrimonio stante impedimēto contracto, & in eo prole suscepta, nā tum si postmodum tollatur impedimētum per dispensationem, dispēsatio hæc retrotrahetur quoad filios ante genitos. *arg. l. cum decem mihi. ff. de solut.* secus de illis qui suscipiunt filios absque matrimonio stante impedimento, nam in talibus dispensatio non retrotrahetur ad filios; sicut etiam non retrotrahetur ad conceptos in adulterio, licet matrimonium postmodum subsequatur. *cit. cap. tanta. qui fil. sint legit. Nau. cons. fin. de secund. nup. in no.*

Sublimitari etiam debet limitatio præcedens, vt si illegitimus ordinetur, & ex post facto ipsius parentes contrahant, licet ipse legitimetur per hoc subsequens matrimonium, ordinum tamen susceptio non conualidatur, sed est necessaria dispensatio. *Vinald. de irreg. num. 129.*

Limitatur secundò: dictum principale vt non procedat in casu, cum parentes stante impedimento contraxerunt præmissis denunciationibus & solemnitatibus debitis, prolemque susceperunt, sed impedimentum alter eorum, seu vterq; ignorauit, proles enim sic suscepta censetur legitima & est habilis ad ordines. *c. cum inter. c. referente. c. ex tenore. qui fil. sint legit.* & in tantum quidem, quod etiamsi lite iam mota ante sententiam concipiatur proles, & propter impedimentum vir & mulier separentur

rentur postmodum, adhuc ista proles gaudebit iure legitimitatis. *c. cum inter. c. ex tenore. iun. gl. v. legitimum. Abb. ibid. num.* 3.

Limita tertiò in illis quorũ parentes in infidelitate existentes in gradu Canonibus prohibito contraxerunt, sic enim nati post conuersionem legitimi reputantur, & ordinari possunt, nisi ex alia causa prohibeantur. *c. fin. loc. cit. Host. in sum. ib. nu.* 11.

12. Limita quartò in illegitimis ingredientibus Religionem, iura enim Religionis fauore cum talibus dispensarunt. *c.* 1. *de fil. presb.* Et licet Sixtus V. constit. sua incip. *Cùm de omnibus. de an.* 1587. *publ. die* 27. *Nouem.* prohibuerit illegitimos ad Religiones recipi, eam tamen prohibitionem postmodum Gregorius XIV. alia sua constit. incip. *Circumspecta. de an.* 1590. *Ibid. Mart.* relaxauit, permittens arbitrio superiorum Regularium susceptionem illigitimorum ad statum Regularem.

13. Limita quintò ad legitimatos per Papam, vel ab eo potestatem habentem, Papa enim legitimare potest quo ad omnes ordines, cum & possit dispensare in omnibus quæ sunt inducta iure positiuo, vt communiter tenent. *DD. in cit. c. per venerabilem. qui fil. sint legit.* Episcopus autem dispensat quoad minores tantum ordines, & simplex beneficium. *cap.* 1. *de fil. presb. in* 6. vt dicemus paulò infra. 14.

Limitatur vltimò vt non procedat in infantibus vulgo expositis, isti enim præsumuntur pro legitimis & possunt ordinari. *c. cum deputati. de iudic. ibiq; Felin. num.* 10. In dubio enim semper pro fauore prolis iudicatur. *c. ex tenore. cit. qui fil. sint legit.* Quin imò tales etiamsi essent de seruili conditione, consequuntur plenam libertatẽ. *l. nemini. C. de Epis. aud. l.* 3. *& vl. eo. de infant expos. cap. si expositus.* 87. *dist. iun. gl. c. vn. de infant. expos. ibiq; Anan. Gab. c. Pallest. de spurijs. c.* 63. *à nu.* 3 *ad finem.* vbi hanc sententiam multis probat, & communẽ esse testatur. *Host. quoq; in sum. tit. cit. qui fil. sint legit. num.* 8. refert eandem sententiam, licet magis inclinet in contrariam, ex ratione quod vulgo non exponantur nisi illegitimi, quod eo magis verum esset, si ex aliquibus coniecturis appareret expositũ fuisse illegitimum. Et hæc Host. opinio tutior magisque practicatur, prout vidi sæpius in similibus expediri dispensationes in Romana Curia. 15.

ARTICVLVS V.

De honestate vitæ & morum in ordinandis requisita.

1 *INfamis ordinari non potest.*
2 *Infamia quotuplex sit & quomodo contrahatur.*
3 *Arbitri sententia non inducit infamiam.*
4 *Seruitus qualis impediat ordines.*
5 *Homicidium quomodo inducat irregularitatem.*
6 *Iudex infligens pœnam mortis incurrit irregularitatem.*

7 *Homicidium committens in defensionem vitæ an irregularitatem incurrat.*
8 *Abortum procurans an incurrat irregularitatem.*
9 *Const. Six. V. de procurantibus abortum in quibus fuit moderata.*

VItæ probatæ sunt ad ordines assumendi. *Conc. Trid. cit. sess. 23. c. 5. 7. & 12. de ref. c. sinc etiã 49. d.* Vnde infames, criminosi non sunt ordinandi. Et infamis dicitur, cuius status, vita & moribus est reprobatus. *Angel. in sua sum. v. infamia. in princip.* 1.

Triplex autem numeratur infamia. Facti, Iuris, & Canonica. Canonica est, quæ propter quodlibet peccatum mortale incurritur. *c. fin. 25. dist. c. quoniam 48. dist. c. infames. 6. quæst. 1.* Sed hæc infamia sola pœnitentia tollitur. vt docet *Abb. in c. ex diligenti. nu. 6. de sim. Viuald. & irreg. num. 105.* nec de ea quis iudicari potest in foro exteriori cum sit occulta, tenetur tamen in conscientia habens peccatum mortale confiteri prius antequam ordines suscipiat. 2.

Facti infamia est, cum aliquis, apud bonos & graues viros imfamatur, vel frequentatione criminum quæ non vno actu sed pluribus inducunt infamiam, vel vno crimine patrato, si ita iure sit definitum. Prioris generis possunt esse exempla, aleatores. *c. inter dilectos. de excess. præl.* vinolenti & delicatè viuentes. *c. ante omnia. c. Ecclesiæ Principes. 25. dist.* seditiosi. *c. seditionarios. 46. dist.* concubinas, seu fornicarias habentes. *c. qui in aliquo. 51. dist.* conuiuia facientes. *c. multis. 44. dist.* tabernarum frequentatores, mimis & histrionibus attendẽtes, vel eadem exercentes, in scæna ludentes. *c. maritus. 33. dist. c. Clerici. 2. de vit. & hon. Cler.* Item vsurarij. *c. Clerici. 1. loc. cit. de vit. & hon. Cler.* Item & exercentes artes sordidas. *Clem. 1. eo. tit.* Sed hæc infamia cessat arte relicta; imò vt contrahatur requiritur actus frequentatus, & assuefactio, aliter enim vnus actus seu plures sine assuefactione non imfanarent. *Innoc. in c. cum decorem. loc. cit. de vit. & hon. Cler.* vbi Abb. *num. 2.* vult binum actum sufficere ad contrahendam hanc infamiã, nempe si exerceantur causa lucri. *arg. tex. in. c. ita nos. tun. gl. v. vsum. 25. q. 2. ibidem Archid. & in c. illud dist. 12.*

Secundi generis infamiæ, nempe facti, exempla sunt periurium. *cap. quærelam. de iureiuran.* homicidium, hæresis, simonia, adulterium. *cap. qui in aliquo. 51. dist. & 1. quæst. 1. per totum,* & qui contrahit cum duobus, vel habet duas spõsas. l. quid ergo. ff. de his qui. not. infam. Idem de eo qui lenocinium exercuit, filias vel neptes prostituit. *l. athletas. §. ait prætor. lo. cit.* & qui pugnant cum feris. *l. 1. § item senatus cons. ff. de postulando.*

Diximus autem apud bonos & graues viros debere in præmissis infamari quem, quando esset pro infami reputãdus, nã dicta paucorum, & leuium personarum non inducerent talem infamiã. *Ang. lo. cit. num. 2.* & requiritur quod sit infamatus ex vero delicto, si enim sola fama spargatur de aliquo, purgare se poterit & ordinari. *Suarez. de cens. disp. 48. sect. 1. num. 19.*

Iuris vero infamia est, cum quis iudicis sententia vel ex genere delicti, vel ex genere pœnæ, vel simul ex vtroque infamis efficitur, vt cum pronunciat iudex aliquem esse adulterum. *l. palam. § in adulterio. ff. de rit. nupt.* vel vsurarium. *c. infames. 3. q. 7.* vel cum Princeps mittit quem in exilium, seu aliam pœnam infligit alicui, qua inducitur infamia. *l.*

quod

quod ait. ff. de his qui not. infam. cit. euidentior enim est infamia quæ ex pœna procedit, quam quæ ex sententia, *Innoc. in cap. qualiter. de accus.* idem dicendum de illo qui publica pœnitentia crimina defleuit. *cap. maritum. 33. dist.* Qui verò fustibus cæduntur, si ob crimen à superiore, fiunt infames, si verò non ob crimen, nullam incurrunt infamiam. *l. fœtus. ff. lo. cit. de his qui not. infam.*

Et contrahitur hæc infamia iuris, etiamsi non ferat iudex sententiam, dummodo reus confiteatur delictum. *cap. testimonium. de testib.* vel si ob crimen à testimonio quis repellatur. *l. eos. ff. de decurion. & notat gl. in cap. ipsi Apostoli. 2. quæst. 7.*

3. Arbitri autem sententia non inducit infamiam. *l. quid ergo. §. ex cõpromisso. iun. gl. v. non facit. ff. lo. cit. de his qui not. infam.* Collegimus autem hic infamias iuris ciuilis & Canonici, quia ad paria inducantur, & infamis in ciuili, est etiã infamis in Canonico. *cap. omnes. 6. q. 1. Innoc. lo. cit. de accusat.* Sed an restitutus ab infamia ciuili per Imperatorem seu alium Principem non recognoscentem superiorem possit promoueri ad ordines, videri potest *Abb. in cap. cum te. num. 17. de sent. & re. iud. Arm. v. infamia. num. 7.*

Omnes itaque prædicti infames prohibentur ordinari. *c. vlt. iun. gl. 25. dist. c. omnes. 6. quæst. 1. cap. vlt. iun. gl. v. notorium. & v. iudicio comprobatum. de temp. ord.*

4. Status & conditio personarum in ordinando etiam consideratur. Vnde serui prohibentur ordinari. *56. dist. per totum. Host. in sum. de ser. non ordinan. Ang. v. seruitus.* Dicitur autem seruus qui iure gentium contra naturam subijcitur dominio alterius. *Instit. de iure pers. §. seruitus.* Sed quoniã huius generis seruitus in tota fere Christianitate his temporibus non seruitur, plura de ea congerere esset superfluum, alia genera seruitutum si quæ sint videamus.

Et primo occurrunt serui originarij & adscriptitij, qui videntur ab ordinibus repellendi. *Ang. loc. cit. nu. 2.* Sed iura municipalia omnium fere prouinciarum Christianitatis, talibus concedunt licentiam ad statum Ecclesiasticũ aspirandi, vt in diuersarum Prouinciarum particularibus legibus videre licet. Aliud genus seruitutis est voluntarium cum quis voluntariè seruitijs alienis mancipatur. Et quidem vel publicis vel priuatis. Si publicis & in causis sanguinis, vt iudex criminalis, notarius lictor, miles, apparitor, procurator seu instigator, grauioris prohibitionis vinculo tenetur, vt infra alia occasione attingemus. Si publicis in causis ciuilibus, & perseuerat in officio quo fortè geritur cura miserabilium personarum, vt pupillorum cura, tutela legibus vel à iudice imposita; & talis promoueri potest etiam non depositio officio. *c. peruenit. 86. dist.* Si verò officium non sit cũ cura miserabilium personarum, promoueri non debet nisi deponat officium. *c. 1. & seq. & c. sed nec procuratores. Ne Cler. vel. Mon. vltra.* etiamsi officium deposuerit, remaneret tamen obligatus ad ratiotinia, promoueri non debet nisi redditis rationibus. *c præterea. 51. dist.*

Priuati verò alicuius seruituti deditus, si perseuerat promoueri non debet. *21. quæst. 3. per totum.* Si autem non perseuerat, sed remanet obligatus ex dolo vel perfidia, de qua illi quæstio fortè mouetur, vel si esset publicè infamatus, promoueri quoque non debet. *c. omnipotens. de accusat. Host. in sum. de oblig. ad ratiot. num. 3. Innoc. in. c. magnus. eo. tit. Ang. v. ratiotinia.*

Sequi-

Sequitur vt de criminosis aliqua notemus, nimirum de homicidis, nam de alijs in genere supra iam attigimus.

5. Homicidæ itaque non possunt ordinari. *cap.1.c.continebatur.c.de cætero. de homicid. ibidemq; DD. communiter.* Et sub hac prohibitione quoad incurrēdam irregularitatem continetur non solum homicidiū ipsum ex quo mors sequitur, sed etiam abscisio membri, ita quod abscindēs membrum aliquod corporis humani, afficiatur irregularitate huius generis. *Abb. in.c.tua nos. §. ad vltimum. num.7. de homicid.*

Dicitur autem membrum pars hominis distinctum officium habens, vt manus, pes, non autem digitus qui potius est pars membri. *cap.fin. de homicid. in 6. iun. gl. magna. Clem. vn. iun. gl. v. mutilet. eo. tit. Nau.loc. cit. num. 206. cap.27. in man.*

Ampliatur vt procedat huiusmodi prohibitio in homicida tam iniusto, quam iusto. Iustus autem dicitur, qui dum homicidium facit licitè facit, vt est iudex qui sontem ad mortem condemnat, & omnes illi qui lege permittente occidunt, vt occidens in bello iusto, bānitum, adulterum deprehensum cum vxore, matre, sorore. *c. Clericum. 50. dist. Sylu. in sum. v. homicidium.1. quæst. 3. Vuald. de irreg. num.294.* Similiter iudex recludens quem in carcere stricto & in angustia victus, ita vt verisimiliter inde mors acceleretur, incurrit irregularitatem sequuta morte. *Abb. in cap. cum non ab homine. in fin. de iudic.*

Amplia secundo ad illos qui non per se sed per alios exequuntur homicidiū, vt qui mandat. *c. periculosè de pœnit. dist.1.* vel qui auxilium, cōsilium dat homicidio. *cap.sicut dignum. de homicid.c. si quis Viduam.50.dist.* sola tamen voluntas non inducit irregularitatem. *Abb. in cap.si aliquis. num.3. de homicid. Arm.v. irregularitas. num.10.* neque ratihabitio. *Suarez.de cens.disp.44.sect.3. nu. 24.* præsertim si quis ratum habuerit homicidium, quod non fuit factum nomine ipsius. neq; enim potest verè ratū habeti ab aliquo quod non fuit factū nomine ipsius. *cap.cum quis. de sent.excom. in 6. Nau.cons.36.num.6.de homicid.in antiq.* Neque commissio generalis ad exercēdum iurisdictionem criminalem: vt si Clericus habeat iurisdictionem temporalem, potest absque metu irregularitatis committere alicui causas criminales. *cap.fin.ne.Cler. vel Mon. in 6.*

Amplia tertio ad illum qui causam dat homicidio, vt si quis venenum præbet, maleficijs inficit, abortum procurat fœtus animati, canem incitat, ex cuius morsu mors vel mutilatio sequitur. *Suarez.loc.cit.num.5.* Causa tamen debet esse proxima & directa ad homicidium immediatè non autem remote. *Abb.lo. cit. in cap. de cætero.* & est exemplum de illo qui dat arma eunti ad bellum, & de illo qui dat arma pugnanti in ipso feruore pugnæ, primus enim excusatur ab irregularitate, licet sequatur homicidium, secundus verò non excusatur. *Sū.Sylvest.v.homicidiū.2.& Tabiē.v. irregularitas.2. Nau.lo.cit.c.27.anu.206. ad 218. Suarez. lo.cit.disp.45.sect.2. & 3.*

Amplia quarto ad illum qui casualiter & nolens occidit, sed rei illicitæ operam dando. *cap.continebatur. de homicid.* vel etiamsi dederit operam rei licitæ, sed non adhibuit debitam diligētiam. *Abb.in eod.cap. continebatur.* 6.

Amplia quinto ad Consiliarios, Notarios, aduocatos, procuratores, impugnantes rerum qui postea ad mortem condemnatur. *gl. magna. in cap.2. dist. 51.* Item & lictores, apparitores, custodes, & omnes qui iudici siue in ferenda, siue

siue in exequenda sententia operã præstant, seu assistũt, seu comitantur armati, vel authorizantes dum quis capite punitur ad effectum ne effugiat. *cap.* 2. 51. *dist.* Qui vero assistunt non cooperando, licet peccent, nimirum Clerici quibus hoc est prohibitum. *cap. sententiam. ne Cler. vel Monach. cap. ex litteris. de excess. præl.* irregularitatem tamen non incurrunt. *Victor. de Sacram. ord. nu.* 239. *Nau. lo. cit. Suarez. lo. cit. disp.* 47. *sect.* 5. *nu* 10.

Amplia sexto ad illos qui furem seu alium malefactorem iudici tradunt, vel detinent donec apprehendatur, isti enim irregularitatem incurrunt si sequatur mors, nisi fuerint protestati quod velint solum agere ciuiliter, & quod nolint mortem ipsius. *cap. prælatus. de homicid. in* 6. & qui ligat aliquem quo facilius interficiatur. *Abb. in cap. suscepimus. nu.* 2. *lo. cit. de homicid.* vel qui circa exequutionem iustitiæ aliquem actum facit quo facilius mors sequatur, vt si hortatur quis ministrum iustitiæ quo mortem acceleret, vel ensem acuit, scalam, funes, & similia instrumenta quibus mors paratur subministrat. *Nau. lo. cit. num.* 238. *Suarez. lo. cit. Victor. lo cit.* vbi tales excusat ab irregularitate si faciunt actum aliquem præmissorum bona fide, & non intendendo accelerationem mortis; sed in dubijs huiusmodi securius est vt præsumatur irregularitas in foro animæ, licet secus sit, si agatur de impositione pœnæ in foro contentioso. *Abb. in cap. ad audientiam. num.* 3. *& in cap. significasti.* 2. *num.* 4. *lo. cit. de homicid.*

Ampliari posset septimo ad illum qui ira vel desperatione ductus violentas manus sibi iniecerit, & membrum aliquod sibi absciderit. *cap. qui partem. cap. si quis absciderit. cap. hi qui.* 55. *dist.* Non tamen fieret irregularis huius generis, qui hoc faceret ex necessitate, vt ob vitandum morbum ex consilio medici; hoc enim casu excusatur tam ipse quam medicus & Chirurgus membrum abscindens. *cap. si quis à medicis. cap. si quis in infirmitate. dist.* 55. *cit.*

Limitatur autem vt non habeat locũ hęc irregularitas in casu cum aliquis occidit in defensione vitæ propriæ. *Clem. vn. de homic. Couar. latè super eadem. Clem.* vbi diffusè tractat hanc materiam. In defensione tamen hac seruari debet moderamen inculpatæ tutelæ, ita quod defendens occidat, eo quod nec fugere nec alio quouis modo se defendere possit; potius enim debet fugere quam occidere præsertim Clericus. *Abb. in cap. suscepimus. num.* 4. *loc. cit. Nau. lo. cit. Viuald. de irreg. num.* 225. qui notat defensionem tum excusare ab irregularitate, cum illam præcesserit periculum. ad hoc *Suarez. loc. cit. disp.* 46. *sect.* 1. *num.* 7. vbi deducit quæ dicenda sit moderata defensio. In defensione autem bonorum occidens, non excusatur ab irregularitate, potius enim debet pati iacturam bonorum quam occidere. *Abb. loc. cit. num.* 3. *& in c. interfecisti. num.* 4. *ibid.* Similiter & occidens in defensione vitæ Patris, Matris, Vxoris, Liberorum, nõ excusatur ab irregularitate, licet secundum leges licitè defendat & sine peccato, irregularitas enim etiã sine peccato quandoque incurritur. *glo. fin. in cit. Clem. vn. de homicid. Abb. ib. nu.* 9. *Couar. ib. p.* 3 §. *vn. Arm. v. irregularitas. num.* 41. *Nau. lo. cit. num.* 213. Hac ratione & in defensione bonorum Ecclesiæ occidens non excusatur ab irregularitate, licet defendere teneatur. *Abb. in cap. significasti. num.* 2. *de homicid.*

Limita secundo vt nõ incurratur irregularitas, si infãs occidat, vel existẽs in frẽsi, vel dormiens *Clem. cit. de hom.*

Limita tertio in illo qui occidit ante-

quam fuisset baptizatus, post baptismū enim non remanet talis irregularitas. *c. si quis viduam. iun gl. v. post baptismum. 50. dist. Nau. Victor. lo. cit. Abb. cap. presbyterum. num. 2. de homicid.*

Limita quartò in illo qui debilitauit membrum alterius, ita vt illo amplius vti non possit, non tamen abscidit; nā licet sic debilitatus ex defectu membri efficiatur irregularis, debilitans tamen non incurrit irregularitatem. *Abb. in Clem. 1. num. 7. de homicid. Nau. lo. cit.*

3. Limita vltimo, vt non procedat si occidatur homo nondum completus, vt si quis procurat abortum antequam fœtus anima rationali informetur, quod accidit in mare post dies quadraginta, in fœmina post dies octuaginta à conceptionis die. *Abb. cit. in cap. si aliquis. in fin. de homicid.* non incurrit enim talis irregularitatem, licet peccet grauiter. *cap. sicut ex litterarum. de homicid. cap. quod verò. cap. Moyses. 32. quæst. 2.* & si dubitetur num fuerit masculus an fœmina, præsumendum esse de masculo, vult *Nau cons. 22. de homicid. in antiquis.*

Et licet Six. V. constitutione sua incip. Effrenatam. procurātes abortum etiam fœtus inanimis, vltra alias pœnas irregularitatem incurrere decreuit, hæc tamen constitutio cum suis pœnis quoad fœtum huiusmodi inanimatum moderata fuit, & reducta ad terminos iuris communis, à Greg. XIIII. quæ constitutiones cum vltra dispositiones iuris antiqui, aliquas pœnas de nouo cōtra causantes abortum, contineant, & in multis vsui esse possint, eas hic subiunximus. *ea Sixti V. est vt sequitur.*

EFfrenatam perditissimorum hominum. & infra. Omnes & quoscunq; tam viros quam mulieres, cuiuscunq; status, gradus, ordinis & conditionis, etiam clericos seculares, vel cuiusuis ordinis regulares quauis dignitate, & præeminentia Ecclesiastica vel mundana fulgentes, qui de cætero per se, aut interpositas personas, abortus, seu fœtus immaturi, tam animati, quam etiam inanimati, formati, vel informis eiectionem procurauerint, percussionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribusq; mulieri prægnanti impositis, ac alijs etiam incognitis, vel maxime exquisitis rationibus, ita vt re ipsa abortus inde secutus fuerit, ac etiam prægnantes ipsas mulieres, quæ scienter præmissa fecerint, pœnas tam diuino quam humano iure, ac tam per Canonicas sanctiones, & Apostolicas constitutiones, quam ciuiliā iura aduersus veros homicidas, qui homicidium voluntarium, actu, & re ipsa patrauerint, propositas, & inflictas, (quorum omnium tenores his nostris litteris pro expresſs & ad verbū insertis habemus) eo ipso incurrere hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus, ipsasq; pœnas leges, & constitutiones, ad casus præfatos extendimus. Eos verò qui Clerici fuerint, omni priuilegio, officijs, dignitatibus, & beneficijs Ecclesiasticis, quæ sic vacatura nostræ, & Sedis Apostolicæ dispositioni perpetuo reseruamus, ipso facto priuamus, & in futurum inhabiles ad ea susscipienda decernimus; adeò vt illi qui hoc delictum commiserint, non secus atq; ij qui sua voluntate homicidium perpetrauerint, iuxta Conc. Trid. decreta, etiamsi crimen id nec ordine iudiciario probatū, nec alia ratione publicum sed occultum fuerit, ad sacros Ordines promoueri, aut in susceptis ordinib. ministrare, nullo mo-

do possint, nec illis aliqua Ecclesiastica beneficia, etiamsi curam non habeant animarum, conferri liceat, sed omni ordine ac beneficio, & officio perpetuo careant; nec non & illos qui Clerici non fuerint, & talia perpetrauerint, nō solum pœnas incurrere supra narratas, sed etiam inhabiles ad Ordines, & alia prædicta decernimus, & declaramus. Volentes quod hi, qui foro Ecclesiastico subiecti, vt præfertur, deliquisse comperti fuerint, per iudicem Ecclesiasticum depositi, & degradati, curiæ & potestati sæculari tradātur, quæ de eis illud capiat supplicium, quod contra Laicos verè homicidas per Diuinas leges ac ciuilia iura est dispositum. Præterea eisdem pœnis teneri omnino statuimus eos, qui sterilitatis potiones, ac venena mulieribus propinauerint, & quo minus fœtum concipiant, impedimentum præstiterint, ac ea facienda & exequenda curauerint, siue quocunque modo in his consuluerint, ac mulieres ipsas quæ eadem pocula sponte ac scienter sumpserint. Quocirca mandamus vniuersis & singulis iudicibus ordinarijs & delegatis, tam Ecclesiasticis quam sæcularibus, quibus contra criminum reos, etiam quo ad causas huiusmodi de iure, vel ratione delicti aut personarum legitime cōpetet iurisdictio, ita tamen vt inter eos præuentioni locus sit, vt in his delictis, quæ vt plurimum occulto perpetrantur, contra quoscunque non solum per accusationem & delationem, verum etiam per inquisitionem, & simplicem denunciationē procedant, ac ad illa probanea testes alias de iure inhabiles, eorundem tamen iudicū arbitrio habita ratione personarum, causarum & qualitatum illarum, ac circumstantiarū quarumcunq; admittant, ac in eos qui culpabiles fuerint, prout per nos sā citū est, demū animaduertant. Insuper vt immanissimi huius delicti grauitati, nō solum temporalibus verū etiā spiritualibus pœnis prospiciamus ac prouideamus: oēs & singulos cuiuscunq; status, gradus, ordinis vel conditionis existentes, tam Laicos quam Clericos sæculares, & cuiuscunq; ordinis regulares, nec non mulieres sæculares vel quemcūq; ordinem professas, qui, vel quæ, vel vt principales, vel vt sociæ consciæue, ad tale facinus committendum, opem, cōsilium, fauorem vel alia cuiuscunq; generis medicamenta scienter dederint, ac etiam scribendo literas priuatas, vel apochas, vel alias verbis aut signis iuuerint, aut consuluerint, vltra supradictas pœnas ipso facto, nunc prout extunc excommunicamus & pro excommunicatis declaramus. Decernentes ac declarātes quod per quæcunq; Iubilæa & indulgentias per nos & successores nostros etiā anno Iubilæi, aut alio quouis tēpore, etiā Cruciatæ sanctæ, Iubilæi, vel quouis alio titulo cōcessas, & concedendas, nec non per quascunq; literas Apostolicas quibuscunq; Principibus, seu ad eorum instantiā per nos & successores nostros pariter concessas, & concedendas, ac etiā vigore priuilegiorū mare magnū, vel alias quomodolibet nuncupatorum, quibuscunq; congregationibus Regulariū aut Episcopis, vigore Conc. Trid. vel alias per nos & prædecessores nostros quomodocunque concessorum, vel in futurum concedendorum, nec persona sic vt præfertur delinquentes & excommunicatæ, præterquā in mortis articulo, absolui valeant, nec cū ijs Clericis, qui huiusmodi delicta perpetrauerint, etiam si eorum crimen occultū

fuerit super irregularitate præmissorum occasione contracta, nec per locum ordinarios, nec per alios quauis auctoritate fungẽtes quam per nos & Rom. Pont. nostros successores, & tunc non nisi vrgentissimis de causis dispensari possit. Ac tam absoluendi quam dispensandi facultatem huiusmodi, etiam quo ad forum cõscientiæ in casibus superius expressis nobis & successoribus nostris duntaxat reseruamus, statuẽtes sic in præmissis vniuersis & singulis, per quoscunq; iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apost. & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, in quauis causa, & instantia iudicari & definiri debere. Irritumq; & inane &c. Non obstantibus, &c. Dat. Romæ in monte Quirinali. Anno Incarnationis Dom. 1588. 4. Kalend. Nouemb.

TENOR AVTEM GREG. XIV. Constitutionis qua moderatur præmissa Sixti V. constitutio est vt sequitur.

SEdes Apostolica & infra. Dudum siquidẽ fel. recor. Six. Papa V. prædecessor noster iustitiæ zelo accensus, contra procurantes abortum fœtus tam animati quam inanimis, eiusque grauissimi sceleris participes, & adiutores, nec non contra eos qui mulierum fœcunditatem impedirent, & sterilitatis potiones, seu veneni præberent, constitutionem edidit sub. Dat. 4. Kal. Nouemb. Pont. sui ann. 3. per quam vltra diuersas spirituales & temporales pœnas, etiam inter alia excommunicationis sententiam contra eos promulgauit, sibiq; & successoribus suis tantum absoluendi facultatem reseruauit, prout in eadem constitutione plenius continetur. Cum igitur postmodum experientia docuerit, ex remedio huiusmodi, non eam quæ sperabatur vtilitatem & fructum prouenisse, verum potius multis Sathanæ malitia ad peccãdũ inductis, difficiliori, ob soli sedi Apost. reseruatam absoluendi facultatem reddito ad pœnitẽtiam aditu, eos à nefarijs huiusmodi flagitijs perpetrandis non solum non retraxisse, sed etiam plurimorum sacrilegiorum grauissimorumq; peccatorum, & scelerum occasionem dedisse. Nos igitur animaduertentes gladium Ecclesiasticæ disciplinæ, præsertim q oad censuras & pœnas spirituales ita exercendam esse, vt ad medicinam tendet nõ ad perniciem animarũ, verumq; Pastorem cuius vices in terris gerimus, quantum diuina eius gratia adiutrice possumus imitari volentes, qui venit animas hominum saluare non perdere, neminiq; quantumcunque grauiter & enormiter deliquerit, viã salutis præcluserit, quin potius ad eam assequendam copiosè remedia adhibuit, ac nobis reliquit; & simul vtilius censentes, vbi nec de homicidio, nec de animato fœtu agitur, pœnas non imponere duriores his, quæ per sacros Canones, & leges prophanas sunt inflictæ.

Habita super hoc cum venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super negotijs & consultationibus Episcoporum deputatis, matura deliberatione, de eorum cõsilio, constitutionem prædictam, sic duximus moderandam, vt à peccato, & excommunicatione contra personas ibi expressas lata, tam quoad eos,

qui

qui hactenus deliquerunt, quam quoad illos, qui post nostram constitutionem in eisdem casibus deliquerint, quilibet presbyter, tam secularis, quam cuiusuis ordinis regularis, ad Christi fidelium confessiones audiẽdas per loci ordinarium approbatus, plenam & liberam in foro cõscientiæ tantum, absoluẽdi habeat facultatem eandem prorsus, quam idem Six. prædecessor sibi ac suis successoribus reseruauit. Quo verò ad pœnas procurantium abortum fœtus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocunq; modo auxilium, vel consilium eis dantium, in prædicta constitutione contentas, Constitutionem præfatam in ea parte vbi de his agit ad terminos iuris communis, ac sacrorum Canonum, & Concilij Trid. dispositionem auctoritate Apostolica tenore præsentium, tam quo ad præterita, quam quo ad futura, perpetuo reducimus, perinde ac si eadem constitutio in huiusmodi parte nunquam emanasset. Non obstãtibus eadem prædecessoris nostri constitutione, quã quoad reliqua omnia, præter contenta in hac nostra constitutione, in suo robore omnino permanere volumus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem vt præsentium transumptis Notarij publici manu subscriptis & sigillo Prælati Ecclesiastici munitis, eadem prorsus fides habeatur in iudicio, & extra illud, quæ eisdem originalibus haberetur exhibitis, vel ostensis. Nulli ergo. &c. Datum Romæ in monte Quirin. Anno Incarnat. Dominic. 1591. prid. Kalen. Iun. Pontif. anno primo.

Vnde notandum relatam Const. Sixti V. circa fœtus animati abortum, moderatam esse quoad absolutionem peccati & excommunicationis; quoad reliqua verò ibidem expressa, vt inhabilitatem, priuationem, degradationem, pœnas in Concil. Trid. contra homicidas voluntarios decretas, remanere in suo vigore. Quoad abortum autem fœtus inanimis in toto esse reductum ad terminos iuris communis. 9.

ARTICVLVS VI.

De Corpore vitiatis, Bigamis, Inuitis non ordinandis.

1 *Corpore vitiatus quis dicatur.*
2 *Oculorum defectus qui impediant ordines,*
3 *Auditu seu aliorum membrorum officio carens quando non ordinandus.*
4 *Deformitas corporis quæ impediat ordines.*
5 *Bigamus ordinari non potest.*
6 *Bigamia triplex.*
7 *Inuitus quis an possit ordinari.*
8 *Beneficiatus cogi potest ad suscipiendum ordines suo beneficio competentes.*

CORpore vitiati ordinari non debent, prout lege quoque diuina cautum fuit ne deformati seu vitiati corpore altari seruiant. *Leuit. c. 21.* quia nimirum tales vel Diuinis tractādis sunt inhabiles vel malitiam naturæ & animi deformitatem præseferunt, quam plerumque informis dispositio corporis designat. *Abb. in c. quia diuersitatē. 1. not. de conceß. præb. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 226. in princ. Tiraq. de leg. connub. l. 2. à nu. 47.* Tales autem sunt 1. qui toto corpore vel aliqua eius parte ita sunt affecti vt commodè celebrare non possint, vel notabilem deformitatem præseferāt. Sed quia hæc descriptio non ita latè patet vt omnia sic vitiatorum genera comprehendat, quin imò vix tradi potest, neq; ab authoribus affertur, ideo potius exempla corpore vitiatorum ab ordinibus arcendorum in iure expressa, quo facilius hæc prohibitio innotescat, adferamus.

2 Vnde primò cæcus promoueri non potest. *cap. hinc etenim. 49. dist.* Monoculus etiam seu vno oculo videns, altero cæcus, non ordinatur. *cap si euangelica. 55. dist.* Et quidē si oculus sit erutus, cū hoc casu vltra cæcitatem adsit deformitas, difficulter dispensatur: si autem sit solum cæcitas talis, vt oculus nihilominus integer, nec deformis appareat, isque sit oculus dexter, dummodo sinistro sufficienter videatur, nullam causat irregularitatem, nec impedit promotionem ad ordines. *Nau. cit. cap. 27. num. 199. in man. Angel. v. corpore vitiati. num. 2.* sed si fuerit cœcitas in oculo sinistro, licet non appareret deformitas, inducet tamen impedimentum ad ordines, nam iste vocatur oculus Canonis, cum sine ipso non possit legi Canō sine indecora ad populum conuersione. *Nau. lo. cit.*

Eadem ratione habens in oculo albuginem, prohibetur ordinari. *c. hinc etenim. 94. dist.* secus de habente maculam in oculo quæ non sit adeò deformis.

De lippis autē & habentibus lachrymantes assiduè oculos, dicendū est quod si inde non sequatur notabilis deformitas, ordinari possunt. *Vuald. lo. cit. de irreg. num. 143.*

Auditus etiam sensu carens promoueri non debet, qui tamen in vna tantum auricula hunc defectum pateretur, vel non omnino esset surdus, non teneretur hac prohibitione. *Maiol. de irreg. lib. 1. c. 25.* 3.

Auriculam seu cartilaginem supereminentem qui amisit, si hoc inducat notabilem deformitatem, promoueri quoque non debet: tanto magis si hoc fuerit passus ex opere illicito, vel pro delicto. *Angel. Vuald. locis cit.*

Mutus item seu qui officio linguæ caret, vel adeò impeditam habet pronunciationem, vt vix intelligi possit, nō promouetur. Similiter & claudus enormiter, ita vt sine scipione ad altare accedere non possit, non promouetur. *Sum. Tabien. in verb. corpore vitiati. Sylvest. eod.* secus si claudicet aliquantum, ita vt sine adminiculo incedere possit, & si nō ex opere illicito defectum huiusmodi contraxit. *c. si quis. tun. gl. 55. dist.*

Manu carens vel digito necessario ad fractionem Eucharistiæ, non promouetur. *cap exposuisti. de corp. vit. cap. presbyterum. de cler. ægr.* Parte tamen digiti carens, vel vnguem ab ipso auulsum habens, dummodo cōmodè frangere possit Eucharistiam, licite promouetur. *cap. 1. & fin. lo. cit. de corp. vit.*

Manus habens tremulas vel chiragram, si iste tremor vel chiragra esset perpetua, non posset promoueri, & promotus non posset celebrare. *Maiol. lo. cit.*

cit. de irreg. lib. 2. cap. 21. & 24.

Habens aliquam in corpore deformitatem, quæ scandalum vel horrorem seu nauseam aspicientibus generaret, nō promouetur, vt gibbosus, dentes habēs nimium prominentes, vel digitos plures, seu compactos, ita, vt non sine periculo in fractione celebraret: partes tamen superfluas, vt digitos plures resecare posset arte medica, & sic promoueri. *gl. in c. qui partem. cit. dist. 55.*

Nasum truncum vel deformiter tortum habens, vel labiorum graui deformitate laborans, vel enormibus cicatricibus, seu maculis in facie signatus, similiter non promouetur. *Viuald. de irreg. nu. 147.*

Hic ponendi sunt, qui aliqua aliâ infirmitate corporis perpetua laborāt, vt Apoplectici. *Maiol. lo. cit. cap. 24. sub. num. 2.* & Paralytici *cap. fin. de cler. ægr. D. Th. 3. p. q. 82. art fin. Tabien. verb. corpore vit.* Et qui morbum Epilepticum seu caducum patiuntur, tales enim prohibentur quoque ordinari. *cap. communiter. 33. dist. Archid. ib.* vnde nec beneficia Ecclesiastica obtinere possunt, & collatio talibus facta, est nulla ipso iure. *cap. cum inter canonicos. de elect. Host. Abb. ib. Ioan. de Sylu. in tract. de benef. 3. p. q. 5.* Non inducere tamen ipso iure inhabilitatem ad obtinenda simplicia beneficia morbum caducum, tenuit *Rot. die 4. & 9. Nouemb. 1551.* coram Vestano in vna Toletan. Canonicatus referente Caputaq. *decis. 236. p. 2.* quem etiam allegat Paris. *de resig. lib. 5. c. 6. num. 107. Aemil. Veral. decis. 238. p. 2.*

Prohibentur item ordinari maleficiati, præsertim si quis maleficium patiatur in toto corpore; secus enim esset de patiente maleficium in aliqua corporis parte quæ non impediret actiones corporis debitas. *Viuald. loc. sup. cit. de irreg. num. 186.*

Lunaticum quoque non posse promoueri, & promotum non posse ministrare tenet *Maiol. loc. cit. de irreg. lib. 2. cap. 15.*

Similiter ænergumeni seu à dæmone obsessi non ordinantur. *c. cum in litteris. 7. quæst. 2.* nisi ad minus ab vno anno vexari desierint. *c. communiter. 33. dist. Archid. ib.* & tum adhuc ad maiores ordines promoueri non possent, nisi fortè ad minores. *Nau. cons. 35. de temp. ord. in. no.* Qui etiam simulant se dæmoniacos, eadem pœna puniendi sunt, vt non promoueantur. *Viuald. loc. sup. cit. nu. 187.*

Similiter & deliri, phrenetici, nisi à multo tēpore hoc morbo laborare desierint, non ordinantur. *c. quamuis 7. q. 1.* 4

Leprosi quoque non ordinantur, tales enim etiam à cœtu hominum segregandos voluit vetus testamentum, vt *Num. 12. Leuit. 14. Deuter. 24. cap.* Et si promotus contraheret lepram, deberet remoueri ab administratione. *cap. tua nos. de Cler. ægr. Sum. Tabien. v. corpore.* vel deberet priuari cum assignatione alicuius portionis fructuum beneficij pro sustentatione. *S. Th. 3. p. quæst. 82. artic. vlt. Maiol. loc. sup. cit. de irreg. lib. 2. cap. 18.*

Scabiem enormem perpetuo habentes non ordinantur. *c. hinc etenim. 49. dist.* vt si fuerit scabies grauis, quæ à physicis vocatur herculea, quæ est affinis lepræ. *S. Th. 4. sent dist. 9. art. 4. Maiol. loc. cit.* vel si quis patiatur morbum gallicum, donec fuerit sanatus non deberet ordinari. præsertim si appareant vlcera extrinsecus quæ faciunt deformitatem. *Maiol. lo. cit. cap. 19.* in talibus enim vltra turpitudinem ex delicto manantem, adest etiam periculum contagionis, propter quod etiam vxor viro & è contra

tra non teneretur cohabitare. *S. Th. lo. cit. dist. 36. art. 1. sum. Tabien. verb. matrimonium. 3. num. 6.*

Inter vitiatos corpore non immeritò ponendi quoque sunt, qui vinum sine nausea bibere non possunt, tales enim non esse ordinandos propter periculum in celebratione censet *Nau. in man. cap. 27. num. 204.* Idem dicendum in omnibus alijs vitijs corporis perpetuis, in quibus militaret similis ratio inhabilitatis ad exequenda munia ordinum susceptorum, nisi fortè vitium tale fuerit, quod impediret administrationē vnius alicuius muneris, non verò omnium. *Paris. de resig. lib. 5. q. 6. num. 30.*

Et circa istam materiam generaliter obseruari debet. Primo irregularitatem huius generis non sequi ex imbecillitate vel defectu membri, sed ex deformitate vel impotentia ad celebrandum, tū & ex culpa ex qua oritur defectus: vnde abscisus à medicis, ab hostibus, vel à parentibus puer, vel ita natus, seu alio mēbro carens aut deformitatem habens, quæ extrinsecus non apparet, non prohibetur promoueri; secus autem si ex opere illicito fuisset abscissus, nam tunc nō ordinaretur. Secundò vitia corporis impedientia ordines, melius ex re oculis subiecta dijudicari, quam scripto exprimi posse, vt notat *gl. in cap. præsbyterum. v. deformitatem. de Cler. ægr.* vnde semper hic defectus pendebit ex iudicio ordinatoris. *cap. communiter. 33. dist. cap. 1. de corp. vitiat.* ibique *Innoc. Ang. v. corp. vitiat. num. 5. Gemin. in c. 1. de dol. & cont. in 6. Guid. Pap. quæst. 64.* Tertiò & vltimò obseruandum vitium corporis impediens ordines aliter considerandum esse si accidat iam ordinato ad aliquem ordinem, aliter verò in illo qui nunquam fuit ordinatus. Ordinandus enim si defectum huiusmodi patiatur, omnino est repellendus ab ordinibus; Ordinatus autem licet efficiatur inhabilis vitio aliquo corporis ad celebrationem vel similia, poterit tamē alia officia exercere, vt prædicare, confessiones audire, ministrare, vel quid simile facere, & ita promoueri ad altiores ordines, vel saltem tolerari, & exercere aliquam functionem clericalem in ordinibus susceptis. *Innoc in cap. ad audientiam. de homicid. Host. in sum. de corpore vit. num. 3. Angel. lo. cit. num. 4. Nau. in man. lo. sup. cit. num. 200.* vt legimus plures cœcos insignes viros excelluisse doctrina & dono in prædicādo verbo Diuino, nimirum Venerabilem Bedam, & Dydimum Alexandrinum, *de quo Cassiodo. trip. hist. lib. 8. cap. 8. Hieron. in Cathal. script. Eccl. & Surius in sua Hist.* scribit de Roberto Scoto à puerili ætate cœco, insigni Theologo & postmodum Archiep. Armacan. in Hibernia, quem etiam perfunctum refert legatione solemni pro Iul. III.

Bigami quoque prohibentur ordinari. *cap. 1. & 2. de Big. non ord.* in tantum autem hæc prohibitio extenditur, vt etiamsi quis ante baptismum contraxerit bigamiam, seu vnam vxorem habuerit ante baptismum, alteram post baptismum, tamē ligabitur hac prohibitione: bigamiæ enim impedimentum non tollitur per baptismum. *cap. acutius. iun. gl. 26. dist. Host. in sum. lo. cit. num. 5. & 6.* vbi multas rationes colligit, propter quas bigami non ordinantur. 5.

Triplex autem est bigamia *gl. in cap. 2. de Bigam. non ord.* Vera cum quis duas vxores veras, alteram nimirum mortua prima habuit & cognouit. *cap. si quis. 33. dist.* nec sufficit quod contrahat, sed etiam ! quod consumet matrimonium: multominus sufficerent sola sponsalia, etiam cum pluribus, hæc enim nullam 6.

indu-

inducunt bigamiam. *Arm. v. bigamia. num. 2. Nau. lo. sup. cit. num.* 195.

Interpretatiua bigamia dicitur, cum quis contrahit cum vna vidua. *cap. maritum. cit. 33. dist.* nimirum corrupta per alium, nam si fuerit desponsata tantum alteri, sed matrimonium ex aliqua causa non fuerit consummatum, nulla sequetur bigamia. Corruptam etiam vulgo se meretricem publicã ducens, vel vxorem propriam cognoscens, quam scit commisisse adulterium, simili genere bigamiæ ligatur, corruptam verò per se ipsum qui ducit, vel ipsemet siue ante matrimonium, siue stante matrimonio plures cognoscens, non efficitur bigamus. Scurrilem item seruam, seu publicam fabularum actricem ducens tanquã de bigamia huiusmodi suspectus, promoueri non debet. *cap. si quis viduam. 34. dist.*

Similitudinaria bigamia est, cum aliquis in sacris ordinibus constitutus, vel post votum solemne religionis, castitatis contrahit de facto, & cõsummat matrimonium. Et tum vltra bigamiam huius tertij generis quæ ipso facto contrahitur. *cap. à nobis. de bigam. non ord. Ang. Arm. v. bigamia. Nau. lo. sup. cit.* etiam nullum est matrimonium. *cap. omnium. 32. dist. cap. 1. de Cler. coniug.* & excommunicatio incurritur. *Clem. vn. de consang. & affinit.*

7. Inuitus quoque nemo debet ordinari, & ordinans inuitum, suspenditur per annum ab officio suo. *cap. 1. 74. dist.* Distinguendum est autem de inuito. Nam aut non reclamauit voce vel signo, nec illi fuit adhibitus metus qui caderet in constantem, & tum præsumitur voluntariè fecisse, nec ordinator incurret pœnam, ordinatusque ligabitur Sacramento Ordinis. *cap. si seruus. 54 dist.* Si verò reclamauit adhuc est distinguendum, quod aut reclamanti adhibita fuit coactio, cum comminatione verborum, pœnarum, quæ dicerent metum cadentem in constantem, & tũ imprimeretur quidẽ character. *arg. tex. c. de Iudæis. 45 dist.* nam licet conditionaliter consentiat, consentit tamen, coacta enim voluntas, voluntas est. *cap. merito. 15. q. 1. S. Th. 1. 2. q. 6 art. 6.* non tamen præiudicaret ordinato, quin posset reclamare, & liberari voto continentiæ, nisi postmodum metu liberatus ratam habuerit ordinationem. *cap. perlatum. c. cum dilectus. de his quæ vi metusq; c. veniens. de sponsal. Turrec. dist. 74. in princip. Gemin. ib. in cap. vbi ista. Sylu. v. ord. 4. num. 1. Cald. cons. 1. qui Cler. vel vou.* & licet hoc sit maximè controuersum apud Doctores, quinimò contraria opinio videatur magis communis, vt de communi attestatur *Abb. in cap. maiores. §. item quæritur. num. 7. de Baptis. Petr. de Rauen. in comp. iur. can. in tit. de Baptis.* tamen pro hac nostra militant plures rationes, quas colligit *Cæs. de Graf. decis. 20. alias. 2. de his quæ vi metusue.* hæcq; seruatur de communi stylo & consuetudine Cãcellariæ, de quo stylo testatur *Hieron. Paul. in pract. Cancell. Couarr. in Epit. 2. p. cap. 6. §. 3. sub num. 1. Rot. decis. 560. & 561. p. 1. diuers.* hocque iudicatum fuisse in Rot. eadẽ refert *Cæs. de Graff. lo. cit.* & idem tenendum de infante, vel dormiente, vel amante, recipiunt enim characterem si ordinentur. vt *S. Th in 4. sent. dist. 25. q. 2. art. 1. Card. in Clem. 1. de æt. & qual.* reclamare tamen possent quo ad continentiam. *Innoc. in cap. vel non est compos. de æt. & qual. Host. ib. S. Th. lo. cit. q. 3. Abb. in cap. vn. de Cler.* per saltem prom. num. 3.

Vlterius si fuerit conditionalis terrore vel metu adhibito, qui non caderet in constantem, licet & hoc modo nemo deberet ordinari, si tamen ordinetur, &

character imprimetur, & ordinatus tenebitur voto castitatis. *cap.cum dilectus. de his quæ. vi. met. cit.* Quod si coactio fuerit absoluta & reclamatio absoluta, ita vt ponatur ob ex contrariæ voluntatis, nec character imprimitur nec ordinatus recipit ligamẽ ordinis. *c. de Iudæis. 45. dist.cit.c.vbi iste.74.dist. c. maiores.de baptis.*

Ex causa tamen posset quis cogi ad suscipiẽdum Ordines, vt si obtineat beneficium requirens certum aliquem ordinem, talis enim cogi potest saltẽ subtractione fructuum, priuatione beneficij, vel similibus ad susceptionem ordinum beneficio suo annexorũ. *c.licet Canõ. §. quod si. de elect. in 6. Clem. vt hi qui de ætat.& qual. Abb.in c.quæris.nu.6.eod. tit.*

ARTICVLVS VII.

De illiteratis & non habentibus certum titulum non ordinandis.

1 *Literatura quæ requiratur in promouendis ad ordines.*
2 *Scientia non præsumitur nisi probetur.*
3 *Ministrans in ordine quem non habet efficitur inhabilis ad ordines.*
4 *Ordinari nemo debet sine prouisione sufficienti.*
5 *Ordinatus sine prouisione qua pœnas incurrat.*
6 *Episcopus tenetur de facto excommunicatorum suorum.*
7 *Episcopus quando non teneatur ad prouidendum ordinato sine prouisione.*
8 *Ordinans & ordinatus cum pacto de non petenda prouisione quas pœnas incurrant.*
9 *Regulares non professi non possunt ordinari sine prouisione.*
10 *Soc. Iesu patres censentur professi, licet tantum vota tria simpliciter emiserint.*
11 *Ordinari an quis possit ad titulum Vicariatus seu beneficij manualis.*
12 *Beneficium ad quod quis ordinatur renunciari non potest.*
13 *Ordinari quomodo quis possit ad prouisionem patrimonij.*
14 *Ordines minores conferri possunt non habenti prouisionem.*

1. ILliterati prohibentur ordinari. *c. illiteratos.36.dist.c.fin. de ætat.& qual.* & censetur irregularis illiteratus. *Suarez.de cens.disp.51.sect.1.num.* 8. Diuersa autem literatura secundum ordinum diuersitatum requiritur. Et ad primam quidem tonsuram ordinãdus, sufficit si sciat fidei rudimenta, legere, scribere. *Conc.Trid.sess.23. cap.4.de ref.* Ad alios minores ordines promouendi, latinam linguam intelligere debent. *ib.c. 5.& 11.*

Ad sacros maiores ordinandi, scire debẽt ea quę exercendo eorũ ordini sunt necessaria. *Conc. lo.cit.cap.*13. Ad præsbyteratum talis scientia requiritur, vt ordinatus Sacramenta administrare,& populum in his quæ ad salutem scitu necessaria sunt instruere valeat. *id. Conc. lo. cit.cap.* 14. maximè verò si ordinatur ad bene-

beneficium seu officium habens adnexum exercitium curæ animarum, alioquin enim promouēdus ad aliquod simplex beneficium admitti posset ad ordinē præsbyteratus, dūmodo habeat scientiam competētem, qua deseruire possit illi beneficio. *cap sedulo. dist.* 38. *Alb. de Ferrar. in cap.* 1. *de celeb. miss. q.* 27.

2. Non præsumitur autem quis sciens nisi probetur. *c. si fortè. iun. gl. v. scientiæ, de elect. in* 6. *Fel. in c. fin. de præsump. Menoch. de præsump. lib.* 6. *præsum.* 91. *nu.* 18. *Paris. de resig. lib.* 10. *q.* 3. *nu.* 64. *Gonz. sup.* 8. *Reg. Cāc. gl.* 4. *nu.* 105. & sic de alijs qualitatibus extrinsecis, vt idoneitate ad aliquod agendum, ætate quoque natalibus; hæc enim etiam in dubio non præsumuntur nisi probentur. *Abb. in c. cum in iure. num.* 2. *de elect.* tanto magis si idoneitas requiratur à lege, tunc enim non præsumitur, sed est probanda etiam in persona omni exceptione maiori. *Alex. cons.* 44. *num.* 2. *vol.* 4. *Dec. cons.* 3. *col.* 4. *Alciat. de præsumpt. Reg.* 3. *præsump.* 3. *Mascard de probat. conclus.* 878. licet aliæ idoneitates intrinsecæ, in dubio præsumantur inesse, vt in dubio præsumitur quis sobrius, iustus, & simili. *Felin. lo. cit. & DD. cit locis cit. Lambert. de iurep. p.* 1. *lib.* 1. *art.* 2. *q.* 10. *num.* 4.

3. Non debēt item ordinari qui in ordinibus male susceptis, vel nondum susceptis ministrarunt. *cap.* 1. *& 2. de Cler. non ord. ministr.* si nimirū ministrauerit quis solemniter, & in actu propriè & specialiter illi ordini deputato: alias enim si ministeriū aliquod fecerit, non tanquā in illo ordine constitutus, sed quia ministerium illud in alio minori ordine, vel etiam per laicum exerceri consueuit, non cadit sub hanc prohibitionem, vt cū Subdiaconus Euangelium cātat sine manipulo in defectu Diaconi, vel ministrat quis ad altare, tāquam nudus minister, talis enim non efficitur propterea irregularis. *Angel. v. irregularitas. nu.* 38. *Quarant. v. ordo. limit.* 2. *super extrauag. Pij II.*

4. Titulum seu beneficium Ecclesiasticum sufficiens ad sustentationem nō habentes, ordinari quoque prohibētur. *cit. Conc. Trid. sess.* 21. *cap.* 2. *de ref.* Quam autem pœnam incurrat, faciens se ordinari sine titulo vel prouisione sufficienti, controuersum est. nam quidam volunt talem incurrere suspēsionem ipso facto. *authoritate. tex. cap. neminem. cap. sanctorum.* 70. *dist.* quæ iura licet fuerint correcta per *cap. cum secundum. de præb. vt not. at. gl. fin. in c. non liceat. ib. de præb.* 5. tamen per Conc. Trid. *lo. cit.* dicunt fuisse iterū renouata; indistinctè. cū Conc. loquatur de iuribus antiquis. ita *Matol. de irreg. lib.* 4. *cap.* 15. *Burgas. de irreg. tit. de dispens. p.* 1. *quæst.* 5. *num.* 24. *Nau. cons.* 1. *de const. quæst.* 16. *in fine.* Non tamen cōstat de huiusmodi mente. Conc. cit. imò Sacram. Cong. interpretum eiusdem. Conc. declarasse quod concilium. *lo. cit.* solum. *cit. cap. cum secundum.* & non alios canones innouauerit, testatur *Henriquez in sum. lib.* 13. *de excom. cap.* 37. *Tolet. in sum. lib.* 1. *cap.* 48. *Paris. de resig. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 18. *Gonzal. super* 8. *Reg. Canc. gl.* 5. §. 10. *num.* 24. Quæ declaratio videtur magis conuenire iuri communi, cum de iure in pœnalibus benignior interpretatio sit tenenda *cap. odia. c. in obscuris. cap. in pœnis de reg. iur. in* 6. *gl. communiter recepta in Clem.* 2 *v. in eisdē. de ætat. & qual. Achil. de Gras. decis* 161. *alias* 2. *de confessis. Mohed. decis.* 329. *alias* 1. *de sequestr. poss.* & legum interpretatione pœnæ molliendæ sunt non augēdæ. *l. interpretatione. ff. de pœnis. Bald. in l. cū proponas. C. de hæred. inst.* Vnde potius tenendum est non incurrere ipso facto suspensionem ordinatū sine prouisione

sufficienti, sed quod ordinator teneatur ei prouidere de beneficio iuxta dispositionem. *cap. Episcopus. & c. cum secundum. cit. de præb.* In tantum autem adhæret ordinatori huiusmodi obligatio, vt etiam transeat ad successores ipsius, ita quod si ipse ordinator non prouiderit ordinato sine titulo, successores in Episcopatu prouidere tenebuntur. *tex. expressius. cit. cap. cum secundum. Abb. ib. nu.* 6. 9. Et quidem obligatur ordinator ad huiusmodi prouisionē, licet ipsē nō fuerit in culpa ordinando sine titulo, sed quia examinatores ab ipso deputati hoc non aduerterint, tenetur n. ipse de facto suorū examinatorū. *c. adhæc. nun. gl. v. examinentur de off. Archid.* & casu quo exa- 7. minatores ob eorum culpam tenerentur ad prouisionem, si non essent soluendo, adhuc ordinato pateret recursus ad ordinatorem. *gl. cit. Abb. ib. num.* 2. Si nimirum ordinatus accepit ordines bona fide ab ordinatore sciente vel scire debente illum non habere prouisionem; alioquin si ipsemet fuit in culpa decipiendo ordinatorem, vel afferendo verisimilibus documentis se habere prouisionem sufficientem, Episcopus non teneretur ipsi prouidere. *Dec. in cit. cap. Episcopus. num.* 24. ne videlicet absque sua culpa puniatur Episcopus. *cap. cognoscētes. de const.* & ne ordinatus ex culpa sua reportet commodum, fraus enim & dolus nemini debent patrocinari. *cap. sedes Apost. in fin. de rescrip.* imò fraude tali promotus incurret suspensionem ipso facto, nam quoad hunc casum per *cit. c. cum secundū* non fuisse reuocatos. *Can. nemineм & Can. sanctorum.* tenet *Dec. post Ant. de Butr. in cap. non liceat. nu.* 30. *de præb.* imò innouatos fuisse quo ad hoc dictos canones per Conc. Trid. vult *Nau. cons.* 15. *num.* 2. *& cons.* 46. *num.* 3. *de temp. ord. in ant. liq. Paris. lo. cit. licet Abb. in cit. cap. non liceat. num.* 3. teneat contrarium, & fuisse reuocata dicta iura etiam quo ad hunc casum ex rationibus per eum allatis, sed stante tali dubio tutius esset sic ordinato petere absolutionem à suspensione. *arg. tex. cap. si quis. in fin. dist.* 7. *de pœnit. cap. ad audientiam. de homicid. cap. inuens. iun. gl. v. dubia. de sponsal.* alioquin ad minus suspendi posset ab Ordinatore, vel puniri etiam pœna arbitraria. *Gonz. lo. sup. cit. num.* 19.

Similiter non teneretur Ordinator ad prouisionem illi, quem ordinaret ad præsentationem alterius, sed præsentās deberet prouidere. *cap. cum secundum. cit. de præb. cap. si Episcopus. eodem tit. in* 6.

Si autem ordinaret accepta promis- 8. sione ab ordinato de non petenda prouisione, tam ordinans quam ordinatus incurreret suspensionē ipso iure, Ordinatus quidem ab ordine suscepto, ordinator verò à collatione ordinū. *c. penu. de Sim.* Similiter & præsentans aliquē ordinandum ad suam prouisionem, accepto promisso de non petenda prouisione, ipso facto incurrit suspensionem ab executione suorum ordinum, donec fuerit à Papa absolutus. *tex. loc. cit. de Sim. Innoc. Abb. ibid. Matol. loc. cit. de irreg. num.* 2.

Ampliatur autem dictum principale 9. de non ordinandis non habentibus titulum, vt neque Regulares non professi sine titulo possint ordinari: quin imò isti maiore prohibitione ligantur, & cōtrauenientes incurrunt suspensionem ipso facto ex ordinatione Pij V. *vt sequitur.*

Romanus Pontifex Sacrorum Conciliorum auctor & interpres, illa quæ in huiusmodi Concilijs à prudentibus Patribus in Spiritu Sancto legitimè congregatis

gatis salubriter sancita sunt, pro sui Pastoralis officij debito, dum æquitas, honestas & decus suadet, sicuti declarare & moderari, ita etiam ad alios casus extendere consueuit. Sanè cum non deceat Diuino ministerio adscriptos cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, Sacr. Trid. Concilio inter alia decretum fuit ne quis deinceps Clericus sæcularis, quamuis aliàs moribus, scientia & ætate esset idoneus, ad sacros ordines promoueretur nisi prius legitimè constaret eum beneficium Ecclesiasticũ quod sibi ad victum honestè sufficeret, pacificè possidere, vel alias ordinari non posset, nisi iuxta decreti ab ipso concilio desuper editi formam & tenorem.

Cum autem nulla in huiusmodi decreto Religiosorum Clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli (vti molestè accepimus) certorum ordinum Religiosi seu Canonici, vel Clerici, intra claustra monasteriorum seu domorum more regularium in communi viuentes, qui nunquam seu nonnisi ad certum tẽpus professionem emittunt, & ex claustro exire vel dimitti, ad sæculum redire liberè & licitè possunt, Religionis prætextu absque titulo sufficientis beneficij, nec iuxta dicti decreti tenorem ad sacros ordines se promoueri prætendunt, & à nonnullis Episcopis passim promoueantur, atque inde plerumque illud inconueniens eueniat, vt sic promoti & à claustro exeuntes & per sæculum vagantes, vel mendicare, vel sordidum quæstum exercere non sine ipsorum dedecore ac ordinis vilipendio, & quamplurimorũ Christi fidelium scandalo cogantur. Nos igitur qui singulorum Dei ministrorum honorem & decus (quantum in nobis est) sinceris exoptamus affectibus, motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac perpetuo valitura sanctione decretum prædictum, de Clericis sæcularibus loquens, ad omnes & singulos etiã cuiuscunq; ordinis Clericos religiosos, siue sæculares more religiosorum viuentes in communi non professos, harum serie extendimus & ampliamus, ac religiosis & alijs prædictis non professis, vt ad sacros ordines promoueri, nec non omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habentibus, vt ordines ipsos huiusmodi religiosis personis impendere nisi obseruata forma dicti decreti non valeant, in virtute sanctæ obedientiæ & sub indignationis nostræ pœna interdicimus & prohibemus, ac contrafacientes per annum à præstatione talium ordinum suspendimus. Statuentes & decernentes promotiones quarumlibet religiosarum personarum prædictarum ad ordines huiusmodi contra ipsius decreti Conc. Trid. formam etiam cuiusuis licentiæ illis ab Apostolica sede, vel illarum superioribus, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, & præeminentiæ existant, etiamsi Pontificali dignitate fungantur, vel Cardinalatus honore præfulgeant, concessæ prætextu factas, executione prædictorum ordinum omnino carere, nullasq; prorsus & irritas existere, sicq; promotas personas in altari ministrare non posse. Quinimò ministrantes, priuilegijs & exemptionibus, immunitatibus & alijs gra-

tijs Clericis concessis, omnino priuari & irregularitatis aliasq; in dicto decreto contentas pœnas eo ipso incurrere, à quibus nisi à Romano Pontifice, vel in mortis articulo minimè absolui possint. Non obstantibus, &c. Datum Romæ. prid. Id. Octob. Anno 1568. Pont. anno 3.

Cæ. Glorierius.
H. Cumin.

Nomine autem religiosorum professorum comprehenduntur etiam Patres Soc. Iesu, & verè sunt religiosi professi, licet tantum simplicia vota emiserint, & ordinari possunt, non obstante constitutione huiusmodi, vt declarauit Gregorius XIII. constit. sua incip. *Ascendente, de Anno* 1584. 8. *Kalend. Iun.* & Greg. XIV. constit. incip. *Ecclesiæ Catholicæ. an.* 1591. *Kal. Iulij.* verba autem constitutionis huius Gregorij XIV. quoad propositum sunt. 10.

Quo verò ad reliqua quæ in cõtrouersiam vocata erant, sic statuimus nomen Societatis Iesu, quo laudabilis hic ordo nascens à Sede Apostolica nominatus est, & hactenus insignitus, perpetuis futuris temporibus in ea retinendum esse, ac Religiosos huiusmodi post emissa vota etsi simplicia, ad sacros etiam præsbyteratus ordines iuxta summorũ Pontificũ cõcessiones promoueri posse, eisdem emissis huiusmodi votis ad quẽuis aliũ ordinem mendicantiũ vel non mẽdicantiũ (Chartusiẽsiũ dũtaxat excepto) trãsire minimè licere; laicos vel alios non sacerdotes ad sacerdotium, vel eosdem aut qui Sacerdotes sunt ad professionem, aut cuiusuis alterius gradus mutationem aspirare nõ debere; potestatem quoque à Societate dimittendi quosuis non professos ab hac Sede Apostolica sæpius approbatam, eosq; ab omni obligatione votorum iuxta constitutiones & diplomata huiusmodi emissorum, per dimissionem ipsam per quã vota prædicta cessant, liberandi tanquã rem magni momenti ad societatis puritatem & conseruationem retinendam omnino ratam, intactam, & illibatam esse volumus, &c.

Quod adnotare placuit, quia à plerisque harum constitutionum ignaris, hoc vacari in dubium consueuit.

Ampliatur item vt non possit quis promoueri ad beneficium manuale, vel vicariatum, seu seruitium alicuius Ecclesiæ temporale. *Maiol. de irreg. lib. 4. cap. 15. num. 4.* neque ad titulum Seminarij, nisi promoueatur ad seruitũ perpetuum beneficij Seminario vniti vel ad seruitium seu vicariatum perpetuum alicuius Ecclesiæ. Vicariatus enim perpetuus habetur loco tituli. *Abb. in cap. Michael de fil. præsb. Maiol loc. cit. num. 2. Paris. loc. cit. de resig. lib. 2. quæst. 6. num. 33.* Quod autem Quaran. *in sum. Bull. v. ordo.* refert rescriptum. Sixtus V. ad Patriarch. Venet. de ordinando ad seruitia simplicia Ecclesiarum, illud fuit indultum speciale ciuitati Venet. & ideo prætermittendum putauimus cum alijs inseruire non possit. 11.

Ampliari adhuc potest vt sic ordinatus beneficium seu titulum ad quem fuit ordinatus dimittere non possit, nisi habita alia sufficiẽti prouisione. *Conc. Trid. loc. cit. sess. 21. c. 2. de ref. Nau. cit. cons. 14. nu. 2. de temp. ord.* hocq; communiter teneri testatur *Paris. loc. cit. num. 35.* Vnde & resignatio talis beneficij non facta mentione quod ad illud fuerit promotus resignans, esset omnino nulla, & resignanti competeret actio spolij. *vt fuisse declaratum à sac. Cong. Conc. & decisum in Rota coram Millino.* 12.

19. No-

19. Nouemb. 1602. in vna Aretin. testatur Gonz. cit. gl. 5. §. lo. num. 35. hocq; idem resolutum fuisse in eadem Rot. coram Orano. mense Maij. 1588. in vna Salamantin. & in alia Ispalen. coram Platta. 17. Iunij. eo. anno testatur Paris. loc. cit. num. 39.

13. Limitatur autē idem dictum primo, vt non procedat instante necessitate vel vtilitate Ecclesiæ, nam tum licet ordinandus non habeat titulum seu beneficium, promoueri tamen potest arbitrio Episcopi ad pensionem vel patrimonium, si illud habuerit sufficiens. cap. Episcopus. iun. gl. v. subsidium. c. tuis. iun. gl. v. de patrimonialibus. de præb. Conc. Trid. loc. cit. nomine autem patrimonij intelligi possunt quæuis facultates, siue ex patrimonio siue ex industria propria, siue ex donatione alicuius quæsitæ, dummodo ex illis possit Ordinatus habere alimēta, hoc enim solum attenditur. Dec. in cit. cap. Episcopus. nu. 6. de præb. Nau. cit. cons. 13. num. 1. de temp. ord. Paris. lo. cit. num. 9. & seq. Et patrimonium seu facultates huiusmodi postmodum renunciari non possent, nisi habita alia prouisione sufficienti, quemadmodum & de titulo beneficij diximus. Conc. lo. cit. Abb. in cit. cap. tuis. num. 8. de præb. Dec. lo. cit. num. 20. vbi deducit talia bona gaudere immunitate Ecclesiastica. Quod autem patrimonium seu facultates debeāt dici sufficientes ad sustentationem, remanet iudicis ordinatoris arbitrio. arg. l. 1. ff. de iur. delib.

Limitatur secundo: vt non procedat in minoribus ordinibus, isti enim conferri possunt non habenti titulum. Host. in sum. à num. 6. §. & qualiter. vers. puto verius. Paris. lo. cit. num. 4. vbi dicit hoc esse receptum communi praxi. 14.

Limitat etiam Gonz. lo. sup. cit. gl. 4. num. 36. quo ad personam graduatam & literatam, vt possit promoueri absque titulo, quia nimirum tali non sit defutura decens sustentatio, hocq; respondisse dicit Salmanticen. & Compluten. Academias. Sed hæc doctrina contrariatur apertè. Conc. Trid. lo. cit. quod expressè de huiusmodi quoque personis qualificatis disponit illis verbis (quamuis alias sit idoneus moribus, scientia & ætate) praxiq; communi non seruatur dicta sententia Gonzalezy.

ARTICVLVS VIII.

Quomodo sint ordines conferendi.

1 *Episcopus non potest conferre ordines in Diœcesi aliena.*
2 *Ordines conferri non possunt extra tempora à iure statuta.*
3 *Soc. Iesu patres ordinari possunt extra tempora à iure statuta.*
4 *Ordinari nemo debet sine examine præuio, & quis sit examinandi modus.*
5 *Ordinationis plura requisita.*
6 *Ordinator & ordinatus qualem debeant habere intentionem circa collationem ordinis.*
7 *Ordine in conferendo quæ instrumenta materialia tradantur, & an de necessitate tradi debeant.*

Præ-

PRæmitti debet processus intimatorius, & publicari per menſem ante tẽpus celebrandæ ordinationis, diesque & locus celebrationis notificãdus, vt praxi omnibus nota seruatur.

1. Locus autem celebrandæ ordinationis debet esse in propria Diœcesi, in aliena enim Diœcesi Pontificalia exerceri non possunt, nisi de licentia Diœcesani, alioquin & Pontifex ab exercitio Pontificalium & ordinatus ab exercitio ordinum quos ita reciperet, essent ipso iure suspensi. *cit. Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. de ref.*

Locus item debet esse Cathedralis Ecclesia, vel si ex causa alibi ordines celebrari contigerit, eligi debet Ecclesia dignior, & adhiberi præsentia Cleri illius loci. *id. Conc. sess. 23. c. 8. de ref.*

2. Tempora à iure statuta conferendis sacris ordinibus, sunt quatuor Sabbatha quatuor temporum anni, & Sabbathum ante Dominicam Passionis & Sabbathum aliud hæbdomatæ Sanctæ. *cap. de eo. de temp. ord. Host. in sum. eod. tit. num.* 3. Et ordinatus extra hæc tempora efficeretur suspensus ipso iure ex Const. Pij II. supra relata. Ordinator tamen nullã pœnam incurreret ipso facto cum non sit in iure expressa, sed posset puniri. Nec pœnæ Const. Six. V. super hoc editæ illũ afficerẽt, cum illa Const. sit reuocata & reducta ad terminos iuris & Cõc. Trid. à Clem. VIII. alia Const. quæ infra alia occasione referetur. Ordines tamen minores conferri possunt etiam extra hæc tempora quolibet die Dominico vel festo, dummodo ordinatio non instituatur, tam frequens vt videatur generalis ordinatio. *tex. & Host. lo. cit. Nau. cons. 47. de temp. ord. in ant tq.* Patribus item Soc. Iesu Greg. XIII. indulsit vt possint ordinari ad quosuis ordines etiam maiores extra tempora prædicta à iure statuta; quod indultum quoniam continet plura scitu necessaria circa ordinationem eorundem Patrum, hic referendum voluimus. *vt sequitur.*

GREGORIVS PAPA XIII.

Seruus Seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

PIum & vtile Societatis Iesu institutum non patitur certa quædam ab ijs qui sub eius vexillo atq; disciplina salutari militant obiri, quæ in sacris ineundis generaliter præscribuntur. Quocirca cum dictæ Societatis ac disciplinæ alumni nulli Ecclesiæ, nulliuè loco certo mancipati sint, vt ibi permaneant, sed veluti viatores omni tempore parati expectanteq; diem & horam, qua vel ad extremas orbis regiones cum venit vsus emittantur, vbi quisq; pro captu suo, & iuxta datam sibi à Domino sapientiam sese in vinea Domini excolendo exerceat, eiusq; rei causa fel. record. Paulus Papa III. præposito eiusdem Societatis concesserit, vt idoneos & comprobatos ab ipsa societate quibuscunq; mallet Catholicis Antistitibus gratiam & communionem sedis Apostolicæ habentibus præsentare posset, qui illos sic præsentatos absq; vlla promissione vel obligatione ad ordines huiusmodi promouerent. Nonnulli tamẽ Antistites post Conc. Trid. decreta eos sic præsentatos prius in cuiusq;, tam minorum quam sacrorum huiusmodi præscripto munere exercitatos temporum determinatorum post susceptos, præscriptũ finem, antequam ad superiores ordines ascendant, omnino expectandum, eosq;

in eorundem ordinum functionibus, choriq; officijs plenæ instructos, & denique super eorundem vitæ, moribus, ætate, & natalibus ad Parochi inquisitiones aut alias testimonium & certa alia requisita habenda obligatos esse contendunt, quãuis nonnisi ad eosdem ordines suscipiendos numeris alioqui omnibus idonei dimittantur. Nos his incommodis quantũ in nobis est occurrere volentes, omnibus Episcopis & alijs Antistitibus præsentibus & futuris in perpetuum præcipimus atq; interdicimus, ne ab huiusmodi promouẽdis, qui licentiam à Præposito generali dictæ Societatis pro tempore existente, vel ab eo delegatus habuerint, quicquam edictorũ requirant vel exigant, sed ipsos etiam absque vlla functione in ordinibus ipsis, interstitiorumq; ad illos suscipiendos obseruatione, aut inquisitione de cantus officijs & ceremonijs Ecclesiasticis id oneitate proprij ordinarij, licentia & alijs in alijs requisitis ad minores, ac etiam extra tempora à iure statuta, tribusq; Dominicis, vel alijs festis diebus etiam continuis ad Sacros etiam Præsbyteratus ordines promoueant, ac si illi omnibus requisitis præditi essent. Nos enim illis ordines omnes prædictos sic suscipiẽdi, ac prædictis Antistitibus eos ipsis conferendi facultatẽ tribuimus. Non obstãtibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis cæterisq; cõtrarijs quibscunq;, præsentis autem gratiæ communicationem omnibus alijs etiam qui sua priuilegia cum ipsa societate copiosè participant, participareq; poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Cæterum quia difficilè esset præsentes quocunq; illis opus erit deferre, volumus vt eorundem præsentiũ transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu etiam dicti Præpositi munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Tusculi, sub annulo Pisc. die 22. Septem. 1582. Pont. Ann. 12.

Tempore adueniente præfixo, examinari debent ordinandi. *cap. nullus. cap. quando. 24. dist. cit. Conc. sess. 23. cap. 7. de ref.* deponendos enim iura statuunt eos qui non examinati ordinantur. *cap. vlt. dist. cit.* imò incurrũt suspensionem ipso facto, nec habent executionem ordinis donec per Episcopum fuerint dispensati *cap. veniens. de eo qui furt. ord. sus.* Et si ab Episcopo ante inceptam ordinationẽ inhibitum fuerit vt solet, ne quis ad ordines accedat non examinatus, nec approbatus sub pœna excommunicationis, ordinatus cõtra huiusmodi prohibitionem incurreret suspensionem nonnisi à Papa dispensandam *cit. cap veniens. cap. innotuit. lo. cit. Abb. in cit. cap. veniens. num. 3.* vbi dicit cum tali dispensari adhuc posse per Episcopum vt ministret in ordinibus prius legitimè habitis. 4.

Diuersum autem examen ad cautelã maiorem est institutum. Primum dici potest vno mense ante ordinationem in loco Patriæ seu in Parochia ordinandi per Parochum, seu alium cui id cõmittere voluerit Episcopus faciendum, & redactum in scripturam occluso rotulo remittendum ad Episcopum. *cit. Conc. Trid. lo. cit. c. 5.*

Secundum examen feria quarta & sequentibus diebus immediatè præcedẽtibus diem ordinationis fieri debet. *id. Conc lo. cit. cap. 7. Rebuff. in prax. in Reg. de Cler. non le. prom. gl. 4. nu. 12.* & hoc

examen de iure spectat ad Archidiaconum.*c.ad hæc. cap. vt nostrum.de off. Archid.Innoc.ibid. Host. in sum.de scrut. in ord.num.* 4. est enim primus Prælatus post Episcopum & de iure censetur Vicarius Episcopi. *vt not. Abb.in cap.1. nu. 2.lo.cit.de off.Archid.* Potest tamen Episcopus etiam alijs viris peritis hoc demandare.*cap.quando.24. dist. gl.in cit.c. adhuc. Abb.lo.cit.& in c.2. de excess.præl. num.* 4. vbi dicit tum demum aliquam functionem spectare ad Archidiaconatum, cum illam habuerit ex speciali iure vel consuetudine, alias non. Ipsemet etiam Episcopus posset præsidere examini, sua enim interest ne indigni ordinentur, & ipse tenetur ex culpa examinatorum.gl.v. examinentur. *in c.adhæc. cit.* Et rigorosè hoc examen institui debet.*cap.constitutus.de purg can.cap.cum in cunctis. de elect.* simplici tamen assertioni Parochianorum testificantium de bona fama ordinandi statur: præsertim si testificantur quoad honestatem morũ, quia nimirum cum istorum attestatione concurrit iuris præsumptio, qua quilibet præsumitur bonus nisi probetur malus.*cap.cum deputati.de Iudic.cap.dudũ. de præsumpt.l.cum pater.* §.*rogo.ff.de leg. 2.*& dat rationem *Host. lo. cit.* quia virtutes naturaliter homini debent inesse, maximè post baptismum.*cap.2.dist.4.de consec.* doctrina tamen non præsumitur, sed debet probari per examen.*c.si fortè. de elect.in 6.Gemin.ib.* idq; de stylo Curiæ.*Mascard.de prob.conclus.877.Bellam. decis* 113. vnde neque Regulares excusari possunt ab huiusmodi examine. *Conc. Trid. lo.cit. sess.23. cap.* 12.*de ref.* quoad mores tamen & vitam, testimonium superiorum Regularium illis sufficeret.

Tertius examinis modus seruatur ipso die ordinationis, dum Archidiaconus clara & intelligibili voce monet adstantem populum, vt si quis contra quempiã ex ordinandis aliquid sciat, quod ordines impediret, libere proponat. Et ibidem Episcopus interrogat Archidiaconum unm sciat ordinandos esse dignos; ipse verò respondet, & scio & testificor quantum humana fragilitas nosse sinit, ipsos esse dignos *cap.vn.de scrut.in ord.* In qua responsione nõ peccat, licet ipsemet non examinaverit, dummodo ab alijs examinatoribus deputatis, sciat fuisse approbatos, & dummodo cõtra cõscientiam non loquatur. nam si sciret aliquod impedimentum, illud deberet Episcopo vel secreto nunciare. *Host. lo. cit.num.* 5.

Vltra prædicta requiritur circa ordinum collationem, vt in Missa conferantur, maiores videlicet, nã minores possunt etiam absque Missa conferri, etiam à non ieiuno. *Ang.v.ordo.4.num.5. & ordo.7.per totum. Armil.v.ordo.num.9. Ruald de Sacr.Ord.dist.* 18. *num.* 14. Maiores vero non nisi in Missa conferuntur. *cap.quod sicut.de elect.* de necessitate videlicet præcepti, non de necessitate Sacramenti *cap.quod sicut.cit.num.gl.v. dicatur. Abb.ib.nu.12. Armil.lo.cit.*

Requiritur item vt graduatim ordines conferantur incipiendo à prima tõsura per ordinem.*cap.si officia.59.dist.*& accipiens maiorem ordinem omisso minori, remaneret suspensus ab eius exercitio ipso iure.*c.vn.de cler.per salt.prom. Host.eod.tit.in sum.num.2. Vict.de Sacrã. ord.num.* 232. Non tamen teneretur ad aliud nisi ad suscipiendum ordinem quẽ omisit. *Abb.in c.vn.cit.num.*4. vbi de ordine conferendo de quo dubitaretur fuisse collatum, dicit sequendam cautelam,*c.* 2. *de Baptis.*

Seruatis etiam temporum interstitijs conferendi sunt ordines. *cap. in singulis.77. dist.* & ad minus vno anno elapso

post

Post susceptionem vltimi minoris, ad Subdiaconatum, iterum ad Diaconatū post annum, & alio anno interlapso ad Præsbyteratum. *cit. Conc. lo. cit. c.* 11. 13. & 14. Posset tamen Episcopus dispensare super huiusmodi interstitijs temporum, *vt patet ex tex. Conc. cit.* ad ipsum enim hoc spectat. *Nau. cons.* 25. *de temp. ord. in antiq.* vnde etiam Regulares ab Episcopo, non autem à suis superioribus Regularibus super eisdem interstitijs dispensari debent, vt declaratum fuisse à S. Cong. Conc. refert *lo. sup. cit. Quaran. v. Ordo.* his verbis.

Cong. Conc. censuit superiores Regulares nō posse dispēsare super interstitijs Regularium ordinandorum, sed id pertinere ad Episcopum ordinātem, qui tamen quoad causam dispensationis iudicium formare debet ex attestatione superiorum Regularium.

P. Aemilius Card. S. Marcelli.

Eadē interstitia remitti posse per Capitulum sede vacante, seu per eius Vicarium in casibus in quibus posset dare licentiam ordinandi, testatur declaratum fuisse ab eadem S. Cong. Conc. *id. Quaran. v. Capitulum Quæro.* 10. Nullam etiā incurrit pœnam ordinans vel ordinatus non expectatis interstitijs cum à Conc. lo. cit. non sit expressa, licet peccet *Nau. cons.* 4. *& cons.* 6. *de temp. ord. in no.* sed ordinatus puniri posset pœna arbitraria si dolosè subtinuerit corā examinatorib. hoc impedimentum, & fecerit se ordinari.

Huc spectat quod duo sacri ordines eodem die dari non possunt. *cit. cap.* 13. *Conc. Trid. cap. literas, de temp. ord.* collati tamen tenent, sed eorum executio suspenditur, nec potest dispensari nisi per Papam. *cap. innotuit. de eo qui furt. ord. Abb. ib. num.* 3. Minores tamen plures vel etiam omnes vno die licitè conferuntur. *c. cum H. lator. de eo qui furt. ord.* Imò & Subdiaconatus eodem die cum minoribus posset conferri, vbi talis esset consuetudo. *Nau. in man. cap.* 25. *nu.* 71. *Eman. Sa in Aphoris cōfess. de Sacram. Ord.* nec in contrarium adduci potest ius aliquod expressum, vbique enim loquuntur iura de sacris tantum ordinibus non conferendis pluribus eodem die.

Requiritur præterea circa ordinationem, vt ordinans habeat intentionem conferēdi ordinem, sicut & in collatione omnium aliorum Sacramentorum intentio necessario requiritur. *Innoc. in cap.* 2. *de Baptis. S. Th. in* 3. *p. quæst.* 64. *art.* 8. Imò Conc. Trid. *cit. sess.* 7. *can.* 11. anathemate damnat sentientes intentionē, vel saltem voluntatem faciendi id quod facit Ecclesia non requiri in Sacramentorum collatione. sufficeret tamen intētio virtualis. *cit S. Th.* 4 *sent. dist.* 25 *q.* 2. *art.* 6. *Sot. similiter in* 4. *dist.* 1. *quæst.* 5. *art.* 8. & in dubio præsumitur non defuisse, intentionem. *Nau. cons.* 7. *&* 8. *de temp. ord. in antiq.* 6.

In ordinato quoque requiritur intentio saltem virtualis, vel dummodo non opponatur obex contrariæ voluntatis ita quod omnino repugnet. *cap. maiores. de Baptis.* ibique DD. communiter *S. Th. locis cit. Victor. de Sacram. Ord. num.* 237. ad quod facit quod alias diximus, de puero, vel amente seu inuito ordinando.

Requiritur item vt ordinandi habeant indumenta necessaria. Subdiaconus quidem manipulum, Diaconus stolam, Præsbyter ambiatur stola vtroque humero, & cassulam seu planetam habeat. *cap præsbyter. cap. Ecclesiastica.* 23. *dist. Ang. v. ordo.* 7. *nu* 7.

.7 Requiritur & traditio instrumentorũ ordinatis prout cuique ordini assignata sunt, & tradita instrumenta tangi debẽt; si tamen non tangantur nil obesse nec esse supplendum docet. *Arm. v. ord. num. 4. Victor. lo. cit. num. 230.* securius tamen esse vt tangantur dicit *Viuald. lo. sup. cit. num. 22.* cum nimirum multi graues Doctores teneant huiusmodi contactum esse de necessitate huius Sacramenti.

Et quidem Præsbytero traditur panis cum patena & calix cum vino, manusq; ipsius vnguntur oleo sancto. *cap praterea. unic. gl. 23. dist. cap. generaliter. §. vtrisq; 16. q. 1.* manus etiam super ipsum imponit ordinator & Præsbyteri adstantes. *cap. Præsbyter. cit. 23. dist. cap. fin. de Sacram. non iter.* vel sufficit quod nõ omnes adstantes, sed saltem duo Præsbyteri manus illi imponant. *Host. in sum. tit. cit. num. 10.*

Diacono orarium super sinistrum humerum imponitur, Euangeliorum liber ipsi traditur manusque super ipsum imponit solus Episcopus. *cap. Diaconus distinct. cit.*

Subdiacono traditur calix cum patena vacuus ab Episcopo, Archidiaconus verò tradit ipsi vrceolos cum vino & aqua, & manile cum manutergio. *c. Subdiaconus. ea. dist. cit.*

Acolytho traditur candelabrum cum cereo, & vrceoli vacui. *c. Acolythus. ib.*

Exorcistæ liber exercismorum. *c. Exorcista. ib.* Lectori codex Diuinarum Lectionum. *cap. Lector ib.* Ostiario claues Ecclesiæ. *cap. ostiartus. ibid.*

Traditio autem huiusmodi instrumentorum de necessitate fieri debet per ipsũmet Episcopũ in collatione maiorũ ordinũ. *c. quorundam. dist. 23. cit.* In minoribus verò ordinibus sufficit si tradantur per Archidiaconum, Episcopo traditionis verba proferente. *c. Acolythus. cit. Nau. cons. 3. de sacr. non iteran. in no. Sylu. v. ordo. 2. quæst. 5. arm. eod. num. 12. Viuald. loc. cit. num. 14.*

Circa ordinationem in omnibus etiam seruandæ sunt ceremoniæ & ritus Pontificalis Romani, nihilque omittendũ quod ibi præscribitur. *Ang. v. ordo. 7. cit. nu. 4.* Et tanto magis quia tenet *Arm. loc. cit. nu. 10.* omnia quæ sũt præscripta in Pastorali esse de substantia ordinis, nisi oppositũ in iure sit expressũ. Et licet aliqui dicant, illa solum esse de substantia, quorum vsu imprimitur character, tamen in hac diuersitate opinionum, securior via est tenenda, & cum quid dubitatur esse de substantia, quod tutius sequendum est, & substantiale iudicandum. *Host. de sacr. vnct. in sum. num. 7. Ang. loc. cit.* In dubio enim semper præsumitur quod salutarius est animæ. Vt in dubio præsumitur quis non esse baptizatus. *cap. paruulos. de consecr. dist. 4.* & præsumitur quis non esse ordinatus. *c. præsbyter. 68. dist.* & in dubio præsumitur quis excommunicatus. *cap. cum desideres. §. secundæ. de senten. excom. Host. in sum. de scrut. in ord. num. 5.*

Quod si omittatur aliquid necessariũ caute supplendum est alio tempore celebrandæ ordinationis. *c. 1 & fin. de sacr. non iteran. ibiq; Innoc.* Si tamen omittatur leue aliquid quod non sit de substãtia, tolerari potest, nec oberit omittenti. *Host. in cit. sum. de sacr. Vnct. nu. 7. & de sacramen. non iteran. num. 10.*

(:)

ARTI-

ARTICVLVS IX.

Qui sint effectus Ordinationis.

1 *CHaracter imprimitur in anima per susceptionem Ordinis.*
2 *Ordinatus ad sacros ordines obligatur continere.*
3 *Horas an teneatur recitare ordinatus.*
4 *Ordo Clericatus nobilitat.*
5 *Ordines collati quomodo probentur.*
6 *Ordinator vel eius Cancellarius an recipere quid possit pro ordinatione seu literis testimonialibus ordinationis.*

PRimus & principalis ex ordinatione resultat effectus, quia per illam imprimitur character in anima & datur potestas exercendi officium ordinis susceptI. 1. *Conc. Trid. cit. sess. 23. cap. 4. & can. 4 Victor. lo sup. cit. nu. 232. Ang. v. ordo. 1. nu. 2. Arm. eod. num. 5.* Est autem character spiritualis qualitas animæ signans gratiam gratum facientem, & ad gratiam disponentem assimilantem, & distinguentem. *S. Bonau. in 4 dist. 6. quæst. 1. & 2. Ang. cit. v. character. num 1.*

Imprimitur autem character in singulis ordinibus, ita tamen vt omnes faciant vnum Sacramentum quæ est commun or sententia, eamque tenet *S. Th. in 4. dist. 24. q. 2. S. Bonau. ib. Turrecrem. in c. Episcopi. 23. dist.*

Secundus effectus seu obligatio ordinationem consequens est, quod ordinatus ad ordines sacros obligatur ad seruandam castitatem. 2. *cap de his. 28. dist. c. ante triennium. 31. dist. cap. omnium. 32. dist. c. cũ in præterito. 84. dist. Conc. Trid. lo. cit. cap. 13. de ref.* cuilibet enim ordini sacro annexum est votum continentiæ. *cap. cum olim. iun. gl. v. votum. de Cler. coniug. Abb. in cap. vn. de cler. per salt. prom. num. 3.* non quidem de substantia ordinis sacri, sed ex ordinatione Ecclesiæ *S. Th. 2. 2. quæst. 88. art. 11. Turrecrem. in cap. Diaconus. 27. dist. Bero. in cap. in præsentia. num. 121. de prob.* quod votum potest etiam expresse exigi circa ordinationem. *per c. quanquam. 23. dist. Turrecrem. ib.* hocque solere facere Episcopos aliquos testatur *Rot. decis. 561. nu. 14. p. 1. diuers.*

Obligatur etiam ordinatus ad recitandum horas Canonicas. 3. *gl. in cap. fin. 92. dist. & alia gl. in cap. 1. de celeb. Miss. Sot. de iust. & iur. lib. 9. quæst. 7. art. 2. Nau. in tract. de orat. cap. 7. num. 2. & in man. cap. 25. num. 97.* idque non tantum ratione beneficij, sed etiam ratione solius ordinis sacri; vnde & promotus ad patrimonium, licet beneficium non habeat, tenetur tamen ad recitationem horarũ. *Abb. in cap. tuis. num 8. de præb.* Ad minores tamen ordines ordinatus non obligatur ad continentiam, potest enim redire ad sæculum. *Host. & DD. in cap. 2. de præb. Rot. decis. 731. num. 14. p. 1. diuers.* neque obligatur ad recitandum officium, nisi habuerit beneficium, nam ratione beneficij teneretur ad recitationẽ. *Nau. lo. cit. de orat. num. 3.* & si nõ haberet beneficium, teneretur ad recitandum officium. B. M. V. tanto magis si ordinatori, qui solet indicere recitationem huiusmodi officij, vel septem Psalmorum, cõ-

sentiat & promittat se recitaturũ. *Nau. lo.cit. in man.num.* 108.

Tertius effectus ordinationis est, quia ordinati transeunt ad iurisdictionem fori Ecclesiastici, & incipiunt gaudere priuilegijs Cleri. *cap. cum non ab homine de iudic. Abb in cap.* 1. *num.* 7. *de celeb. Miss.* Ad primam tamen tonsuram & ad quatuor minores ordinati, nõ alitergaudent priuilegijs huiusmodi, nisi habitũ & tonsuram deferant, vel obtineant beneficium Ecclesiasticum, seu morentur in seminario Clericorum tanquam in via ad maiores ordines. *Conc. lo. cit. sess.* 23. *c.* 6. *de ref.*

4. Effectus item ordinationis est, quia ordinati efficiuntur nobiles, Clericatus enim nobilitat. *Abb. Ioan. Andr. in c. eo libentius. de ser. non ord. Tiraq. de nobilit. c.* 9. *Cassane. in cathal. glor. mun. p.* 8. 26. *consid.*

Ordinationem ad extremum consequitur quod ordinato dari debent litteræ testimoniales ordinationis suæ ab Episcopo ordinatore. *cap.* 1. *de cler. peregr. Innoc. ib.* nam sine litteris non crederetur fuisse ordinatum. *cap. primatus. cap. nullum.* 71. *dist. cap. legum.* 2. *quæst.* 1. Nec sufficeret habere litteras sacerdotij, sed omnium ordinum haberi debent; posset enim præsumi fuisse promotum per saltum. *Host. in sum. lo. cit. de cler. pereg. Rebuff. in prax. de lit. tonsur. num.* 28. si tamen deperderentur literæ, posset probari ordinatio per testes, per vocem publicam vel famam, vel quod communi opinione reputetur quis Clericus, vel etiam probari posset per iuramentum concurrentibus famæ adminiculis: ea enim in quibus agitur de modico præiudicio, nec agitur de præiudicio tertij, vel de interesse burfali, facilius probatur. *Abb. in cap. cum causam. nu.* 1. *de probat. Ant. de Butr. in cap. vestra. num.* 16. *oppos.* 2. *in fin. de habit. Cler. & mul.* & dum ãgitur de validitate ordinis collati, dicitur agi de modico præiudicio. *Felin. in cap. Albericus. nu.* 3. *de testib. Boer. decis.* 171. *num.* 23. *Put. decis.* 406. *lib.* 2. *Couar. pract. quæst. cap.* 33. *numero* 3. *Nau. cons.* 4. *de præsumpt. & de succes. ab intest. cons.* 5. *Paris. de resig. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 69. vbi dicit ita obseruare Rotam in possessorio & petitorio. Vel si quis esset bonæ famæ, & longo tempore ministrauerit, præsumeretus ordinatus. *Innoc. in cap. innotuit. de Cler. per salt. prom. Felin. in cap super his. num.* 18. *de accusat. Gemin. cons.* 91. *Accoramb. decis.* 21. *lib.* 1. *Mascard. de prob. conclus.* 302. *& tribus alijs seq. & cõclus.* 1140. Posset tamen probari in contrarium, sed opponenti incumberet onus probandi. *Felin. lo. cit.*

5. Non potest autem ordinator accipere ab ordinato aliquam mercedem, precium, seu munera, etiam in collatione primæ tonsuræ, ne quidem à sponte dantibus. *Conc. Trid. sess.* 21. *cap.* 1. *de ref.* alioquin & accipiens & dans & mediator huiusmodi simoniæ, incurreret ipso facto excommunicationem Papæ reseruatam, & ordinatus efficeretur ipso facto excommunicatus & suspensus ab ordinibus omnibus, etiam ante simoniam cõmissam susceptis. *extrauag. cum detestabile. de sim. comm.* quam postea innouauit Pius V. Const. sua *incip. cum primũ de an.* 1566. *Kal. April.* & Six. V. Const. sua *incip. sanctum & salutare* infra referenda, pœnas dictis const. sancitas auxit. ad hoc *Sylu. in sum. v. simonia. quæst.* 19. *Io. Guttier. lib.* 1. *Can. q. c.* 9. *Vgolin. de Sim. tab.* 4. *c.* 3. *num.* 2. *pract. Diaz. cum annot. c.* 92. *Suarez de cens. disp.* 31. *sect.* 4. *nu.* 32. *& seq.* vbi testatur de communiori sententia. Et ne quidem forbices, mappę, aut pectines seu similia possunt accipi, *vt allegati DD. & S. Th.* 2. 2. *q.* 100. *art.* 2. *ad*

4. *Sot.*

4. Sot. lib. 9. de iust. & iur. q. 5. art. 1. Tolet. in sum. lib. 5. c. 88. vbi dicit periculum esse etiã cereum accipere. sed Genuen. in prax. c. 83. nu. 8. refert declaratum fuisse à Sac. Cong. Conc. quod cereus licitè accipi possit iuxta Pontificale Romanum. Ordinatus etiam simoniacè ignoranter non afficitur pœnis simoniæ prædictis. cap. de simoniacè. de Sim. Doct. tb. communiter. & multis deducit Suarez lo. cit. num. 40. Et ne quidem pro litteris testimonialibus vel dimissorjs accipi aliquid debet, nisi iuxta quod disponit Conc. lo. cit. ad quod videri potest Nau. in man. cap. 23. num. 102. & c. 27. num. 106. vbi pœnas præexpressas dicit non extendi ad simoniam mentalem & conuentionalem, hancque interpretationẽ esse receptam praxi Curiæ testatur. Cassad. decis. 5. Gomez. in Reg. de trien. q. 12. allegati in annot. ad Diaz. lo. cit. Rot. decis. 405. p. 1. diuers.

Et quoniam superius enumerauimus quosdam casus, in quibus prohibentur aliqui ordinari, videndum nunc est paucis, an isti saltem dispensatiuè ordinari possint, & in quibus casibus Episcopus possit dispensare.

ARTICVLVS X.

In quibus casibus dispensare possit Episcopus ad ordines.

1 *IRregularitates occultas quomodo dispensare possit Episcopus vigore. cap 6. sess. 24.*
2 *Occultum quod dicatur in sensu. c. 6.*
3 *Citatio est Iudicij principium.*
4 *Episcopus dispensare non potest cum homicida voluntario.*
5 *Homicidium in defensione vitæ vel bonorum, an possit dispensari per Episcopum.*
6 *Homicidium mere casuale nullam inducit irregularitatem.*
7 *Mutilatio membri licet aquiuleat homicidio quoad irregularitatem incurrendam, non tamen quoad dispensationem obtinendam.*
8 *Episcopus dispensare potest cum Clerico male promoto.*
9 *Simoniacus quando possit dispensari per Episcopum.*
10 *Episcopus dispensare non potest super defectu ætatis.*
11 *Bigamus an dispensari potest ad Ordines.*
12 *Episcopus dispensare non potest cum hæretico Neophito.*
13 *Illegitimus potest dispensari quoad minores ordines per Episcopum.*
14 *Episcopus quoad minores dispensare potest in omni irregularitate præter homicidium & bigamiam.*
15 *Episcopus an dispensare possit extra casus in iure expressos*
16 *Episcopus an censeatur dispensare ordinando inhabilem licet non exprimat.*

IN primis itaque dispensare potest Episcopus quasuis irregularitates & impedimenta facultate permissa à Cõc. Trid. *sess. 24. c. 6. de ref.* concurrentibus tribus

tribus requisitis. Quorum primum est vt irregularitas proueniat ex delicto, vnde si non proueniret ex delicto, vt est illegitimitas, bigamia, corporis aliquis defectus, dispensari non posset hac facultate à Conc. concessa. Quinimo non sufficere quod impedimentum proueniat ex delicto veniali ad hoc vt prædicta facultate dispensari possit, tenet *Nau. c. 27. nu. 252. in man.* qui & homicidium iustum ex defectu perfectæ lenitatis veniens, vult non posse dici ex delicto. *conf. 54. de homicid. in antiq.* idem docet *Henriquez de irreg. c. 19. Suarez disp. 50. sect. 5. num. 5. de conf. & disp. 41. sect. 2. nu. 6. ib. de cens.* vbi dicit hac facultate. *cap. 6.* non posse vti Episcopos in locis in quibus non esset receptum. Conc. Trid.

Secundo requiritur vt hoc delictum sit occultum. Et occultum hic accipitur (saluo tamen vero sensu Concilij, cui nullam glosam apponere volo, interpretationem ipsius S. Rom. Ecclesiæ reuerenter relinquens) non tantum pro omnino occulto, sed etiam prout æquialet penè occulto, & prout opponitur notorio ex manifesto vel publico, ita 2. quod sciatur ab aliquibus etiam à quatuor, quinque, & sit aliquomodo probabile, sed difficulter, nullaq; fama indesit orta. prout accipitur occultũ *in gl. in c. manifesta. 2. q. 1. & ab Abb. in c. fin. nu. 5. de tẽp. ord.* quod latè deducit *Nau. lo. cit. in man. num. 255. Henriq. vbi sup. c. 20. num. 40. Maiol. lib. 5. de irreg. c. 51. Suarez de Sacram. disp. 30. sect. 2. Viuald. de irreg. num. 325. Zech. de cas. reser. cas. vlt.* Ad quod facit quod facultas dispensandi est fauorabilis & latè interpretanda, licet ipsa dispensatio respectu dispensati sit odiosa. *cap. fin. de Sim. Abb. in cap. atsi Clerici. §. de adulteris, num. 6. de iudic. Dec. ib. num. 129. Nau. conf. 2. de Cler. non ord. min.* Tum & quod parum prodesset Episcopis hæc facultas si solũ permitteret omnimode occulta, cũ adhuc controuersum sit apud authores, an omnimodè occultum inducat irregularitatem. *cap. erubescant. iun. gl. 32. dist. cap. inquisitionis. §. adhæc. de accusat. Host. in cit. c. fin. de temp. ord. Abb. in c. nisi. num. 15. de renun.* excepto homicidio, hoc enim quantumuis fuerit occultum, inducit tamẽ irregularitatem. *cit. c. fin. de temp. ord. Host. ib. Abb. ib. nu. 5.*

Et quidem attendenda est radix delicti quod sit occulta: quomodo si excõmunicatus occultè, publicè celebret, licet celebratio sit notoria, irregularitas tamen censenda occulta propter occultam excommunicationem ex qua ipsa descendit. *Henriquez lo. sup. cit. Nau. lo. cit. & conf. 51. de temp. ord. conf. 2. de Cler. non ord. Min. Gennen. in prax. cap. 67. num. 4.* vbi plura exẽpla ad hoc propositum videre licet: nos satius omittenda putauimus, cum nec possint facilè adaptari ad casus occurrentes; quilibet enim casus in facto occurrens habere solet diuersas circumstantias, ex quibus iudicandum publicum quid vel occultũ. vnde & *Nau. locis cit.* & præsertim *cit. conf. 51.* ex diuersitate circumstantiarũ fortasis, fere contraria consuluit. & mihi consulenti in anno *1610.* de quodã Pasnanien. excommunicato à Iudice nõ tamẽ publicato, & ordinato in alia Diœcesi, responsum fuit à S. Cong. Conc. excõmunicatum per acta Tribunalis quãuis non publicatum, non intelligi occultum, nec posse dispensari vigore *cit. cap. 6.* huc pertinet quod dicit Suarez *cit. de Sacram. disp. 30. sect. 2. num. 2.* publicum alicubi, licet videatur alibi occultum, non posse dici nisi publicum; quæ omnia si conferantur exemplis allatis per *Nau. & Gennen. locis cit.* non satis conueniẽt. Vnde tutius erit in talibus recurrere

currere ad iudicis arbitrium, qui iuxta circumstantias facti occurrentis, facilius discernere poterit inter occultum & publicum iuxta doctrinam *Abb. in c. olim. 1. num. 15. de rest. spol.* & quod alias diximus sæpè, dubia relinquenda iudicis arbitrio.

3. Tertio requiritur vt hoc delictũ non sit deductum ad forum contentiosum: censetur autem deductum ad forum cõtentiosum post interpositam citationẽ, à citatione enim iudicium inchoatur. *c. Ecclesia. S. M. iun. gl. v. non conuenti. de elect. cap. fin. iun. gl. de off. leg. Clem. fin. vt lit. pend. Mohed. decis. 16. alias 1. de caus. poss. & prop. Rot. decis. 1533. lib. 5. p. 3. diuers.* nec sufficere si solum informationem caperet curia, tenet Genuen. *lo. cit. num. 5.* Neque dicetur deductum ad forum contentiosum, si tantum socius criminis fuerit tractus ad iudiciũ. *Nau. cons. 2. de re. iud.* Neque dicetur deductũ ad forum contentiosum ad effectum vt non possit absolui virtute. *cit. cap. 6.* si reus in iudicio fuerit absolutus, licet absolueretur ex falsis rationibus. *Nau. lo. cit.* post absolutionem enim huiusmodi, rediret delictum ad eum statum in quo ante erat, & æquè maneret occultum. *Suarez de cens. disp. 41. sect. 2. nu. 6.* Neque illud de quo quis accusatus, nõ fuit absolutus nec condemnatus, sed composuit cum parte vel cum Curia, si fuit delictum transigibile, tale enim delictum adhuc posse dici occultum & dispensabile vigore *cit. cap. 6.* deducit Genuen. *lo. cit. num. 6.*

4. Excipitur autem ab hac facultate à Conc. concessa homicidium voluntariũ illicitum & iniustum, & non potest dispensari virtute. *cit. cap. 6.* vt clarus textus Conc. *lo. cit. & sess. 14. c. p. 7. de ref.* nisi fortè ad retinendum simplex beneficium ante incursam irregularitatem obtentum ne dispensatus egeat; non tamen ad exercitium ordinum susceptorum. Doct. communiter *in c. 2. de Cler. pugn. Couarr. in Clem. vn. p. 2. § 3. num. 5. de homicid. Zecchus. sup. cit. cap. 1. nu. 34. Staph. de lit. grat. de mod. priuat. num. 11. Nau. cons. 13. de off. ord. in antiq.* & licet in man. *cap 27 num. 240. & cons. 17. de homicid.* Videatur tenere contrarium, tamen his locis non apparet eum loqui de beneficijs ante incursam irregularitatem obtentis, de quo *cit. cons. 13.* & nos ad præsens loquimur.

Abortus quoque procuratus fœtus animati æquiparatur homicidio voluntario. *cap. sicut ex literarum. de homicid. Abb. ib. num. 3.* nec potest dispensari hoc delictum licet occultum virtute *cit. cap. 6.* & hoc propter Const. Six. V. supra à nobis relatam, vt videre licet ex ipsius contextu. quæ Const. moderata quidem fuit per Greg. XIV. sed quoad absolutionem peccati & excommunicationis tãtum, & quoad abortum fœtus inanimis; quoad reliqua vero vt inhabilitatem, æquiparationem homicidio voluntario, & reliqua ibi expressa, relicta est in suo vigore, vt patet ex const. cit. Greg. XIV. quam etiam supra simul cum dicta Six. V. Const. retulimus. quo remittimus legere volentem.

Homicidium autem commissum in defensione vitæ propriæ licet excedatur moderamen inculpatæ tutelæ, in defensione vitæ parentum, propinquorum vel bonorum suorum, & aliud quodcunque quod legib. non punitur, non sine peccato tamẽ cõmittitur, cum non possit dici omnino voluntarium saltem quoad denegandam absolutionem. *cap. tua nos. de homicid. Abb. ib. §. ad vltimum. num. 3. Nau. cons. 8. eod. tit. in antiq.* idcirco si fuerit occultum, virtute prædicti *cap. 6.* dispensabile videtur vt deducit. *Nau.* 5.

cit. in man. cap. 27. num. 239. & cons. 37. de temp. ord. in antiq. Capeaul. de cas. ref. quæst. 3. cap. 3. si vero non fuerit occultũ remanebit in terminis iuris communis, ita vt dispensari possit ad ordines minores & ad simplex beneficiũ. *Host. in sum. de homicid. §. fin. Abb. eod. tit. in c. ad audientiam num. 5. Felin. ib. nu. 4.* & communiter Doct. *in cap. 2. cit. de Cler. pug.* qui tenent in quocunque casu quoad beneficium simplex dispensare posse Episcopum. adhoc Innoc. *in c. 2. de Cler. non ord min. Abb. ib. num. 2. Dec. in c. at si Clerici. §. de adulteriis. num. 129. de iudic.*

6. De homicidio autem mere casuali, & de illo quod nullatenus est peccatũ, hic non loquimur cum nullam inducat irregularitatem, nec indigeat dispensatione. *c. latores. c. ex literis. de homicid. Clem. vn. eod. tit. Innoc. in cap. ad audientiam. eod. tit. Abb. in cap. significasti. 1. & in c. exhibita. eod. tit. Couar. lo sup. cit.* Neque de homicidio ex defectu perfectæ lenitatis proueniente, quia cum illud non proueniat ex delicto, non videtur dispẽsabile virtute. *cit. c. 6.* vt supra diximus, sed manebit in terminis iuris antiqui, vt dispensari possit ad minores ordines & simplex beneficium.

7. Deformatio quoque seu mutilatio membri licet æqualiter sensentur inducere irregularitatem sicut homicidiũ. *c. 1. de Cler. pugn. Abb. ib. nu. 2. & in Clem. vn. num. 6. de homicid.* non tamen continetur prohibitione Conc. Trid. decretis cit. de non dispensando homicidio voluntario sancitis, cum hoc ibi non dicatur expresse, & sit vulgatum iuris pœnalia non extendi ad similia ex identitate rationis. *gl. in c. 1. v. Italia. de temp. ord. in 6.* & sit tenenda mitior interpretatio vbi pro non exprimitur. *l. si præses. ff. de pœnis.* Vnde si talis irregularitas fuerit occulta, dispẽsabilis erit virtute. *cit. c. 6. Genuen. lo cit. in prax. c. 67. num. 9.* vbi refert hoc idem responsum fuisse à S. Cong. Conc. si verò fuerit publica, remanebit in terminis iuris antiqui, vt dispensari possit ad minores & simplex beneficium, vt diximus de homicidio non directè voluntario.

8. Ex concessione eiusdem Conc. Trid. *sess. 23. cap. 14. de ref.* dispensare potest Episcopus cum Clerico per saltum promoto, si in ordine suscepto non ministrauerit. *Rebuff. in prax. in Reg. de Cler. male prom. gl. 4. num 1.* & etiamsi ministrauerit, sed hoc fecerit ignoranter, dispensari enim adhuc cum tali posse tenet *Nau. lo. cit. in man. nu. 242.* Hanc tamen concessionem Conc. non posse applicari ad eum qui per saltũ promotus ministrauit in ordine non suscepto, & non posse talem dispensari nisi per Papam, deducit Suarez *de cens. disp. 31. sect. 1. nu. 52.*

Cum eo etiam qui plures ordines sacros vno die suscepit, quoad vsum susceptorum dispẽsari posse, docet Innoc. *in cap. dilectus. de temp. ord.* nisi ipsemet Episcopus circa hoc deliquerit.

Item & cum eo qui ministrat in ordine quem non habet. *cap. 2. de Cler. non ord. min. iun. gl. v. misericordiam. Host. in sum. eod. tit. num. 3. Innoc. lo. sup. cit.* nimirum quoad beneficiũ, & quoad vsum susceptorum, nam quoad maiores ordines suscipiendos dispensare non posset. *Abb. in cit. cap. 2. de Cler. non ord. min.* vt supra diximus.

Et cum eo qui furtiue ordines suscepit seruata distinctione. *cap. 1. de eo qui furt.* si nimirum ante inchoatam ordinationem non prohibuerit Episcopus sub pœna excommunicationis, ne quis accederet ad ordines non approbatus. si enim intercesserit talis prohibitio, ordinatus furtiue non posset dispensari nisi

per

per Papam. *Nau. conſ. 61. num.1. de Sim. in ant iq. Rebuff. lo. ſup. cit. num.18.*

Abſque dimiſſorijs à non ſuo Diœceſano ordinatus, per Epiſcopum quoque Diœceſanum diſpenſari poteſt. *Conc. cit. ſeſſ. 23.c.8 in fin. de ref.* vbi expreſsè diſpenſationem talium Diœceſani arbitrio permittit.

Cum ordinato quoque extra tempora videtur poſſe diſpenſare. *cap. penult. de temp. ord.* & conſt. Pij II. ſupra relata non videtur obſtare, cum nil ſtatuat noui circa diſpenſationem ſuſpẽſionis hoc caſu incurſæ, nec corrigat expreſsè in hoc ius antiquum, & non ſit recedendũ à iure antiquo, niſi cogente ad id nouo. *l. præcipimus. § fin. C. de appellat. gl. ſing. in cap. licet. canon. v. carere. de elect. in 6.* nec poſsit fieri iuris correctio per tacitos intellectus. *gl. communiter recepta. in cap. cupientes. §. quod ſi. v. petere. de elect.* Vnde ſi ſequamur ius antiquum diſpenſare poſſet Epiſcopus tanquam in caſu in iure expreſſo, *per not apud Doct. in cap. at ſi Clerici. §. de adulteriis. ſæpius cit. de iudic.* contrarium tamen obſeruari in praxi, nimirum quod nemo cum talibus diſpenſare ſoleat præter Papam. refert Rebuff. *lo. ſup. cit. gl. 2. & 3. in fin.*

Præterea cum ordinato ab Epiſcopo Schiſmatico, Hæretico, excõmunicato, cuius denunciatio ignoratur, diſpenſat Epiſcopus. *Nau. lo. cit. in man. num. 241.*

Et cum violante interdictum exercendo actum aliquem ſacro alicui ordini deputatum, quoad vſum ſuſceptorum licitè diſpenſat Epiſcopus, non tamen quoad ſuſcipiendum maiores ordines. *Nau. lo. cit. num. 243.*

Cum ordinato excommunicato excommunicatione maiori ſuſpenſo, interdicto, ſi in ordine miniſtrauit, ſolus Papa diſpẽſat; ipſam verò excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictum tum demum abſoluit Epiſcopus, ſi non fuerit expreſsè ſuperiori reſeruata. *Nau. lo. cit. num. 244 & num. 262.* vbi citat *Card. in Clem. dudum. §. ac etiam de ſepult.* dicentem poſſe quem abſolui à cenſura & peccato per habentem poteſtatem, antequam cum illo in irregularitate inde contracta diſpenſetur.

Cum Simoniaco quoque qui non fuerit Simoniacus in ordine vel beneficio, diſpẽſare ſemper poteſt Epiſcopus. *Hoſt. in ſum. tit. de Sim. num. 16.*

Cum Simoniaco autem in ordine ſcienter etiam occulto, diſpenſare non poteſt ſtante conſt. Six V. quam licet Clem. VIII. reduxerit ad terminos iuris communis, illam tamen quoad casũ hunc Simoniæ in ſuo robore reſeruauit, vt patet ex contextu. Conſt. eiuſd. Clem. VIII. quam hic vtilitati communi exponendam putauimus. *vt ſequitur.* 9.

CLEMENS EPISCOPUS ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

ROmanum Pontificem decet ea quæ ob iuſtas cauſas interdum ſtatuta ſunt, cum ipſa rerum experientia ſuadet moderari, & immutare prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Alias ſanè emanarunt literæ fel. rec. Sixti PP. V. prædeceſſoris noſtri contra Clericos malè promotos, ac in Epiſcopos in ordinum collatione peccantes tenoris infra ſcripti videlicet.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sanctum & ſalutare ſacri Ordinis Sacramentum ab ipſo Domino & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto inſtitutum, beatiſq; Apoſtolis & eorum legitimis ſucceſſoribus ſingu-

lari diuinæ bonitatis munere traditum ita ad Dei omnipotentis gloriam salutẽq; animarum sancte ac religiose administrari decet. & infra

Vt igitur Præsules Ecclesiarum intelligant, si in re tam graui & tanti momẽti culpa aut negligentia peccauerint se non modo in tremendo Dei iudicio verum in hoc quoque sæculo Rom. Pontifici suæ villicationis rationem fore reddituros. Præsenti constitutione perpetuo statuimus & ordinamus, vt si inposterum Antistes aliquis Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens, aut Abbas ad primam tonsuram, minoresq; ordines suis subditis conferendos à sede Apostolica auctoritatem habens, quemcunq; sæcularem vel cuiusuis ordinis aut militiæ regulārē ex aliqua crimine, vitio, aut defectu seu alias inhabilem vel irregularem existentem, vel extra tẽpora à iure statuta, vel absq; veris dimissoriis sui ordinarij literis, aut per saltum vel furtiuè, aut quod sæculares sine titulo sufficientis beneficij vel patrimonij, aut ante ætatem per sacri generalis Trid. Concilij decreta primæ tonsuræ aut cuique ordini præscriptam, aut non seruatis temporum interstitijs, ita vt aliquis vnico die seu continuatis diebus ad plures ordines sacros vel post vnum ordinem susceptum sine causa rationabili antequam tempus ab eodem Conc. Trid. præfixum elabatur ad alium ordinem promoueatur sine dispensatione, aut indulto Apostolico Clericali characterē non legitime insigniuerit, aut ad ordines minores vel sacros vt præfertur vel alias male promouerit, siue id scienter siue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia iustus error & probabilis facti ignorantia eũ excuset, vt in quo deliquit in eo puniatur, à collatione quorumcunq; ordinum atque ab eo ipsius tonsuræ, & ab exequutione ommum munerum Pontificalium eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus existat, aliisq; grauioribus pœnis nostro & pro tempore existentis Rom. Pont. arbitrio puniatur.

Quod si spreta huiusmodi suspensione & interdicto in præmissis se temere ingesserit, etiam à regimine & administratione suæ Ecclesiæ seu Monasterij, & à perceptione fructuũ mensæ eiusdem ac quorumcunq; beneficiorum per eum in titulum vel commendam seu alias obtentorum suspensionem eo ipso incurrat, eiusq; interdicti aut suspensionis relaxationem aut pœnarum, remissionem ab alio quam à Rom. Pont. pro tempore existente nequeat obtinere.

Et nihilominus fel. rec. Pij II. & aliorum Rom. Pont. nostrorum prædecessorũ, qui per suas constitutiones aut in Cancellaria Apostolica publicatas Regulares contra huiusmodi Clericos male promotos diuersas pœnas inflixerunt vestigijs inhærentes, eosdem Clericos post hac male promotos, ab executione ministerio & exercitio ordinum susceptorum & ab omni spe & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensos declaramus, & si in eis ministrare præsumpserint illos sic irregulares effectos, ommibus & quibuscunque per eos in titulum, commendam, aut alias obtentis dignitatibus, officijs & beneficijs Ecclesiasticis, cum cura & sine cura quomodocunque qualificatis sæcularibus vel cuiusuis

iusuis ordinis aut militiæ regularibus, ac eitamsi ipsi Clerici Regulares fuerint, actiua & passiua voce ipso facto priuamus, & ijs priuatos, atque ad illa & alia similia vel dissimilia in posterum obtinenda in perpetuum inhabiles & incapaces esse decernimus, & declaramus; dignitatum, officiorum, & beneficiorum huiusmodi sic pro tempore vacantium dispositionem nobis & Apostolicæ sedi perpetuo reseruantes.

Vt autem homines qui nimia indulgentia & spe impunitatis ac veniæ facilitate hactenus fuerunt ad huiusmodi facinora procliuiores, ea sublata & præclusa ab his abstineant, & caueant, in futurum, tam absoluendi quam dispensandi facultatem in casibus superius expressis etiam in foro conscientiæ, nobis & successoribus nostris duntaxat auctoritate & tenore præmissis perpetuo reseruamus. Inhibentes ne à quoquam sæculari vel cuiusuis ordinis Regulari Præsbytero vel Prælato quauis auctoritate fungente, nec per quæcunque Iubilæa & indulgentias etiam plenissimas & extraordinarias per nostros prædecessores aut nosmetipsos vel successores nostros anno Iubilæi, aut alio quouis tempore & cruciatæ sanctæ, vel quocunque alio titulo modo & forma, motu proprio & Consistorialiter, seu ad quorumcunque Principum Regum aut Imperatoris instantiã, eorumq; cõtemplatione & intuitu cum quibusuis amplissimis in genere vel in specie derogatorijs clausulis concessa, vel in posterum concedenda, nec vigore aut prætextu facultatum aut priuilegiorum mare magnum, aut alias quomodolibet nuncupatorum quibusuis ordinibus congregationibus aut personis Regularibus aut Episcopis per decreta Conc. Trid. aut officio Sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ, vel minoribus, aut etiam maiori Pœnitentiarijs nostris & Rom. Pont. pro tempore existentis, vel aliat quomodolibet pro tempore concessorum, personæ sic vt præfertur delinquentes tam scilicet Antistites seu Abbates promouentes, quam Clerici malè insigniti seu ordinati à reatib. & excessibus præfatis absolui præterquam in mortis articulo possint aut debeant, nec cum ijs super irregularitate propter præmissa contracta, etiamsi crimẽ penitus occultum fuerit, quouis modo valeat dispensari.

Verum enim vero quia grauioribus morbis fortiora sunt adhibenda remedia, & iuxta personarum, locorum, ac temporum qualitates leges sunt immutandæ, pœnæq; aggrauandæ & emolliendæ, cum huiusmodi peccatum, Sathana suggerente, hominumq; fragilitate assentiente videatur iam ad culmen vitiorum ascendisse, & in præcipiti esse. Ideo vt homines saltem pœnæ timore & proprij honoris confusione à peccato deterreantur, nouum huic veneno antidotum cogimur præparare. Ac propterea volumus vt qui absolutionem & dispensationem huiusmodi petent, semper, quamuis delictum adhuc occultum extiterit, non per officiũ Sacræ Pœnitentiariæ, sed à nobis & pro tempore existente Rom. Pont. in vtroque foro absolutionem petere teneantur, alioquin ipsæ concessiones & absolutiones etiã cũ clausula quod præsentis constitutionis tenor & alia prædicta habeãtur pro expressis, prorsus nullæ, irritæ, & inualidæ existãt, ac nemini penitus suffragẽtur.

Caterum si quis Antistes vel Abbas seruatis quidem cunctis præmissis & cæteris omnibus quæ in ipsius tonsuræ & ordinum collatione obseruari debent, personas habiles & idoneas, sed tamen recepta ab ijs quibus tonsuram aut ordines conferet pecunia, precio, vel præmio, simoniacè in futurum insigniuerit, vel promouerit, volumus vt præter alias censuras, & pœnas contra simoniacè ordinantes & ordinatos à Sacris Canonibus & constitutionibus Apostolicis alias inflictas & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendimus, etiam omnia & singula supradicta in sic promouentibus & promotis locum habeant. Decernentes præsentes literas sub quibuscuis concessionibus, facultatibus & gratijs etiam in casibus quibuscunq; Sedi Apost. quomodolibet etiam in Bulla Cœnæ Domini reseruatis, etiam sub nomine Iubilæi plenarij vel cruciatæ sanctæ absoluendi facultatem quibuscuis personis generaliter vel specialiter tribuentibus, minime comprehendi sed semper ab illis exceptas esse & censeri; sicq; in præmissis vniuersis & singulis per quoscunq; Iudices & Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores & S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quauis causa & instantia iudicari & definiri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Vt autem præsentes literæ omnibus innotescant, mandamus illas ad valuas S. Ioan. Lateran. & Principis Apostolorum de vrbe Basilicarum & in acie cãpi Floræ affigi & publicari, & post quindecim dies, qui in Vrbe sunt, qui verò extra eã & citra montes intra quatuor menses, qui demum vltra montes erunt, intra octo mẽses à die publicationis huiusmodi computandos perinde afficere & arctare, ac si eorum cuique personaliter intimatæ fuissent; ac earundẽ præsentium literarum exemplis etiam impressis Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eandem fidem in iudicio & extra illud adhiberi, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si essẽt exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo &c. Dat. Rom. apud S. Petrum. An. Incarnat. Dom. milleſimo quingẽteſimo octuageſimo octauo Nonis Ianuar. Pont. noſtri an. quarto.

Nos animaduertentes in dictis literis nihil fere quo ad ea quæ in ordinum collatione seruanda sunt disponi, vltra id quod in sacris Canonibus & in Concilij Trid. decretis ac aliorum Rom. Pont. prædecessorum nostrorum constitutionibus dispositum fuit, sed diuersas pœnas & cẽsuras Ecclesiasticas contra Episcopos & alios prælatos in ordinũ collatione peccantes, & similiter contra Clericos tam sæculares quam cuiuscuis ordinis instituti, & militiæ regulares male promotos constitui, absolutionemq; & dispensationem Sedi Apost. reseruari, & alias sicut in præfatis literis continetur; considerantesq; tam promouentes, quam eos qui ad dictos ordines promouentur, sæpè censuris & pœnis huiusmodi ob illarum multiplicitatẽ in eorũ perniciem animarum

rum varijs modis illaqueari, nonnullos ex Prælatis & Episcopis in conferendis huiusmodi ordinibus nimis scrupulosè procedere, multosq; metu pœnarum & censurarum præfatarum ab ordinũ collatione prorsus deterreri, adeò vt Clericorum & Sacerdotum numerus propterea aliquibus in locis valde imminutus sit, omnium in præmissis securitati ac animarum saluti paterna charitate prospicere volentes. Motu proprio & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione supradictas literas ad terminos Sacr. Canonum ac constitutionis re. mem. Pij Papæ II. etiã prædecessoris nostri, quæ incipit. Cum ex Sacrorum ordinum sub. Dat. videlicet 15. Kal. Decemb. Pont. sui anno 4. cuius tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, & ad dispositionem decretorum Sacri Concilij Trid. restringimus & reducimus; nec non censuras & pœnas in eisdem Sixti literis cõtra quoscunq;, præterquã cõtra Simoniacè ordinantes & ordinatos inflictas, quas volumus in suo robore permanere (alys etiam pœnis & censuris per eosdem Canones ac constitutionem Pij II. Conciliumq; Trid. iniunctis saluis & firmis remanentibus) moderamus & abolemus. Decernentes sic & non aliter per quoscunque iudices & commissarios quauis authoritate fungentes, etiã eiusdem Rom. Curiæ Cardinales, & causarum Palatij Apost. Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, vbiq; iudicari & definiri debere: irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum. Anno Incar. Dom. 1595. prid. Kalend. Mart. Pont. nostri ann. Quinto.

Cum Simoniaco demum in beneficio Episcopus dispensare non potest, sed solus Papa. *cap. nobis de sim. extrauag. cum detestabile comm.* Doct. communiter *in cap. at si Clerici. §. de adulterijs. de iudic.* Præterquam in simonia ignoranter cõtracta. *cap. de simoniacè. de sim.* dummodo nõ habuerit ratam simoniam, & post notitiam dimiserit beneficium per simoniam ignoranter quæsitum. *cap de regularibus. cap. ex insinuatione. lo. cit. de sim.* tenetur enim ad dimittendum beneficium tali simonia quæsitum, etiam in foro conscientiæ, & ad restitutionem fructuum perceptorum. *S. Th. 2. 2. quæst. 100. art. 5. ad 3. Couar. in Reg. peccatum. de Reg. iur. in 5. §. 8. p. 2. à num. 7. Suarez de cens. disp. 31. sect. 4. num. 45.* Potest tamen illud ipsum beneficium quod renũciauerit, obtinere ab Episcopo si fuerit simplex. *cap. penult. de elect.* tum & alia beneficia postmodum acquirere potest per dispensationem Episcopi. *cap. post trãslationem iun. gl. v. nequeat. de renun. Doct. lo. cit. de elect. & Abb. lo. cit. cap. de simoniacè. nu. 6.* Et horum ratio est quia nullius simoniacus ignoranter, censetur excommunicatus, aut verè simoniacus. *cap. de simoniacè. cit. Nau. cons. 60. de sim. in antiq.* vnde talem non indigere proprijssima dispensatione, sed tantũ purgatione & publica prælati declaratione, qui declaret illum non incidisse in suspensionem & pœnas simoniæ, deducit Suarez *lo. cit. de cens. disp. 31. sect. 1. num. 11. & sect. 4. num. 40.* idem notat de suspensis ad tempus. *gl. in Clem. 1. v. donec. de dec im. Abb. ib. num. 14.* Quoad beneficium

ficium etiam ante simoniam quæsitum, communior est sententia posse dispensare Episcopum, ita vt simoniacus etiam scienter habere possit beneficium ante simoniam obtentum, dummodo sit absolutus ab excommunicatione: quod multis rationibus firmat. *Nau. cons. 34. 35. 60. de sim. in antiq.* vbi deducit Const. Pij V. *incip. cum primum.* contra simoniacos editam, non extendi ad beneficia ante simoniam quæsita. idem docet Suarez *lo. cit. de cens. disp. 31. sect. 4. num. 46.* & adhoc facit doctrina communis, quod Episcopus possit dispensare cum simoniaco, quo ad alia beneficia. *vt Ioan. Andr. & aly. in cap. penult. de elect. Dec. in cit. c. at si Clerici. §. de adulteriys. nu. 129. Achil. de Graff. decis. 341. alias 2. de sim. Rot. decis. 83. lib. 1. p. 3. diuers.* An autem Episcopus cum simoniaco possit dispẽsare in casu occulto vigore. *cap. 6.* Conc. Trid *sess. 24. de ref.* affirmat *Nau. lo. cit. cons. 61.* sed tutius esset in tali casu petere declarationem à Sac. Cong. Conc. & hoc propter Const. Pij V. allegatam quæ edita fuit post Conc. Trid. & vltra pœnas antiquas, adiunxit nouas; ad nouas autem leges post Conc. Trid. editas non extendi. *cit. c. 6. sess. 24.* declarasse Greg. XIII. ex relatione S. Cong. refert Suarez *de sacram. disp. 30. sect. 2. num. 12.*

Super defectu ætatis Episcopus non
10. dispensat. *cap. vel non est compos. de temp. ord.* ibique Doct. communiter, & Const. Pij II. quam supra retulimus. adhoc *Vitalin. in Clemen. fin. num. 32. de ætat. & qualit. Burgas. de irreg. p. 6. cap. 2. nu. 30.*

In bigamia similitudinaria dispensat
11. Episcopus. *Abb. in cap. 1. qui Cler. vel vouen.* In bigamia autem vera vel interpretatiua non dispensat nisi Papa. *cap. vn. de Bigam. in 6. Anchar. Franc. ib. Præpos. in cap. lector. dist. 34. Ang. in sum. v. Bigamus. Couar. in Clem. vn. de homicid. p. 1. §. secundus. nu. 4.* huncque esse stylum curiæ testatur Nau. *cons. 34. de homicid. in antiq.* Et licet idem Nau. *in man. cap. 27. num. 197.* velit, posse Episcopum dispensare cum bigamo, quo ad vsum minorum ordinum susceptorum. ad quod Rot. *decis. 447. incip. quoddam in no.* communior tamen est sententia, quod ad nullos ordines Episcopus cum bigamo dispensare possit. *Abb. in cap. 1. num. 4. de Bigam. Suarez de cens. disp. 49. sect. 6. num. 8.* & ita responsum sibi fuisse à Sac. Cong. Conc. *in anno 606.* refert *Genuen. in prax. cap. 113. in fin.* Papam autẽ dispensare posse cum bigamo, etiam quo ad omnes ordines & quasuis dignitates, dubitari non potest, vt in omnibus quæ sunt inducta iure humano, qualis est etiam bigamia. *Innoc. in cap. 2. de bigam. Rot. decis. 447. cit. Hoied. de incompatib. benef. p. 1. cap. 23. Couar. lo. cit. S. Th. 4. sent. dist. 24. q. vlt. & in quolib. 4. art. 8. Palud. 4. sent. dist. 25. quæst. 3. Syl. v. irregularitas. subfin.* vbi testatur de communi.

Item cum hæretico, Neophito, dispẽsare non potest Episcopus. *Nau. lo. cit. in man. num. 205.* accipiendo nimirum hæreticum & Neophitum vt alias diximus. 12.

Neque super defectu corporis quo induci irregularitatem iudicauerit ipse Episcopus, cuius iudicio hoc est relictum vt alias diximus. *Innoc. in cap. 1. de corp. vit. Viuald. de irreg. num. 174.* ad minores tamen ordines posset dispensare cũ tali. *Villadieg. de irreg. col. 39. Nau. lo. cit. num. 201.*

Cum illegitimis similiter ad minores tantum ordines, & simplex beneficium 13.
licitè dispensat Episcopus. *cap. fin. iun. gl. de fil. presb. cap. 1. eod. tit. in 6. Ioan. Andr. ib. Syl. in v. illegitimi. num. 8.* ad maiores autem ordines dispensare non

potest

potest cũ illegitimo ne quidem virtute. *cit. c. 6.* Conc. Trid. si fuerit illegitimitas occulta, quia nimirum hæc irregularitas non est ex delicto illius qui irregularis est, quod requiri ad hoc vt delictum dicatur occultum in terminis cit. Conc. notat Suarez *de cens. disp. 50 sect. 5. nu. 5.*

Cum expositis verò si velimus eos præsumere pro illegitimis, ad omnes ordines dispensare potest Episcopus: cum talibus enim facilius dispensatur, *Couar. in Clem. vn. p. 1. num. 9. de homicid.* quem sequitur Suarez *lo. cit. sect. 4. num. 4.*

14. Regulariter autem circa dispensationum materiam tenendum est, in omnibus irregularitatibus Episcopũ dispensare posse quoad minores ordines & simplex beneficium, præterquam in bigamia & homicidio voluntario *c. placuit. 50. dist. Archid. ib.* & communiter Doct. *in cap. ad audientiam. de homicid. Viuald. lo. sup. cit. de irreg. num. 317.*

Ad maiores autem ordines ex cõmuniori sententia in nulla irregularitate dispensare potest nisi in casibus in iure expressis, vt sunt crimina minora. *c. at si Cleri. §. de adulterijs. de iudic.* ibiq; Doct. apud quos videre licet quæ crimina dicenda sint minora. Ex ea autem ratione Episcopus dispensare non potest irregularitates nisi in casibus expressis, quia ipse contra legem superioris & contra Concilia quibus irregularitates statuuntur, dispensare non potest nisi ipsi concedatur. *cap. inferior. dist. 21. cap. cum dilectus. tun. gl. v. in ætate. de elect. cap. dilectus. tun. gl. v. non obstante defil. præsb. & alia gl. in cap. dilectus. v. cum se facultas. de præben. Innoc. in cap. dilectus. de temp. ord. num. 10. Abb. in cap. post translationem. num. 7. de re nunc. & in cap. super eo. nu. 4. de Bigam.* adhoc summistæ præsertim. *Ang. v. dispensatio num. 5. Syl. eo. q. 10. & seq.* Contraria autem sentẽtia quæ dicit Episcopum posse dispẽsare in omnibus casibus in quibus expresse nõ prohibetur, procedit tanquam in casu in iure expresso in absolutione excommunicationis: in ista enim, vt in pœna maiori quæ priuat suffragijs, & participatione Sacramentorum, magis est necessaria absolutio & facilius illam iura concedunt. *arg. tex. c. vt constitueretur in fin. dist. 50. gl. sing. in cap. præsenti. v. declaramus. de sent. excom. in 6.* vnde in omni excommunicatione à iure lata, cuius absolutionem author canonis alicui nõ reseruat permittitur absolutio Episcopo *cap. nuper. de sent. excomm. Doct. ib. communiter.* similiter & in suspensione per modum censuræ seu ob contumaciam lata, cuius argumentum est *in cap. ex literis. de constit.* hæc enim æquiparatur aliquo modo excommunicationi & ad eam extenditur. *cit. cap. nuper. vt Abb. in cap. tam literis. nu. 3. de testib. & Doct. in cit. c. nuper.* sed nõ ad suspensionem impositam, non per modum censuræ, sed loco pœnæ, talis enim suspensio dispensari non potest, nisi in casibus in iure expressis. *cap. cupientes. §. cæterum. iun. gl. v. suspensos. de elect. in 6. Abb. in cit. cap. super eo. de bigam. in fin. Couar. in Epit. 4 decret. p. 2. cap. 6. à nu. 6. Suarez de cens. disp. 25. sect. 1. num. 3. & disp. 29. sect. 1. à num. 15.* quibus locis videre licet differentias suspensionum huiusmodi. & disp. *31. sect. 1. num. 19. ib.* vbi deducit quomodo cognoscenda sit suspensio ob contumaciam & suspensio in pœnam: frequentioremque esse in iure suspensionem in contumaciam quam aliam: & in dubio intelligendum esse de suspensione in cõtumaciam, quia est mitior. Ad quod *Abb. in cit. cap. ex literis. num. 10. de constit. Dec. ib. num. 47.* Quomodo etiam cognoscendum sit, an Ca-

non contineat irregularitatem, an suspensionem seu censuram aliquam, & quomodo irregularitas differat à suspensione & alijs censuris consuli potest *cit. Suarez. lo. cit. de cens. disp. 40. sect. 1. & 8.* cuius etiam dictum ex alia occasione. *lo. cit. disp 41. sect. 1 num. 3.* nimirum nõ posse de omnibus irregularitatibus tradi certam regulam, sed in singulis consulenda esse iura, mente tenendum est. Et pro singulari notãdũ, vt in dubijs dispensationum, abstineat Episcopus à dispensatione & remittat ad superiorem, *vt notat gl. in cap. penult. v. dispensatum. de pœnis. Host. tb. Abb. in cap. at si Clerici. sepius. cit. §. de adulterys. num. 7.*

Ordinans autem habentem impedimentum & sciens de impedimento in quo ipsemet dispensare posset, censetur ipso facto dispensare, licet hoc 16. aliquo actu non expresserit secundum doctrinam *Host. in sum. de scrut. in ord. num. 6. Arm. v. irregularitas. num. 91. Sylu. e. ad. quæst. 28* sed hoc procedit in Prælato non habente superiorem, & qui in dispensando non tenetur præmittere causæ cognitionem, vt Papa, cuius sola voluntas in dispensando sufficit, secus in inferioribus, isti enim dispensare non possunt absq; causæ cognitione præuia, alioquin dispensatio subiaceret nullitati. *Abb. in c. monstruit. nu. 8. de elect. & in c. fraternitati. nu. 4. de Apostat & in cap. at si Clerici. §. de adulterys. num. 12. de iudic. Dec. ib. num. 125. Nau. cons. 38. de temp. ord. in antiq.* vbi testatur de cõmuni. ad quod facit *Cõc. Trid. sess. 25. c. 18. de ref.* vbi vltra præmissa de nõ danda dispensatione absq; causæ cognitione, etiã gratis esse dandã dispẽsationẽ statuitur.

CAPVT SECVNDVM.

DE BENEDICTIONIBVS ET Consecrationibus Episcopi.

ARTICVLVS PRIMVS.

De benedictione Regum, Abbatum, Populi.

1 *REx vel Princeps à quo Episcopo sit benedicendus.*
2 *Abbates benedicere pertinet ad Episcopum.*
3 *Abbatissæ quãdo sint benedicendæ.*
4 *Populum benedicere benedictione solemni pertinet ad Episcopum.*
5 *Sacerdos in præsentia Episcopi non debet benedicere nisi de licentia Episcopi.*
6 *Abbas benedictionem solemnem non potest dare nisi in sua Ecclesia.*

AD officium Episcopi pertinet benedicere Reges & Principes. Et quidem si plures adsint Episcopi in Regno in quo Rex vngendus est, Metropolitanus vngere debet. *Host. de Sacr. Vnct. num. 8. in sum.* vel consuetudo locorum seruanda est, & illius Ecclesiæ E- 1. piscopus vnget quæ hoc longo vsu præscripsit, vel priuilegio obtinuit. *c. 1. & 2. 25. q. 2.*

Vngitur autem Rex oleo Catechumenorum in brachio dextro inter iunctura manus & cubiti, & in humero. *c. vn. de Sacr. Vnct. §. vnde. Ang. v. oleum.*

Impe-

Imponitur quoq; capiti ipsius corona & traditur ipsi sceptrũ in manu & gladius: similiter & Regina vngitur in brachio dextro, & recipitur ab ipsis fidei professio, aliæque ceremoniæ adhibentur, videndæ in Pontificali Romano.

2. Benedicit & Abbates Episcopus, post quam benedictionem seu consecrationem potest Abbas conferre minores ordines *cap. quoniam. 69. dist. cap. cum cõtingat. de æt. & qual. Clem. attendentes. de Relig. dom. iun. gl. v. benedici. Ang. v. Abbas. num. 4.* ad quod pertinet moderatio. *cap. 1. de suppl. negl. præl. iun. gl. v. alia.*

Debet autem benedictio huiusmodi dari illis diebus, quibus minores ordines conferri possunt *gl. in cit. Clem. attendentes. Ang. v. ordo. num. 6.* & sine aliquo examine. *Innoc. in cit. c. 1. de suppl. negl. præl.* nisi quod fidei professionem emittere benedicendus obligatur. Cæ-
3. remoniæ videndæ in Pontificali Rom.

Similiter & Abbatissæ benedicuntur. *Clem. cit.* tamen propter fragilitatem sexus non recipiunt aliam potestatem, nisi solam administrationem officij. *gl. in Clem. cit.* Minores autem annis quadraginta vel ad minus triginta, & quæ per octo vel ad minus per quinque annos ante professæ non fuerint, benedici in Abbatissas prohibentur. *c. iuuenculas. 20. quæst. 1. Conc. Trid. sess. 25. cap. 7 de Reg.* Et quæ ad tempus eliguntur, benedici non debent, vt obseruat Nau. *cons. 4. num. 4. de Regular. in antiq.* vnde per totam Italiam his temporibus nõ solent benedici, cum nonnisi ad triennium eligãtur ex ordinatione Greg. XIII. *de anno 1583. die 1. Ian. relata in lib. priu. mend. Confect fol. 243.* ne videlicet contingat iterari benedictionem si vna sæpius eligeretur, cum tamen nõ sit iterabilis. *vt gl. in cit. Clem. attendentes. v. benedici. Abb. in ca. Clem. num. 18. Nau. cons. cit. num. 3* Extra Italiam autem vbi consuetudo est, omnino electa suscipere debet benedictionem, & non suscipiens infra annum à die electionis & confirmationis suæ, ipso facto priuaretur officio *Clem. cit de stat. Monach. confect. cit. in sum. priuil. mend. tit. 20. c. 2.*

4. Benedicit insuper Episcopus populũ benedictione solemni, tam in Ecclesia, quam per vias, illique soli debetur hæc prærogatiua in sua Diœcesi. *c. ministrare. 26. q. 6.* Et hæc potestas est potius ordinis quam iurisdictionis. *Turrecrem. in c. denique. 21. dist. num. 12.* remittunturq; per illam peccata venialia. *vt notat gl. fin. in proœm. 6. Abb. in c. ap. antiqua. nu. 10. de priuil.* Et potest illam dare Episcopus etiam in locis quãtumuis exemptis suæ Diœcesis. *Clem. fin. de for. compet.*
5. Præsbyter autem ne quidem simplicem benedictionem Episcopo præsente sine ipsius assensu dare potest. *cap. cum ad celebrandas. iun. gl. dist. 1. de consecr. cap. accedentibus. de excess. priuil.* Abbates tamen dare possunt benedictionem etiam
6. solemnem; sed dum celebrant in eorum Ecclesijs tantum, & nõ cum per vias incedunt, vel extra eorum Ecclesias. *c. Abbates. de priuil. in 6.*

ARTICVLVS II.

De Sacramento Confirmationis.

1 *Confirmationis Sacramentum solus Episcopus confert.*

2 *Episcopus non potest delegare administrationem Sacrmenti Confirmationis sed Papa tantum.*

3 *Confirmationis Sacramentum quid sit.*
4 *Confirmationis Sacramentum in conferendo quæ seruari debeant.*
5 *Patrinus Sacram. Confirmationis contrahit affinitatem vt in baptismo.*

FRontis chrismationem vt vocatur. *c. vn. §. per frontis de sacr. vnct.* ad solum pertinere
1. Episcopum probat *tex. cap. præsbyteris. de consecr. dist. 4. & cap. quanto. de consuet. Conc. Flor. in decreto Armenis tradito. §. secundum sacramentum est.* Et est actus ordinis Episcopalis. *Arm. v. Confirmatio. Sacram. nu. 3. Nau. in man. cap. 22. num. 9. Conc. Trid. sess. 7. de confirm. Sacram. Canon. 3.* Committi tamen posset per Papam Abbati vel etiam simplici Sacerdoti huius Sacramenti administratio, *vt notat Innoc. in cit. cap. quanto. de consuet. Victor. de Sacram. confirm. num. 50. Nau. loc. cit. num. 8.* Sed Episcopus hoc delegare non
2. potest nisi alteri Episcopo. *Innoc. loc. cit.* vbi dicit sic teneri communiter.

Est autem Confirmatio Sacramentū vnctionis chrismatis consecrati quo
3. Episcopus frontem Baptizati inungit sub certa verborum forma. hanc definitionem *Nau. loc. cit. colligit ex S. Th. 3. p. q. 72.* Et est confirmatio vnū ex Ecclesiæ Sacramentis. *Con. loc. cit. Canon. 1.* confertque gratiam ad fortiter vincendum aduersa mundi huius. *cap. 2. c. nouissimè. dist. 4. de consecr.* Et imprimit characterem indelebilem, vnde non potest iterari. *Ang. v. confirmatio. num. 10. Arm. eod. num. 3. Victor. loc. sup. cit. num. 45.*

Confertur hoc Sacramentum omni
4. tempore. *Arm. loc. cit. Ang. ib.* qui etiā ieiunū dicit esse solum de consilio in susceptione huius Sacram.

Vnguntur in fronte confirmandi chrismate consecrato, & si oleo tantum vngeretur quis, supplendum esset cautè & chrismate iterum vngendum, repetito solum, *signo te. &c.* non autem alijs orationibus. *cap. 1. de sacr. non iteran. Innoc. ib. Ang. loc. cit. num. 8.* si vero quis oleo non consecrato vngeretur, nihil fieret, & totum esset iterandum. *Victor. loc. cit. num. 24.*

In modum crucis debet fieri delinitio cum sit in forma verborum, *Signo te signo crucis, &c. cap. nunquid. dist. 5. de consecr.*

Percutitur maxilla confirmati in signum, confirmatum forti & inuicto animo debere ferre pericula imminentia propter fidem.

Cum pluuiali, mitra, stola & baculo Pastorali confirmandum esse respondet S. Cong. Episcop. *Suffrag. Brixonien. 19. Febr. 1585.*

Et non nisi Diœcesanos suos confirmare debet Episcopus. *Arm. loc. cit. nu. 3.*

In confirmandis etiam videnda sunt requisita. Primo vt sint prius Baptizati, cum omnia Sacramenta præsupponant Baptismum, illiq́ue innitantur tanquam proprio fundamento. *Victor. loc. cit. nu. 46.* Confiteri etiam prius debent peccata sua confirmandi, vel saltem sine mortali accedere ad hoc Sacramentum. *Nau. loc. sup. cit. Angel. loc. cit.* vel ad minus contrito est omnino necessaria in adultis, & est de præcepto Ecclesiæ. *Vinald. de Sacram. confirm. num. 40.*

Siue autem quis sit sanus siue infirmus confirmari potest; sed ætas perfecta videretur expectanda. *arg. tex. cap. vt ieiuni. tun. gl. dist. 5. de consecr.* licet contrarium obseruetur communiter. *Ang. loc. cit. num. 3. Victor vbi sup. num. 49.* vbi dicit tutius esse expectare septennium

um propter periculũ reconfirmationis.

15. Patrinum debet habere confirmandus, qui patrinus contrahit affinitatem, æquè vt per susceptionem ex Baptismo. *Conc. Trid. cit. sess. 24 de ref. matr. cap. 2. in fin.*

Et Patrinus debet esse confirmatus *c. in baptismate. dist. 4. de consecratione* nec contraheret affinitatem si non esset ipse confirmatus. *Angel. loc. cit. num. 11.* Debet etiam esse alius quam ille qui fuit in Baptismo, nisi necessitas cogat. *cap. in Catechismo. dist. cit.* Monachus item vel Abbas compater fieri prohibetur. *c. non licet. cap. monachi. dist. cit. cap. placuit. 16. quæst. 1. cap. peruenit. 18. q. 2.*

i

ARTICVLVS III.

De Consecratione Oleorum.

1 *Oleorum SS. diuersitas.*
2 *Oleorum SS. vsus.*
3 *Olea SS. non possunt consecrari nisi per Episcopum.*
4 *Olea SS. non consecrantur nisi die Cœnæ Domini.*

1. OLeum Sanctum sub trina diuersitate consecratur. Aliud quod vocatur chrisma ex oleo oliuarum & balsamo, cuius mixturæ mysterium explicatur. *cap. vn. de sacr. vnct.* Hoc vnguntur Baptizati in vertice & fronte: item Ecclesiæ, Altaria, calix, patena, fons Baptismalis, Episcopus dum consecratur in capite & in manibus, & confirmandi. Aliud dicitur oleum Cathecumenorum, ex oleo oliuarũ solo, hoc vnguntur baptizati inter scapulas, & in pectore: item Ecclesia, Altare ante chrismationem, item Sacerdotis manus, Reges & Principes in brachio & humero. Tertium est oleum in-
2. firmorum, quo vnguntur infirmi ex primæua institutione Ecclesiæ, *de qua in Epistola can. B Iacobi Apost. Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ & orent super eũ vngentes eum oleo, &c.*
3. Hæc itaque Olea Sacra à solo Episcopo consecrantur. *cap. si quis. cit. dist. 4. de consecr.* & singulis annis consecrari debent. *cap. omni tempore. dist. cit.* & itidem singulis annis ad omnes Ecclesias Parochiales per Presbyterum vel Subdiaconum saltem, sub sigillo & decenti cultu deferenda sunt, vetera verò cremanda: nec aliunde peti debent nisi à proprio Episcopo. *cap. Presbyteri. 95. dist.*

Consecranda autem sunt solo die 4.
Cœnæ Domini. *cap. literis. dist. 3. de consecr.* & in missa. *cap. te referente. de celeb. Miss.* vbi gl. v. sipontina. quærit vtrũ missa sit de substantia huius cõsecrationis, sed tenendum est missam esse de necessitate præcepti, non de necessitate Sacramenti, vt de ordinibus diximus.

Salutationum & aliarum Ceremoniarum quæ in consecratione oleorum adhibentur, reddit rationem Guil. Duran. in suo rationali Diuinorum. *lib. 6. c. 74.*

(::)

ARTICVLVS IIII.

De consecratione Ecclesiæ Altaris & Cœmeterij.

1 *Ecclesiæ non possunt ædificari sine consensu Episcopi.*
2 *Ecclesiæ non debent ædificari cum præiudicio antiquarum.*
3 *Ecclesiam de nouo constructam quis dotare teneatur.*
4 *Consecratio Ecclesiæ est actus ordinis Episcopalis.*
5 *Ecclesia quibus casibus possit reconsecrari.*
6 *Ecclesiam fuisse consecratam quomodo probetur.*
7 *Ecclesia quibus casibus habeatur pro polluta.*
8 *Ecclesia polluta, censetur pollutum cœmeterium non è contra.*
9 *Altaria quomodo consecranda.*
10 *Altare portatile vsum extra Ecclesiam non potest concedere Episcopus.*
11 *Altare quando dicendum violatum.*
12 *Episcopus quas indulgentias concedere possit.*
13 *Episcopus non potest subdelegare benedictionem vestium & vasorum altaris.*
14 *Regularium superiores habent priuilegium benedicendi vestes Ecclesiæ.*
15 *Episcopus nihil recipere potest pro consecratione Ecclesiæ præter procurationem.*

ECclesiæ ædificari non possunt
1. sine scitu & assensu Episcopi, & ipse locum ædificationis assignat, crucem figit, lapidemq; ponit primarium. *cap. nemo Ecclesiam. dist. 1. de consecr.* Hunc tamen actū nempe positionem primarij lapidis potest alteri subdelegare, vt *no. gl. in cap. nemo Ecclesiam cit. v. veniat.*

Aedificandæ autem sunt sine præiu-
2. dicio antiquarum: & si quando nouæ Parochiales eligendæ sunt, fieri debet absque diminutione iurium & emolumentorum antiquæ Parochiæ. Potest tamen Episcopus etiam de fructibus matricis Parochialis nouam aliam Parochialē fundare, si necessitas exigat, nec adsit modus dotandi aliunde nouiter erectam Ecclesiam, ipsa verò matrix abunder fructibus. *Conc. Trid. sess. 21. cap. 4. de ref.* sine præiudicio nimirum possidentis, vt declarauit S. Cong. Conc. Episcopo Andrien. *in anno 1594.*

Alioquin ædificans Ecclesiam, dotem
3. sufficientem pro alendis ministris, ornamētis necessarijs prouidēdis, & iuribus Episcopalibus reddendis assignare ipsi tenetur: vel Episcopus permittens ædificari Ecclesiam sine dote, ad dotandam de proprio obligaretur. *cap. cum sicut. iun. gl. de consecr. Eccles. Abb. ibid. num. 3.*

Circa Ecclesiarum ædificationem il-
lud quoque notari potest, quod ex antiqua consuetudine versus Orientem Ecclesiæ ædificabantur. de qua consuetudine testatur Clemens *in 2. lib. Apost. Const. c. 61. Abb. in clē. 1. de reliq. & ven. nu. 27. Durand. in cit. ration. Diuin. lib. 1. cap. 4.*

Aedificata autem Ecclesia consecra-
4. tur quocunque die siue festo siue feriato. *cap. 2. de consec. Eccl.* idque ab ipsomet

met Episcopo, est enim actus iste ordin Episcopali deputatus, vnde ipsum committere Episcopus non potest alicui, quam alteri Episcopo, *cap aqua lo. cit. de consecr. Eccles. Host. ib. in sum. num. 2. Abb. ib. num. 2.*

Semel etiam consecrata Ecclesia iterum consecrari non debet. *cap. Ecclesiis. dist. 1. de consecr.* præterquam in casibus qui sequuntur.

Primò si dubitetur an fuerit consecrata. *cap. Ecclesiæ. dist. cit Arm. v. consecratio. Eccles. num 3.* Creditur autem dicto vnius testis qui dicat fuisse consecratam siue de visu siue de auditu, vel si appareat aliqua nota in libris Ecclesiæ, vel in pariete, vel in columna seu aliqua tabula lapidea, præsumitur fuisse consecratam. *cap. solemnitates. iun. gl. v. scriptura. dist. 1. de consecr. specul. in tit. de probat. §. videndum. vers. non per libros. Abb. in cap. proposuisti. num. 6. de consecr. Eccles.* vel si reperiatur in Chronicis aliqua mentio, huiusmodi enim scripturis creditur *gl. sing. in cap. inter dilectos. v. magis. Abb. in cap. cum causam. num. 1. de probat.* Similiter creditur & libris archiuij publici, & libris censualibus Ecclesiæ, idque etiam in iudicialibus. *id. Abb. cons. 146.* & libris antiquis censualibus Canonicorum vel aliorum *Innoc. in cap. ad audiētiam. de præscript. Archid. in cap. ab eo dist. 11. Bart. in rub. C de fid. instrum.* Et tanto magis præmissa probant in casu quo neminī generatur præiudicium, tunc enim etiam semiplenæ probationes sufficiunt. *Innoc. cit. in cap. 1. de consecr. Eccles. Arm. lo. sup. cit. gl. in c. nuper. v. nisi iuratus de testibus.* Vel si iuuantur loci consuetudine, ex consuetudine enim loci alicuius potest facere fidem etiam scriptura non authentica. *c. dilectus. de fide instrum. Rot. decis. 789. p. 1. diuers.*

Secundò reconsecratur Ecclesia in casu quo parietes fuerint incendio absumpti, destructi, seu diruti omnes siue maiori parte. *cap. Ecclesiis. cit.* si tamen solum tectum combustum sit, vel etiam de parietibus quid modicum, non reconsecratur. *cap. de fabrica. lo. cit de consecr. dist. 1. c. proposuisti. iun. gl. de consecr. Eccl.* quod totum pendere ex iudicio Episcopi docet Host. *ib. de consecr. Eccl. in sum. num. 5.*

Tertiò reconsecratur si fuerit ab hæretico consecrata. *c. Ecclesias. c. Arrianorum. dist. 1. cit. de consecr.*

Reconciliatio autem quæ est diuersa à cōsecratione adhibetur in casibus pollutionis Ecclesiæ, qui pluribus modis accedere possunt. Vt primo si Ecclesia polluatur effusione sanguinis magna, & incuriosè facta in Ecclesia. Magna quidem, nam si sit effusus modicus sanguis, vt si percutiatur aliquis quo sanguis fluat ex naribus, nō dicetur polluta Ecclesia *cap. cum illorum. iun. gl. de sent. excomm. Ang. v. consecratio. num. 4. Arm. eod.* & iniuriosē facta: nam si casu aliquo percussus fuerit quis ad sanguinis profluuium, propterea non censebitur polluta Ecclesia. Similiter nō sequetur pollutio Ecclesiæ, si foris vulneratus confugiat ad Ecclesiam & ibi effundat sanguinem, pollutio enim fundatur super violentia facta in Ecclesia, non super sola effusione sanguinis, vnde & è contra vulnerato aliquo in Ecclesia, etiamsi inde egrediatur antequam ibi sanguinem fundat, seu illum excipiat panno, aut vase aliquo, vel si quis suffocatur & moritur violenter sine sanguinis effusione, remanebit tamen Ecclesia polluta, propter violentiam in ea commissam. *Nau. in man. c. 27. num. 256.*

Item polluitur Ecclesia effusione seminis, siue illa fuerit licita siue illicita.

cap.

cap. fin. de consecr. Eccles. Host. ib. in sum. lo. sup. cit.

Tertiò polluitur, si in ea sepeliatur paganus, hæreticus, vel excommunicatus, nec potest reconciliari nisi cadauere huiusmodi exhumato si discerni possit. *c. Ecclesiam. dist. 1. cit. de consecr. Host. lo. cit. num. 7.* vbi partum in vtero existentem, censeri vnum cum corpore materno, nec Ecclesiam pollui si sepeliatur simul cum matre, multis deducit.

Quartò polluitur Ecclesia, si ab Episcopo publico excommunicato reconcilietur vel consecretur, siue tota, siue eius altare. *Abb. in c. consuluisti. num. 5. de consecr. Eccles. Arm. lo. sup. cit. num. 7.*

Sacrilegio item & criminibus enormibus ibi commissis polluitur Ecclesia: sed in istis casibus sicut & in alijs qui in iure non exprimuntur, reconciliatio potest committi simplici Sacerdoti ex doctrina Host. *lo. sup. cit.*

In omnibus etiam pollutionis casibus ad effectum quod Ecclesia indigeat reconciliatione, requiritur vt pollutio sit publica: nec sufficit quod sciatur à duobus vel tribus. *Host. Arm. locis cit.* in occultis autem non est opus reconciliatione. *Abb. in cap. significasti. num. 2. de adult.*

Ante reconciliationem autem in Ecclesia polluta, Diuina officia celebrari non debent, nec mortui sepeliri: & celebrans fit suspensus, & si iterum celebret post suspensionem, incurret irregularitatem. *Abb. in c. tuarum. num. 5. de priuil.* si nimirum interdictum fuerit, ne in ea celebraretur propter violationem, alioquin si tantum esset polluta de iure, celebrans in ea antequam pro polluta denunciaretur, non incurreret suspensionem vel irregularitatem. *cap. 15. qui. de sent. excom. in 6. extrauag.* ad euitanda. quam alio loco referemus. *Suarez. de cens. disp. 37. sect. 2. num. 5. Nau. in man. c. 25. num. 83.*

Vbi etiam reconciliatio haberi non posset, posset ex permissione Episcopi lauari Ecclesia polluta aqua exorcizata, & celebrari interim donec reconcilietur per Episcopum, similiter & Ecclesia nondum consecrata si polluatur, sufficit quod reconcilietur modo prædicto per simplicem Sacerdotem. *c. fin. de consecr. Eccles. iun. gl. Arm. lo. sup. cit. num. 2.*

De cæmeterij verò consecratione, pollutione, & polluti reconciliatione idem omnino tenendum esse, quod de Ecclesia diximus, patet *ex c. consuluisti. iun. gl. lo. cit. de consecr. & alia gl. in cap. fin. ibid. Host. lo. sup. cit. num. 9.* nisi quod Ecclesia polluta, censetur pollutum quoque cæmeterium, non verò è contra. *c. vn. de consecr. Eccles. in 6. Ang. v. consecratio. cit.* 8.

Altaria etiam consecrantur siue sola, siue vna cum Ecclesia, plura, seu vnum solum. *cap. cum sis. lo. cit. de consecr. Eccl.* vnguntur Chrismate dum cõsecrantur. *cap. altaria. dist. 1. cit. de consecr.* & ritus in Pontificali Rom. præscripti omnes necessario sunt circa hanc consecrationem obseruandi. *Ang. Arm. locis cit.* 9.

Nonnisi autem lapidea altaria debẽt consecrari. *cap. altaria. cit.* & non sine reliquijs sanctorum, quæ in eis recondi debent. *cap. placuit. dist. cit. Abb. in c. 1. de consecr. Eccl. num. 2.*

Et quidem reliquiæ sanctorum ab Ecclesia approbatorum reponi debent in huiusmodi altaribus, vt responsum vidi à S. Cong. Conc. *10. Iun. in an. 1585.* ex qua ratione eadem S. Cong. Episcopo Interamnen. *die 13. Septem. 1593.* & Archiep. Tranen. *8. Nouemb. 1599.* respondit non esse consecrãda altaria, sub quibus sepulta reperiuntur corpora mortuorum nisi eis remotis.

Non

Non solum autem altare solo fixum sed & portatile, quod viaticum dicitur consecratur. de quo loquitur *tex. c. concedimus. dist. cit.* sed istius vsus extra Ecclesiam in qua de licentia Episcopi cele-
10. brari consueuit, est interdictus. *c. Missarum. cap. hic ergo. dist. cit.* & præsertim Conc. Trid. *sess. 22. de euit. in celeb.* quo obstante licet olim potuerit celebrari cum similibus altaribus de licentia Episcopi. *cap. concedimus. dist. cit. Abb. in cap. fin. de consecr. Eccles. & in cap. in his. num. 2. de priuil. Ioan. Andr. ib.* tamen hodie non potest talem licentiam concedere Episcopus, vt deducit *Nau. conf. 1. q. 37. de const. in antiq.* vbi testatur de consuetudine recepta interpretādi hoc sensu allegatum *Conc. & conf. 16. de priuil.* vbi deducit etiam ipsummet Episcopum vbi est receptum Conc. Trid. non posse extra propriam Diœcesim vti altari portatili vigore. *c. fin. de priuil. in 6.* sed in propria Diœcesi tantum vti posse eo priulegio.

11. Violatur altare solo fixum si loco moueatur, vtrumque autem si fuerit enormiter læsum, vel si figillum sub quo reliquiæ conduntur frangatur, seu lapis sub quo sunt reliquiæ amoueatur. *cap. si motum. dist. cit. iun. gl. v. altare. Abb. in c. 1. num. 3. de consecr. Eccles.* quod potius manet iudicio Episcopi, qui ex re oculis subiecta facilius dignoscere potest, num sit sequuta violatio. *Host. lo. sup. cit. Arm. v. altare.* semel autem violatū non recōciliatur amplius, sed iterum est consecrandum. *Arm. lo. cit.* & altari violato, non violatur Ecclesia. *Abb. lo. cit. c. proposuisti. num. 10.*

Consecratio tam Ecclesiæ quam altaris sine Missa fieri prohibetur. *cap. omnes Basilicæ. dist. cit. de consecr.*

12. In consecratione Ecclesiæ concedere potest Episcopus vnius anni indulgentiam, & pro diebus singulis anniuersarijs consecrationis dierum quadraginta: nec valet indulgētia maior, licet plures Episcopi consecrent, & à pluribus concedatur. *cap. cum ex eo. §. adhæc. de pœnit. & remiss. c. fin. eo. tit. in 6.*

Vltra Ecclesiæ & altaris consecrationem ad ministerium Diuinorum consecrantur etiam vasa sacra & vestes, quæ & attrectari non debent, nisi per ministros Ecclesiæ in sacris Ordinibus constitutos. *cap. in sancta dist. cit. de consecr.*

Et quidem calix & patena dum consecratur vngitur chrismate, nec debet cōsecrari ligneus, siue ex vitro vel aurichalco, sed ex auro, argento, siue etiam paupertate vrgente ex stanno fabrefactus. *cap. vasa. cap. vt calix. dist. cit. de consecr.*

Vestes autem, lintea, & panni altaris 13.
sine aliqua vnctione benedicuntur ceremonijs adhibitis, quæ in Pontificali videri possunt. *c. vestimenta. lo. cit.* Nec Episcopus eorum benedictionem alteri potest committere. *Arm. v. benedictio. num. 12.* Sed Papa bene potest, vnde & in facto reperitur plurimis concessum à sede Apostolica priuilegium de consecrandis paramentis Ecclesiæ absque vnctione, vt Six. IV. & Leo X. Generalibus, Prouincialibus, Vicarijs, Guardianis 14.
Ordinis minorum concesit facultatem benedicendi paramenta & ornamenta ad eorum Ecclesiarum vsum necessaria, in quibus vnctio chrismatis nō adhibetur: item & potestatem reconciliandi eorum Ecclesiam pollutam, aqua exorcizata ab Episcopo; vel si Episcopus in remotis agat, vt etiam aquam huiusmodi ipsimet exorcizare possint. relatum inuenitur hoc priuilegium *apud Cōsect. inter priuil. mend. fol. 140.* quod & omnibus alijs mendicantiū Ordinibus seruit, cum omnes æquè isti ordines sua sibi

inuicem priuilegia communicent. *vt confect. cit. in sum. eorum priuil. tit. 3. c. 5.* Vnde & Patres Soc. Iesu eodem priuilegio vti possunt, cum eorum quoque Soc. inter ordines mendicantium cēseatur. Constit. Pij V. quam alia occasione referemus. Imò expressè illis hæc facultas consecrandi paramenta Ecclesiæ fuit concessa à Paulo iun. *vt in eius const. relata apud Eman. Roder. in sua collect. priuil. Tom. 2.*

Similiter & Abbates benedicere possunt dicta paramenta, quisque pro vsu duntaxat Ecclesiæ suæ *c. Abbates. iun. gl. v. tonsuram. de priuil. in 6.* non tamen calicem vel patenam, neque alia in quibus adhibēda esset olei vnctio. *vt gl. ead.* Neque corporalia. *c. consulto. dist. cit. de consecr. Ang. v. benedictio. num. 2.*

Campanæ etiam ex consuetudine Ecclesiæ benedicuntur cum vnctione olei & Chrismatis, libri tamen Ecclesiæ non solent benedici. *gl. in c. 1. de pignoribus.*

Profanantur vasa sacra, & vestes cum amittunt formam propriam, non autem si sint leuiter lacera. *Ang. Arm. locis cit.*

Vetusta autem & consumpta in vsus prophanos conuerti non debent, sed in loco honesto reponi sicut & ligna parietum Ecclesiæ seu altaris cremanda sunt. *cap. ligna Ecclesiæ. dist. cit. de consecr.*

Pro consecratione Ecclesiæ vel altaris 15.
vel pro benedictionibus prædictis, nihil potest recipere Episcopus præter procurationem, si fuerit hæc loci consuetudo. *c. cum sit Romana. de sim. c. placuit. 1. q. 2. Abb. in c. proposuisti. nu. fin. de consecr. Eccles.*

PRAXIS EPISCOPALIS
PARS SECVNDA.
De potestate Iurisdictionis Episcopalis.

ORdinis Episcopalis potestate secundum quod breuitatis ratio postulabat absoluta, subsequitur iurisdictionis ipsius tractatio. Quæ quoniam multiplex est, alia enim fori pœnitentialis, alia fori contentiosi, alia demum voluntaria dici potest: nos etiam iuxta diuisionem hanc aliqua de ipsa referre conabimur. Et in primis quidem eam quæ est fori pœnitentialis absoluemus, tanquam affiniorem præcedenti tractatui, similia similibus magis coniungentes.

CAPVT PRIMVM.
DE IVRISDICTIONE FORI POENItentialis.
ARTICVLVS PRIMVS.
In quibus casibus absoluere non possit Episcopus.

1 EPiscopi in locum Apostolorum successerunt.
2 Papa solus habet plenitudinem potestatis in Ecclesia.

3 Papa

3 Papa potest sibi reseruare casus quos vult.
4 Casus reseruati in Bulla Cœnæ Domini.
5 Casus Papæ reseruati in corpore iuris. Conc. & diuersorum extrauag.

1. Circa hoc itaque notandum est in primis, quod licet Apostoli à Domino parem cum Petro acceperint potestatem. *c. in nouo. 21. dist. Host. in sum. de temp. ord. num. 34.* eam tamen acceperunt in persona Petri. *cap. quodcunq;. 24. q. 1.* & propterea Petrus solus obtinet principatum, nam illi soli dictū est. *Ioan. 21.* Pasce oues meas *c. puto. q. 7.* consequenter & Papa qui in Petri succesit locum, licet eandem videatur habere potestatem cum Episcopis qui in
2. locum Apostolorum successerunt. *cap. quorum vices. 68. dist. c. videntes. 12. q. 1. Abb. in c. per venerabi em. num. 20. qui fil. sint legit. Conc. Trid. sess. 23. c. 4.* principatum tamen iurisdictionis solus habet, eamque immediatam à Christo Domino in vniuersa Ecclesia. *cap fuit semper. cap. cuncto. & seq. 9. q. 3. c. est aliud. 24. quæst. 1. extrauag. vnam sanctam. de maior. & obed. comm.* Episcopi autem habent illam communicatiuè per Papā, & dependenter ab ipso. *cap. ita Dominus. 19. dist.* Theologi communiter *in 2. 2. q. 1. art. 10.* præterea *S. Th. in 4. dist. 19. q. 1. art. 3. Caiet. Tom. 1. opusc. tract. 1. c. 2. Turrecrem. in sum. de Eccles. lib. 2. ca. 54. Couar. in Reg. peccatum. 2. p. §. 9. à num. 6. Nau. in Man. cap. 27. num. 263. Suarez de Sacram. disp. 25. sect. 1.* qui ex hoc fundamento disputant, an potestas Episcoporum sit de iure Diuino vel humano, cum illis non detur nisi mediate per Summum Pontificem. Et quidem limitata ipsis semper conceditur, tū quoad certum populum seu Diœcesim determinatam, extra quam ipsorum iurisdictio non extendatur, vnde manauit prohibitio, ne aliquis in subditos alienæ Diœcesis iurisdictionem exerceat. *cap. placuit. de pœnit. dist. 6. c. quod autem. c. omnis. de pœnit. & remiss.* Tum etiā quod genera peccatorum, nam aliqua consueuit sibi retinere Papa *cap. si quis. 17. q. 4. c. cum illorum. de sent. excom.* Hancq; 3. potestatem reseruandorū casuum fuisse semper in Ecclesia sufficienter deducit Suarez *lo. cit. de Sacram. disp. 29. sect. 1. num. 2.* & expresè Conc. Trid. *sess. 14. cap. 7 & can. 11.* vbi tenentes contrariū anathemate damnat.

Reseruare itaque solet sibi Papa plures casus in quibus Episcopi sese intromittere non possunt: & primo reseruati sunt ipsi casus contēti in Bulla cœnæ Domini, in qua cum tot fere sint casus & sententiæ quot verba, nec sine periculo omissionis necessariorum summari possit, & vt ex ipso fonte potius casus huiusmodi reseruati cognoscantur, tenorem ipsius vtilitati & commoditati omnium hic posuimus. Explanatio autem eius haberi potest *à Nau. in man. cap. 27. à num. 49. Suarez de cens. disp. 21. sect. 1. & 2. Viuald. in suo candelabro aur.* Bulla ipsa Pauli PP. V. feliciter moderni est *vt sequitur.*

PAVLVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia & sollicitudo, cum in omni Christiana Reipub. pace & tranquillitate procuranda pro sui muneris officio assiduè versatur, tum potissimum in Catholicæ fidei, sine qua impossibile est placere Deo, vnitate atq; integritate retinenda & conseruanda maximè eluceat. Nimi-

rum vt fideles Christi non sint paruuli fluctuantes, neq; circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum ad circumuentionem erroris, sed omnes occurrant in vnitatem fidei & agnitionis Filij Dei in virum perfectum, neque se in huius vitæ Societate & communione lædant, aut inter se alter alteri offensionem præbeat, sed potius in vinculo charitatis coniuncti, tanquam vnius corporis membra sub Christo capite eiusq; in terris Vicario Romano Pontifice Beatissimi Petri successore, à quo totius Ecclesiæ vnitas dimanat, augeantur in ædificationem; atq; ita Diuina gratia adiutrice sic præsentis vitæ quiete gaudeant, vt futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas sanè causas Romani Pontif. prædecessores nostri hodierna, die quæ anniuersaria Dominicæ Cœnæ commemoratione, solemnis est, Spirituale Ecclesiasticæ disciplinæ gaudium & salutaria iustitiæ arma ministerium summi Apostolatus, ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere consueuerunt.

Nos igitur quibus nihil optatius est quam fidei inuiolatam integritatem, publicam pacem & iustitiam Deo auctore tueri, vetustum & solemnem hunc morem sequentes.

Excommunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus sancti, auctoritate quoq; Beatorum Apostolorum Petri & Pauli ac nostra, quoscunque Hussitas, Wuicleffistas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluinistas, Vgonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide Apostatas, ac omnes & singulos alios Hæreticos quocunq; nomine censeantur, & cuiuscunq; secta existant, eorum credētes, receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorundem libros Hæresim continentes, vel de religione tractantes, sine authoritate nostra, & Sedis Apost. scienter legentes aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quauis causa publicè vel occultè, quouis ingenio vel colore: nec non Schismaticos & eos qui se à nostra & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt vel recedunt.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes & singulos cuiuscunque status, gradus seu conditionis fuerint, Vniuersitates verò Collegia & Capitula quocunque nomine nuncupentur interdicimus ab ordinationibus seu mandatis nostris ac Rom. Pontificum pro tēpore existentium ad vniuersale futurum Concilium appellantes: nec non eos quorum auxilio vel fauore appellatū fuerit.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes Pyratas, Cursarios, ac latrunculos maritimos, discurrentes mare nostrum, præcipuè à monte Argentario vsq; ad Terracinam: ac omnes eorum fautores, receptatores & defensores.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes & singulos qui Christianorum quorumcunque nauibus tempestate seu in transuersum (vt dici solet) iactatis, vel quoquomodo naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eisdem eiecta, in mari vel in littore inuenta cuiuscunque generis bona, tam in nostris Tyreni & Adriatici, quam in cæteris cuiuscunque

iuscunq; maris regionibus & littoribus surripuerint. Ita vt nec ob quodcunque priuilegium, consuetudinem aut longissimi, etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemuis praetextum excusari possint.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes qui in terris suis noua Pedagia seu gabellas praterquã in casibus sibi à iure seu ex speciali Sedis Apostolicæ licẽtia permissis imponũt, vel augent seu imponi vel augeri prohibita exigunt.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apostolicarũ, etiam in forma breuis ac supplicationum gratiam vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S.R.E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontificis signatarum: nec non falsò fabricantes litteras Apostolicas etiã in forma breuis, & etiãfalsò signãtes supplicationes huiusmodi, sub nomine Romani Põtificũ, seu Vicecãcellarij, aut gerentium vices prædictorum.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes & inimicos, vel Hæreticos, per nostras, siue huius sanctæ sedis sententia expresse & nominatim declaratos, deferunt seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, Chalibem, omniaq; alia metallorum genera, atq; bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam alià quacunq; materia, & ipsam materiam, aliaq; huiusmodi, quibus Christianos & Catholicos impugnant. Nec nõ illos qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipub. concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas & Christianæ Religionis inimicos, nec non Hæreticos, in damnũ Catholicæ Religionis certiores faciunt illisq; ad id auxilium, consilium vel fauorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs, quibusuis personis, Principibus, Rebuspublicis per nos, & sedem prædictam hactenus concessis, de huiusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes impedientes seu inuadentes eos qui victualia seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria ducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, siue perturbant, seu hæc facientes defendunt per se vel alios cuiuscunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status etiamsi Pontificali, seu Regali, aut alia quauis Ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui ad Sedem Apostolicam venientes & recedentes ab eadem, sua vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent; nec non illos omnes qui iurisdictionẽ Ordinariam, vel delegatam, à nobis vel nostris iudicibus nõ habentes, illã sibi temerè vẽdicantes, similia cõtramorantes in eadem Curia audent perpetrare.

Item excommunicamus & anathematizamus, omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes seu depradantes Romipetas seu peregrinos ad Vrbem causa deuotionis seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel

ab ipsa recedentes & in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedúq; Apostolicæ Legatos vel Nuncios, aut eos à suis Diœcesibus, territoriis, terris, seu dominijs eijcientes, nec non ea mandantes vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium, consilium vel fauorem.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui per se vel per alios, personas Ecclesiasticas quascunq; vel seculares ad Rom. Curiam super eorum causis & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequẽtes, aut procurantes, negotiorumq; gestores, aduocatos, procuratores, & agentes, seu etiã Auditores, vel iudices super dictis causis, vel negotijs deputatos occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi occidũt, seu quoquo modo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se vel per alios directè vel indirectè delicta huiusmodi committere exequi vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunq; præeminentiæ & dignitatis fuerint.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam seculares cuiuscunq; dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem à grauamine vel futura executione literarum Apostolicarum, etiam forma Breuis tam gratiam quam iustitiam concernentium, nec nõ citationum, inhibitionum, sequæstrorum, monitoriorũ, processuum executorialium & aliorum decretorum à nobis & à sede prædicta seu Legatis, Nuncijs, Præsidentibus Palatij nostri, & Camera Apostolicæ Auditoribus, Commissarijs alijsq; Iudicibus & delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias ad Curias seculares & laicam potestatem recurrunt, & ab ea instante etiam fisci, procuratore, vel aduocato appellationes huiusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi & retineri faciunt, quiuè illa simpliciter & sine eorum beneplacito, & consensu vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones & notarij super huiusmodi literarum & processuum executione, instrumenta vel acta conficere aut confecta parti cuius interest tradere debeant, impediunt vel prohibent, ac etiam partes seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, notarios, executores literarum, citationum, monitoriorum & aliorum prædictorum, capiũt, percutiũt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & Regnis eijciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & cõminantur per se, vel alium seu alios publicè vel occultè. quiq; alias quibuscunque personis in genere vel in specie, nec pro quibusuis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs, vel literis impetrandis ad Rom. Curiam accedãt aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas à dicta sede impetrent, seu impetratis vtantur, directè, vel indirectè, prohibere, statuere, seu mandare, vel alias apud se aut notarios, seu tabelliones vel alias quomodolibet

dolibet detinere præsumunt.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes & singulos qui per se vel alios auctoritate propria ac de facto quarumcunq; exemptionum vel aliarũ gratiarum & literarum Apostolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales & spiritualibus annexas ab Auditoribus & Commissarijs nostris alijsq; Iudicibus Ecclesiasticis auocant, illarumue causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione, tanquam iudices interponunt. Quiue partes actrices quæ illas committi fecerunt & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt à censuris vel pœnis in illis contentis absolui per statutum, vel alias compellunt, vel executionem literarum Apostolicarum seu executorialium processuum, ac decretorũ prædictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos vt dicunt supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram nobis & sede Apostolica legitimè prosequãtur; etiamsi talia committentes fuerint præsidentes Cancellariarum, consiliorũ, parlamentorum cancellarij, Vicecancellarij, consiliarij, ordinarij, vel extraordinarij quorumcunq; Principum secularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali vel alia quacunque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendarij seu Vicarij fuerint.

Quiue ex eorum prætenso officio vel ad instantiam partis aut aliorum quorumcunq; personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, Collegia Ecclesiarũ quarumcunq; corã se ad suũ tribunal, audiẽtiam, cancellariã, consiliũ, vel parlamentum, præter iuris Canonici dispositionẽ trahunt vel trahi faciunt, vel procurant directè vel indirectè quouis quæsito colore, nec non qui statuta ordinationes, cõstitutiones, pragmaticas seu quæuis alia decreta in genere vel in specie, ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiã prætextu cuiusuis consuetudinis aut priuilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris & dictæ Sedis ac quarumcunq; Ecclesiarũ iuribus, quomodolibet directè vel indirectè, tacitè vel expressè præiudicatur.

Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos aliosue superiores & inferiores prælatos & omnes alios quoscunque Iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè, carcerando vel molestando eorum agentes procuratores vel familiares nec non consanguineos, & affines, impediunt, quo minus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscunq; vtantur, secundum quod Canones & sacræ constitutiones Ecclesiasticæ & decreta Conciliorum Generalium & præsertim Tridentini statuunt; ac etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum vel etiam ab eis delegatorum quorumcunq; sentẽtias & decreta,

aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias & alias Curias sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata etiam pœnalia Ordinarijs, aut delegatis prædictis decerni & contra illos exequi procurant; eos quoq; qui hæc decernunt, & exequuntur seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem.

Quiue iurisdictiones, seu fructus, reditus & prouentus ad nos, & sedem Apostol. & quascunq; Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorū & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinētes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa, sine Rom. Pontificis vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.

Quiue collectas, decimas, talleas, præstantias, & alia onera, Clericis, Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum & Ecclesiarum, Monasteriorum & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumq; fructibus, reditib. & prouentibus, huiusmodi, absque simili Rom. Pōtificis speciali, & expressa licētia imponunt, & diuersis etiā exquisitis modis exigunt, aut sic impositio etiā à sponte dātibus & concedentibus recipiūt. Nec non qui per se vel alios, directè vel indirectè prædicta facere exequi vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunq; sint præeminentiæ, dignitatis, ordinu, cōditionis, aut status, etiamsi Imperiali aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones & alij Potentatus quicunque, etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus & Terris quoquomodo præsidentes & Consiliarij, & Senatores aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti innouantes decreta super his per sacros Canones tā in Latearnen. nouissimè celebrato, quā alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes & quoscunque Magistratus & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, & Subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, bannicndo, capiendo seu sententias contra illas proferendo vel exequendo, sine speciali specifica & expressa huius sanctæ Sedis Apostolicæ licentia. quiq; eiusmodi licentiam ad personas & casus non expressos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiamsi talia committentes, Consiliarij, Senatores, Præsidentes, Cancellarij, Vicecancellarij aut quouis alio nomine nuncupati.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui per se, seu alios directè vel indirectè sub quocunq; titulo vel colore inuadere, destruere, occupare ac detinere præsumpserint in totum vel in partem Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, Corsicæ, Terras circa Pharum, Patrimonium B. Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venayssinum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas prouincias illarumq; terras & loca ac Terras specialis commissionis Arnulforū Ciuitatesq; nostras Bononiam, Cœsenam, Ariminum, Beneuentum, Perusium,

Auio-

Auinionem, Ciuitatem Castelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias ciuitates, Terras, & Loca, vel iura, ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictaq; Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè subiecta, nec non supremam iurisdictionem in illis, nobis & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem, de facto vsurpare, perturbare, retinere, & vexare varijs modis præsumant; nec non adhærentes fautores & defensores eorum seu illis auxilium, consilium vel fauorem qnomodolibet præstantes.

Volentes præsentes nostros processus ac omnia & quæcunq; his litteris contenta, quousq; huiusmodi alij processus à nobis aut Romano Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosq; effectus omnino sortiri.

Cæterum à prædictis sententijs nullus per alium quam per Rom. Pontificem nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi destando Ecclesiæ mandatis & satisfaciendo cautione præstita, absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatū, & indultorū quibuscūq; personis Ecclesiasticis sæcularibus & quorūuis ordinum etiam mendicantiū, ac militarium Regularibus, etiam Episcopali vel alia maiori dignitate præditis, ipsisq; ordinibus, & eorum Monasterijs, Conuentibus & Domibus ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus & locis pijs; nec non laicis etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus per nos & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij decreta, verbo, litteris, aut alia quacunque scriptura in genere, & in specie concessorum & innouatorum, ac concedendorum & innouandorum.

Quod si fortè aliqui contra tenorem præsentium talibus, excommunicatione & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus, grauius contra eos spiritualiter & temporaliter prout expedire nouerimus processuri.

Declarantes ac protestantes quamcunq; absolutionem etiam solemniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius à præmissis cum vero proposito vlterius similia non committendi destiterint, ac quoad eos qui contra Ecclesiasticam libertatem vt præmittitur statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuijs seu Capitularibus locis, aut libris in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per huiusmodi absolutionem aut quoscunq; alios actus contrarios tacitos vel expressos, ac etiam per patientiam & tollerantiam nostram vel successorum nostrorum quantumcunq; tempore continuatam, in præmissis omnibus & singulis ac quibuscunq; iuribus sedis Apost. ac S.R. Ecclesiæ vndecunq; & quandocunq; quæsitis vel quærendis nullatenus præiudicari posse aut debere.

Non obstantibus priuilegijs, indulgētijs & literis Apostolicis generalibus vel specialibus, supradictis vel eorum alicui, seu aliquibus alijs cuiuscunq; ordinis, status, vel conditionis, dignitatis & præeminentia fuerint, etiamsi vt præmitti-

tur Pōtificali, Imperiali, Regali, seu quauis Ecclesiastica & mundana præfulgeāt dignitate, vel eorum Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, seu locis à prædicta sede ex quauis causa etiam per viam contractus aut remunerationis, & sub quauis alia forma & tenore, ac cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis concessis, etiam continentibus, quod excōmunicari, anathematizari vel interdici non possint per literas Apostolicas nō facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis & cognominibus & dignitatibus eorum mentionem, nec non consuetudinibus etiam immemorabilibus ac præscriptionibus quantumcunq; lōgissimis & aliis quibuslibet obseruantiis scriptis vel nō scriptis, per quæ contra hos nostros processus ac sentētias, quo minus includātur in eis, se iuuare valeant vel tueri. Quæ omnia quoad hoc & eorum omnium tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso insererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus, cæteriq; contrariis quibuscūq;.

Vt verò præsentes nostri processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas seu membranas processus ipsos continentes valuis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranēsis & Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe appendi faciemus, vt si quos processus huiusmodi concernūt, quod ad ipsos non peruenerint, aut quod ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Insuper vt processus ipsi & præsentes literæ ac omnia & singula in eis contenta eo fiant notiora, quo impleriq; ciuitatibus & locis fuerint publicata, vniuersis & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis & locorū ordinariis & Prælatis vbilibet constitutis per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mādamus, vt per se, vel per alium seu alios præsentes litteras, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint etiam pluries in Ecclesiis suis dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent. Cæterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, aliiq; locorum Ordinarii & Ecclesiarum prælati, nec non rectores, cæteriq; curam animarum exercentes, ac Præsbyteri sæculares & quorumuis ordinum Regulares ad audiendas peccatorum confessiones quauis authoritate deputati, transumptum præsentium literarum penes se habeant, easq; diligenter legere & percipere studeant.

Volentes earundem præsentium transumptis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis & sigillo iudicis ordinarii Rom. Curiæ vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio & extra illud vbique locorum adhibendā fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent adhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo hominū liceat hanc paginā nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, inno-

da-

dationis declarationis, protestationis, sublationis, reuocationis, cõmissionis, mandati & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autè hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum. anno Incarnat. Domini. 1606. 10. Kal. April. Pont. nostri an. 1.

P. Card. Prodatarius.

M. Vestrius Barbianus.

S. de Vrsinis.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo Sexcentesimo sexto, Indict. quarta, die verò 23. mensis Mart. Pont. Sanctiss. in Christo Patris & D. N. D. Pauli Papæ V. anno eius primo supradictæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Principis Apostolorũ & S. Ioannis Lateran. & in acie campi Floræ per nos Bernabeum Politum, & Bernardinum Mazzatellum S.D.N. Papæ Curs.

Io. B. Bagni. Mag. Curs.

Vltra Bullam præmissam in corpore iuris, & in diuersorum extrauagantibus, multæ aliæ reseruationes Papales reperiuntur.

1 Cap. si quis suadente. 17. quæst. 4. cap. mulieres, de sent. excommun. percutientium Clericum.

2 Cap. studuisti, de offi. leg. cap. sane, de offi. deleg. absolutio excommunicationis latæ à legato, postquam ipsius legationis tempus expirauit.

3 Cap. dura. cap. ad falsariorum de crimin. falsi falsariorum declaratorum, si intra dies viginti post declarationem non obtemperauerint.

4 Cap. significaut, de sent. excom. communicantium scienter cum excommunicatis à Papa.

5 Cap. tua, ibid. incendiariorum postquam fuerint declarati.

6 Cap. conquestus, ibid. effringentium & spoliantium Ecclesias si fuerint declarati.

7 Cap. fundamenta. de elect. in 5. eligentium in Senatorem Romanum Imperatorem, Regem vel Principem aliquem, Comitem, & sic electi sese intrudentis in dictum officium sine Papæ consensu.

8 Cap. quicunq;, de sent. excomm. in 6. tribuentium facultatem vexandi, capiendi, interficiendi, personas seu eorum suorumq; res, bona, eo quod tulerint excommunicationis, suspensionis seu interdicti sententiam.

9 Clem. multorum. §. verum. de hæret. inquisitorum propter odium, gratiam, fauorem, quæstum, negligenter procedentium in eorum officio, vel falso alicui hoc crimen imponentium.

10 Clem. 1 de priuil. Regularium sine licentia loci Parochi ministrantium Eucharistiæ, Vnctionis, Matrimony Sacramenta, vel absoluentium excommunicatos à Canone, vel statuto prouinciali seu synodali, præterquam in casibus à iure vel speciali priuilegio ipsis concessis.

11 Clem. cupientes, de pœnis inducentium aliquem ad vouendum vel iurandum de eligenda sepultura in eorum Ecclesiis.

12 Clem. graue, de sent. excomm. facientium celebrari Diuina in loco interdicto, vel

prohibentium ne excommunicati tempore Diuinorum eiiciantur ex Ecclesia, tum & ipsorum excommunicatorum si non exuerint moniti.

13 Extrauag. 2. de sepult. comm. incidentium cadauera mortuorum vel coquentium, vt ossa separentur quo alio transferri possint.

14 Extrauag. etsi Dominici. 2. de pœnit. & remiss. comm. absoluentes in casibus ibi expressis. & aliis Papæ reseruatis incidunt in excõmunicationẽ ipso facto Papæ reseruatam, & eorum absolutio est nulla.

15 Extrauag. 1. & secunda de Simonia cõmittentium Simoniam in ordine vel beneficio, vel religionis ingressu. Similiter accipientes pro collatione siue traditione possessionis beneficij partem aliquam fructuum vel distributionum ipsius beneficij, seu de dando aliquid iurare facientes prouisum de beneficio, voluit incurrere simulem censuram. Pius V. Const. sua incip. Durum nimis. de an. 1570. Kal. Iun.

16 Extrauag. Viam ambitiosæ. de Regular. transeuntium de regula mendicantium, ad non mendicantes sine licentia Papæ.

17 Conc. Constantien. sess. 41. incip. omnis etas rapientium bona Cardinalium, dum in conclaui sunt seu electi in Papam.

18 Conc. Triden. sess. 5. de peccato originali. innouat extrauag. Six. IIII. incip. grauè nimis. de reliq. & venerat. san. qua reseruatur excommunicatio asserentium peccare mortaliter eos qui dicunt B. M. V. conceptam esse in peccato originali, vel contra. Idem innouauit Pius V. const. sua. incip. Super specula. de an. 1570. prid. Kal. Decemb. Et nouissimè Paul. V. eas dem prohibitiones & pœnas ad Conciones, Lectiones, Conclusiones, & actus publicos extendit decreto suo publicato in an. 1617. 12. mensis Sept. quod alio loco referemus.

19 Extrauag. 1. de sent. excommun. comm. innouata per Greg. XIII. in anno 1574. Nonis Nouemb. dantium, accipientium, promittentium aliquid in Curia Rom. pro gratia seu iustitia obtinenda.

20 Conc. Lateranen. sub Iulio 11. sess. 5. Cardinalium committentium simoniam in electione Papæ.

21 Apud S. Anto. 3. par. tit. 25. nu. 30. Syl. ver. excommunicatio. 7. peregrinantium ad sepulchrum Domini sine licentia Papæ.

22 Conc. Lateranen. sub Leo. X. sess. 9. Cardinalium reuelantium secreta Consistorij.

23 Ibid. sess. 11. prædicantium falsa miracula seu allegantium prophetias quæ non extant.

24 Ibid. Detrahentium Episcopis. Prælatis eorumq; statui.

25 Extrauag. munera Pauli. II. comm. officialium quorumcunq; accipientium munera præter comestabilia paucorum dierum.

26 Conc. Trid. sess. 22. cap. 11. de ref. bona, fructus, census Ecclesiarum vel piorum locorum vsurpantium, quæ videtur in Bulla Cœnæ Domini contineri.

27 Extrauag. Pauli III. & Greg. XIII. non reddentium integrè computa in Camera Apostolica.

28 Extrauag. Pauli. III. cum secundum tractantium de nouo Papa eligendo viuente alio.

29 Pij IV. Ea quæ de anno. 1560. idib. Nou. pugnantium in duello, quæ eadem prohibitio facta fuit prius à Iulio 2. Leon. X. Clem. VII. Conc. Trid. sess. 25. cap. 19. de ref. reassumpta à Greg. XIII. Constitut. incip. Ad tollerandam. public. 24. Decemb. anno 1582. & nouissimè omnes istæ ordinationes renouatæ fuerunt à Clem. VIII. ordinatione sua incip. Illius vices. de anno 1592. qua omnes duellum seu certamen singulare ex composito ineuntes nec non id suadentes aut pronocantes, opem, consilium fauoremq; præstantes, equos, arma & commeatus præbentes, aut comitantes, chartas, libellos, ad hoc deferentes, de industria spectatores, defensores, fautores, excommunicatione prædicta ligari decernit.

30 Extrauag. in eminentis. Eug. IV. procedentium per censuras contra eos qui in Curia in seruitio PP. seu pro negotijs expediendis morantur, tum & illorum qui beneficia per priuationem sic in Curia morantium vacantia acceptauerint. quæ hodie videtur comprehensa in Bulla cæna Domini.

31 Extrauag. cum sicut. Innoc. VIII. fingentium se esse nepotes Cardinalium quo litteras gratis expediant.

32 Extrauag. Romanam. P. Pij IV. Intolerabilis. Pij V. accipientiũ beneficia in confidentiam.

33 Extrauag. Pij IV. In sublimi. Pij V. In omnibus. excommunicat officiales S. Pœnitentiariæ. qui aliquid pro expeditione etiam à sponte dantibus accipiunt, vel ea quæ ipsis sunt prohibita expediunt; Similiter & Officiales, Correct. Cancellariæ & contradictarum, & reseruat absolutionem.

34 Constitut. Greg. XIII. incip. vbi gratiæ. Anni 1575. Idib. Iunij. innouauit excommunicationes antiquas contra ingredientes Monasteria Monialium sine licentia expressa Superiorum, & excommunicationis incursæ propter huiusmodi ingressum absolutionem Papæ reseruat; similiter & Moniales exeuntes extra clausturum præterquam in casibus magni incendij, infirmitatis, lepræ, vel Epidemiæ, & eas receptantes, comitantes, incurrunt excommunicationem reseruatam ex constitut. Pij V. incip. Decori. ann. 1570. Kalend. Febr. ad quod alia constitutio eiusdem Pij V. incip. Regularium. de an. 1566. 24. octobr. qua prohibentur mulieres quocunque etiam priuilegiorum quorumcunq; prætextu, ingredi Monasteria Virorum sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda & Papæ reseruata.

35 Constitut. Pij V. incip. Quam plenum. anni 1570. 4. Non. Ianu. publicantes indulgentias, & facultatem dantes eligendi confessores in reseruatis aliquid soluentibus, minores prælatos voluit incurrere excommunicationem, Episcopos verò suspensionem ab ingressu Ecclesiæ & Sacramentorum perceptione vsq; ad restitutionem & absolutionem Sedi Apostol. reseruauit.

36 Extrauag. Mart. V. incip. ad reprimendas excommunicat. trahentes personas Ecclesiasticas ad forum seculare, & Iudices seculares si iudicauerint sic tractos Clericos ad ipsorum iudicium ipsiusq; excommunicationis absolutionem reseruat Sedi Apostol.

37 Varijs extrauag. Pij V. Greg. XIII. Sixt. V. excommunicantur bannitorum receptatores, fautores & absolutio reseruatur.

38 Multæ etiam reseruationes reperiuntur in fauorem diuersarum Religionum factæ, vt eorum qui famosos libellos contra Religiosos publicant, eorũ Apostatas recipiunt Religiosi ipsi per fauores, subornationes in electionibus eorum officia quærentes, impedientes personas volentes ingredi religionem, quæ in diuersis Regularium priuilegijs videri possunt apud Confect. in sua Collectione priuil. mendic.

39 Extrauag. Pij V. incip. licet omnibus excommunicat capientes Christianos habitantes in locis à Turcis occupatis. Eiusdem Pij V. constit. incip. Quantam incurrunt suspensionem Papæ reseruatã admittentes resignationem beneficiorũ contra formam in eadem Constit. præscriptã & si violauerint huiusmodi suspensionem, contrahunt excommunicationem similiter Papæ reseruatam.

40 Constitut. Greg. XIII. incip. inter Apostolicas anni 1584. Nonis septem. excommunicat facientes iurare illicita vel de obseruandis ordinationibus statutis contrarijs decretis Concil. Triden. & reseruat absolutionem.

41 Clem. VIII. decreto suo damnauit opinionem asserentium confessionem & absolutionem Sacramentalem inter absentes per litteras posse fieri, & si quis talem opinionem docuerit, defenderit, tractauerit, imprimi fecerit, eum voluit incurrere ipso facto excommunicationem à solo Romano Pontifice absoluendã. quod decretum scitu perutile hic posuimus, vt sequitur.

Sanctissimus D.N. auditis votis Patrum Theologorum & re cum Illustrissimis & Reuerendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus maturè & diligenter considerata, hanc propositionem, scilicet licere per litteras seu internuncium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, adminus vti falsam, temerariam, & scandalosam damnauit, ac prohibuit, præcepitq; ne deinceps ista propositio publicis priuatisq; lectionibus, concionibus, & congressibus, doceatur, neue vnquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur. Quod si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputatiuè tractauerit (nisi forsan impugnando) vel ad praxim directè seu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ sententiæ quam ipso facto incurrat & à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunq; etiam dignitate fungente etiam Sanct. Roman. Ecclesiæ Pœnitentiario, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolui, alijs etiam pœnis arbitrio infligendis subiaceat. Publicata Rom. 19. Iulij. 1602.

Quintil. Adrian. Not.

42 Reseruata est ad extremum Papæ dispensatio quinque votorum Religionis, Castitatis, peregrinationis ad limina S. Apost. Petri & Pauli. Hierosolymam Cõpostellam extrauag. Six. IV. & si Dominici de pœnit. & remiss. comm. Nau. cap. 12. num. 75. In præmissis itaq; reseruatis absolutiones dare non potest Episcopus, præterquam si priuilegium ad hoc habuerit speciale, vel in casibus vt infra referemus

ARTI-

ARTICVLVS II.

In quibus casibus absoluere possit Episcopus.

1 *Episcopo incumbit cura animarum totius Diœcesis.*
2 *Sacerdos non approbatus nulliter audit confessionem.*
3 *Parochus censetur approbatus ipsa prouisione de beneficio curato.*
4 *Parochus licet habeatur pro approbato, non potest audire confessiones in tota Diœcesi.*
5 *Parochus potest audire confessionem sui Parochiani etiam in aliena Diœcesi.*
6 *Episcopus potest concedere approbationem ad confessiones, siue amplam, siue limitatam.*
7 *Regulares debent obtinere approbationem ad confessiones ab ordinario.*
8 *Approbatio ad confessiones Regularibus concessa, quomodo reuocari possit.*

CAsibus itaque præmissis exceptis in omnibus alijs absoluere potest Episcopus in foro animæ: habet enim plenã quo ad hoc potestatẽ in sua Diœcesi. *c. Deus qui de pœnit. & remiss.* vt est ordinarius rector & confessor suæ
1. Diœcesis. *vt notat gl. in cap. si Episcopus. tit. cit. in 6. Host. in sum. eo. tit. num. 14. Ang. v. confessio. 3. num. 3.* ipsique principaliter incumbit cura animarum suæ Diœcesis. *cap. quæcunq;. 10. q. 1. c. præcipimus. 12. q. 1.* ita quod alij inferiores Sacerdotes licet in ordinatione sua recipiant absoluendi potestatem, tamen sine alia speciali Episcopi licentia & approbatione, absoluere non possunt. *cap. cunctis fidelibus. 16. quæst. 1. c. presbyteri. cap. si. 26. q. 6. S. Th. in 4. sent. dist. 17. q. 3. art. 3. Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. de ref.* alioquin esset inualida absolutio quam daret Sacerdos non habens hanc potestatem, siue ordinariam siue delegatam.
2. *cit. Conc. sess. 14. c. 7. adhoc. cap. sin. iun gl. v. pro ignorantia. dist. 6. de pœnit. cap. omnis vtriusq;. de pœnit. & remiss. S. Th. lo. cit. in 4. sent. disp. 17. q. 3. art. 3. S. Bonauent. ib. q. 2. art. 2. Palud. ib. q. 3. art. 1. Ang. lo. cit. num. 2. Sylu. v. confessor. 1. q. 1.* hocq; idem responsum fuisse à S. Cong. Conc. *in ann. 1580.* DD. Examinatoribus Diœcesis Leodien. videlicet confessionem Sacerdoti non approbato factam esse nullam & iterandam, testatur Capeauilla *de cas. reser. cap. 3. q. 1.*

Dat autem Episcopus potestatem hãc absoluendi. Primo curatis ipsa beneficij Parochialis collatione, ita vt eo ipso quod aliquis consequitur beneficium 3.
Parochiale nisi aliud obstet, vt dummodo sit Sacerdos, & dummodo non sit suspensus & similia, possit audire confessiones in sua Parochia. *cap. vbicunq;. 16. q. 1. Host. lo. sup. cit. in sum. de pœnit. & remiss. §. cui. confitendum. sub num. 14. Abb. eo. tit. in c. omnis vtriusq;. num. 14. & patet ex tex. Conc. lo. cit. cap. 15. sess. 23. de ref.* non tamen in aliena Parochia, alienæ enim Parochiæ terminos aut iura euadere non debet. *c. Ecclesias 13. q. 1.* nec censetur approbatus ad alia loca Diœcesis, eo quod fuerit prouisus de beneficio Parochiali. *Guttierez lib. 1. can. quæst. cap. 27. num. 21.* super quo etiam consulta S. Cong. Conc. respondisse fertur in hæc verba.

An prouisus de Parochiali Ecclesia per concursum, censendus sit approbatus idoneus minister ad audiendas confessiones in

illis

illa Diœcesi in qua illã Parochiam obtinet.

Cong. cens. censeri duntaxat in ea ciuitate, vel oppido vbi sita est parochialis, non autem passim per totam Diœcesim.

Similem declarationem refert Suarez *de Sacram. disp. 28. sect. 4. num. 17.* ipse tamen. *ib. à num. 12.* contendit sic approbatum per assecutionem Parochialis saltem de licentia Parochi loci, posse alibi in propria Parochia audire confessiones per Diœcesim; quod multis rationibus ex iure antiquo deducit, præsertim ex *cap. placuit. dist. 6. de pœnit.* tum & consuetudine suarum regionum confirmat hoc idem, de qua consuetudine. *loc. cit. num. 19.* sic dicit. *Inter nos verò hanc scimus esse consuetudinem, vt Parochi sese mutuo iuuent ex solo suo consensu, non tantum intra eandem Diœcesim, quod est certius & frequentius, sed etiam in confinio distinctarum Diœcesum.*

Eandem consuetudinem extra Italiã multis locis vigere. præsertim in Polonia & Germania nos quoque vsu comperimus, sed melius consuleretur consuetudini huiusmodi, si proponeretur S. Coug. Conc. declaranda in specie ad loca prædicta.

1. Proprium autem Parochianum posset absoluere in aliena Parochia, vel etiam in aliena Diœcesi, quia nimirum ista iurisdictio non est contentiosa sed voluntaria. *Host. lo. sup. cit. vers. & nunquid. Nau. in c. placuit. num. 84. de pœnit. dist. 6. Victor. de confess. num. 152.* vel potest concedere facultatem suo Parochiano recipiendi Sacramenta in aliena Parochia. *Abb. in Clem. 1. à. nu. 8. de priuil.* vbi dicit hoc posse facere Parochum etiamsi nondum esset Sacerdos, imo etiãsi esset excommunicatus. *Nau. in cap. placuit, num. 51. de pœnit. dist. 6.*

Etsi dimiserit aliqua causa beneficium Parochiale, desinit approbatio, nec censetur idoneus ad audiendas confessiones absque alia licentia. *Suarez loc cit. num. 20. & 21.* vbi notat nomine Parochialis beneficij, intelligi etiam beneficia habentia iurisdictionem in foro spirituali, vt officium Vicarij. Episcopi, Pœnitentiarij Cathedralis Ecclesiæ, Archipræsbyteri, Archidiaconi habentium iurisdictionem actu. *ad hoc gl. in. cap. 2. v. suo subdito de pœnit. & remiss. & in Clem. 1. v. præsbyteri. de priuil. Abb. in cap. omnis vtriusq; num. 12. de pœnit. & remiss.* DD. *ib.*

Eandem potestatem ad confessiones dat Episcopus non tantum curatis, sed etiam alijs Præsbyteris, approbando eos, circa quam approbationem potest præmittere examen super sufficientia approbandi si ipsi videtur necessarium. *Conc. loc. cit.* & potest dare approbationem siue ad certum locum, siue ad certum tempus, siue generaliter & indistinctè pro suo arbitrio, concessamque potest reuocare ex causa. *Henriquez in sum. de Sacrã. pœnit. lib. 3. c. 6. §. 5. & 7.* alioquin nisi reuocetur approbatio semel concessa semper durat, nec expirat etiam per mortem concedentis, per ea quæ adducit. *Nau. in cap. placuit, nu. 161. & seq. dist. 6. de pœnit.* vel nisi per successorem reuocetur, huic enim est integrum reuocare huiusmodi facultates, aduocare in examen approbatos, & reprobare quos viderit minus idoneos. vt plenè deducit. *Suarez loc. cit. sect. 7. num. fin. & sect. 8. per totum.* 6.

Datur & regularibus potestas prædicta, neque enim isti possunt confessiones audire nisi fuerint examinati & approbati ab Ordinario. *Clem. dudum. §. statuimus. de sepult. Conc. Trid. loc. sup. cit. & const. Leon. X. in Conc. Lateran. incip. Dum intra mentis arcana.* quam alio loco referemus, hoc idem innouauit 7.

uit. Pius V. Const. sua. *an. 1581. 8. Idib. Augusti.* cuius verba sequuntur.

Romani Pontificis prouidentia & infra. Hac nostra constitutione perpetua sancimus, decernimus & declaramus, decretum Conc. Triden. de approbatione Regularium audiendis confessionibus sæcularium præpositorum ab Episcopis facienda, obseruari debere etiam in omnibus Regularibus, quorumuis ordinum mēdicantium, etiam sub Regulari disciplina viuentibus, etiamsi sint Lectores aut in Theologia etiam de superiorum suorum licentia graduati vel promoti, vel à suis Magistris Generalibus vel Prouincialibus, Ministris sæcularium confessionibus audiendis expositi. Volumus tamen eos qui semel ab Episcopo in ciuitate & Diœcesibus suis præuio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari, ab Episcopo autem successore pro maiore conscientiæ suæ quiete, examinari de nouo poterunt. Inhibentes quibuscunq; Regularibus quorumuis ordinum etiam mendicantium, vt præfertur, ne vigore deputationis & approbationis ab eisdem Magistris & ministris Prouincialibus, etiam quod illarum occasione ab ordinarijs hucusq; tolerati fuerint, absq; speciali inposterum licentia & approbatione ab ordinarijs obtinenda, sæcularium confessiones audire præsumant. Decernētes irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac nostris literis prædictis, & alijs postea quibuscunq; Regularibus concessis, & forsan extensis, quas ad ea quæ præsentibus aduersantur & contrariantur penitus & omnino reuocamus, cassamus & irritamus.

Cæ Glorierius. H. Cumyn.

Neque hæc ordinatio reuocata fuit per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Conc. Trid. factam à Greg. XIII. vt declarauit Sac. Cong. Conc. referente. *Confect. in sum. priuil. mend. tit. 17. c. 5. in hac verba.*

Congregatio Conc. censuit Regulares ad audiendas in ciuitate & Diœcesi sæcularium confessiones semel ab Episcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos. Cæterum à successore posse vtiq; examinari iuxta constitutionem sanctæ memoriæ Pij V. datam 8. Id. Aug. Pont. sui an. 6. quæ à Fel. rec. Greg. XIII. non est reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Conc. Trid.

A. Card. Carafa.

De modo reuocandi easdem approbationes Regularibus ad audiendas cōfessiones sæcularium concessas, emanauit quoque recens decretum S. Cong. Episcoporum & Regularium, cuius tenor est talis.

Cum sacræ Congregationi Cardinalium negotijs Episcoporum & Regularium Præpositorum innotuerit Confessarios Regulares grauiter cōqueri, quod ab Archiepiscopis, Episcopis & locorum ordinarijs ab audiendis confessionibus quauis de causa indiscriminatim suspendantur; & propterea sæpè contingere, vt ab ijsdē Archiepiscopis, Episcopis & locorum Ordinarijs, omnibus simul vnius conuentus Confessarijs confessiones audiendi facultas adimatur; Illustrissimi eiusdem sacræ Congregationis Patres rati vix fieri posse, vt hæc sine scandalo, magnaq; animarum pernicie contingant, re maturè 8.

perpensa ad omnem scandali materiam summouendam, & quo magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt & decernunt, Archiepiscopis, Episcopis aliisq; locorum ordinariis ad quos Confessarios approbãdi ius spectat, Confessarios Regulares alias ab ipsis liberè approbatos, ab audiendis confessionibus suspendere posthac minimè licere, nisi ex noua causa, eaq; ad confessiones ipsas pertinẽte, aut ob non seruatum interdictũ ab ipsis ordinariis positum. Statuunt insuper eosdem Archiepiscopos, Episcopos Locorumq; ordinarios confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnius Conuentus Regularibus Confessariis, eadem sacra Congregatione inconsulta, nullo pacto adimere posse. Quod quidem Decretum vt ydem Illustrissimi Patres opportunum & necessarium duxerunt, ita inuiolabiliter iubent obseruari. Romæ 20. Nouemb. 1615.

A. Mar. Episc. Hostien. Card. Gallus.
V. Theatin. Secret.
Locus † Sigilli.

Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. M. DC. XV.

ARTICVLVS III.

De casibus Episcopo reseruatis.

1 Sacerdos ex generali approbatione, non potest absoluere casus specialiter reseruatos.
2 Casus Episcopo reseruatos absoluere non potest inferior Sacerdos.
3 Regulares absoluere non possunt casus Episcopo reseruatos virtute Maris magni.
4 Casus de iure Episcopo reseruati.
5 Clerici percussio quæ dicenda leuis, manet iudicio Episcopi.
6 Episcopus absoluere potest ab omni excommunicatione, quæ nemini est reseruata.
7 Excommunicationes in corpore iuris. Conc. extrauag. nemini reseruatæ.
8 Episcopus in quibus votis dispensare possit.
9 Matrimonij impedimenta quando dispensari possint per Episcopum.
10 Casus reseruati Episcopo ex consuetudine qui sint.
11 Casus quos sibi reseruare solent Episcopi.
12 Episcopus quem modum tenere debeat in reseruandis casibus.
13 Episcopus non debet esse difficilis in concessione facultatis, ad absoluendum reseruata.
14 Potestate concessa ad reseruata, non possunt absolui irregularitates vel censuræ, nisi exprimantur.
15 Episcopus tenetur constituere præbendam pœnitentialem in Cathedrali.
16 Vicarius Episcopi non potest absoluere reseruata vigore generalis mandati.
17 Capitulum sede vacante absoluere potest omnia reseruata, etiam irregularitates.
18 Casus reseruati absolui possunt vigore Iubilei.

19 Mortis in articulo, nullus casus est reseruatus
20 Episcopus potest absolui à suo Confessario, in casibus in quibus absoluere potest ipse-met.
21 Casus reseruati, quomodo expirent morte Episcopi.
22 Pœnitens, quomodo absoluendus in reseruatis.

LIcet autem modo præmisso approbet Episcopus inferiores Sacerdotes ad cõfessiones audiendas, adhuc tamen reseruati sunt ipsi certi casus speciales,
1. qui sub approbatione & facultate generaliter concessa non veniunt nisi expressè concedantur. *Clem. dudum. §. per huiusmodi. de sepult.* in generali enim concessione non veniunt ea quæ requirunt speciale mandatum. *c. fin. de off. Vic. in 6. cap. si Episcopus. de pœnit. & remiss. ib. Clem. non potest. de procur. Felin. in cap. sedes. de rescript. à nu. 5.* Et de non absoluendis casibus Papæ vel Episcopo reseruatis, vltra iura antiqua, emanauit recens Decretum S. Cong. Epis. & Reg. relata quoque apud Quarant. *in sum. Bullarij. v. casus reseruati.* vt
2. sequitur.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, iustis & grauibus causis id exigentibus, ac de sanctiss. D. N. Clem. Papæ VIII. speciali mandato viuæ vocis oraculo desuper habito, Sacerdotibus omnibus tam sæcularibus quam Regularibus per vniuersam Italiam extra vrbem degentibus, ad cõfessiones audiendas probatis, quorumuis ordinum etiam mendicantium, Militarium, aut Congregationum, etiam Societatis Iesu, & generaliter quarumcunq; aliarum quouis nomine nuncupentur, iubet & præcipit, ne quis eorum sub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè scripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à sede Apostolica, vel eius authoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus sæcularium, aut singularibus personis, seu alias quomodocunq; sub quibusuis tenoribus, formis & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cuiusuis etiam Imperatoris, Regum, vel aliorum Principum instantiam concessarum seu confirmatarum, alicui cuiusuis status, gradus, & cõditionis aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ quam sæcularis, etiam Regiæ vel Imperialis, ab vllo ex casibus clarè vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita contentis, vel alias quomodocunq; sedi Apostolicæ reseruatis, aut in futurum per sanctitatem suam, eiusq; successores pro tempore in eadem Bulla vel aliter reseruandis, nec etiam à casibus quos Ordinarij locorum hactenus reseruarunt, vel in posterum sibi reseruabunt, nullo casu etiam necessitatis vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cũ noua vel speciali sanctitatis suæ aut successorum suorum vel Ordinariorũ quoad casus ab ipsis tantũ reseruatos respectiuè impetrata inscriptis licentia Ordinarijs locorum exhibenda, absolutionis beneficiũ de cætero impẽdere audeat, vel præsumat, sed cũ opus fuerit pœnitentes ad superiores, legitimosq; iudices suos accedere consulant, sub pœna contra facientibus tam Regularibus

quam Sæcularibus excommunicationis, priuationis officiorum & dignitatum, aut beneficiorũ inhabilitatis, item audiendi confessiones & ad quæcunq; officia, prælaturas, beneficia in posterum obtinenda, ipso facto absq; vlla alia declaratione incurrenda; super quibus à nemine nisi à Romano Pontifice habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis articulo possit impartiri. Sanctitas enim sua (quatenus opus sit) facultates & concessiones ipsas in hac parte vti cassas & irritas haberi de cætero voluit & vult, non obstantibus quibuscunq;.

Præterea nouerint pœnitentes, absolutionem, si quam obtinebũt contra huiusmodi proibbitionem esse nullam, nulliusq; roboris vel momenti.

Et ne locorum Ordinarij, quibus ius hoc reseruandorum casuum competit, plurium quam opus sit reseruatione subditis aut confessarijs in animarum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, monentur omnes vt paucos, eosq; tantum quos ad Christianam disciplinã retinendam, animarumq; sibi creditarum salutem pro cuiusuis Diœcesis statu & qualitate necessariò reseruandos esse iudicauerint, reseruent. Dat. Romæ die 9. Mensis Ianuarij. Anno 1601.

Eiusdem Decreti declaratio sequitur.

CVM autem dubia quædam ac difficultates circa eiusdem Decreti interpretationem atq; obseruationem emersissent, eadem Cong. ne vllus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitatiuè locus relinquatur, & vt clarius appareat, in quibus casibus vigore eiusdem decreti reseruatis, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato eiusdem S. D. N. Clem. PP. VIII. similiter viuæ vocis oraculo, super ea re habito, ipsum decretum ita moderatur ac declarat, videlicet sub eiusdem prohibitione illos tantũ in posterum comprehendi casus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta continentur. Ac præterea violationis, immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis fel. record. Greg. XIIII. quæ incipit. Cum alias nonnulli. Violationis clausuræ monialium ad malum finem, Prouocantium & pugnantium in duello, iuxta decretum Sac. Concil. Trident. & Const. fel. rec. Greg. PP. XIII. incipientem. Ad tollendum. Iniȝcientium violentas manus in Clericos iuxta Canonem. Si quis suadente, &c. 17. q. 4. ac iuris dispositionem. Simoniæ realu scienter contracta, atq; etiam confidentiæ beneficialis. Item omnes casus quos Ordinarij locorum sibi reseruarunt, vel in posterum reseruabunt. In quibus omnibus iam enumeratis casibus duntaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confessiones, eadem sacra Congregatio vult & mandat dictum Decretum in sua firmitate & pristino robore permanere; Ac præterea declarat eos quidem Sacerdotes tam Seculares quam Regulares, qui aliquo ex priuilegijs, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis suffulti fuerint, posse iuxta eorum priuilegia, indulta, & facultates vsu ante idem Decretum receptas, & quæ sub alijs reuocationibus non comprehenduntur, tantum, & non alias absoluere à casibus in præsenti declaratione non cõpra-

prahensis, alijs verò Sacerdotibus huiusmodi priuilegia non habentibus, nihil de nouo concedi.

Sed ne locorum Ordinarij ad quos casuum reseruatio spectat, ea in re modū excedant, eadem S. Congr. illos rursus magnopere admonendos censet, vt non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantum & grauiorum criminum absolutionem sibi reseruant, quorum reseruatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in adificationem, non autem in destructionem cedat: ne alioqui Sacramēti Pœnitentiæ Ministrorum coarctata potestate, Sanctæ Matris Ecclesiæ piæ mentis contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiā ne sibi superfluè reseruēt casus in Bullæ die Cœnæ Domini legi cōsueta cōtentos, neq; alios Sedi Apostolicæ specialiter reseruatos. Facultatē verò & licentiam absoluendi à casibus reseruatis, quam in scriptis tantum concedi permittebatur, etiam sola viuæ voce concedi posse declarat. Cæterum ne quis Sacerdotum secularium, aut Regularium sub prætextu, quod per primo dictum Decretum non fuerit sufficienter eorum specialibus priuilegijs derogatum, eidem Decreto sic vt præfertur declarato contrauenire audeat, Sanctitas sua Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis omnibus in fauorem quorumcunq; Ordinum seu institutorum Regularium, aut Sacerdotum tam Secularium quam Regularium editis, nec non eorundem ordinum seu Institutorum, ac etiam Eccles. & Monasteriorum & aliorum secularium, seu Regularium locorum quorumcunq;, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apostolicis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, eisdem Ordinibus seu Institutis, ac etiam Ecclesiis, & Monasteriis, & Secularibus seu Regularibus locis, aut personis sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cū quibusuis etiā derogatoriarum derogatorijs alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus & alijs Decretis, etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus & formis specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quauis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbū nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserta forent, præsentibus pro expressis habens, quo ad ea quæ præsentibus aduersantur, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expressè derogat, contrarijs quibuscunq; non obstantibus. Dat. Romæ 1602. 26. Nouemb.

Alex. Card. Floren. Epis. Prænestinus.

Hier. Ancchius. Secret.

ET cum prędicta Sac. Congregationis prohibitio, vt vidimus per Italiam

tantum operetur suum effectum, extra Italiam remanebit dispositio iuris communis: ita quod confessio & absolutio à reseruatis per non habentem specialem ad hoc potestatem sit inualida. *DD. communiter in cap. omnis vtriusq; de pœnit. & remiss. Theologi. in 4. sent. dist. 17. Sylu. v. confessor. 1. q. 1. Caiet. Tom. 1. opus. tract. 7. Ang. v. confessio. n. 4.* & Confessarius Secularis absoluens possit puniri ab Ordinario pœna per ipsum contra tales ordinata, seu arbitraria; Regularis verò, subiaceat pœnis expressis *in Clem. 1. de priuil. & extrauag. 1. eo tit. comm.* nam etiam ante præmissum Decretum Sac. Congr. nullis priuilegijs se tueri potuerunt contra iura allegata Regulares, vt possent licitè absoluere à casib. reseruatis 3. Episcopo, vt respõdit S. Cong. Cõc. B. Carolo Borromæo, Card. Archiep. Mediolanen. referente. *Confect. loc. sup. cit. tit. 17. cap. 6.* in hæc verba.

Illustris. & Reuerendis. Domine.

CVM à Sacra Congreg. Cardinalium qui præpositi sunt Decretis Trident. Conc. interpretandis, Illustris. amplitudo tua quæsierit, an Regulares ex priuilegio à Sede Apostolica impetrato, præsertim autem ex eo quod nominant Mare magnũ, possint in casibus quos sibi Episcopus reseruauerit absoluere confitentes. Hac de re vbi Congregatio accuratè egisset, deinde ad S. D. N. retulisset, sanctitas sua etiam de sententia Congregationis censuit, ex facultatibus per hoc Mare magnum aliaue priuilegia Regularibus concessis, factam eis non esse potestatem absoluendi in casibus sibi ab Episcopo reseruatis. Deus Illustris. Amplitudini tuæ perpetuam vitæ tranquillitatem & incolumitatem largiatur. Dat. Romæ, die 10. Septemb. 1577.

Sunt autẽ casus Episcopis reseruati alij de iure, alij de consuetudine. *extrauag. inter cunctas. §. obseruent. de priuil. comm.* aliquos autem potest sibi reseruare Episcopus, vt notat *gl. in Clem. dudum. §. per huiusmodi. v. concessa. de sepult. Abb. ib. num. 35. Anchar. in cap. canonum statuta. de constit.* quam potestatem reseruandi aliquos casus fuisse semper in Ecclesia, sufficienter deducit Suarez *de Sacram. disp. 29. sect. 1. nu. 2.* estq; hoc de fide, *vt patet ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. & canon. 11.* & quomodo per reseruationem casuum reseruetur non solum censura sed etiam culpa, tractant Theologi *in 4. dist. 17. & Suarez loc. cit. sect. 2.*

De iure casus Episcopo reseruati sunt, 4. Primo excommunicationes Papæ reseruatæ, quarum in certis casibus absolutio inferiori permittitur, tunc enim per inferiorem non quilibet Sacerdos sed Episcopus intelligitur. *Innoc. in c. Monachi. de sent. excomm. Abb. in cap. postulastis. num. 3. de Cler. excomm. min. Dec. in c. Episcopalia. num. 36. de priuil. Nau. in. Man. cap. 27. num. 262.*

Et expressè permittitur ipsi absolutio casuum quorumlibet Papæ reseruatorum si sint occulti nec deducti ad forum contentiosum. *Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. de ref.* Quoad casus tamen in Bulla Cœnæ Domini contentos non extenditur hoc decretum Conc. neq; in illis posset absoluere Episcopus vigore huius Decreti, vt fuisse declaratum à Greg. XIV. & Clem. VIII. testatur Genuen. *in prax. cap. 67. num. 10.* & legitur declaratio S. Cong. Conc. in casu hæresis contento etiam in dicta Bulla Cœnæ Domini, *vt sequitur.*

An Episcopus & inquisitores possint hodie

hodie ex c. 6. sess. 24. absoluere lapsos in hæresim nõ obstante Bulla Cœnæ Domini.

Congr. censuit eam Bullam derogare decreto. cap. 6.

De hac declaratione testatur etiam *Pagna. in 3. p. direct. Inquis. comm. 141.* & peculiariter quoad casum hæresis quod non possit absolui vigore dicti decreti *Conc. c. 6.* propter Bullam Cœnæ Domini, tenet Nau. *loc. cit. in man. num. 275. Suarez de Sacrament. disp. 30. sect. 2. nu. 11.* ita quod de hoc nullũ restet dubium, quicquid dicat Viuald. *de absolut. nu. 13. in suo candel.* cũ & quotidie videamus in praxi multos Episcopos obtinere à Sede Apostolica facultatẽ absoluendi ab Hæresi etiam occulta.

Conceditur item Episcopis absolutio casuum Papalium in casu quo quis iudicio Episcopi legitimo impedimento detentus, ad sedem Apostolicam vel eius Legatum accedere non potest. *c. de catero. c. quamuis. c. ea noscitur. c. quod de his. de sent. excomm. Felin. in c. quamus. cit. Nau. lo. sup. cit. num. 89.* Causæ autem legitimè impedientes numerantur paupertas, valetudo imbecilla, perpetua infirmitas, conditio sexus, vt muliebris, *c. mulieres. de sent. excomm.* seu status, vtsi non sit sui iuris, seu si sit seruus: itẽ grauis senectus, membrorũ mutilatio, inimicitiæ capitales, ob quas secure iter peragere non posset; vel si aliquod periculum probabile immineret ex peregrinatione, quas omnes causas colligit *Innoc. in c. Monachi. lo. cit. de sent. excom.* circa absolutionẽ tamen legitimè impediti si impedimẽtũ nõ fuerit perpetuum, debet imponi cõditio, vt impedimẽto cessante, teneatur repræsentare se sedi Apostolicæ, quod nisi faceret, re incideret in priores censuras. *c. eos qui. de sent. excom. in 6.*

Conceditur Episcopo & absolutio leuis percussionis Clerici. *c. peruent. de sent. excomm.* quæ ex qualitate personæ percussæ, percutientis, modo loco percussionis, siue ex circumstãtijs facti occurrentis, facilius iudicari potest, quam illius regula certa tradi; & quidẽ excepto homicidio & membri mutilatione, semper relinquitur taxanda huiusmodi iniuria iudicis arbitrio ex communiori DD. sententia, vt testatur Felin. *in c. cum illorum. nu. 12. de sent. excom. Abb. ib. nu. 11. aliq; per Felin. allegati.* Explicat etiam quæ sit atrox iniuria Suarez *de cens. disp. 22. sect. 1. num. 89.* sed maximè ad hoc facit *extrauag. Ioan. 22.* relata apud Confect. inter priuilegia mendicãtium, quam & nos hic inserendam vtiliter putauimus, eo quod à Nau. lo. cit. nu. 91. satis diuersis verbis & mutilatè refertur. *ipsius tenor sequitur.*

Perlectis literis vestris circa absolutionem excommunicatorum, vos in eis dubitare perspeximus, quæ esset modica aut leuis iniuria, circa quam sicut talis loquitur, absoluendi vobis contulimus potestatem.

Ad quod cum sit facti potius quam iuris quæstio, vobis prout possumus respondemus: illam videlicet modicam percussionem aut impulsionem pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis, quæ ad liuorem, mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capillorum non modicam, vel effusionem sanguinis nõ excedit. nec si tum leuissimi ictus, aut pugni percussione sanguis exiret, transire in atrocẽ iniuriã profitemur, vt propter hoc sit ab absolutione talium abstinendum: vt tamen non solum ipsum factum, imò etiam facti qualitas, percutiendi modus aut iniuriandi circa hoc diligentius attendatur, & ipsius facti circumstantiæ, loci videlicet & etiam

etiam personæ, quæ sit leuis vel modica, grauis aut enormis iniuria manifestius cognoscatur. Loci quidē vt in theatro, vel in foro, coram Rege, Prælato, vel Iudice, in Ecclesia coram multis in aliquo loco publico alicui iniuria inferatur. Personæ veluti si Magister, vel Iudex aut etiam Magistratus, aut Prælatus, pater aut patruus, vel aliquis in dignitate, vel personatu constitutus ab inferiori, vel humili contra naturam iuris patiatur. Per hæc quidem graues videantur iniuriæ, & quæ sint leues aut modicæ tanquā ex oppositō cognoscantur. Sane quia negotij natura non patitur, vt ad plenum omnia differantur, iudicium talis enormis iniuriæ vestro duximus arbitrio committendum, vt potestatem vestram, cum ad hæc processeritis temperetis, vt citra metas huiusmodi potius, quam vltra eas citra absolutionem talium procedatur, ne iniuriantes de vicina absolutione cōfisi, de facili in atroces prorumpant percussiones, vel iniurias, & sententias Canonis iam periculosius contemnentes, in excommunicationis sentētias procliuius prolabātur. Tolerabilius est enim aliquos qui per vos etiam possunt absolui, nobis vel superioribus absoluendos relinquere, quam contra statuta Canonum imagine quadam absolutionis, (quod non fit sine grandi periculo) quenquam relinquere innodatum, cum vmbra quædam videatur in opere, veritas autem non subeat in effectu. &c.

Secundo reseruata censetur Episcopo excommunicatio, quam ipse tulit, vel eius prædecessor, & excommunicatio lata per statutum Prouincialis vel Diœcesanæ Synodi. *cap. ad reprimendam. cap. Pastoralis. de off. ord. Clemen. 1. de priuil. Abb. in cap. ex frequentibus, num. 6 de instit.* vbi notat singulare, quod Episcopus possit absoluere ab excommunicatione lata per statutum Archiepiscopi.

Eodem modo reseruata est Episcopo excommunicatio participantis in crimine excommunicato excommunicatione ipsi reseruata. *cap. nuper. c. si concubinæ. de sent. excomm.*

Omnes etiam excommunicationes maiores iuris quarum absolutio nemini est reseruata, per Episcopum & non per aliquem alium inferiorem absolui debent. *cap nuper. cit. iun. gl. v. non retinuit. & alia. gl. in cap. si Episcopus. v. reseruantur. de pœnit. & remiss. in 6. Abb. in cap. 1. num. 3. de priuil.* In casu tamen quo de facili non posset haberi Episcopus, etiam proprius Parochus posset absoluere ab huiusmodi censuris per Innoc. *in cit. cap. nuper. de sent. excomm.* imò indistinctè quocunque casu quoad forum conscientiæ posse absolui huiusmodi censuras per proprium Parochū, seu confessorem tenet Nau. *lo. sup. cit. nu. 39.* esseque hanc sententiam communiorem Summistarum, & Theologorū multis deducit Suarez *de cens. disp. 7. sect. 3. à num. 23.* contraria autem sententia Couar. *in cap. alma mater. p. 1. §. 10. num. 5.* & aliorum procedet quoad forum exterius, vt *Nau. lo. cit.* 6.

Reperiuntur autem plurimæ huiusmodi censuræ non reseruatæ, quas in priori quidem editione prætermisimus, eo quod reperiuntur collectæ, apud Sūmistas præsertim *Ang. Silu. v. excommunicatio. Nau. lo. cit. à num. 114. Viuald. in suo candelab. aur. à num. 130. Suarez lo. cit. de cens. disp. 23. tota.* vbi accuratè etiam explicatas videre licet, tamen non omnino inutile erit, si nos quoque easdem hic enumeremus, non quasi transscribendo ex canonum fontibus,

bus, qui omnibus sunt communes, *sequuntur itaq́*.

Ex Decreto & Decretalibus.

PRima.in c. administratores 23. q. 5. *contra Præsidentes iustitiæ qui personis Ecclesiasticis querulantibus iustitiam administrare negligunt.*

Secunda c.quoniam.de off.ord.contra eos qui se ingerunt in Episcopatu alterius priusquã adsciscantur à proprio Episcopo.

Tertia. c. Cleric. ne cler. vel mon. contra Clericos suscipiẽtes officium præpositi secularis, & non desistentes ab illo post monitionem.

Quarta.c. non minus. de imm. Ecc. cõtra imponentes tributa personis Ecclesiasticis, sed hæc videtur contineri Bulla Cœnæ Domini, sicut & illa c. nouerit de sen. excomm. contra facientes statuta præiudicantia libertati Ecclesiasticæ. & illa.c.excommunicatione. de raptor. de rapientibus bona naufragantium.

Quinta.c. licet de elect. contra vsurpantem Papatum cum non fuerit ritè electus à duabus partibus Cardinaliũ, quã etiam vult contineri Bulla Cœnæ Domini sub articulo disponente de Scismat. vult Suarez lo.cit.sect.3.num.2.

Sexta.c. fin. ne Cler.vel mon.contra Clericos dignitates seu personatus habẽtes, plebanos Præsbyteros, qui leges vel Physicam audiunt, nisi intra duos Menses destiterint, & Religiosos nisi intra tempus idem ad claustra redierint.

Septima.c.1.de locat.cõtra scholares Bononien. conducentes hospitia in præiudicium inhabitantium.

Ex libro Sexto Decretalium.

Prima in c. periculum. de elect. in 6. contra eos qui mittunt literas nuncios ad Card.in Conclaui, vel eos clam allequuntur, & contra Magistratus loci in quo moritur Papa si non exequuntur ea quæ ibid. mandantur.

Secunda.c.sciant cuncti. lo. cit. de elect. in 6. contra eos, qui Clericos habentes ius aliquod eligendi, & non eligentes ad eorum preces, grauant, seu alias persequuntur.

Tertia.cap general. lo.cit. in 6. contra eos qui prætextu defensiones Ecclesiæ vacantis, aliqua bona illius occupant, vel qui hoc fieri procurant.

Quarta. cap.indemnitatibus eo.lo. in 6.contra pasidentes electionibus Monialium, si quid fecerint, ex quo nutriri posset vel oriri discordia.

Quinta.in cap.fin.de off de leg. lo. cit. contra eos qui procurant, vt iudices cõseruatores se intromittant in alijs causis, quam manifestis iniurijs & violentijs, & alijs qua non requirunt iudicialem indaginem.

Sexta.in c. 1.de his quæ vi. met. ib. in 6. contra eos qui per vim extorquent absolutionem à iudice Ecclesiastico à censura.

Septima.c. mulieres de iudic. contra iudices accedentes ex causa ficta ad mulieres pro excipiendo testimonio.

Octaua. c.fin. de reb Eccl. non alien. in 6. contra eos qui personas Ecclesiasticas compellunt ad subijciendum laicis bona vel iura Ecclesiæ quocunq́ modo.

Nona. in c. vn. de Rel. dom. eo lib. contra ordines Regularium ibidem reuocatos, & de nouo ad nouitiatum recipientes, vel noua loca acquirentes, acquisitaue alienantes. similis extrauag. 1. de Rel. dom. Ioan.22. contra Ordinem

Fraticellorũ siue Begninorum & Clem. 1. eo. tit. contra fœminas eundem Ordinem sectantes. & Clem. cupientes. de pœnis.

Decima in c. quanquam de censibus eod. lib. contra eos qui imponunt Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis pedagia, tributa, vel eadem exigunt, quæ licet videatur contineri Bulla Cœnæ Domini, differens tamen est ab ea quæ. ibi habetur vt per Nau. loc. cit. num. 128. Suarez. loc. cit. sect. 4. nu. 21. contra Sylu. v. excommunicatio. 9. num 29. Illa tamen quæ est in c. quoniam de imm. Eccl. eod. lib. contra impedientes iurisdictionem Ecclesiasticam omnino continetur. Bulla Cœnæ Domini: vt Nau. lo. cit. nu. 129. & Suarez. lo. cit. num. 24. sicut & illa. c. felicis. de pœnis. contra persequẽtes hostiliter Cardinales. & illa extrauag. super gentes. de consuet. contra impedientes Legatos, Nuncios Sedis Apost. ne ad loca ad quæ destinantur adeant & sua legatione fungantur.

Vndecima ex c. fin. de imm. Eccl. eo lib. contra Dominos temporales qui suis subditis præcipiunt, ne Clericis, vendant, emant, molãt, vel alia obsequia præstent, & hæc excommunicatio in eo casu prodest, quo non posset extendi Bulla Cœnæ Domini, vt Suarez. lo. cit. num. 25.

Duodecima in c. 2. ne Cler. vel Mon. eo. lib. contra Religiosos qui in scholis vel alibi habitum religionis dimittunt, vel accedunt ad quæuis studia sine licentia proprij Superioris, quæ etiam censura ligantur Doctores qui eosdem Regulares dimisso habitu leges vel Physicam audiẽtes docent, vel in suis scholis retinent. De Religiosis dimittentibus habitum habetur etiam decretum Concil. Trid. sess. 25. c. 19. de Regul.

Tredecima in c. 2. de hæret. ib. contra corpora hæreticorum tradentes Ecclesiasticæ sepulturæ.

Quatuordecima. c. vt inquisitionis. loc. cit. contra impedientes officium inquisitorum, vel ad id consilium, auxilium dantes.

Quindecima c. 1. de homicid. eo lib. contra occidentes aliquem Christianum vel occidi iubentes per Sicarios assassinos.

Sedecima. c. 1. de iniur. ib. contra Clericos qui in eorum bonis permittunt habitare vsurarios vel illis domus locant ad fœnerandum.

Vltima in c. vn. de iniurijs. ib. contra eos qui concedunt vel extendunt pignorationes vel repressalia contra Clericos vel eorum bona, nisi intra vnum mensem desiterint, intelligendo de repressalijs propriè quibus vnus pro alio grauatur, & non de illis, cum pro proprio debito quis grauatur. Nau. lo. cit. 136. Suarez. loc. cit. num. 48.

Ex libro Clementinarum, & extrauagan.

PRima Clem. vn. de sequestr. poss cõtra impedientes sequestrum, impositum ab ordinario super beneficio de quo lis verteretur in Rom. Curia. sed hæc excommunicatio non est in vsu.

Secunda in Clem. 1. de sepult. contra sepelientes mortuorum corpora tempore interdicti vel excommunicatorum, interdictorum, vsurariorum publicorum.

Tertia in Clem. 1. de decim. contra Religiosos qui decimas ad eos non pertinentes, sed Ecclesiis debitas vsurpant, vel aliquo modo impediunt.

Quarta in Clem. ne in agro. de stat. Monach. contra Monachos recurrentes ad Cu-

ad Curias Principum, vt Monasterio vel Superioribus suis noceant, & qui sine facultate Superioris arma tenent in eorum cellis.

Quinta. Clem. attendentes. loc. cit. contra impedientes visitatores Monialium in eorum officio exercendo, nisi moniti resipuerint.

Sexta in Clem. vn. de consang. & aff. contra eos qui in gradibus prohibitis contrahunt, vel cum Moniali, vel existentes ipsi in sacris ordinibus aut Religiosi.

Septima in Clem. nolentes de haret. contra inquisitores, officij inquisitionis prætextu ab aliquibus modis illicitis extorquentes pecuniã, vel Ecclesiarũ bona ob Clericorum delictũ fisco applicantes.

Octaua in Clem. vn. de vsur. contra officiales facientes, dictantes, seu scribentes statuta de solvendis vel non repetendis seu non restituendis vsuris, & secundum illa iudicantes, nec eadem cassantes intra tres menses.

Nona. Clem. cupientes de pœnis. contra Religiosos concionantes vel dicentes aliquid quo populi abstrahantur à solutione decimarum, nec incutiunt scrupulos conscientiæ de solutione earundem, & postea concionantur.

Decima. Clem. 1. de sent. excom. contra Religiosos quos suis non seruantes interdictum quod seruat, Cathedralis, Matrix, vel Parochialis Ecclesia.

Vndecima. extrauag. ambitiosæ com. de reb. Eccles. alien. contra eos qui quocunq; titulo alienant vltra triennium bona Ecclesiastica & qui eadem bona alienata recipiunt.

Duodecima extrauag. quia nonnulli. de sent. excomm. comm. contra impugnantes literas Papæ confectas ante ipsius coronationem.

Const. Pij IV. super confirmatione Conc. Trid. excommunicantur, qui ederent interpretationes vel commentarios in decreta eiusdem Conc. quod etiam statutum fuit de Conc. Lateran. & de Clem. Exiui. de verb. signif.

Ex Concilijs.

Lateranen. Leo. X. sess. 10. contra eos qui imprimunt vel faciunt imprimi librum vel scripturam absq; approbatione, quam eandem pœnam reassumit Concil. Trid. sess. 4. in decreto de editione librorum, & eam extendit ad eos qui sine nomine authoris imprimunt, vel qui diuulgant scripto libros non examinatos sed nominant tantum libros de rebus sacris.

Id. Conc. Lateran. ea. sess. impugnantes montes pietatis quocunq; modo, voluit incurrere ipso facto excommunicationem sine reseruatione.

Conc. Trid. asserentes non esse necessariam confessionem peccati mortalis ante susceptionem SS. Sacram. excommunicat. sess. 13. Can. 11.

Id. Trid. Conc. sess. 24. c. 6. de ref. matrim. contra raptores mulierum, & consilium, auxilium, faxorem ad hoc dantes. Et c. 9. 10. cit at. contra eos qui suos subditos vel alios quoscunq; cogunt, ne liberè matrimonium contrahant,

Id. Conc sess. 25. c. 18. de Regul. anathemati subijcit cuiuscunq; conditionis personas, quæ virginem aliquam vel viduam cogunt ad ingrediendum Monasterium & suscipiendum Religionem, & qui ad hoc consilium, auxilium, fauorem præstant,

Id. Conc. eò. lo. c. 5. contra principes non præbentes auxilium ad Clausuram monialium perficiendam

Id Conc. ea sess. c. 19. de ref. contra Principes & Dominos locorum quorumuis concedentes locum ad duella, & duellum committentes, Patronas duelli, seu consilium, auxilium ad id dantes, & spectatores excõmunicatos esse ipso facto decreuit. Sed hæc excommunicatio reseruata iam est Papæ per Const. Clem. VIII incip. illius vices publ. Roma 2. Sept. in an. 1692.

Et has excommunicationes enumerasse sufficiat, alijs prætermissis quæ vel singularium locorum, vel Religionum causæ seruiunt, vtl non sunt in frequenti vsu, hoc solum de quibusuis excommunicationibus in genere adnotasse sufficiat, quod supra diximus, vt possint absolui per Episcopum, nisi expresse reseruentur superiori.

Tertio de iure reseruata sunt Episcopo peccata propter quæ solemnis pœnitentia esset iniungenda, quæ debent esse peccata grauia & scandalosa. *26. q. 6. c. vlt.* & quomodo imponatur huiusmodi pœnitentia, traditur *c. in capite 50. dist.* Authores tamen moderni hanc solemnem pœnitentiam dicunt non esse amplius in vsu. *Arm. ver. casus, nu. 5.* vnde & blasphemiam quam numerat *gl. in cap. 2. de pœnitent. in 6.* inter reseruatos Episcopo, idque ratione solemnis pœnitentiæ quæ pro ea imponebatur, dicunt posse absolui per quemcunq; Sacerdotem. *Arm. lo. cit. nu. 8. Nau loc. cit.* Publicam tamen huiusmodi pœnitentiam damnoso non vsu intermissam optima ratione iubet seruari & imponi pro publicè commissis delictis. *Concil. Trid. sess. 24. cap. 8. de ref.*

Quarto reseruatur Episcopo incendium domorum, frugum, aliarumue rerum ex proposito factum, & consilium ad id præstitum. *cap. si quis. & cap. pessima. 23. quæst. 8.* Si tamen Episcopus incendiarium huiusmodi excommunicauerit, iam eum absolnere non poterit, sed solus Papa. *cap. tua nos. iun. gl. de sent. excommun.* Et ita datur casus in quo excommunicationem à se latam Episcopus absoluere non potest; Similiter & Clericum Heretico Sacramenta administrantem licet priuare possit officio, restituere tamen ipsum non potest. *cap. excommunicamus de Hæret.* item & degradare potest, sed degradatum restituere non potest. *cap. ex tua. de Cler. non resid.* & clarius. *c. ideo iun. gl. ver. ac restitutionibus. 2. quæstio. 6.* solemniter nimirum degradatum, nam verbo tantum degradatum, restituere potest *ibid. & c. Episcopus. 11. quæst. 3.*

Peccatum item à quo Episcopus rationabiliter absoluere noluit, ipsi est reseruatum, nec inferior de eo intromittere se potest sine speciali permissu. *c. inferior. 21. dist. Armil. loco citato. num. 5.*

Item & peccatum Clerici quod annexam habet irregularitatem poni solet inter reseruatos Episcopo. *Host. lo. cit. num. 14. Nauar. tamen lo. cit. num. 262.* dicit talem posse absolui à peccato per quemlibet confessorem antequam cum illo in irregularitate dispenseur, ipsam vero irregularitatem dispensandam fore per ipsum met Episcopũ. Quas autem irregularitates ipse dispensare possit, vel non, dictũ iã fuit in præcedentibus.

Præterea dispensatio & communicatio votorum numeratur pro reseruato, quam licet *Nauar. loc. cit.* vna cum excommunicationis absolutione ex classe reseruatorum excludat, nos tamen ne alio minus conuenienti loco hanc materiam

riam reassumere cogamur, & maximè cum hic nomen casus sumatur generaliter pro vinculo quo quis ligatus, ad habentem potestatem venit absoluendus, eam casibus recensitis subiungamus.

8. Dispensatio itaque votorum pertinet ad Episcopum, seu alium Prælatum, ordinariam seu quasi Episcopalem iurisdictionem habentem *cap. 1. de voto. Innoc. Abb. ibi. Hostien. in sum. tit. de voto. num. 16.* & esse communem opinionem testatur *Angel. loc. cit. Nauar. cap 12. num. 75. in Man.*

Dispensatio nimirum votorum omnium præter illa quinq; Papæ reseruata quæ supra posuimus. Vt votum simplex continentiæ si adsit magnum periculum incontinentiæ, & sit difficilis ad Papam recursus; idemq; si fuit ex leuitate seu facilitate vouendi emissum, seu meticulosum, licet non adfuerit metus cadens in constantem, sed instet periculum fornicationis. *cap. veniens. qui Cler. vouen. Abb. ib. num. 6. Arm. v. dispensatio num. 17.* Item & votum castitatis ab altero coniugum omissum ob metum alicuius periculi. *Angel. v. votum 3. num. 9.*

Temporale etiam votum continentiæ, verbi gratia ad annum factum, sine dubio potest dispensare: & multo magis votum de non nubendo, cum huiusmodi votum non contineat directè votum castitatis. *Abb. in cap. veniens. cit. Nau. loc. cit.*

Et generaliter in omnibus votis, præter ea quæ supra diximus esse Papæ specialiter reseruata, dispensare potest Episcopus ex causa tamen iusta, nam sine causa dispensare non debet. *c. requiritis. §. nisi rigor. 1. q. 7. Host. lo. sup. cit. nu. 16.* è contra verò si non dispensaret cum ad esset iusta causa, peccaret. *Archid. in cap. quanto. 2. q. 5. Arm. lo. cit. num. 14.* sed vbi causa esset temporalis, ad tempus etiam esset concedenda dispensatio.

In commutatione voti debet haberi respectus expensarũ quæ in explendo voto fuissent faciendæ, habita ratione personarũ; vt nimirum illæ expẽdantur in aliquod opus pium. *Nauar. loc. cit.*

In voto autem de dando, faciendo aliquid, videndum est num inde iam sit quæsitum ius alicui, dispensare enim amplius non posset Episcopus sine illius assensu cui ius esset quæsitum; nisi esset ipsius dominus superioruè tam absolutus, vt possit illi tollere & dare alteri rem quæsitam. *Arm. v. dispensatio. cit. num. 20.*

Ad extremum *gl. in cap. si Episcopus. de pœnit. & remiss. in 6.* ponit pro reseruato matrimonium clandestinè & contra interdictum Ecclesiæ contractũ, quoad forum videlicet contentiosum, nã quoad forũ conscientiæ posset absolui à quolibet confessore. *Ang. Arm. v. casus. cit.* & communiter non numeratur inter reseruatos: nos tamen vel propter solas dispensationes matrimoniales quæ pertinent ad Episcopum, alium æquè aptum locum illas ponendi vix habituri, illum posuimus.

9. Quoad dispẽsationẽ itaq; huiusmodi casuũ, dicẽdũ est in omnibus impedimẽtis quæ impediunt matrimoniũ contrahendũ, non tamen dirimunt contractũ, Episcopus dispensare potest. *c. rursus. qui Cler. vel vouen. Palud. in 4. dist. 28. q. 2. Arm. v. matrimonium. num. 60.*

Ex hac classe sunt impedimẽta orta ex crimine, vt est incæstus, incæstũ.n. committẽs nõ potest cõtrahere matrimoniũ ne quidẽ cũ alia persona *c. 1. c. transmissæ. de eo qui cog. consang. vx.* licet si cõtrahat teneat contractũ *vt not. at gl. in c. 2. v. ex dispensatione. lo. ci. & Abb. in cit. c. transmissa. nu. 3.* & de cõmuni testatur *Nau. cons. 1. n. 5. de cõsa. & aff. in ant.* similiter

& committens vxoricidiũ prohibetur à matrimonio cõtrahẽdo. *c. intersectores. 33. q. 2.* & homicida præsbyteri. *c. qui præsbyterũ de pœnit. & remiss.* & rapiens sponsam alterius. *c. statutum. 27. q. 2.* dispensare tamẽ in talibus impedimentis posset Episcopus. *c. hoc ipsum. iun. gl. v. de pœnitentibus. 33. q. 2. cap. si duo. 35. q. 6. Abb. in cit. cap. 2. num. 3. de eo. qui cog. consang. vx. Nau. cons. 5. de consang. & affin. & cons. 2. de spons. num. 3. in antiq.* Et à fortiori dispensare potest in istis ad effectum petendi debitum, vt deducit *Abb. in cit. c. transmissæ. num. 6.*

Similiter dispensat Episcopus in impedimentis, per suas vel antecessorum suorum constitutiones inductis. *Nau. in man. c. 22. num. 85.*

Et in Matrimonio contra interdictũ Ecclesiæ contracto, quoad omissas solemnitates; non tamen quoad illas quæ sunt de substantia Matrimonij inductæ à Conc. Trid. *sess. 24. cap. 1. de ref. matr.* vt quod Matrimonium contrahatur in præsentia proprij Parochi & testium, quoad hoc enim Episcopus dispensare non potest, cum non possit dispensare contra Concilia, vt alias diximus, nisi vt contrahentes, denuo contrahant, & adhibeant solemnitates prædictas.

Dispensat & in impedimentis impedientibus, & contractum dirimentibus, & in gradibus prohibitis ex post facto, istis concurrentibus, quod impedimentum sit occultum, quod separatio sine scandalo fieri non possit, quod Matrimonium seruatis Ecclesiæ solemnitatibus fuerit contractum, quod probabilis ignorantia fuerit tempore contractus, & quod ad Papam difficilis sit recursus. *Arm. v. dispensatio. Nau. lo. sup. cit. & cons. 14. de consang. & affin. in no.* ab excommunicatione etiam propter contractum stantibus istis impedimentis incursa. *ex Clem. vn. de consang. & affin.* absoluere potest, cum non sit reseruata, vt supra notauimus, sed non debet concedere absolutionem, nisi prius contrahẽtes ab inuicem separentur. *vt patet ex tex. Clem. cit.*

De consuetudine autem reseruantur casus Episcopo, qui enumerantur in *extrauag. inter cunctas. de priuil. comm. & in gl. c. si Episcopus. v. reseruantur, de pœnit. & remiss. in 6.* 10,

Et primo quidem homicidium voluntarium, seu realis membri abscisio, vt ponitur apud *Nau. in Man. cap. 27. num. 262.*

Secundò peccatum falsitatis, quo crimine intelliguntur, literas vel scripturas falsantes, testis falsus, & non solum dicens falsum, sed & occultans veritatem, & testis recipiens pecuniam, ne ferat testimonium, vel vt ferat verum testimonium. Iudex etiam accipiens præmium proferenda iniusta seu iusta sententia: similiter & Notarius, Aduocatus, Procurator aduersæ parti instrumenta suæ partis ostẽdens. *l. 1. ff. ad l. Cornel. de fals. & monetam adulterans. c. quanto. de iureiuran. Abb. ib. num. 4.* & hos omnes comprehendi sub nomine Falsarij communiter tenent. *DD. in c. 1. de crim. fals.* Falsarij autem literarũ Papæ alia reseruatione ligantur, vt vidimus supra.

Tertiò peccatũ violationis immunitatis Ecclesiasticę, vt si quis Ecclesiam violauerit, aliquo ex modis quibus violari Ecclesiam supra retulimus. imò omne sacrilegium censetur Episcopo reseruatum ex consuetudine, *teste Sylu. v. casus. q. 4.*

Quartò Sortilegium, Diuinatio, incãtatio: talia enim crimina abominanda sunt. *26. q. 5. c. 1.* Et hoc fit cum aliquis per inuocationem Dæmonis manifestã, vel etiam tacitam, hoc est signis per aliũ haben-

habentē pactum cum Dæmone inuētis, futura scire quęrit, fruges, hominūvitas, seu brutorū infaticinat, furta explorat, & similia. *Ang. v. sors. nu. 3. Syl. lo. cit.*

Item & peccatum blasphemiæ in Deum & Sanctos *c statuimus. de maledicis. Abb. ib. Nau. tamen in man. c. 27. num. 262.* restringit reseruationem hāc ad forum contentiosum. eum sequitur *Suarez disp. 29. sect. 3. num. 10. de sacram.*

Addi potest peccatum retinendi incerta aliena, vt *Abb. in Clem. 1. num. 24. de priuil. & gl. ib. v. in alterum.* sed communis est sententia detinentem incertum posse restituere vel conuertere in opus pium hoc incertum sine requisitione Episcopi, & sic absolui per quemcunque. *Ang. v. restitutio. 2. nu. 14. Arm. v. casus. cit. num. 9. Nau. lo. cit. c. 17. num. 92.*

11 Vltra autem casus prædictos, possunt sibi Episcopi reseruare etiam alios casus, prout cuique loco viderint expedire, *vt notat gl. in Clem. dudum. v. cōcessa. de sepult. Abb. ib. num. 55. v. confessor. 1. q. 5. Suarez lo. cit. sect. 4.* Et communiter reseruare solent grauiora crimina, vt abortus procurati, oppressionis infantum, incæstus, violationis Monialium, vitij contra naturam, & alia plura, quorum certa regula dari non potest, cum possint reseruari quæcunque crimina pro arbitrio Episcopi, vt sufficienter deducit Suarez *de Sacram disp. 29. sect. 1. num. 2. & seq.* modus tamen in reseruatione huiusmodi casuum tendendus, sumi potest ex rescripto S. Cong. Episcoporum, Archiepiscopo Neap. dato, quod exempli causa hic referēdum volumus, *vt sequitur.*

12 *Illustrissime & Reuerendissime Domine. Accipiet Illustris. amplitudo vestra vna cum hisce litteris exemplum declarationis, quam sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, de expresso S. D. N. mandato nuper edidit super Decreto de prohibita absolutione à casibus reseruatis. die 9. Ianu. 1601. promulgato, quod in suis Diœcesibus Ostiensi, & Neapolitana publicandum, ac studiosè obseruandum diligenter curabit.*

Cum autem locorum ordinarij magna ex parte, indicem seu notam singulorum casuum à se reseruatorum huc miserint, compertum est in hoc genere variè quid à variis admissum fuisse, quod aliqua emendatione indigeret; quosdam nimirum quædam reseruasse, quæ iam Apostolica sedes sibi iam reseruarat, alios alia quæ minime expediebat, nonnullos vero in ea re modum excessisse, vt nullum fere superesset peccatum, quod nō sibi vendicaret indifferens illa reseruandi ratio, quæ (vt necesse erat) res plerasq; leuis momenti, & alioquin Conc. Trid. aliorumq; Sacrorum Canonum sententiæ parum congruentes complectebatur. Verum quia nondum satis hic exploratæ erat cuiusq; loci conditio, ac necessitas, nō potuit vnicuiq; reseruationum huiusmodi sigillatim modus ac temperamentum, quod res poscebat adhiberi. Nec sanè debuit vna eademq; regula omnibus Ecclesijs præscribi, quandoquidem alia alibi magis conuenire certum est, & fieri vix potest vt omnia omnibus in locis æquè probentur & prosint. Quæ cum ita sint, visum est eidem S. Congregationi præter illam declarationem, priuatas quoque literas ad singulos ordinarios mittere, quibus moueantur, vt simul ac eas acceperint

perint omnes casus sibi iam olim reseruatos, adhibitis aliquibus pietate, & doctrina præstantibus viris, de integro discutiant, diligenterq; examinent, & ad ipsius Decreti iam declarati normam accomodent, eorum multitudinem sic resecrantes, vt ad quam paucissimos eosq; maximè necessarios redigantur ijdem casus, vnde salutaris ille sequatur effectus, cuius causa hæc reseruandi atrociores quosdam casus Episcopis in sua cuiq; Diœcesi tributa est auctoritas.

Præcipuè verò hæc monenda censet Sac. Congregatio, vt videant ipsi Ordinarij, ne illos casus promiscuè reseruent, quibus annexa est excõmunicatio maior à Iure imposita, cuius absolutio nemini reseruata sit, nisi forte propter frequentiam, scandalum, aut aliam necessariam causam aliqui huiusmodi casus nominatim reseruandi viderentur, neque casus in quibus absolutio, nisi cum restitutione vel executione eorum ad quæ pœnitentes tenentur, non confertur, neque illos qui et si mortale peccatum inducant, circa res tamen parui momenti versantur, & frequenter inter idiotas euenire solẽt, vti damni dati & similium. In peccatis etiam carnalibus reseruandis, multa vtantur circumspectione propter periculum scandalorum, in ijs maximè personis, in quas ob accessum ad Confessarios extraordinarios, vel frequentem reditum ad ordinarios, suspicionis aliquid cadere potest. Postremo eam potissimum ineant, ac sequantur rationem, quæ consideratis diligenter cuiusq; Prouinciæ ac populorum moribus, natura, ac propensione magis in Domino expedire videbitur. Postquam autem ab ijs peracta, descriptaq; fuerit hæc moderatio, vnusquisque eam primo quoque tempore ad me perferendam curet, addita insuper causa, quæ cuiusq; casus reseruationem potissimum suaserit. Hoc enim S. D. N. deliberatum est, vt postmodum singulæ huiusmodi reseruationes distinctius examinentur, quo perfectè tandem adiutrice Dei gratia opportunum ijs incommodis remedium adhibeatur. Interim de ipsius Sanctitatis suæ mandato ijdem Ordinarij monentur, vt per totam suam Diœcesim, ac præsertim in ijs locis, qui à Ciuitate & Cathedrali sede longius remoti sunt, Pœnitentiarios aliosq; Sacerdotes constituant ac delegent, quibus facultatem absoluendi à casibus sibi reseruatis concedant, ita vt his quoque liceat eandem alijs Confessarijs si opus sit, etiã viua voce impartiri. Idq; maximè in solemnioribus & præcipuis anni festiuitatibus, vt peccatores quibus obuia & facilis fuerit huiusmodi Sacerdotum copia, ad peragendam confessionem alliciantur, quam alioquin pleriq;, vel ob id ipsum omittere possent, si necesse haberent pœnitentiæ ministros, quibus indigent longius quærere. In eam igitur curã quantum in se erit sedulo incumbet Illustriss. amplitudo vestra, vt hæc omnia ex sanctitatis suæ, & sacræ congregationis mente debitæ exequutioni mandentur, ea diligẽtia, eoq; zelo vbique adhibito, quem optimus quisq; Pastor erga animarum sibi creditarum salutem præseferre debet. Vt autem apud se, successoresq; suos perpetuum extet monumẽtum, quid hic circa totam hanc reseruãdi rationem deliberatum sit, dabit operam, vt hæ literæ vna cum ipso Decreto,

ac

ac Declaratione in publicis suarum Curiarum Episcopalium actis integrè describantur. Eas verò cum primum acceperit, dignabitur facere nos ea de re certiores, missura postea quanto otius fieri poterit expetitum nouæ reseruationis indicem ex præscripto huiusce mandati confectum. Quæ omnia mandante ipsa S. Congre. ego Illustriss. Dominationi vestræ scripsi. Deum precatus, vt eandem quam diutissimè incolumem tueatur. Romæ die 26. Nouemb. 1602.

Dignabitur etiam amplitudo vestra Illustriss. operam dare, vt Prælatis inferioris Ordinis exemptis, seu nullius Diœcesis, si qui sint in sua Prouincia innotescat Decretum hisce literis inclusum, tu etiam hæc reliqua quæ describuntur super casuum reseruatione.

Alex. Card. Floren.

Vnde colligitur vtilia monita & præcepta circa casuum reseruationem ab Episcopis obseruanda. videlicet.

Ne seruent casus contentos in Bulla Cœnæ Domini seu alias reseruatos sedi Apostolicæ.

Neque eos quibus annexa est de iure maior excommunicatio.

Neque eos in quibus absolutio non datur nisi facta restitutione.

Neque eos qui versantur circa res parui momenti, licet cum mortali peccato committantur.

Item vt in reseruatione peccatorum carnalium adhibeatur magna circumspectio propter periculũ scandali, quod oriri posset ex accessione frequenti aliquarũ personarum ad extraordinarios confessores.

In summa, vt quam pauciss imi atrociorũ & grauiorum criminũ reseruentur, & illi quos Episcopus necessarios iudicauerit ad retinendum populum in disciplina Ecclesiastica.

Præcipitur propterea, vt Episcopi Sacerdotibus inferioribus locis opportunis facultatem absoluendi ab huiusmodi reseruatis concedant: ne videlicet militet contra charitatem, quod est pro charitate inductum, & pœnitentes deterreantur à pœnitentia, propter inopiã confessorum vel difficilem accessum ad ordinarium.

Ad hoc Summistæ. præsertim *Ang. v. confessio. 3. num. 31. Sylu. v. confessor. 1. Victor. in sum. de confess. num. 146. Nau. in cap. placuit. num. 151. de pœnit dist. 6.* qui dicunt sine difficultate concedendã esse hanc facultatem absoluendi; imò peccare superiorem, si difficilem se præstat absq; graui causa in concedenda hac facultate. vult *S. Th. in 4. dist. 17. q. 3. art. 3. Sot. ib. dist. 18. q. 2. art. 5.* & latè *Suarez de sacram. disp. 30. sect. 4.* 13.

Dum autem concedit absolutionem reseruatorum, per hoc non censetur cõcedere facultatem absoluendi censuras, neque vota, neque irregularitates dispensandi, cum in generali concessione non veniant ea, quæ quis in specie non esset verisimiliter concessurus. *c. si Episcopus. de pœnit. & remiss. in 6. c. in generali. de reg. iur. ib.* Imò licet dicat committimus tibi vices nostras, adhuc non censetur dare potestatem in reseruatis specialiter *Host. in sum. tit. de pœnit. & remiss. num. 14. Ang. v. absolutio. num. 4. Nau. in man. c. 27. num. 261 Suarez lo. cit. sect. 1. num. 3.* Secus autem si Papa dat facultatem in reseruatis sibi, ille enim concedendo absolutionem reseruati, censetur concedere etiam absolutionem censuræ, aliter frustranea esset illa concessio reseruati, cum cuilibet casui Papæ reseruato annexa sit censura, nec possit absolui nisi vtrumque simul, 14.

casibus verò Episcopalibus non semper est annexa censura, vt cõmuniter tenẽt Scholastici *in 4.dist.17. Nau. lo.sup.cit. num.261. Suarez lo. cit.disp. 29.sect. 2.*

15. Præter hæc autem obligatur etiam Episcopus ex ordinatione Conc. Trid. *sess.24.c.8.de ref.* in Ecclesia Cathedrali constituere pœnitentiarium cum vnione præbendæ, eumq; Doctorem siue Licentiatum in Theologia, seu in iure Canonico. Qui quidem pœnitentiarius, si suæ præbendæ fuerit adnexum pœnitẽtiariæ officiũ, poterit absq; aliqua alia facultate absoluere in omnib. casibus Episcopo reseruatis. *Capeaual. de cas. reseru.cap.3. quæst.1.diff.2.* Alteri tamen non poterit subdelegare eandem potestatem, nisi fuerit hoc ipsi expressè concessum ab Episcopo, delegatus enim ad nudum ministerium, iterum subdelegare non potest, nisi ipsi expressè concedatur. *cap.vlt.§. cæterum. de off. deleg. Palud.in 4.sent.dist.17.quæst.4.* absolutionem tamen casus particularis in facto occurrentis, posset alteri committere, seu nudum ministerium absoluẽdi. *Nau. lo.cit.num. 45.*

Vicario quoque suo communiter dare solet Episcopus facultatem absoluẽ-
16. di reseruatos, sed id expressè concedere debet, aliter enim Vicarius vigore generalis mandati absoluere non posset. *Archid.in cap. 2. de pœnit. & remiss.in 6. Host.lo.sup.cit.eo.tit. de pœnit. num.14. circa finem. Rebuff.in prax. de for. Vic. num.179.*

Item & Capitulum sede vacante absoluere posset reseruata Episcopo: imò & censuras & irregularitates, in quibus Episcopus ipse dispensare solet, posset dispensare, cum succedat in omni iurisdictione, quæ iure ordinario competit
17. Episcopo. *cap.his quæ.cap.cum olim. iun. gl.de maior. & obed. cap.si Episcopus.de suppl. neg.præl.in 6. gl.sing. in cap.2.v. in collationibus. ne sed. vac. Fed. de Sen. cons.3.& 4.Nau. de temp. ord. cons.31.* vbi dicit Capitulum sede vacante posse etiam dispensare cum illegitimo ad minores ordines & simplex beneficium, quomodo ipsemet Episcopus dispensare posset. ex causa tamen legitima & propter quam dispensatio esset debita, vt declarat Quaran. *in sua sum. Bull. v. Capitulum. quæro. 2.* vbi dicit etiam Vicarium Capituli sede vacante, si ipsi specialiter hoc à Capitulo concedatur, hoc facere posse, aliàs non.

In facultate quoque vigore. *cap.6.sess. 24 Conc. Trid.* Episcopis ad dispensandum & absoluendum concessa succedere capitulum, tenet Henriquez *in sum. lib.14.de irreg.c.20.§.1.infine. Genuen. in prax.cap.67.num.20.* sed contrarium multis rationibus firmat Suarez *de cens. disp.41.sect.2.num.13.* præsertim per ea quæ alias diximus. Capitulum sede vacante non succedere in his quę Episcopo competunt iure speciali.

Vigore Iubilæi & aliarum concessionum Apostolicarum absoluuntur etiam reseruata, Papa enim dare potest facultatem absoluendi huiusmodi reseruata Episcopo, nec per hoc tollit ius super casuum reseruatione competens Episcopis. Sed illud limitat quandoque seu cõ- 18.
cedit facultatem quam ipse habet; ipse autẽ plenissimã in omnes habet, & respectu illius nullũ potest reseruare casũ Episcopus, licet respectu suorum subditorum reseruare possit. *Nau. lo.sup. cit. in man.cap.27.num.263. Suarez lo. cit. de sacr.im. disp.30.sect.1.num.2.* In concessionibus autem huiusmodi à sede Apost. impetratis, attendendus est tenor rescripti, siue Bullæ, & secundum quod fuerit expressum, tantũ, & non amplius potestatis ad absoluendum vsurpãdum.

Et

Et in dubio pro reseruatione potius iudicandum: vbi enim vertitur periculum animæ, quod tutius est sequendum, vt aliàs diximus, & Host. *de scrut. in ord. num. 5.*

In articulo autem mortis nullus casus est reseruatus, & quilibet Sacerdos absoluere tum potest, siue Papæ siue Episcopo reseruata. *vt communiter DD. in c.* 19. *quamuis. de sent. excomm. & conc. Trid. sess. 14. cap. 7.* ita nimirum, vt si conualuerit absolutus, quamprimum opportunitatem habuerit repræsentet se superiori, cui fuit censura reseruata, alioquin ipso facto reincideret in eandem censuram *cap. de cætero. de sent. excomm. cap. eos qui. de sent. excomm. in 6.* quæ reincidentia non præcedit in alijs reseruatis, quæ non habent censuram adnexã, cum ille tex *cap. eos qui. cit.* de solis censuris, Canonis vel hominis loquatur. *vt notat Caiet. in sum. v. excommunicatio. num. 69. Nau. in man. cap. 26. & Suarez lo. sup. cit. sect. 3. num. 6.* Dictam quoque reincidentiam debere declarari per iudicem præmissa cognitione summaria parte vacata, vbi probabiliter de ea dubitatur, docet Abb. *in Clem. 1. de pœnis. in fin.*

Quod vero attinet personam Episco- 20. pi, ille potest sibi eligere confessorem quem vult, & omnes Prælati inferiores exempti *cap. fin. de pœnit. & remiss. Abb. ib. num. 2.* qui Confessor habebit eandem potestatem etiam in reseruatis, quam habet ipse eligens. *Host. lo cit. in sum. num. 15.* etiam in delictis vel irregularitatibus, quorum absolutio permittitur decreto Conc. Trid. *cap. 6. sess. 24. Henriquez lib. 14. de irreg. cap. 18. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 89.* vbi testatur id fuisse à Sac. Cong. Conc. declaratum, cõmuniterq; omnes asserunt, vt legitur eiusdem S. Cong declaratio *in hæc verba. Cong. Conc. censuit de omni peccati vinculo, de quo potest absoluere vel dispensare Episcopus, posse etiam Confessorem ab Episcopo electum ipsum Episcopum absoluere & dispensare.*

Simile responsum eiusdem S. Cong. refert *Suarez de sacram. lo. cit. sect. 2. nu. 15. & de cens. disp. 41. sect. 2. num. 9.*

Imò taliter electus Confessarius habet tantam potestatem super Episcopũ, quantam haberet Archiepiscopus, qui est proprius Episcopi Confessarius. *Ang. v. confessio. 3. num. 7. Maiol. lib. 2. de irreg. cap. 2. num. 12. Suarez lo. cit. de sacram.* & istam potestatem habet non ab Episcopo eligẽte, sed à iure permittẽte. *S. Ant. 3. p. sum. tit. 17 c. 2. §. 2. Sylu. v. confessor. 1. q. 9.*

Sciendum item quod casus quos Epi- 21. scopus sibi reseruat, expirant morte ipsius; non verò illi qui de iure vel consuetudine ipsi reseruantur, neque illi quos per proprium statutum sibi reseruat, cũ enim statutum duret post mortẽ. *c. fi. de off. leg.* reseruatio quoq; durabit, & absolutio petẽda est à successore, seu Capitulo sede vacante, iuxta notata. *gl. in c. vn. v. impartiri. de maior. & obed. in 6.* vel à Papa, ille enim potest absoluere reseruata Episcopo, vt supra diximus. Archiepiscopus tamen non posset absoluere à reseruatis Episcopo, nam licet sit superior, non tamen habebit immediatam iurisdictionem in Diœcesibus Suffraganeorum, nisi dum visitat actu. *Suarez lo. cit. sect. 1. num. 1. & sect. 2. num. 8.*

Cũ aũt recurritur ad Episcopũ in reseruatis, debet pœnitens cõfiteri omnia sua peccata, & Episcopus vel omnia absoluet; vel eũ poterit remittere ad inferiorẽ, permissa facultate absoluẽdi reseruatũ: quod sufficit significare ipsi pœnitẽti, dicendo vt faciat se absolui ab inferiore, 22.

& hæc est doctrina communis, tã Scholasticorũ. *in 4. sent. dist. 17.* & Summistarum, præsertim *Sylu. v. confessor. 1. q. 19. Victor. de confeß. à num. 149. Nau. in man. cap. 26. num. 6. Suarez. loc cit. disp. 31. sect. 1. de seq. Zecchus de cas. reser. obseru. 4. Capeauil. de casib. reseru. c. 9. q. vn.* Et creditur pœnitenti asserenti prædictam facultatem sibi ab Episcopo fuisse concessam. *per not. gl. in Clem. 1. v. non habita. de priuil. & Abb. in Clem. 1. num. 28. de pœnis.*

CAPVT SECVNDVM.

De Iurisdictione Episcopi in celebranda Synodo.

ORdinem propositum sequentes, videamus alteram partem iurisdictionis Episcopalis, quæ est fori iudicialis contentiosi, *vt eam vocat Abb. in cap. accepta. num. 8. de restitut. spol.* Quam quoniam multipliciter exerceri contingit, aliquando enim Iudex ex officio suo per inquisitionem vel denunciationem crimina inuestigat, quod iudicium extraordinarium dici posset. *vt gl. in cap. quoniam v. extraordinario. de probat. Abb. ib. num. 7.* aliquando instante actore contra reum iudicialibus terminis seruatis procedit, ordinarium hoc dici potest. *vt Marant. de ord. iud. p. 4. dist. 9. num. 1.* Nos quoque ad subdiuisionem huiusmodi nostrum tractatum reducemus, & pro resolutione prioris membri iurisdictionis, de Synodo & de Visitationibus pauca eaq; in praxi sæpius occurrentia referemus, postmodum forensia tractaturi.

ARTICVLVS I.

De modo conuocandi Synodum.

1 *Synodus Diœcesana singulis annis celebranda.*
2 *Synodo qui tenentur interesse.*
3 *Regulares quando tenentur venire ad Synodum.*
4 *Capitulum Ecclesiæ Episcopi Cathedralis de necessitate vocandum ad Synodum.*
5 *Capitulum Collegiatæ quando vocandum ad Synodum.*
6 *Laici ad Synodum an vocandi.*
7 *Abbates quem locum habere debeant in Synodo.*
8 *Episcopus in prima sua Synodo debet facere professionem fidei.*
9 *Synodales testes qui sint.*
10 *Examinatores promouendorum ad beneficia in Synodo eligendi.*
11 *Seminarij rationes in Synodo audiendæ.*
12 *Seminarium erigi debet per Episcopum & quomodo.*

AD

AD occurrendum Ecclesiarum incommodis indies nascentibus, & ad mores Cleri reformandos, controuersias componendas, salubriter ordinarunt Canones Sacri, vt quilibet Episcopus in sua Diœcesi semel in anno Synodum conuocet. *cap. quoniam. 18. dist. Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de ref.* 1. Et si iusto aliquo impedimento detineretur, ad minus deberet deputare aliquem in dignitate Ecclesiastica constitutum, qui loco ipsius Synodum celebraret & in illa præsideret. *arg. tex. c. Episcopus. 1. dist. cit.* negligens autem celebrare Synodum, pœnam suspensionis per duos menses sustinere deberet. *cap. vlt. dist. cit.*

Modus autem ipsius celebrandæ est. Vt in primis moneantur omnes qui interesse Synodo tenentur, circumlato processu intimatorio de loco & tempore celebrandæ Synodi. *c. propter Ecclesiasticas. iun. gl. dist. cit. c. vlt. de his quæ fiunt à præl.* sufficit autem vnica monitio licet iudicialibus trina requiratur. *vt notat. gl. in c. si Episcopus. cit. dist. 18.* 2.

Tenentur autem de iure venire ad Synodum, Primo Abbates si sit consuetudo, & si propter aliquam causam fuerint vocati. *cap. decernimus. 18. dist. cit. cap. Abbates 18. quæst. 2. cap. ex ore. de priuil. cap. vt Apostolicæ. eo tit. in 6.* Et ratione Capellarum seu Ecclesiarum Baptismalium, si quas habent sibi subiectas, vel saltem mittere debent Capellanos qui illas administrent. *Abb. in cap. quod super. de maior. & obed.* Et si citentur, seu contra illos querelæ proponantur in casibus in quibus contra ipsos procedere potest Episcopus iurisdictione ordinaria vel delegata. *cit. cap. propter Ecclesiasticas. 18. dist.*

Eodem modo tenentur venire ad Synodum Monachi curam animarum exercentes, vel Capellas obtinentes. *Conc. loc. citat.* alij autem Monachi & Prælati, præsertim mendicantes, quorum Ecclesijs nulla cura animarum est adnexa, venire non tenentur. *Felin. in cit. cap. quod super. num. 1.* 3.

Sæculares item Clerici Capellas vel beneficia curata obtinentes, venire tenentur ad Synodum: & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis de necessitate debet inuitari. *cap. vlt. de his quæ fiunt. à præl. Abb. ib. num. 4.* Imo sine ipsius consilio non debet Synodus conuocari. *Innoc. in cap. nisi. de auth. & vsu pall. Aemil. Veral. decis. 305. p. 1.* potest tamen comparere per nuncios seu aliquos deputatos ex gremio Capituli, non autem omnes ex Capitulo venire debent, sed pars in seruitio Ecclesiæ manere, vt declarauit S. Cong. Episcopor ũ Vicario Vercellen. *10. April. 1594.* 4.

Habet autem Capitulum in Synodo vocem consultiuam, decisiuam vero nõ nisi sede vacante, nam tum succedit in iurisdictione integra, & potest condere statuta. *Felin. de sent. allegatus ab omnibus. cons. 16. Abb. in cap. cum olim. num. 2. de maior. & obed. Felin. in cap. cum omnes. lect. 2. num. 28. de constit. Dom. in cap. vn. eo. tit. in 6. Paum. de potest. Cap. p. 1. quæst. 6.* licet non in præiudicium futuri Episcopi, sicut nec Antecessor Episcopus potest facere statuta in præiudicium successoris. *cap. innotuit de elect.* cum par in parem non habeat potestatem, & successor in Episcopatu statuta antecessorum reuocare possit. *Abb. loc. cit. & in cap. cum accessissent. num. 3. de constit. Dec. in cap. Canonum statuta in 1. lect. num. 55. eo. loc.* nisi fuerint confirmata per superiorem, vel iuramento firmata, & concernant bonum publicum, per ea quæ dicit *Abb. in c. 2. num. 1. & 6. de maior. &*

obed & in cap. cum accessissent. num. 2. in cap. cum. M. nu. 6. de constit. & in cap. 1. num. 4. de locat. Bald. in auth. hodie C. de iudic.

5. Capitula etiam collegiatarum Ecclesiarum vocanda esse ad Synodum declarauit S. Congreg. Conc. vt testatur Quarant. in sum. Bull. v. concilium. quæro. 4. & legitur talis declaratio.

Cong. Cõc. censuit Capitula Collegiatarum quasi Episcopalem iurisdictionem habentia ad Synodum esse vocanda.

Et non solum Diœcesani, sed etiam alij nullius Diœcesis ad Synodum vicinioris Episcopi quem semel elegerint tenentur venire. *Conc. Trid. loc. cit. sup.*

6. Laici etiam ad Synodum inuitari possunt, si de eorum præiudicio agatur: vt si tractetur quid circa fidem. *c. vbinam. 96. dist.* vel circa matrimonia. *cap. ad sedem. 35. quæst. 5.* aderunt tamen in Synodo non vt doceant vel iudicent, sed vt audiant. *gl. in cap. vlt. v. contingere. de his quæ fiunt à prælat.*

Temporis autem ratio & loci attendenda est, nimirum vt non celebretur Synodus tempore quo ieiunijs & deuotionibus seu peragendis solemnitatibus præcipuarum festiuitatum est vacandũ: neq; graui hyeme & temporibus ad iterandum periculosis. & vt peragatur in loco proportionato ad omnes qui venire debent, ne aliqui nimio itinere fatigentur. *Archid. Card. Alex. in cit. cap. quoniam dist. 18.*

Die autem præfixa & domo sua Clero comitante Campanis & Organo sonantibus in Ecclesiam descendit Episcopus, ibiq; de S. Spiritu Missa peracta & orationibus vt in Pontificali Roman. ordinantur recitatis, ad vigilantiam circa cultum Diuinum, Synodumque cum fructu & vtilitate celebrandam, Clerum exhortatur Episcopus ipsemet, vel per Oratorem Theologum.

Legit deinde Notarius Episcopi omnium Synodo interesse obligatorum nomina, qui singuli vocati respondentes, adsum, accedere debent ad osculum manus Episcopi, in signum obedientiæ quã ipsi reddere tenentur. *cap. quod super. cit. de maior. & obed.*

Capiunt postmodum sua loca quisq; secundum gradus sui præeminentiam, & si quidem plures Episcopos simul adesse contigerit, secundum prius consecrationis suæ tempus quisq; priorem capiet locum. *cap. vlt. 17. dist.* Præsidens tamen Synodo non attento consecrationis suæ tempore, priorem obtinere debet locum, & ille qui Sedis Apost. priuilegio super hoc fuerit munitus, *vt notat. gl. loc. cit.* Canonici autem Cathedralis Ecclesiæ Capitulariter sedentes seu eorum Nuncij repræsentantes Capitulum, præcedunt Abbates. *Felin. in c. Pastoralis. nu. 9. de offi. deleg.* 7. Imo quod omnes Clerici læculares debeant præcedere Regulares, tenet *Gemin. & Card. Alex. cit. c. fin. 17. dist.* & cætum Clericorum læcularium esse nobiliorem cætu Monachorum. *notat gl. fin. in cap. qualiter & quando. de accusat. Boer. de author. mag. cons. num. 14.* Locus autem prior censetur à dextris quam à sinistris *gl. in. l. decernimus. C de Sacris Eccles. Felin. in cap. per tuas. de maior. & obed. Clem. Bott. de Synod. p. 3. n. 17.* Cautius etiam promulgatur decretum quo cauetur nullius præcedentiæ præiudicari, licet fortè non suo loco nominetur vel collocetur. exemplo Conc. Trid. *circa finem. sess. 25.*

Et circa præcedentiam huiusmodi declarationes Greg. XIII. factas ad petionem Conc. prouincialis Rothomagen. hic subiungere placuit, ea enim omnia aliquando etiã ad Synodum Diœcesanã accom-

accommodari posſũt. & ſequũtur relata apud Genuen. *in prax. c. 89. his verbis.*

Primò in actibus Conciliorum Prouincialium attendendum eſſe tempus ordinationis Epiſcoporum, non autem dignitatem aut ordinem Eccleſiarum.

Secundò Commendatarios inter Abbates recipiendos eſſe.

Tertiò Canonicos Cathedralium Eccleſiarum præferendos eſſe quando Capitulariter procedunt: Abbates benedictos & qui vſum mitræ habent, præcedere commendatarios, poſt hos locum obtinere dignitates, poſtea collocandos eſſe procuratores.

Quartò non teneri niſi eos qui de iure vel conſuetudine intereſſe debent, Capitula tamen Eccleſiarum Cathedralium ſpecialiter inuitanda eſſe: obligari autem ad decreta Conc. Prouincialis omnes, qui Epiſcoporum iuriſdictioni ſubduntur, exemptos etiam in caſibus in quibus de iure communi & Conc. Trid. ſpecialiter Epiſcopis aut Cõcilio Prouinciali in ipſos poteſtas tributa eſt, & cõtra inobedientes iuris remedijs procedendũ.

Quintò Abbates, Commendatarios, Capitulorum deputatos, vocem dunt axat conſultiuam habere, Epiſcoporum procuratores poſſe, ſi Conc. Prouinciali placuerit & deciſiuam habere.

Hactenus verba declarationũ. Quod autem ſequitur in Synodo peragenda, eſt quod inhiberi ſolet ſub pœna excõmunicationis ne quis illicentiatus diſcedere audeat, niſi finita Synodo & benedictione accepta. Eligendi deinde inſigniores Theologi ſeu Iuriſperiti pro conſiliarijs quibus dat Epiſcopus vocem conſultiuam, & ſi velit etiam deciſiuam; Eligitur & Secretarius, Notarius Synodi, quem ordinem colligit ex diuerſis Concilijs. *Mich. Thomaſius in ſuo tract. de ratione Synodi.*

His temporibus pleriſq; locis laudabiliter quoq; ſeruatur quod in principio Synodi legitur profeſsio fidei iuxta præſcriptum Bullæ Pij IV. incip. Iniunctum. & ea lecta, Epiſcopus ſi primam Synodum poſt ſuam promotionem celebrat, clara & intelligibili voce S. Fidem Catholicam iuxta normam ipſius Bullæ ſe tenere profitetur, damnatq́ue & anathematizat Hæreſes ab Eccleſia damnatas: quod & in Synodo Prouinciali cui adeſt prima vice poſt ſuam promotionem facere tenetur. Similiter & Clerici omnes beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, & qui in Synodo intereſſe debẽt, in prima quaq; Synodo poſt ſuam promotionem, fidei profeſsionem emittere obligantur. *Conc. Trid. cit. ſeſs. 25. cap. 2. de ref.* 8.

Faciunt deinde ſuas relationes teſtes Synodales, aliter vocantur denunciatores, *vt Felin. in cap. ſicut olim. de accuſat.* iſti enim per Diœceſim haberi debent viri prudentes & fide digni, qui ſi viderint aliquid in Diœceſi corrigendum, referant in Synodo, *c. Epiſcopus. in fin. 35. q. 6. & DD. communiter. in cit. c. ſicut olim.* Vſus tamen eorum interijt, ſed illorum loco, Epiſcopi fiſcales ſibi creare conſueuerunt, *vt refert. Diaz. in ſua prax. crim. cap. 4.* vbi dicit fiſcales iſtos debere eſſe Clericos & iurare de fideliter adminiſtrando officio. alibi vidi conſtitui Decanos Rurales, quorum quiſq; in proprio Decanatu ſibi aſsignato aduertit defectus Eccleſiarum & refert officio Epiſcopi. vel pro prudentia Epiſcopi diuerſus in diuerſis locis tenetur modus inquirendi & corrigendi vitia ſubiectorum. 9.

Datur etiam in Synodo locus omnibus

bus proponendi suarum Ecclesiarū necessitates, vel querelas quas habent adinuicem, & accusati si adsint tenentur respondere, licet non fuerint citati: habent tamen ius reuocandi domum si cōueniantur actionibus realibus seu ciuilibus. Imò etiamsi fuerint actiones personales, non tamen notoriæ, & de quibus euidenter conuinci non possent, adhuc possent prouocare domum, nisi fuerint causæ de sui natura Synodales, & in Synodo tractandæ. *Card. Zab. in c. graue de præb.*

10. Eliguntur subsequenter ad minus sex Examinatores, qui promouendos ad beneficia curata examinent, suique officij rationem in Synodo de præterito reddant, & ibidem puniantur si deprehendantur deliquisse circa huiusmodi officium *Conc. Trid. cit. sess. 24. c. 18. de ref.* De modo autem faciendæ huiusmodi electionis extat rescriptū S. Cong. Cōc. ad Patriarcham Venetiarum *vt sequitur.*

Illustrissime & Reuerendiss. Domine vti Frater. Amplit. tuæ. super examinatorius in Synodo approbandis, sic respondit Cong. S. Trid. Conc. interpretum, nempe, examinatores qui ab Amplit. tua propositi fuerint, à Synodo tam per vota secreta, quam apertæ posse probari, itaque Amplit. tua eum modum in probatione seruari faciat, quem magis expedire iudicauerit. quod reliquū est, Deū illi quam beneficentissimū precamur. Romæ die 11. Iulij. 1592.

Vti Frater.

Hier. Card. Mattheus.

Assignantur & personæ ad id aptæ ad minus quatuor quibus causæ in partibus delegandæ committantur, quorum si aliquis decesserit, Episcopus de consilio Capituli in locum ipsius alium substituere potest vsq; ad proximam Synodum. *cit. Conc. Trid. sess. 25. c. 10. de ref.*

11. In Synodo quoque audiendæ sunt rationes redituum seminarij per quatuor deputatos, quorum duo ex Capitulo, vnus ab ipso Capitulo, alter ab Episcopo electus, duo alij ex Clero, vnus similiter electus à Clero, alter ab Episcopo esse debet. Defectus etiam seminarij ibidem corrigendi sunt: vbi vero nondum fuerit erectum seminarium, vel non sit sufficienter prouisum, elaborandū est Episcopo, vt quàprimum erigatur, vel competenter prouideatur, alioquin à Synodo Prouinciali, vel ab Archiepiscopo iuris remedijs adhoc compelli posset. *cit. Conc. sess. 23. c. 18. de ref.*

12. Erigi autem debet & dotari ex fructibus quorumcunq; beneficiorum Diœcesis etiam Abbatiarum, Prioratuum, Regularium non mendicantium, & cuilibet beneficio pro qualitate redituū cuiusque imponere potest Episcopus certam quotam pro seminario soluendam. Dummodo eam imponat beneficijs habentibus suos fructus in bonis certis & stabilibus, nam vbi fructus in incerto, vt in Eleemosynis piorum vel similibus consisterent, nihil posset illis oneris ratione seminarij imponi, vt respondit S. Cong. Conc. Episcopo Tridentino *die 13. May. 1585.*

Publicantur præterea in Synodo decreta Prouincialis Synodi, & aliqua insigniora Capitula generalis Synodi proximo præteritæ prælegenda sunt, præcipuè de residentia curatorum, de vitæ honestate à Clero tenenda, de obseruandis circa Diuinorum, vel Matrimoniorum celebrationem, aliaque vtiliora, pro loci & temporis exigentia. *cap. vit. 18. dist. cap. sicut olim. de accusat.* & de ordine tenendo in Synodo Episcopali, consuli etiam potest *Henr. Bott. in suo tract. de Synodo Episc. sup. cit.*

ARTI-

ARTICVLVS II.

De Statutis ab Episcopo faciendis.

Episcopus potest condere statuta pro sua Diœcesi.
2 *Episcopus non potest statuere contra Canones.*
3 *Episcopus non potest definire circa dubia fidei.*
4 *Statuta Episcopi non debent contrariari immunitati Ecclesiasticæ.*
5 *Consuetudo quandoq; possit tolli per Statutum.*
6 *Consuetudo quandoq; præiudicat Canonibus.*
7 *Capituli consilium non consensus requiritur in condendis statutis.*
8 *Capituli consensus quando requiritur in condendis statutis.*
9 *Canonicum Cathedralis non potest iudicare Episcopus, nisi cum assistentia duorũ ex Capitulo.*
10 *Episcopus abstinere debet à multitudine præceptorum.*
11 *Synodatici nomine quid debeatur Episcopo.*
12 *Charitatiuum subsidium petere potest Episcopus à suo Clero.*
13 *Charitatiuum subsidium peti potest ab exemptis.*
14 *Charitatiui subsidij taxa est arbitraria Clero.*

LIcitum est autem Episcopo in sua Diœcesana Synodo condere statuta seu ordinationes aliquas, prout viderit expedire ad retinendum in disciplina Clerũ, vel abusus tollẽdos. *c. Catholica. 11. dist. cap. 1. distinct. 3. de consecr. iun. gl. v. non generaliter. cap. 2. iun. gl. de maior. & obed. cap. vt animarum. de constit. in 6.*

2. Statuta tamen quæ condit, non debẽt esse contraria sacris Canonibus, ipse enim tenetur custodire non violare Canones. *cap. cum simus. 9. quæst. 3.* alioquin posset puniri. *cap. denique. §. fin. dist. 4. Clemen. 1. de ætat. & qual.* & posset dici periurus. *Abb. in cap. ego. n. num. 3. de iureiur.* & quicquid statueret contrarium Canonibus, subiaceret nullitati. *c. quod super. de maior. & obed. Abb. in cap. fin. num. 9. de consuet. Dec. in Rub. 2. de constit. in fin.* vnde non valeret statutum Episcopi disponens ne possit appellari à sententia. *cap. venientes. de iureiuran. Bald. in cap. cum omnes. de constit. Anchar. in cap. canonum statuta. q. 11. princ. eo. tit. Fed. de Sen. cons. 17.*

Neque debent esse contraria ordinationibus Sedis Apostolicæ. *cap. omnia. 52. q. 1. c. cum inferior. de maior. & obed. cap. cit. venientes. de iureiuran. Clem. ne Romani. de elect.*

Neque circa dubia fidei, hæc enim decidere spectat ad sedem Apostolicam. 3. *cap. quoties. 24. q. 1.* neque de maioribus negotijs, sed de minoribus tantum. *vt notat gl. in cap. 1. dist. 18. & alia. gl. communiter recepta. in cit. c. 2. de maior. & obed.*

Neque contraria statutis Metropolitani, seu Prouincialis Synodi. *c. cum inferior. cit. de maior. & obed.*

Neque in præiudicium priuilegiorũ Cleri. *cap. vestra nobis. de locat.* præsertim priuilegiorum concernentium fauorem Ecclesiæ, seu bonum publicum,

aliquin enim priuilegijs cõtinentibus fauorem Cleri particularis Clero illo consentiente derogari posset, consentiẽdo enim censerentur renunciare priuilegio suo, quod & facere possunt cum quilibet proprio priuilegio renunciare possit *cap. pro illorum. iun. gl. v. recepisse. de præb. & communiter DD. in c. cum accepissent. de constit.*

4. Neque debet Episcopus facere statuta contraria immunitati Ecclesiasticæ nam neque quoad propriam personam, posset renunciare libertati in fauorem vniuersi cleri inductæ *cap. si diligenti. de for. comp.* vt non possit clericum subijcere iurisdictioni Laicali. *c. decernimus. de iudic. Host. ib in sum. n. 4. Th. Gramm. decis. 29. nu. 10.*

Præter Canones tamen posset aliquid Episcopus statuere. *Abb. in cap. cum consuetudinis. num. 5. de consuet.* præsertim in casibus qui sequuntur.

Primò in casibus à iure non determinatis. *cap. illa autem. dist. 12. c. vtinam. dist. 76. c. 1. de locat.*

Secundò si statuat aliquid antequam Canon promulgetur, teneret enim tale statutum, licet contrariaretur Canoni, nisi expressè reuocetur, dummodo fuerit rationabile. *c. 1. de const. in 6.*

Tertiò si faceret statutum consuetudini contrarium, nam licet consuetudinis & legis par sit potestas. *dist. 11. per totum, & est arg. l. de quibus ff. de legib.* facilius tamen à consuetudine recedi potest etiam iuramento firmata. *c. in his. iun. gl. dist. cit. cap. 1. de his quæ fiunt à me. part. cap Abb. ib. n. 7. & in c. fin. num. 7. de consuet.* Tanto magis si statutum Episcopi disponat contra consuetudinem sine aliqua rationabili causa inductam, circa solemnitates & ordinem in sua Ecclesia seruandum. *cap. Eleutherius. 91. dist. Archid. ib.* vel circa ea quæ ipsius iurisdictioni sunt concessa. *Bart. & Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Innoc. Abb. in cap. vestra. de locat.* vel si statuat in suũ tantum præiudicium. *cap. cum dilectus. iun. gl. v. constitutum. de consuet.* vel si statuat contra consuetudinem canonibus contrariam, vt si statuat quod Canonici teneantur ad residentiam consuetudine non obstante. *Abb. in cap. ad audientiam. num. 4. de Cler. non. resid. & in c. cum omnes. num. 1. de constit.*

Quartò si suo statuto auget vires iuris communis sine alteratione ipsius, vt si decernat excommunicationem contra non seruantes Canones, vel si apponat pœnam vbi non est appositа, vel aggrauet appositam, tunc enim nõ derogaret sed deseruiret Canoni. *cap prodest. 23. quæst. 5. Abb. in cap. ex frequentibus. nu. 5. de instit. & in cap. innotuit. num. 2. de eo. qui furt. ord.*

Quintò in casibus quibus contra canones consuetudo rationabilis fuerit præscripta, tunc enim viribus consuetudinis innixum statutum Episcopi valeret, dummodo fuerit rationabile. *Felin. in cap. quod super his. nu. 10. de maior. & obed. ad hoc Anchar. in cap. 1. de constit. & in cap. 1. eod. tit. in 6. Bart. Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* Vbi videre licet quomodo possint ferri statuta præter ius cõmune per modũ interpretationis, extẽsionis, restrictionis, nobis præmissos casus posuisse sufficiat, vti ad praxim vtiliores & non controuersos: hoc solo addito quod consultius est abstinere, in quantum fieri potest, ab immutatione antiquarum legum, & si occurrat graue dubium ad Principem potius pro interpretatione recurrendum, præsertim cum de facili haberi posset. *ad hoc Abb. in. cap. 1. num 14. de constit. Dec. ib. in 2. lect. circa fin. Bald. in*

in l. quæ ex relationibus. C. de leg.

7. Eadem statuta facere debet Episcopus cum consilio Capituli sui. *cap. Episcopus. 24. dist. cap. quanto. de his quæ fiunt. à præl. Abb. ib. n. 4. Host. in cap. fin. de his quæ fiunt à mator. part. cap.* & consuetudo si qua esset in contrarium reputaretur irrationabilis, nec tenenda. *Host. cit. in sum. de his quæ fiunt. à præl. num. 2.* quia nimirum Capitulum posset allegare causas ex quibus moneretur Episcopus ad sequendum meliores rationes pro expeditione rei gerendæ. *Ioan. And. in Reg. nullius ex cõsilio. de Reg. iur. in 6. Abb. Dec. in cap. cum. omnes. de constit. Aemil. Veral. decis. 305. p. 1. Rot. diuers. decis. 615 p. 1.* Non tenetur tamen Episcopus sequi hoc consilium Capituli, cum non consensus sed consilium ipsius requiratur. *c. cũ olim. iun. gl. v. discordet. de arbitr. Abb. in cap. at si Clerici. §. de adulteriis. num. 17. de iudic. & in cap. quanto. cit. num. 5. & in cap. 1. num. 3. de Capell. monach. Archid. in cap. 1. num. 13. de constit. in 6. Felin in cap. quod super his. de mator. & obed.* communemque hanc esse opinionem testatur *Henr. Bott. in tract. de Synod. p. 3. num. 137. Imut. 2.* super quo etiam responsum à Sacr. Congreg. Conc. datum Patriarchæ Vener, refert Quarant. *in sua sum. v. Synodus Diœces. ius verbis.*

Illustrissime & Reuerendiss. Domine vti Frater.

Sacra Cong. Illustriss. Patrum qui Trid. Conc. interpretando à S. D. N. præfecti sunt per libellum Ampl. tuæ nomine porrectum consulta respondit, eandem Amplit. tuam in Synodo Diœcesana facere posse constitutiones absq; consensu & approbatione Cleri, debere tamen requirere consilium capituli, licet illud non teneatur sequi, nisi in casibus à iure expressis, non obstante quod ex forma Rom. Pontificalis in celebranda Diœcesana & prouinciali Synodo expressè habeatur, vt constitutiones in Synodo publicandæ à Patribus per verbum placet confirmentur, cui Congregationis sententiæ Amplit. tua inhærens in suam Synodum nauiter peragendam incumbat & bene valeat in Domino, quem vt illi in huiusmodi Pastoralibus ac Salutaribus muniis sua gratia semper adsit, ex animo rogamus. Romæ. die 27. April. 1592.

Hier. Card. Matthæius.

Et cum excipiat casus à iure expressos, videamus qui sint isti. Et breuiter in primis de iure requiritur non tantum consilium sed etiam consensus Capituli in illis omnibus in quibus vertitur ipsius 8. interesse particulare. *cap. vlt. de his quæ fiunt à præl. Innoc. in cap. vestra. de locat. Abb. ib. num. 6. & in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 7. de consuet.* vnde si collatio beneficiorum pertineat communiter tam ad Capitulum quam ad Episcopum, non poterit Episcopus disponere de talibus beneficijs absque Capituli consensu. *cap. ea noscitur. de his quæ fiunt à præl.* & in rebus in quibus vertitur interesse totius Cleri, non potest statuere absq; Cleri cõsensu. *Innoc. in cap vestra. de lo. Abb. in cap. non minus. num. 5. de immun. Eccl.* ad quod facit quod Episcopus neque alius potest quem priuare dominio rei suæ, nisi supremus Princeps, & nisi ex iusta causa. vt not. *Innoc. Abb. Dec. in cit. cap. quæ in Ecclesiarum. de const.*

Item in casu quo diminueretur authoritas Ecclesiæ, tunc enim nihil valeret

statutum etiamsi fieret de consensu Capituli. *cap. dilecti. de maior. & obed.*

Similiter si ageretur de alienatione bonorum Ecclesiæ. *cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. c. 1. de his quæ fiunt à præl.* vel si ageretur de obligatione Ecclesiæ. *cap. quod quibusdam. de fide ius.* vnde etiam non pot[illegible]donare ius quod habet in aliqua Ecc[illegible]nferiori. *Abb. in c. Pastoralis. num.* [illegible] *donat.*

Item si age[illegible]r de præiudicio quoad subiectione v[illegible]limitationem consensus Capituli. *cap. fin. de maior. & obed.*

9. Ad extremum in casuum criminaliũ ventilatione. *15. quæst. 7. per totum.* Et maximè in iudicanda persona aliqua ex collegio Capituli siue Cathedralis siue Collegiatæ Ecclesiæ, nam sine assistentia & voto duorum ex Capitulo deputatorum, non potest iudicare personam Capitularem, *ex noua ordinatione. Conc. Trid. cap. 6. sess. 25. de ref.* quod videtur indultũ Capitularibus in recompẽsam priuilegiorum & exemptionum antiquarum, quibus idem Conc. in multis derogauit.

Debet autem Capitulum hos duos qui assistant Episcopo in iudicijs, eligere initio cuiusſibet anni, & si non eligerent, posset Episcopus iudicare solus, vt responsum fuit à S. Cong. Conc. Episcopo Gerundinen. *his verbis.*

Congr. Conc. censuit debuisse Canonicos & deberein principio anni eligere illos duos: si id non fecerint, Episcopum posse procedere, & ita referendũ Sãctissimo. Sanctissimus audita relatione Congr. dixit referibendum Episcopo, prout Cong. censuit. hoc addito, vt antea Capitulum moneat si à principio anni non eligant, se solum eam iurisdictionẽ exercieturũ non admissa electione quam postea fecerint.

Illa autem specialiter aduertenda sunt Episcopo in codẽdis statutis, vt quã rarissimè apponat excõmunicationis pœnas, ne videlicet ex frequentia contẽnantur. *Abb. in cap. Clericos. num. 3. de cohab. Cler. Couar. in c. alma mater. n. 10. de sent. excom. in 6.* sed potius vtatur pœnis temporalibus, rarius tamen pecuniarijs ad euitandam suspicionem auaritiæ quæ abesse longè debet ab Episcopo. *cap. cum, ab omni. de vit. & hon.*

Denique cauere debet vt abstineat à 10.
multitudine præceptorum, nec statuat nisi super necessarijs: neque faciat statuta quæ parum profutura, vel quæ contemptui futura verisimiliter conijcitur. aliquando enim tolleranda sunt potius aliqua mala ne euenant grauiora, nam qui nimis emungit, elicit sanguinem. *c. denig. dist. 4.* Imo illud Chrysostomi super Matth. mẽte esset retinendũ. *Circa vitam tuam esto austerus, circa aliorum benignus, audiant te homines parua mandantem, & grandia facientem.* & aliud Bernardi. *Quid iugum vestrum super eos aggrauatis quorum onera potius portare deberetis.*

An autem possit aliquid exigere à Clero pro sui sustentatione, quæri posset hoc loco.

Et certum est quod taleis & exactionibus Clerum onerare prohibetur. *cap.* 11.
quoniam. 18. dist. cap. qui cognouimus. c. quoniam relatum. 10. quæst. 3. cap. conquerente. de off. ord. Synodaticum tamẽ seu Cathedraticum iure suo exigere potest, cuius nomine à qualibet Ecclesia debentur duo solidi, valore ipsorum computato secundum antiquam consuetudinem cuiusſibet Diœcesis. *cap. conquerente. iun. gl. de off. ord.* Neque vllo tempore prescribi potest Synodaticum, cum debeatur in signum subiectionis & in honorem Cathedræ, *vt notat gl. in cap. pastoralis. de donat. Abb. ib. num.*

num.7. Henriquez de Synod. Episc. p. 2. num. 90. Imo licet pleno iure libertaretur Ecclesia, adhuc non censeretur remissum Synodaticum. *vt notat gl. in cit.c.cũ pastoralis. Innoc. & Abb. cit. ib.* nemo enim potest esse sine subiectione, alioquin censeretur acephalus. *c. nulla ratione. 93.dist.* Regulares tamẽ non obligantur ad Synodaticum. *c. inter cætera. 10. q.3.* nam habent exemptiones particulares, vt suo loco dicemus.

12. Charitatiuum subsidium petere quoque potest Episcopus à suo Clero. *cap. cauendum.10. quæst. 3.* dummodo subsit iusta causa. *cap. cum Apostolus. 6. prohibemus.de cens.* vbi addit Innocent.quod etiamsi causa iusta subsit, tamen requiri in imponendo hoc subsidio charitatiuo consensum Capituli & Cleri; nec sufficeret solius Capituli consensus, sed necessariò interuenire debet etiam Cleri consensus, sicut in omnibus alijs in quibus vertitur proprium interesse ipsius. *ad quod Abb. sup. cit. cap. non minus.nu. 4. de imminut. Eccl.*

Si autem dubitaretur de veritate causæ ob quam peteretur charitatiuum subsidium, pateret recursus Clero ad superiorem. *cap. quia cognouimus. 10. q. 3. Host. in sum. de off. ord. num. 3.*

Potest autem peti hoc subsidium etiã ab exemptis. *vt notat gl. in Clem.1. v. in exigendo. de excess. præl. Abb. in cap. dilectus. num. 4. de off ord.* Et à pensionarijs,nisi expressè in eorũ prouisione eximantur. *Bellenc. de charit subsid. quæst. 37.Gig. de pens. quæst. 38.*

A pauperibus tamen exigi non debet:& dicitur pauper qui ex animo reditu non recipit vltra decentem sustentationem *vt notat Bellenc. lo.cit. de charit.subsid. q. 30.Menoch.de arbit.iud. casu.520. num.20.* vel dependebit à Iudicis arbitrio, quisnam dicendus sit pauper. *Menoch.lo.cit.cas.67.num.7.Couar. var.res.lib.2.cap.6.nu.8. Rot. diuers. decis.48.p.2.*

Nec potest præscribi vllo tempore charitatiuum subsidium,esset enim præscribere contra charitatem. *Bellenc. lo.* 14.
cit.q.45. Taxa vero ipsius est arbitraria. *Card.in Clem.1. de cens. & in Clem.1. de excess.præl.§.nonnulli.num.4.* & arbitriũ stat penes Clerum offerentem, si petatur plus quam antea solebat dari; inuito enim Clero exigi non potest, vltrà id quod dari consueuit, vel vltra taxam positam in extrauag. *vn. §. præmissis. de cens.comm.* videlicet ne excedat valorẽ procurationis debitæ visitatori, vt ibidem à principio determinatur. *adhoc Bellenc.lo.cit.quæst.62. Afflict.decis. 136. Boër.decis.153. Pauin. de charit. subsid. Duen. in Reg. 90. v. charitatiuum subsidium.*

Expeditis negotijs Synodi legit Notarius absentium nomina, qui absentiã suam, siue per literas, siue per Nuncios non excusarunt, & Episcopus pronũciat illos contumaces, pœnasque decernit contra ipsos. Et priusquam Synodus dimittatur acclamationes fiunt cum gratiarum actione iuxta ritum Pontificalis, & accedunt singuli iterum ad osculum manus Episcopi, illudque sibi inuicem dant in charitate. Interim autem Archidiaconus verbis in Pontificali præscriptis, concludam Synodum dimitti denunciare debet, Episcopo solemniter omnes benedicente.

CAPVT III.

De Iurisdictione Epis. in visitationibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

De visitationibus in genere.

1 *Visitare tenetur Episcopus Diœcesim suam semel in anno.*
2 *Episcopi vita debet esse exemplo alijs.*
3 *Episcopus missam singulis diebus audire debet.*
4 *Episcopus an possit tenere familiam armatam.*
5 *Visitationem præcedere debet intimatio.*

NOn solum in Synodali Congregatione de qua supra egimus, sed etiam in visitatione particulari tenetur Episcopus inquirere & corrigere defectus 1. subditorum suorum. Vnde omnes Ecclesias sibi subiectas, totamque Diœcesim ad minus semel quolibet biennio circumire obligatur. *c. Episcopum. 10. q. 1. gl. fin. & Abb. in cap. cum venerabilis de cens. Rot. decis. 263. in no. & decis. 166. p. 1. diuers.* quod post iura antiqua innouauit, & proinde ordinauit Concil. Trid. *sess. 24. cap. 3. de ref.* Non tamen obligatur | Episcopus intra hoc tempus expedire visitationem suam, vt respondit S. Cong. Conc. Episcopo Astoricen. *in hæc verba.*

Dubitauit Episcopus Astoricen. an teneretur suam Visitationē concludere intra certum & determinatum tempus, iuxta latitudinem suæ Diœcesis. Congr. cēsuit concilij nullū tempus adhoc præfixisse; sed reliquisse arbitrio Episcopi, quod tamē debet esse moderatum & discretū.

2 Sed quoniam nihil magis alios ædificat, quam innocentia Prælatorum, sicut è conuerso maiorum delicta facilè trahuntur à subditis in exemplum. *cap. nemo. 33. dist. cap. præcipue. 11. quæst. 3.* ne Visitator volens subditis exhibere medicamenta salutis præbeat mortis exempla, prius domum suam reformare, moresq; & vitam ad sanctorum Canonum præscripta componere, ac factis ipsis & actionibus se muneri suo conformem ostendere deberet. Ideò nos quoque pauca de norma in viuendo ab Episcopo seruanda visitationi præmittamus, non nostris verbis in materia tam graui vsuri. cit. Conc. Trident. *sess. 25. cap. de ref.* quæ sequuntur.

Optandum & infra. Quapropter exemplum Patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi, non solum iubet vt Episcopi modesta suppellectili & mensa, ac frugali victu contenti sint, verumtamen in reliquo vitæ genere, ac tota domo, caueant ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum, quodq; non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat: omnino verò eis interdicit, ne ex reditibus Ecclesiæ consanguineos familiaresue suos augere studeant, cum & Apostolorum Canones

prohi-

prohibeant, ne res Ecclesiasticas quæ Dei sunt, consanguineis donent, sed si pauperes sint, ijs vt pauperioribus distribuant; eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa. Imo quam maximè potest, eos sancta Synodus monet vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosq; carnis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant, &c.

Præcipuè autem contendere deberet Episcopus, vt sit norma cæteris in frequentando Ecclesias & vacãdo Diuinis, nã & tenetur ad minus diebus festis, nisi impediatur infirmitate, accedere ad audiendum publicè Diuina in viciniori Ecclesia. *c. Episcopus de consecr. dist. 3. cap. magnæ de vot. & vo. re. Host. Abb. ib.* tenetur & residere penes propriam Ecclesiam. *cap. peruenit.* 3. *7. quæst. 1. cit. Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. de ref.* Debet celebrare missam quotidie vel ad minus audire. *cap. fin. de priuil. in 6. Abb. in cap. 1. num. 10. de vit. & hon. Cler. & in Clem. 1. num. 3. de celeb. miss.* Tenetur prædicare præsertim dum visitat, cum ad ipsum propriè spectet prædicationis officium. *c. placuit. loc. quæst. 1. Abb. in cap. inter cætera. de off. ord. num. 1. Conc. Trid. 24. cap. 4. de ref.*

Viros item boni testimonij graues, doctos, circa se habere debet Episcopus, & nonnisi per Clericos in cubiculo sibi inseruiri facere. *cap. cum Pastoris. & cap. vlt. 2. quæst. 7.* Et quia domus Episcopi quasi in speculo est posita, estque magistra publicæ disciplinæ, & quicquid in ea agitur id omnes putant sibi quoque licere, prouidere debet Episcopus, vt tota familia sua sit honesta. ad hoc optimè faciunt verba S. Bernardi ad Eugenium *lib. 4. c. 16.* vbi dicit.

Domum Episcopi decet sanctitudo, decet modestia, decet honestas, horum disciplina custos. Sacerdotes domestici, aut cæteris honestiores, aut fabula omni sint. ament te domestici, si non, facito vt te timeant: alius alia dispenset, de disciplina tu prouide, illud nemini credas, pertinet ad te vt his quos præoculis habes, quatenus totius honestatis ac condecentiæ speculum sint, & forma. Non licet tibi vt vitia domus tuæ vltimus sciass: si insolentior sermo coram te sonuerit, si indecens habitus apparuerit, manus tua sit super huiusmodi, tu vlciscere iniuriã Dei, in vultu, in habitu, in incessu illorũ qui tecum sunt, nihil residere impudicũ, vel indecens patiaris &c.

Maximè autem tam in sua persona, quam in suis ministris auaritiæ suspicionem vitare debet. *cap. cum ab omni. de vit. & honest. Cler. cap. 1. § procurationes. de cens. in 6. cit. Conc. Trid. sess. 21. c. 1. de ref.*

Hoc eodem loco non incongruè quæ- 4.
ri potest, num Episcopus possit tenere familiam armatam. Et quidem cum Ecclesiasticus Iudex habeat carcerem, & possit infligere pœnas corporis in causis ad forum ipsius spectantibus. *c. contra idolorum. 26. q. 5. c. cum Episcopus. de off. ord. in 6. Abb. in cap. 1. eo. tit. Dec. cons. 131. in princ. & cons. 300. num. 4.* rationabiliter concludi posset, quod debeat etiam habere executores armatos, per quos reos capere, in carcerem detrudere & punire valeat. *cap. attendendum. 17. q. 4. Dec. in cap. significasti. num. 19. de off. deleg.* tanto magis si haberet Dominium temporale. *Abb. in cit. cap. significasti. num. fin. de off. deleg.* vel ad minus non posset illi requirenti denegare Iudex

dex Laicus suã familiam pro executione facienda. *cap. Principes. cap. Administratores. 23. q. 5.* ad hoc videri possunt *Anchar. in c. cũ Episcopus. de off. ord. in 6. Dom. Franc. ib. Felin. in cit. cap. significasti. de off. deleg. Oldrad. cons. 86. Couar. pract. quæst. cap. 10. Diaz. in pract. crim. c. 153.*

§. Quod autem ad ordinem in ipsa Visitatione prosequenda seruandum attinet, antequam ipsa incipiatur, præmonendi sunt subditi generali per Ecclesias publicato edicto de visitatione celebrãda, tempusque ipsius & locus à quo incipiendum sit, intimandus: cuius intimationis forma videri potest apud Ant. Resta. *in suo Direct. visit.* Reliqua autem in visitatione obseruanda, quo meliori methodo explicentur, distinctè de locis visitandis videamus.

ARTICVLVS II.

De visitatione Ecclesiæ Cathedralis.

1 *Cathedralis Ecclesia non potest defendi exemptione quo minus visitetur.*
2 *Episcopus potest assumere iurisperitos extraneos dum visitat Capitulum suum.*
3 *Canonici in receptione an possit exigi aliqua solutio.*
4 *Statuta Capituli debent esse rationabilia.*
5 *Fidei professio emittenda in receptione Canonicatus.*
6 *Archidiaconus & Scholasticus debet esse Doctor.*
7 *Episcopus non tenetur sequi consilium Capituli in assignandis ordinibus cuique præbendæ.*
8 *Canonicus antequam habeat ordinem suæ præbendæ annexum non habet vocem in Capitulo.*
9 *Præbenda Theologalis debet constitui in qualibet Cathedrali.*
10 *Distributiones vbi sunt sufficientes an possit pro illis detrahi tertia pars fructuum præbendarum.*
11 *Distributiones non debent dari nisi interessentibus in choro.*
12 *Vicarius absens à choro propter exercitium officij sui non lucratur distributiones quotidianas.*
13 *Vicarius Capituli Sede vacante an percipiat absens distributiones quotidianas.*
14 *Episcopus obtinens portionem Canonicalem censetur vt alius Canonicus.*
15 *Distributiones absentium an accrescant præsentibus.*
16 *Distributiones quando lucrentur absentes à choro.*
17 *Distributiones non computantur in valore beneficij.*
18 *Distributiones grossæ quando debentur absentibus.*
19 *Canonicus non residens puniri potest alijs pœnis, quam amissione distributionum.*
20 *Canonicus licitè potest abesse per tres menses in anno à sua Ecclesia.*
21 *Beneficia curata adnexa Cathedrali Ecclesiæ, quomodo debeant prouideri.*
22 *Canonicatus Cathedralis cum curato non potest retineri sine dispensatione.*

23 Epis-

23 *Episcopus non habens ius corrigendi Canonicos, potest monere vt Capitulum corrigat, & postmodum ipsemet corrigere potest.*
24 *Concubinary qua pœna puniendi.*
25 *Archidiaconus licet habeat iurisdictionem, non potest cognoscere de concubinatu.*
26 *Canonici Cathedralis sunt Senatus Ecclesiæ.*
27 *Clerici non debent conducere prædia lucri gratia.*
28 *Clericorum habitus debet esse honestus.*
29 *Clericorum habitus quis sit proprius.*
30 *Clericus non deferens proprium habitum, quando incurrat pœnas.*
31 *Clericus non recitans horas Canonicas, quas pœnas incurrat.*
32 *Bona Capituli quomodo administranda.*
33 *Statuta Capituli potest cassare Episcopus, si fuerint irrationabilia.*
34 *Episcopus statuere potest vt quilibet ex Canonicis contribuat quotam pro fabrica.*
35 *Capitulum tenetur explere onera Missarum per antecessores suos susceptа.*
36 *Missarum & anniuersariorum onera, quomodo possint moderari.*

PRima itaque visitanda est Ecclesia Cathedralis. *c. Rom. de cens. in 6.* nec aliqua exemptione se tueri potest, quo minus visitetur. *Conc. Trid. cap. 4. sess. 6. de ref.* quo decreto derogatum esse exemptioni visitationis etiam immemorabili testatur *Rot. decis. 744. p. 1. diuers.* tanto magis si exemptio esset simplex. hæc enim non eximeret à visitatione. *vt Socin. de visit. lib. 6. q. 14.* Quare die præfixa visitationis adueniente, Clero comitante, cappa Pontificali super Rochetum indutus Episcopus, ad Ecclesiã Cathedralem descendere debet, ibique Missa de S. Spiritu per ipsummet Episcopum, siue eo impedito per aliquem insigniorem Prælatum celebrata, orationibusque ad eum vsum in Pontificali Romano præscriptis recitatis, & sermone de vtilitate visitationis & causis visitationis habito, ad particularem Ecclesiæ visitationem descendit. *Host. in sum. de cens. nu. 16. vers. & in primis.* Et primò Ciboriũ, Altaria, Sacristiam, Vestes, apparamenta, & supellectilem Ecclesiæ, num in decenti custodia teneantur reuidebit: circa quæ particulares animaduersiones videri possunt in direct. visit. Ant. Rest. cit. & nos infra de visitatione Parochialiũ Ecclesiarum aliqua attingemus, hic solũ ea quę peculiaria sunt in visitatione Cathedralis Eccl. videamus.

Reuisis itaque præmissis, descendere debet Episcopus ad locum, in quo congregari solet Capitulum, cum omnibus Prælatis & Canonicis illius Ecclesiæ ad sonum campanæ congregatis, adiuncto suo Notario, qui deberet esse Clericus. *arg. tex. c. vt iuxta. de off. ord.* & assumptis secum duobus iurisperitis, qui possunt esse externi, & non de gremio Capituli. *arg. tex. extrauag. 1. de off. ord. comm. Conc. Trid. lo. sup. cit. & sess. 25. c. 6. de ref.*

Tum faciet connotari per Notarium numerum Prælatorum & Canonicorũ, & nomina singulorum, tum & qualitatẽ præbendarum, & quantitatem prouentuũ earũdem: ac deinde quærere debet, quomodo Capitula sua celebrẽt, quoties generalia, quoties particularia, & quo

ordine, & num ad pulsum cãpanæ soleant congregari, nam hic mos in congregandis capitulis est seruandus. *c. in causis. de elect.*

3. Inquiret subsequenter num in receptione, installatione seu admissione ad possessionem Canonicatuum, præbendarum, vel distributionum, accipiant aliquas deductiones ex fructibus beneficij, seu solutiones, donatiua, iucundos ingressus, & si quo alio nomine vocentur: hæc enim non debent exigi. *c. Iacobus de Sim.* nisi in pios vsus cõuertantur. *cit. Conc. sess. 24. c. 14. de ref.* quam prohibitionem innouauit postmodum Pius V. Const. sua. Incip. *Durum nimis*, quam alio loco referemus.

An autem posset defendi consuetudo quod pars fructuum vacantis beneficij debeatur fabricæ vel mortuo beneficiario vel alicui alteri, videri potest *Nau. cons. 1. de Sim. in antiq.* vbi respondet affirmatiuè *per tex. extrauag. suscepti. ne. sed. vac. com. m.* sed in huiusmodi consuetudine tutius esset habere priuilegium à Sede Apostolica, prout obtinuit à Leon. X. *in Conc. Later.* Regnum Poloniæ priuilegium, quod morientes in tribus primis mensibus anni habeant quartam partem prouentuum eius anni, in secundis tribus mensibus medietatem, in tertijs tribus mensibus tres partes, in quatuor reliquis integros prouẽtus eius anni habetur hæc Const. Leon. X. in Constit. Prouinc. Poloniæ.

4. Videre deinde debet qualia habeant statuta, & ne faciant recipiendos iurare de obseruando aliqua illicita vel Canonibus seu Decretis Conc. Trid. contraria.

5. Professionem fidei num exigant à recipiendis, hanc enim tenetur quilibet emittere assequutus Canonicatũ vel prębendam, etiamsi illam prius emiserit in manibus Episcopi, seu in manibus conferentis beneficium. *Conc. loc. cit. cap. 12.*

6. Archidiaconus, Scholasticus an sint Doctores seu Licentiati in Theologia vel iure Canonico, aliter enim illorum prouisio esset nulla. *Conc. loc. cit. & sess. 23. cap. 18. de ref.*

Inquirendum etiam est an quilibet officium suæ præbendæ adnexum exerceat, & si non habuerit quisque assignatum officium, ipse Episcopus assignare poterit aliquibus ordinem Præsbyteratus, aliquibus ordinem Diaconatus, Subdiaconatus alijs ordinem imponendo. *arg. tex. cap. in Ecclesia. de instit.* ita tamen vt ad minus dimidia pars Canonicorum Præsbyteratus ordinem adnexum habeat, nisi fuerit loci consuetudo vt plures vel omnes sint præsbyteri. *cit. Conc. sess. 24. cap. 12. de ref.* Et in hac distributione ordinum licet Episcopus teneatur requirere consilium Capituli, illud tamen non tenetur sequi, ex 7. allegatis supra alio loco, & per ea quæ dicit *Archid. Ioan. Andr. in cap. 1. de constit. in 6. Abb. in cap. cum nos. cap. nouit. de his quæ fiunt à Præl.* hocque censuisse fertur S. C. Congreg. Conc. quæ eadem Congre. respondit, ordinem assignandum esse non personis, sed canonicatibus, seu præbendis singulis, *cuius responsi verba sequuntur.*

Congreg. Conc. censuit debere Episcopum cum Consilio Capituli designare quibus Canonicatibus quisq; ordo adnexus esse debeat, non quibus Canonicis, quoniam Conc. sess. 24. cap. 12 mandat sacros ipsos ordines annecti Canonicatibus, non autem personis eos obtinentibus.

Assignatis autem huiusmodi ordinũ officijs, non teneret collatio Canonica-

tus

tus facta illi qui non haberet ætatem quam ordo illius præbendæ annexus requirit, vel qui saltem infra annum ob ætatis defectum, ordinem illum suscipere non posset. *Felin. in cap. cum adeo. de rescript. & cit. Conc. sess. 22. cap. 4. & sess. 24. cap. 12. de ref.*

3. Is etiam non posset habere vocem in Capitulo, antequam ordinem suæ præbendæ adnexum susceperit, & antequã promoueatur, dimidia pars distributionum illi est subtrahenda. *Clem. 2. de ætat. & qual.* & si adhuc negligeret promoueri, posset priuari, *vt notat gl. & Abb. in cit. Clem. num. 3.* Multo magis ille qui non haberet ad minus ordinem Subdiaconatus, carere deberet voce in Capitulo. *Host. in cap. ministerium. de off. Archipræs. Abb. in cap. in Ecclesia. num. 5. de institut. & in Clem. cit. & Conc. loc. cit. sess. 22. c. 4. de ref.* Neque Capitulum super hoc dispensare posset, nec Episcopus, *vt notat gl. in cit. Clem. v. concedatur. Abb. ib. num. 6. Nauar. cons. 7. de Cler. non resid. in no.* posset tamen habere stallum in choro, domum seu præbendam optare, distributionum parte vti, & alijs Canonicatus iuribus quæ non dependent à voce Capituli, nisi obstaret loci consuetudo contraria, *vt notat gl. in cit. Clem. v. capitulo. & v. extunc. Card. ib. Abb. ib. num. 6. Gemin. in cap. vn. de Cler. non resid. in 6.*

9. Videndum præterea in visitatione, an obtinens præbendam Theologalem faciat functiones sibi incumbentes, & num sufficiens sit ad interpretandum sacrã Scripturam per se ipsum, nã adhoc tenetur. *vt cit. Conc. sess. 5. cap. 1. de ref.* Vbi autem non fuerit erecta præbenda Theologalis, curare debet Episcopus vt erigatur super præbenda proximo vacatura, & si fructus præbendæ non sufficerent pro hac fundatione, augeri posset & sufficienter dotari annexione alicuius simplicis beneficij.

De distributionibus quotidianis aduertendum est, an aliquæ sint, an sint sufficientes, & ne sint ita tenues vt verisimiliter negligantur, tunc enim Episcopus ex fructibus Canonicatuum seu præbendarum tertiam partem detrahere, & ad augendas distributiones applicare deberet. *cit. Conc. sess. 21. cap. 3. de ref.* Sed vbi essent distributiones sufficientes, non videtur posse detrahi tertia pars pro augendis distributionibus. tunc. n. cessaret ratio prædictæ legis Conc. consequẽter lex ipsa cũ à pari procedãt lex & ratio legis. *c. cõsuetudo. dist. 1. cap. Marchion. 1. q. 1. Dyn. in Reg. certum. in 6. Anchar. in c. Canonum statuta. q. 4. princ. de constit. Dec. in Rub. de const. lect. 1. nu. 29. Card. in Clem. 1. de iudic.* Nisi in locis in quibus nulla esset consuetudo, vel statutum, quod non seruientes amittant partem aliquã fructuũ suarũ præbendarũ: in istis. n. licet alias haberẽtur distributiones sufficiẽtes, posset sequestrari prædicta tertia pars. *cit. Cõc. sess. 22. c. 3. de ref.* nimirũ in pœnã & odium non residentiũ, vt clarè appareat *ex tex. Conc. cit.* quod odiũ æqualiter procedit etiam in locis habentibus alias sufficientes distributiones, cum æqualiter in illis quoque teneantur beneficiati ad residentiam. *id. Conc. sess. 24. c. 12. de ref.* consequẽter æqualiter in illis quoq; posset sequestrari tertia pars, atq; in alijs nõ habentib. sufficientes distributiones ante assignatã tertiã partem prædictã. 10.

Eædem distributiones si fuerint tenues, augeri possunt per suppressionem aliquorum Canonicatuũ eiusdẽ Ecclesiæ de consensu patronorum si sint de iure patronatus, vel per vnionem aliquorum beneficiorum simplicium etiam extra ipsam Ecclesiam Cathedralem existen-

tium. *id Conc. sess. 24. cap. 15. de ref.* vel absq; vnione per applicationem fructuum superabundantium alicuius Ecclesiæ, *per ea quæ tractant DD. in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. & in cap. 1. eo. tit. in. 6.*

Dicuntur autem distributiones quæ actu distribuũtur interessentibus. *vt gl. in extrauag. 1. v. in totum. comm.* etiamsi non soluantur dietim, sed post longum tempus, dummodo in solutione habeatur respectus ad singulas horas interessentiæ. *Archid. de Graß. decis. 275. Gem. & alij communiter. in cit. cap. vn. de Cler. non resid. in 6.* & non dantur ratione præbendæ sed ratione interessentiæ & ministerij personalis. *Imol. in c. licet nobis. de præb. Oldrad. cons. 118. Bott. cons. 340.*

III. Diligenter itaq; Visitator inquirere debet an distributiones huiusmodi iuxta præscriptum iuris diuidantur, nonnisi enim præsentibus & interessentibus dari debent. *cap. vn. de Cler. non resid. in 6. Gemin. Franc. Anchar. ib. Conc. loc. cit. cap. 12.* Nec sufficit adesse in Ecclesia dum diuina peraguntur, sed oportet esse præsẽtem in choro quoad lucrãdas distributiones, vnde nõ excusaretur Canonicus quo minus amittat distributiones si absit à choro dum horæ canonicales decantantur, etiamsi adesset tũ in Ecclesia eadem missam celebrando. *Abb. in cap. cum olim. num. 3. de re iud.* & fuisse declaratum à S. Congr. Conc. refert Gonz. *super 8. Reg. Canc. in 7. §. proœm. num. 181. & num. 83.* vbi refert eiusdem S. Cong. responsum, de Canonicis associantibus eorum Prælatũ volẽtem audire missam in alia Ecclesia, quod non possint participare distributiones, nec censeantur pro interessentibus.

Item & ratione trium mensium quibus licitum est abesse Canonico à sua Ecclesia, non possunt dari distributiones, vt declarasse eandẽ S. Cong. in vna Toletan. *die 2. Aug. 1584.* testatur Paris. *de resig. lib. 1. quæst. 10. num. 65.*

Neque debentur distributiones Vicario si non interfit occupatus in administratione iustitiæ, per ea quæ dicit Abb. de duobus Canonicis morantibus in seruitio Episcopi. *in cap. de catero. de Cler. non resid. Rot. decis. 222. p. 2. diuers. Nauar. cons. 11. de Cler. non resid. in antiq.* licet secus sit de Vicario Capituli sede vacante. *vt Paun. de po. cap. sed. vac. p. 2. quæst. 10.* quia nimirũ ille est propriè in seruitio Ecclesiæ, non autem Vicarius Episcopi, qui censeturmagis inseruire Episcopo suo, quam Ecclesiæ. *vt Rot. loc. cit. & Mohed. decis. 356. alias 4. de off. Vic.* alios tamen fructus beneficiorum suorũ lucratur Vicarius in absentia. *vt DD. in cit. c. de catero, & in c. ad audientiam. de Cler. non resid.* & videri potest *Alex. Monet. in tract. de distrib. quotid. p. 2. quæst. 11.* qui etiam Vicarium cap. sede vac. non debere participare ex distributionibus quotidianis in absentia, multis probat & ad hoc optimum. *arg. tex. cap. cum non deceat. de elect. in 6.* vbi absentes in negotijs Capituli percipiunt quidem fructus solitos, non tamen distributiones quotidianas, nisi iuuentur loci consuetudine. *vt Archid. in cap. vn. cit. de Cler. non resid. in 6.*

Episcopus quoq; obtinens portionem Canonicalẽ nisi interfit choro non potest percipere distributiones quotidianas, quoad omnia enim reputari tũ debet vt Canonicus, & sedere debet inter Canonicos in loco suæ promotionis. *c. postulastis. de conces. præb. cap. à collatione. iun. gl. v. prælatus. de appell. in 6.*

Neque debentur distributiones interessentibus per modicum tempus, omnibus

bus enim choris tenentur interesse Canonici, & per omnes horas debet fieri compartitio distributionum. *Clem. 2. iun. gl. v. certis horis. de ætat. & qual. Card. ib. Nau. cons. 8. de Cler. non. resid. in antiq.*

Non potest etiam Episcopus neque Capitulum remittere amissionem distributionum, *vt patet ex tex. Conc. loc. cit.* in illis verbis (*quauis collusione aut remißione exclusa*) quod etiam notat *Nau. loc. sup. cit. cons. 9. Menoch. de arb. iud. cas. 429. num. 6.*

Distributiones autem huiusmodi quibus priuantur absentes accrescere debēt
25. præsentibus, si sit consuetudo loci, *gl. in cit. Clem. 2. de ætat. & qual. v. pars dimidia.* si nimirum sit consuetudo vt inter præsentes diuidatur tantum, puta. 12. alioquin si sit solitum vt cuilibet interessenti dentur 3. verbi gratia, licet absint aliqui non debet dari amplius, sed cedit absentiū fors Ecclesiæ. *Abb. in cit. Clem. num. fin. Card. Imol. ibid. Couar. lib. 3. var. res. cap. 13.* Quod idem tenendum est de distributionibus assignatis in tertia parte fructuum præbendarum ex ordinatione Conc. Trid. istæ enim diuersæ sunt ab alijs distributionibus Ordinarijs, *vt notat Staphil. de litt. grat. tit. de form. expect. num. 47. Rot. decis. 270. p. 2. diuers.* & pro parte absentiū non accrescunt præsentibus, sed debent conuerti in vtilitatem Ecclesiæ, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicari. *id. Conc. sess. 22. c. 3. de ref.* vbi nimirū adsunt distributiones aliæ, præter istas ex tertia parte; alioquin vbi non adessent vel essēt tenues, istæ ex tertia parte deberēt accrescere interessentibus, vt declarasse S. Cong. Conc., testatur Rot. *decis. 325. p. 2 diuers. ad conciliationē c. 3. sess. 21. & 22. sess. 3. Conc. Trid. de ref.*
26. In casibus tamen qui sequuntur, etiam absens lucrari posset distributiones quotidianas. Vt si aliquis abest pro exercitio curæ animarum incumbentis ipsi Capitulo, vel qui abest pro negotijs Capituli. *cap. ex parte. 2. de Cler. non resid. Nau. lo. cit. cons. 10. Couar. lo. cit. n. 8. cit. conc. sess. 22. cap. 3. §. quod si. de ref.*

Pœnitentiarius quoque interim dum confessiones audit, censetur pro præsente in choro, nec amittit distributiones. *cit. Conc. Trid. loc. cit. cap. 8.*

Similiter & Theologus, seu Lector sacræ Scripturæ eo tempore quo legit pro præsenti habetur, vt declaratum fuisse à Sac. Congregat. Concil. coram Gregorio XIII. testatur Gonz. *loco sup. cit. num. 180.*

Infirmus etiam infirmitate durante participare debet ex distributionibus quotidianis, etiamsi culpa sua fuerit factus infirmus. *cap. vn. de Cler. non resid. in 6. Franch. Gemin. ib.* si nimirum dum esset sanus, fuerit solitus frequentare chorum & habere distributiones. *Abb. in cap. 1. de Cler. ægr. num. 6. & in c. ad audientiam. num. 5. de Cler. non resid. Felin. in c. Apostolicæ. num. 17. de except.* & si talis sit infirmitas cum qua sine læsionis corporis periculo non posset adesse in choro; itemque si decumbat in ciuitate seu loco vbi sita est Ecclesia. *Couar. loc. cit. à num. 8.*

De senio autem confectis & in specie de consuetudine Ecclesiæ Compostellæ in qua senio confecti, & qui per quadraginta annos Ecclesiæ deseruierint, postmodum tanquā rude donati, censentur semper pro præsentibus, participantque ex distributionibus quotidianis, respondit. Greg. XIII. statutum seu consuetudinem huiusmodi esse tolerandam, *quod responsum habuimus ex bona copia desumptum.*

Suspenso item, interdicto, excommunicato iniustè, vel in exilium relegato debentur distributiones. *Felin. lo. sup. cit. & in cap. cum omnes. de const.* Similiter & carcerato, licet propter violētā suspicionem de patrato crimine fuerit carceratus, dummodo postmodum declaretur ipsius innocentia, siue primi, siue appellationis Iudicis decreto, & solitus fuerit dum esset liber frequentare chorum. Hoc idem dicendum de vi detento, non solum vi de facto illata, sed etiam probabiliter præuisa, sicut & de impedito quacunque necessitate corporis. *Ioan. Mon. Philip. Prob. Dom. Gem. & cōmuniter DD. in cit. c. vn. de Cler. non resid. in 6. & Nau. lo. cit. cons. 9. Couar. lo. cit.*

Mortuaria quoque seu portiones funerales, quæ pro anniuersarijs mortuorum dari solent, cum æquiparentur distributionibus quotidianis, participare debere carceratum vult *Lap. & Gem. in cit. c. vn. in 6.*

In adiudicatione quoq; fructuū beneficiato, qui prouisus de beneficio non fuit admissus ad possessionē beneficij, & litem obtinuit, veniunt distributiones quotidianæ, nimirā si iste beneficiatus protestatus fuerit de repetendis distributionibus, si non admitteretur ad possessionem beneficij & interessentiam in Ecclesia. *Mohed. decis. 109. alias 6. de præb. Rot. decis. 618. p. 1. & decis. 1170. p. 3. lib. 3. diuers.* licet aliàs distributiones quotidianæ non veniant regulariter appellatione fructuum. *Philip. Prob. in cit. c. vn. de Cler. non resid. in 6. Ioan. Andr. ib.* Nec constituatur super illis pensio. *Felin. in cap. ad aures. de rescrip.* nisi expressè nominentur, vel adsit consuetudo. *Mandos. de signat. grat. v. pensiones. col. 8. Achil. de Graff. decis. 120. aliàs 8. de pens.* Neque debetur ex illis charitatiuum subsidiū. *Bellenc. de charit. subsid. quæst. 76. Lap. alleg. 136.* neque decima Papalis. *Mandos. lo. cit. Gem. cons. 85.* quos etiam allegat Paris. *de resig. lib. 6. quæst. 2. nu. 31.* Neque contributio pro seminario debetur ex distributionib quotidianis, vt consuluisse. *cit. Mandos. cons. 15. refert Gonz. sup. cit. in 8. Canc. §. 7. proœm. nnm. 190.*

17. Neque computantur distributiones quotidianæ in valore beneficij circa impetrationem. *Rot. decis. 134. in no. & decis. 406. & 765. in antiq. & decis. 5. nu. 7. p. 2. diuers.* licet cōputetur tertia pars quæ adimitur absentibus, quia nimirum hæc censetur de corpore beneficij. *vt Staphil. de int. grat. tit. de for. expect. num. 47. Oldrad. cons. 118. Ces. de Graf. decis. 120. aliàs 9. de præb. Rot. decis. 270. p. 2. diuers.* vbi dat differentiam inter distributiones & tertiam partem.

18. Aliæ autem distributiones quæ dantur in fine anni, vel certo aliquo tempore residentibus, licet non ingrediantur Ecclesiam, non dicuntur propriè distributiones. *extrauag. cum nonnulli. §. præterea. de præb. comm. Gemin. Archid. Philip. Prob. & alij DD. in cit. c. vn. de Cler. nō resid. in 6. Caputaq. decis. 29. p. 1. Cassad. decis. vn. de Cler. non resid. Mohed. decis. 182.* apud quos videre licet distinctiones huiusmodi distributionum.

Istæ itaque distributiones quamuis non debeant quoque dari nisi præsentibus, facilius tamen dantur: præsertim ex iusta causa absentibus, vt studiorum causa absentibus. *cap. inter quatuor. de Cler. non resid. cap. licet vobis. de præb. Innoc. ib. Calder. cons. 1. de Cler. non resid.* detracta nimirum tertia parte pro interessentibus iuxta præscriptum cit. Conc. Trid. vt respondisse Sac. Cong. Conc. refert Qarant. *in sua sum. Bullar. v. residentia. his verbis.*

Cong.

Cong. censuit Canonicum absentē studiorum causa percipere quidem fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas: quod si in huiusmodi distributionibus omnes Capituli reditus consistant, percipere etiam distributiones, dempta tertia parte quæ inseruientibus accrescit.

Similiter & duo Canonici morantes in seruitio Episcopo, distributiones huiusmodi percipere possunt in absentia. *cap. de cætero. c. ad audientiam. de Cler. non resid. Nau. cons. 11. de Cler. non resid. in antiq.*

Et absentes in negotijs Capituli. *cap. cum non deceat. de elect. in 6.* & Vicarius Episcopi seu Capituli, vt supra diximus.

Non solum autem subtractione distributionum puniendi sunt absentantes se à seruitio Ecclesiæ suæ, sed etiam alijs pœnis crescente cōtumacia puniri possunt, videlicet sequestratione particularium fructuum præbendæ, pro prima contumacia dimidia parte fructuum, pro secunda totis fructibus, tum censuris Ecclesiasticis, & alijs iuris remedijs, ad extremum etiam priuatione ipsius beneficij. *Conc. Trid. lo. cit. sess. 24. c. 12. de ref.* & non statim incipiendum à priuatione, sed seruandi isti gradus enumerati à Conc. *lo. cit.* quod etiam processisse de iure antiquo videri potest apud Abb. *in cap. ex tua. num. 6. de Cler. non resid.* Et debet præcedere trina citatio, nec sufficit vna pro tribus, *vt Abb. lo. cit. Felin. in cap. consuluit. num. 13. de off. deleg.* & si scitur vbi moretur absens, debet citari personaliter. *cit. Abb. cons. 67. p. 1. Felin. in cap. cū contingat. de rescrip. Rot. decis. 770. in antiq.* alioquin priuatio esset nulla. *Aem. Veral. decis. 114. p. 1.* Si tamen nescitur vbi sit, vladeòl ongè distet, vt commodè personaliter citari non possit, debet citari tribus distinctis citationibus, per publicationem citationum in Ecclesia sua, & post lapsas citationes debet expectari sex mensibus. *cap. ex tua. cit. Abb. ib. num. 10. & cit. cons. 67.*

Censetur autem abesse quis, etiamsi maneat in ciuitate vbi sita est Ecclesia, sed non inseruit nec frequentat Ecclesiā, vt potest puniri prædictis pœnis, vt declaratum legitur à Sac. Cong. *his verbis.*

An puniendi sint qui à seruitio Ecclesiæ absunt, quamuis vbi ipsa Ecclesia consistit sint præsentes.

Cong. censuit esse puniendos.

Ad eandem residentiam etiam Collegiatarum Ecclesiarum Canonici tenētur, *vt clarus tex. Conc. lo. cit. cap. 12. sess. 24.* & fuit declaratum à S. Cong. Conc. in vna Comen. *Ann. 1598. die 5. Iulij* in hæc verba.

Cong. censuit Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum etiam in oppidis non insignibus existentium, teneri ad residentiam, nisi essent collegiatæ rurales prorsus destructæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, & quarū Canonicatus ea essent fructuum tenuitate, vt qui eos obtinuerint, nec ex eis alij possint, nec aliunde habeant vnde commodè viuant.

Tres tamen menses in anno licitum est abesse, tam in Cathedrali quam in collegiata, nisi obstet particularis loci consuetudo vel statutum. *Conc. lo. cit.* qui tres menses computari debent, siue ex vna absentia, siue ex pluribus interpolatis, nec requiri licentiam ordinarij pro absentia trium mensium fertur declaratum à S. Cong. Conc. 20.

Vltra tres etiam menses abesse licitum

tum videtur cum licentia Ordinarij, quã ipse concedere potest ex causa rationabili. *vt c. inter quatuor. de Cler. non resid. & c. vn. eo. tit. in 6.* cui facultati non apparet alicubi derogatum.

Inquirendum est præterea Visitatori, an aliquæ Ecclesiæ curam animarum adnexam habentes, vnitæ sint Capitulo, & quomodo administrentur, & prouidendum, ne ipsemet Canonici per ordinem in illis curam exerceant, sed potius assignent Vicarium, seu Commendatariũ perpetuum pro exercitio curæ, assignata ipsi iusta portione fructuum. *cit. Cõc. sess. 7 cap. 7. de ref. cap. extirpandæ. §. qui vero de præb. Rebuff. in prax. de non prom. intr. an. num. 68.* non posset tamen Capitulum constituere Vicarium huiusmodi propria authoritate, sed cum scitu Episcopi, cuius arbitrio hoc commisit. *eidem Conc. lo. cit. cap. 5.* quod etiam notat Nau. *cons. 9. num. 7. de præb. in antiq.* Quota autem pars fructuum debeat assignari pro Vicario, ordinauit Conc. *lo. cit.* vt nimirum tertia pars assignetur, vel maior seu minor arbitrio Episcopi, quam ordinationem Concilij postmodum declarauit, & alia necessaria circa eandem assignationem ordinauit Pius V. Const. sua, *quæ sequitur.*

21.

Pius Episcopus, Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

AD exequendum officij Pastoralis debitum. & infra. Motu proprio, & ex certa nostra scientia authoritate Apostolica, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipsius Concilij mẽte fuisse colligimus, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos præfatos in assignatione portionis ipsis Vicarijs, perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum Prælatorum arbitrij faciendo, ita se continere & arbitrari debere, vt non maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annorum summa computatis omnibus, etiam incertis emolumentis, & alijs obuentionibus communiter percipi solitis, eis omnino assignetur, nisi Vicarijs temporarijs solitum fuisset plus assignari, siue in quãtitate aut quota fructuum pecuniaq; numerata fundo, seu alia re stabili portio huiusmodi constituatur, cuiuscunq; valoris Parochialis Ecclesia vnita fuerit, & habita etiã ratione reddituum & onerum loci, cui Parochialis ipsa vnita fuerit, ita quod portiones vltra vel infra dictas summas scutorum centum, & scutorum quinquaginta hactenus assignata, vel inposterum forsan assignandæ, quoad excessum & defectum huiusmodi nullius roboris & momenti existant, & ad summas prædictas reducta, & aucta respectiuè censeantur, nisi tamen valor annuus ipsius Parochialis vnitæ habita ratione (vt præfertur) minor sit quinquaginta scutis, quo casu portioq; assignata, vel assignanda Vicario perpetuo, non debeat excedere summam annuã valoris dictæ Parochialis, sed sufficiat quod omnes fructus eius duntaxat attribuantur ipsi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum esset eos qui commodis priuantur, eadem onera quæ prius sustinebant debere sufficere. Volumus & statuimus quod Ecclesia, Monasteria, Collegia, beneficia & pia loca huiusmodi, in quorum Parochialibus Ecclesiis vnitis contingat, Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum

ipsis

ipsis Vicarijs perpetuis assignatorum ad solutionem Quindenniorum, quam nobis & Cameræ Apostolicæ soluunt, vlterius non teneantur, sed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum Parochialium percipiuntur. Ita tamen quod Vicarij perpetui qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à Sede Apostolica nouam prouisionem suæ deputationis, & soluere Annuatam proportione fructuum, reddituum, & prouentuum certorum sibi assignata, & expedire literas Apostolicas, nec alias ad possessionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & seruitium earundem Parochialium admitti possint, nisi soluta annuata, & expeditis literis Apostolicis nouæ prouisionis vt præfertur. alioquin integrum quindennium solui debere, nec Vicarij prædicti antea tuta conscientia fructus percipere possint. Volumus super, & ita mãdamus, quod dicti Vicarij perpetui, non ad liberam ordinariam electionem, sed ad nominationem eorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur, cum ipsorum Ordinariorum, seu eorum Vicariorum præuio examine approbatione deputentur. Et si dictæ Parochiales vnitæ erunt Monasterijs Regularium Mendicantium, possint à superioribus dictorum Monasteriorum nominari ex ipsis mendicantibus, quos si ordinarij præuio examine per se, aut eorum Vicarios faciendo idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in Vicarios (ad nutum tamen superiorum suorum amouibiles) deputare. Idemq; etiam seruetur in Regularibus Monachis tantum, dummodo in ea Parochiali, in qua vnus ex eis Monachis fuerit seruata forma prædicta Vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor alij ex dictis Monachis. Sicq; per quoscunq; Iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi potestate, iudicari & interpretari debere. Nec non irritũ & inane decernimus, quicquid secus à quoquam quamuis auctoritate attentatum forsan est hactenus, vel inposterũ contigerit attentari. Non obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscũq;. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria nostra Apostolica, & ad valuas Principis Apostolorum de vrbe de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret eas ad singula quæq; loca deferri, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo alicuius Prælati munitis, eadẽ prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo, &c. Dat. Rom. apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ. 1567. Kal. Nouembris, Pontificatus nostri anno Secundo.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Ipsi quoque Canonici, si aliquam animarum curam suis præbendis particularibus annexam habent, videndum est, ne in illa exercenda negligentias committant.

Si autẽ aliquis haberet in titulum beneficium curatum separatum à Canonicatu, deberet docere de dispensatione: curatum enim beneficium cum Canonicatu Cathedralis Ecclesiæ, est omnino 22.

incompatibile, nec potest retineri simul vtrunque sine dispensatione. *Conc. lo. cit. sess. 24. c. 17. de ref.* vnde & compelli posset incompatibilia obtinens, vt doceat de dispensatione. *c. ordinarij. de off. ord. in 6. DD. ib. communiter. & Abb. in cap. cum nostris. de conces. præb. in fin. Aem. Veral. decis. 377. p. 2.*

Præcipuè autem elaborandum est Visitatori, vt de morum & vitæ Clericorũ honestate se bene informet, & si quæ contraria Ecclesiasticis institutis inuenerit, corrigat. Vel si ius corrigendi excessus Capitularium aliquo iure vel cõsuetudine fuerit penes Capitulum, deberet saltem monere Capitulum, vt corrigenda corrigat, & præfigere terminũ correctioni, & si intra terminũ assignatum Capitulum non corrigeret, posset 23. ipsemet Episcopus corrigere. *cap. irrefragabili. de off. ord.* potest enim Episcopus supplere negligentiam Capituli hoc modo, & alterius cuiusuis inferioris habentis iurisdictionẽ in ipsius Diœcesi, *vt notat Abb. in cit. c. irrefragabili. à. n. 1.*

Et circa morum honestatem vltra ea, quæ de persona Episcopi supra retulimus, quæ etiam inferioribus Clericis adaptari possunt, *vt patet ex ipso textu supra relato*, à sacris quoque Canonibus ordinatum est, vt Clerici ebrietates vitent, tabernas ne frequentent, aleas, taxillos ne ludant, negotiationes, artes mechanicas, sæcularia q; negotia ne exerceant, mulieribus ne cohabitent, quæ enumerantur apud Host. *in sum. de vit. & honest. Cler. num. 2.* Et de concubinarijs quidem videndum est decretũ Conc. Trid. *sess. 25. c. 14. de ref.* vbi tales si post primam monitionem non resipuerint, tertia parte prouentuũ, & si adhuc perseuerauerint, totis fructibus & suspẽsione, & si nec tunc se correxerint, priuatione beneficiorum, & demum si intermissum consortium mulierum inhonestarum repetierint, excõmunicationis, si verò beneficia non habuerint, carceris, suspensionis, inhabilitatis ad obtinenda beneficia, seu alijs pœnis puniri decreuit, nulla appellatione obstante: idque summariè, & sine figura iudicij; cognitionem q; causarũ huiusmodi non ad Archidiaconos, aut alios inferiores, sed ad solum Episcopũ pertinere voluit. Episcopus verò ipsos, si moniti à Conc. 25. Prouinciali se non emendauerint, ipso facto suspensos, & si adhuc perseuerauerint ad Sedẽ Apost. deferẽdos mãdauit.

Et hæc vitia tanto magis in Canonicis Cathredralis Ecclesiæ euitari debent, cũ illi sint norma totius Cleri, & Senatus Ecclesiæ, & faciũt vnum corpus cum Epi- 26. scopo. *Abb. in c. nouit. de his quæ fiunt à Præl.* & sunt membra Episcopi. *Achil. de Graff. decis. 57. aliàs. 2. de off. ord.* appellanturq; Fratres Episcopi. *Abb. lo. cit. nu. 3. Iusc. de visit. lib. 1. c. 15. n. 2.* & veniunt appellatione dignitatis Canonici Cathedralis Ecclesię sublata significatione. *Aemil. Veral. decis. 84. p. 1. Achil. de Graff. decis. 17. sen. 1. de rescrip. Paris. de resig. lib. 2. q. 1. n. 103.* vnde Visitator inquirere debet, an aliquis circa præmissa culpabilis inueniatur.

Administrationes seu procurationes domorum Sęcularium suscipere non debent. *c. credo. 21. q. 3.* Neq; Testamentorũ tuitionem. *c. Episcopus. 88. dist.* nec Aduocati causaurũ, neue fideiussores pro aliquo fiant. *c. te quidem. 11. q. 1. iun. gl. v. ne fideiussor.* quæ limitat vt Clericus fideiubere possit pro Ecclesia sua, vel si subueniendum sit alicui in casu grauis necessitatis, tunc enim ex pietate recusare non posset. *c. non satis. dist. 86.*

Prædia quoq; conducere non debent, vt colant lucri gratia. *c. sin. 86. dist. c. decreuit. 88. dist. cit. c. secundum. ne Cler. vel*

Man.

Mon. si tamen aliquis egeret, posset cõ ducere ab Ecclesia seu alijs Clericis, ex
27. sententia. Innoc. *in c. secundum. cit.* Licitum est enim Clerico pauperi aliqua negotiatione honesta victũ quærere. *c. Clericus victum. 91. dist. Abb. in c. Clerici. 2. num. 3. de vit. & hon. Cler.*

Ad vitæ honestatem pertinet, quod Clerici iubentur deferre habitum & tõ-
28. suram Clericalem. *cit. c. de Clerici 2. de vit. & honest. Cler. & Clem. 2. eo. tit. cit. Conc. sess. 14. c. 6. de ref.* Nouissimè autẽ contra non deferentes habitum Clericalẽ, emanauit Const. Six. V. *de an. 1589. de die 5. Ian.* vt sequitur.

Cum Sacrosanctũ & infra. Hac nostra perpetuò valitura constitutione præcipimus & mandamus omnibus, & quibuscunq; Clericis non solum in Sacris, sed etiam in alijs minoribus ordinibus constitutis, & Clericali tantum tonsura insignitis, & nedum beneficia Ecclesiastica qualiacunq; etiam simplicia nunc & pro tempore obtinentibus, & in illis vel ad ea ius habentibus, verumetiam pensiones super quibusuis fructibus, reditibus, aut prouentibus quarumuis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum quarũcunq; Ecclesiarũ seu Abbatialium, Capitularium & Conuentualium mensarum, nec non Monasteriorum, Præpositurarum, Præpositatuum, Prioratuum, Præceptoriarum, Hospitalium, Canonicatuum, Præbendarum, Dignitatum, Personatuum, Administrationum, Officiorum, & beneficiorũ quorumcunq; Ecclesiasticorum Secularium, & quorumuis ordinum Regularium, seu illorum distributionibus quotidianis, ac iuribus, emolumentis, & obuentionibus vniuersis sibi reseruatas, aut fructus ipsos, prædia, aut bona Ecclesiastica loco pensionum sibi assignatos, vel assignata, ex quacunq; concessione seu dispensatione Apostolica percipientib. etiam coniugatis, præsertim si ijdem Clerici coniugati iuxta Const. piæ memor. Bonif. PP. VIII. Prædecessoru nostri in Conc. Trid. innouatam priuilegijs Clericalib. vti velint, tam in Rom Curia degentibus, quã extra eam vbilibet gentiũ, & locorum constitutis, vt ipsi & eorũ quilibet quantũuis exempti existant, & quouis priuilegio vel immunitate gaudeant, quacunq; dilatione aut tergiuersatione postposita, debeant omnino qui in vrbe præsentes fuerint, intra 15 dies, qui verò citra mõtes, intra quatuor mẽses, qui deniq; vltra mõtes cõstituti sunt, intra octo mẽses à die publicationis præsentiũ literarum in Rom. Cur. faciendæ, tonsuram & habitum Clericalem, vestes scxtalares, aut milites infradicendi, quibus pensiones aut fructus aliaue bona Ecclesiastica reseruata sunt, suæ militiæ cõuenientẽ quacunq; remota excusatione assumere, & iugiter deferre. In futuro autẽ non nisi actu Clericu in habitu Clericali, & tonsura & militib infra dicẽdis in militari incedentibus, suæ militiæ propria aut quacunq; Ecclesiastica etiã simplicia beneficia respectiuè conferãtur, aut cõmendentur aut pensiones fructusue, aut bona Eccles. reseruentur, alioquin ipsos & ipsorũ quẽlibet, qui quoad gestãdũ habitũ Clericalẽ & militarem supradictũ lapso huiusmodi tẽpore eorũ vnicuique, vt sup. dictũ est præfixo, nostris huiusmodi præcepto & mandato, nũc & in posterũ perpetuis futuris tẽporib. cũ effectu nõ obediuerint, præter alias pœnas contra eos inflictas, etiã quibuscunq; dignitatib. administrationib. officijs, Canonic. & præbendis.

bendis, ab beneficijs etiã simplicib. & præstimonijs per eorum quemlibet in titulũ, commendam vel alias pro tempore obtentis, nec non pensionibus & fructibus, ac prædijs bonisq; Ecclesiasticis huiusmodi quocunque modo eis reseruatis, vel reseruandis, omniq; iure sibi in eis, vel ad ea quomodolibet competẽti, harum serie ex certa nostra scientia, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine priuamus, ac sine vlla alia munitione, citatione, Iudicis decreto, aut ministerio ipso facto priuatos declaramus, ac tam beneficia ipsa per priuationem huiusmodi vacare, liberè alijs conferri posse quam etiam pẽsiones cassatas extinctas esse, & fore, ac fructuum & aliarũ rerũ reseruationes cessare, & quemquam vlterius ad illorum solutionem minime teneri, & non ob solutionẽ censuras & pœnas aliquas incurrere non posse, nec debere decernimus: ipsas q; dignitates, personatus, administrationes, officia, nec nõ Canonicatus & præbendas & beneficia sic pro tempore vacantia, collationi, prouisioni & dispositioni nostræ & Romani Pontif. pro tempore existentis perpetuo reseruamus. Statuentes sic in præmissis vniuersis & singulis per quoscunq; Iudices, & Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi & interpretandi facultate, in quauis causa & instantia iudicari & definiri debere; Nec non irritum & inanè quicquid secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit, attentari. Cæterum milites quarũuis militiarum sub regulâ aliqua approbata Canonicè institutorum; vel alios Rom. Curiæ Officiales, qui non vti Clerici, sed potius tanquam Milites iuxta priuilegia & dispensationes Apostolicas eis in genere vel in specie per nos aut prædecessores nostros nominatim concessa, & sub fel. recor. Pij Papæ V. prædecessoris nostri cõstitutione quæ incipit: Sacrosanctum, &c. huiusmodi priuilegiorum forsan reuocatoria minime comprehensa, beneficia militiæ quam professi sunt regularia obtinent, seu pensiones super quibusuis fructibus, reditibus, & prouentibus Ecclesiasticis, etiam prædictarum Ecclesiarum, & beneficiorum Sæcularium, aut fructus ipsos sibi reseruatos percipiunt, aut obtinebunt, vel percipiẽt in futurum, siue Clericali charactere insigniti sint, siue non sint; qui verò Clerici sunt; etiamsi ab initio tempore reseruationis pensionum seu fructuum huiusmodi regularem habitum nondum susceperint; nec militijs officiorum Romanæ Curiæ ascripti fuerint, sed post factas eorum cuiq; obseruationes, ante vel post publicationem præsentis constitutionis milites effecti extiterint, sub præcepto & mandato præfatis de habitu & tonsura Clericali deferendis, nolumus comprehendi, sed ijs permittimus, vt regulari habitu militiæ quam professi sunt conuenienti, vel si ipsi milites Roma. Cur. Officiales fuerint, qui pensiones aut fructus aliaq; prædia aut bona Ecclesiastica ex dispensatione, seu priuilegio Apostolico percipiant, habitu militari suprascripto absq; alicuius censuræ, vel pœnæ Ecclesiasticæ incursu licitè vti valeant, & nihilominus tam beneficia suæ militiæ regularia retineant; quam etiam pensiones super Ecclesiarum & beneficiorum prædictorum etiam secularium fructibus, seu bona vel fructus præfatos sibi pro tempore re-

reseruatos percipiãt. Non obstantibus, &c.

Quæ constitutio fuit postea ab eodem Pont. moderata & declarata, alia sua Const. anni eiusdem pridie Kal. Febr. vt sequitur.

PAstoralis & infra. Omnib. & quibuscunq; Clericis tam in Romana curia quam extra eam vbilibet gentium & locorum constitutis, qui pẽsiones, fructus, aut prædia vel bona Ecclesiastica sibi in vna vel pluribus vicibus reseruata & cõcessa, summam seu valorem annuum 60. Ducat. auri de Camera, insimul non excedentes, seu excedentia percipiunt aut percipient in futurum. Ac præterea nostru familiaribus nobis in quibusdam inferioribus ministeriis, quales sunt, qui à pedibus seu paraphrenarij mensæ dispositores, aut credentiarij; aut dispensatores vulgo dicuntur, & alijs similibus seruitijs actu ministrantibus, quiq; in futurum inseruient, nec non quibusuis nostrorum infirmorum familiarium, actu nobis in Palatio nostro Apostolico inseruientium familiaribus, continuis commensalibus præsentibus & futuris, qui pensiones aut fructus bonaue Ecclesiastica loco pensionũ, vsque ad quamcunq; summam & valorem nunc percipiunt, aut in posterum pro tempore percipient, vt ipsi & eorum quilibet in habitu, & tonsura Clericali incedere minimè teneantur. Sed Laicali habitu impunè & licitè vti possint, quo sua munia promptius expeditiusq; obire valeant, nec pœnis in eadem constitutione inflictis subiaceant, authoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia concedimus, & indulgemus. Reliquis autem nostris, aut personarum nobis inseruientiũ familiaribus continuis commensalibus, omnibusq; & singulis alijs, tam Clericis quam militibus, beneficia fructuum, vel bonorum Ecclesiasticorum reseruationes, ac pensiones obtinentibus, aut in ipsis beneficijs, vel ad ea ius habentibus, in Vrbe præsentibus, tempus quindecim dierũ in dicta Const. præfixum, nec dũ elapsum, ad alios quindecim dies à fine dicto primi termini computandos extendimus, & prorogamus. Ac demum militibus, tam militiarum Canonicè institutarum, quã Romanæ Cur. Officialibus, qui iuxta præfatam nostram Const. in militari habitu incedere tenentur, vt vestibus communibus, cum insignibus tamen Crucis, aut Numismatis suæ militiæ propriis vti valeant, atque hac ratione ipsius Const. præcepto, plenè satisfacere censeantur, pariter indulgemus. Eos verò Clericos aut milites, quibus pensiones aut fructus bonaue aut prædia Ecclesiastica ad quamcunq; summam reseruata, aut reseruari concessa sunt, vel post hac reseruabuntur, non aliter ad gerendum huiusmodi habitum teneri volumus, nisi post quam pensiones, fructus, aut alia præfata cum effectu exigere aut percipere cœperint, vel per eos steterit, quominus exigant, vel percipiant. Decernentes, &c.

Quis autem habitus proprius sit Clericorum, nullibi determinatur, vt testatur gl. fin. in Clem. 1. de elect. Abb. ib. nu. fin. nisi quod nimia breuitas reprobatur. cit. cap. Clerici. 2. de vit. & honest. Cler. quare honestas vestium Clericalium ponderabitur ex consuetudine, & non cuiusque regionis. cap. si quis virorum. 30. dist. iun. gl. v. veste. Abb. in cit. cap. Clerici. num. 18. Card. in Clem. 2. de vit. & hon-

29.

hon. Cler. Couar. pract. quæst. cap. 31. num. 8. Lopez ad Diaz. pract. crim. c. 77. videlicet ne fiat communes cum illis quibus laici & militares in illa regione vtuntur. gl. cit. & alia gl. in cap. Clerici. cit. v. deauratis. Prohibitus est tamen aliquorum vsus expresse. Vt primo vestes viridis & rubei coloris prohibitæ sunt. cap. Clerici. cit. Cardinalibus tantum S. R. Eccl. ab Innoc. IV. sub Concilio Lugdunensi de anno 1240. concessus fuit galeri & purpuræ vsus. vt testatur Platina in vita illius Pontificis.

Virgulatæ item vestes seu variatæ coloribus, sericeæ, fulgidæ & claræ, Clericis prohibentur. 21. q. 4. per totum. Item frena, sellæ, pectoralia, calcaria deaurata, fibulæ, corrigiæ auri vel argenti ornatum habentes. Item & annulli, nisi quibus ratione dignitatis est concessum. Clem. 2. de vit. & hon. Cler. Greg. Tolos. partit. lib. 4. tit. 8. cap. 2. Arma itē deferre vnguentis seu odoramentis inungi, barbam vel comam nutrire prohibentur Clerici. cap. Clerici. 23. dist. Sed debent verticem capitis in modum spheræ radere. c. prohibete. dist. cit. ad hoc gl. in Cle. 2. v. & tōsura de vit. & ho. Cler.

Regulariter autem circa cultum corporis seruari debet à Clero, vt illius habitus, neq; sit vilis nimium, neque delicioſus, sed mediocris sublato excessu sæculari, & retenta dignitate status Ecclesiastici, nam vt Diuus Hieron. ad Eustachiū de virginitate ait, neq; affectatæ sordes, neq; exquisitę deliciæ conueniūt.

30. Excusaretur tamen Clericus ab habitu decenti, si propter aliuod verisimile periculum transformari cogeretur, vel si propter paupertatē decenter vestire se non posset. cap. Clerici. cit. de vit. & hon. Cler. neque incurreret pœnam præinsertæ Const. Six. V. videlicet priuationis beneficij, vel amissionis priuilegij fori, si vna vice non deferret habitum decentem, nam ad incurrendam hanc pœnam requiritur perseuerantia, & vt ex tali habitus indecentis vsu communiter existimetur Laicus. vt notat Prosper. Farinac. in pract. crim. tit. de inquis. q. 8. num. 68. sicut etiam non dicitur quis calumniator, aleator, eo quod exercuerit istos actus vna vel altera vice vt Abb. in cit. cap. Clerici. post. Bart. in proœm. ff. nu. 10. Nau. in man. cap. 27. nu. 249. In alijs autem indicentijs non expressis in dicta Const. Six. V. vt in illis quas supra enumerauimus. ex c. Clerici. 2. de vit. & hon. Cler. vltra frequētationem actus, requiritur præcedens monitio ad incurrendas pœnas præscriptas; vt non amittit priuilegiū fori Clericus tractās negotia Sæcularia, nisi monitus non desistiterit. c. Clerici. ne Cler. vel. mon. Abb. ib. & in cit. sapius. cap. Clerici. num. 9.

Ad morum honestatem spectat vt Canonici composito ad deuotionē habitu, non vana & prophana intermiscentes colloquia, Diuinis interſint & ad chorū tempestiuè conueniant, nec sine rationabili causa ante finē exeant. Et psallant horas Canonicas debito tempore prout tenentur. Clem. 1. de celeb. miss. Abb. ib. nu. fin. de quibus omnibus informari debet Visitator, & defectus quos inuenerit corrigere pro modo culpæ, præsertim si pœna amissionis distributionū quotidianarū contēnatur. Et quidē circa decātationē horarū in choro diuersi modi pro diuersitate particularium locorum, & diuersæ pœnæ contra negligētes habētur, nec certa regula de illis tradi potest, sed obligatio recitandi has horas siue in choro siue extra chorū, cōmunis est omnibus. de qua Sot. de iust. & iur. lib. 10. q. 5. art. 6. Henriquez in sum. lib. 13. de excom. cap. 13. Tolet. in sum. lib. 2. c. 12. Nau. de orat. 31.

orat. cap. 7. num. 31. Diaz. in pract. crim. cap. 56. quorum omnium doctrina fundatur super Const. Pij V. edita in innouationem Const. Conc. Lateranen. sub Leon. X. & sequitur.

Ex proximo Lateranen. Concilio pia & salubris sanctio emanauit, vt quicũq; habens beneficiũ Ecclesiasticũ cũ cura & sine cura, si post sex menses quã illud obtinuerit diuinũ officiũ legitimo cessante impedimẽto non dixerit, beneficiorũ suorũ fructus, pro rata omissionis officij & tẽporis, suos nõ faciãt, sed eos tanquã iniustè perceptos, in fabricas ipsorũ beneficiorũ vel pauperũ eleemosynas erogare teneãtur. Verumtamen multorum anni suspensione tenentur cuiusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda. Nos huic rei euidẽtius atq; expressius prouidere volẽtes, statuimus vt qui horas omnes Canonicas vno vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij seu beneficiorum suorũ fructus, qui illi, vel illis diebus responderent si quotidiè diuiderentur, qui verò matutinum tantũ dimidiã, qui cæteras omnes horas aliam dimidiã, qui harũ singulas, sextã partẽ fructuum eiusdem diei amittat, tametsi aliquis choro addictus nõ reeitans omnibus horis Canonicis cum alijs præsens adsit. fructusq; & distributiones fortè aliter assignatas, sola præsentia iuxta statuta, consuetudinẽ, fundationẽ, vel alias sibi lucrifeciſſe prætendat. Is etiam præter fructuum & distributionũ amissionẽ, item ille qui primis sex mẽsibus officiũ non dixerit, nisi legitimũ impedimentũ ipsum excusauerit, graue peccatũ intelligat admisisse. Declarantes præstimonia, præstimoniales portiones, & quæliacũq; alia beneficia etiam nullũ omnino seruitiũ habentia obtinentes, cũ prædictis pariter cõtineri. At quicũq; pensionẽ fructus aut alias res Eccle. vt Clericus percipit, eũ modo prædicto ad dicendũ officiũ paruũ Beatæ Mariæ virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, & decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ. 1571. duodecimo Kalend. Octobr. Pont. nostri anno sexto.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Circa bona stabilia communia Capituli & particularia præbendarũ, inquirendũ est quomodo gubernentur: Alienatio Canonibus prohibita an aliqua sit facta, limites fundorũ quomodo defendantur. Ne locentur Iudæis præsertim bona in quibus exercent iurisdictionẽ in Subditos. *cap. nulla. 54. dist.* nam locans Iudæis, etiam laicus posset excommunicari. *cap. constitut. 17. quæst. 4.*

Neq; debent locari bona Ecclesiastica alicui alteri, nisi ad triennium. *extrauag. ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien. comm.* neque anticipatis solutionibus. *Conc. Trid. sess. 25. cap. 11. de ref.* 32.

Si non fuerit in præterito obseruatũ, ordinandum est vt certis temporibus aliqui ex Capitulo deputentur, qui bona omnia tam cõmunia quã particularium reuideant, & ex eorum relatione, Capitulum quæ viderit corrigenda vel reparanda, illis quibus incumbit sub pœnis iniungat.

Oecono-

Ceconomum an habeant & rationem reddituum an singulis annis & quo ordine ab ipso exigant videri debet.

Domus etiam Canonicales ne locentur Laicis, vel ne mulieribus concedantur ad habitãdum prohiberi debet, præsertim si domus sitæ sint propè Ecclesiã, seu non vltra quadraginta passus ab Ecclesia. *c. nulla. 12. q. 1. c. sicut antiquitus 17. q. 4.*

Priuilegia, scripturæ, libri fundationum, seu actorum Ecclesiæ, quo ordine teneantur & custodiantur quæri debet,
33 & vt archiuium separatum pro ipsorum custodia prouideatur, ordinari potest.

Statuta & ordinationes si quas habet Capitulum, Visitator reuidere debet, & cogere potest, vt sibi exhibeantur ad videndum, an aliqua sunt in prohibitis in derogationem superioris. *Bart. in l. sub prætextu. ff. de extraord. crim. Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* & si quæ inuenerit irrationabilia, vel decretis Cõc. Trid. seu Canonibus Sacris contraria, illa cassare & annullare potest, cum Capitulum nil possit statuere sine Episcopo. *c. cum consuetudinis. de consuet. Abb. ib. num. 1. Innoc. ib. Anchar. in cap. Canonum statuta. 8. q. princ.* præsertim in eis quæ tangunt statutum Ecclesiæ, vel iura Episcopi, licet possint statuere super his quæ eorum res proprias tangunt, dummodo nil statuant Canonibus contrarium *gl. & DD. in cap. constitutionem. de verb. sig. in 6. Abb. in cap. 1. num. 14. de his quæ fi. à mator. par. cap.*

Videre etiam debet Visitator, quæ cura habeatur circa necessitates Ecclesiæ, vt paramentorum, fabricæ, & qui sint pro istis prouentus, & num fideliter dispensentur. Si autem non haberentur
34 speciales prouentus fabricæ, vel non essent sufficientes, posset Episcopus cum maiori vel saniori parte Capituli, etiam contradicentibus aliquibus statuere, vt quilibet ex Capitulo vna cum ipso Episcopo conferat certam quotam pro fabrica. *cap. fin. de his quæ fi. à ma. part. cap. Abb. ib.* apud quem videre licet, quomodo imponere possit Capitulum Collectam Canonicis pro necessitatibus Ecclesiæ, vel pro solutione debitorum cõtractorum in vtilitatem Ecclesiæ. *& in cap. cum omnes. num. 2. de constit.* vbi deducit, quomodo per contractionem vel appellationem possit tolli statutum Capituli latum in præiudicium particularis personæ. *& Dec. ib. lect. 2.* & quod vnus contradicere possit cum Capitulum statuit quid contra priuilegia. *Abb. cit. in cap. veniens. num. 25. de rescrip.*

Ad extremum inquirere debet, an legata si quæ relinquuntur Ecclesiæ secundum mentem testatorum dispensentur, immutari enim non debet voluntas testatoris, nisi per Episcopum de consensu hæredum. *Abb. in cap. cum accessissent. num. 5. de constit. Dec. ib. num. 53. Felin. in c. super his. num. 2. de accusat. Mohed. decis. 124. aliàs. 1. de iurep.*

Hinc aduertendum, vt Missarum vel anniuersariorum obligationibus, si ad aliqua adstricti sunt Capitulares, satisfaciant; tenentur enim ad Missas & anniuersaria, siue viuorum siue mortuorũ, & alia onera quæ ipsorum antecessores acceptauerunt, si Legatum prò quo illa onera fuerunt suscepta, cessit in vtilitatem Ecclesiæ ipsorum, *adhoc Butr. in cap. significatum. num. 12. de præb. Abb. ib. nu. 7.* & tanto magis tenerentur ad ista onera, si appareret consuetudo per eorum antecessores obseruata eadem onera adimplẽdi, vt fuisse decisum in Rot. Rom. in vna Pampilonen. 16. *Nou. 1588. corã Comitulo testatur Genuen. in prax. c. 56.*

Et cir-

Et circa eadem anniuersaria vtiliter adhuc notari potest, quod sicut Missarum numerum reducere potest Episcopus ex iusta causa ad minorem numerũ, seu aliter de illis disponere facultate sibi concessa à Conc. Trid. *sess. 25. cap. 4. de ref.* ita & anniuersaria reducere posset, si subsit par ratio, vt patet ex rescripto S. Cong. Conc. relato apud Quaran. *supra cit. v. Missa.* in hæc verba.

Perillustri ac Reuerendissimo vti Fratri Domino Archiep. Neapol.

Perillustriss. & Reuerendiss. Domine. Cum ex libello hoc Capituli istius Cathedralis nomine oblato, cognitum esset Illustriss. Cardinalibus, qui Sacra Trid. Concilij decreta interpretantur, dubitari abs te, an eiusdem Conc. decretum. sess. 25. cap. 4. intelligatur etiam de anniuersarijs. Ii Amplitudini tuæ significandum censuerunt, decretum prædictum in Sacrorum etiam anniuersariorum reductione locum habere, vt in margine ipsius libelli adscriptũ est. Quamobrem Ampl. tua præfati Canonis facultate in casu proposito vti non dubitabit, & bene in Domino valebit. Romæ die 26. Nouemb. an. 1583.

Ampl. Tuæ vti Frater.
Philip. Boncomp. Card. S. Six.

ARTICVLVS III.

De Visitatione Parochialis Ecclesiæ.

Parochi officium quod sit.
2 *Parochiarum limites vbi non sunt distincti, distinguere debet Episcopus.*
3 *Prædicare verbum Dei tenetur Parochus.*
4 *Episcopus non potest prædicare in aliena Diœcesi sine licentia Ordinarij.*
5 *Requisita in prædicando.*
6 *Conceptio B.M.V. quomodo asserenda in Concionibus.*
7 *Miracula noua non publicanda, nisi prius examinentur per Episcopum, & quomodo examinanda.*
8 *Parochus tenetur doctrinam Christianam explicare pueris.*
9 *Medicus Iudæus non potest curare Christianos.*
10 *Parochus celebrare tenetur Missas frequenter.*
11 *Clericus pauper, quando possit licite accipere mercedem pro oper. spiritualibus.*
12 *Missa non potest celebrari in domibus priuatis, etiam de licentia Episcopi.*
13 *Episcopus an possit celebrare in loco non sacro extra propriam Diœcesim.*
14 *Oratoria quomodo concedi possint per Episcopum.*
15 *Missæ quando possint celebrari plures eodem die.*
16 *Ritus ab Ecclesia præscripti circa Diuina, necessario seruanda.*
17 *Ritu Græco Latinus celebrare non potest, nec econuerso.*
18 *Missæ quo tempore celebrari debeant.*
19 *Officium Diuinum recitari debet iuxta Romanum Breuiarium.*

20 *Missam notoriè criminosi audiens an peccat.*
21 *Missam audiens in Ecclesiis Regularium an satisfaciat præcepto Ecclesiæ.*
22 *Fabricam & necessaria Ecclesiæ, quis curare teneatur.*
23 *Festi dies quomodo obseruandi.*
24 *Sacrorum locorum reuerentia quomodo seruanda.*
25 *In visitatione Tabernaculi SS. Eucharistiæ quæ aduertenda.*
26 *Communicans in Paschate in Ecclesia Cathedrali, an satisfaciat Ecclesiæ præcepto.*
27 *Parochus non excusatur metu pestis quo minus procuret infirmum Sacrmentis.*
28 *Medicus non debet curare infirmum, nisi infirmus procuretur Sacramen. pœnitentiæ.*
29 *Baptismi Sacramen. an possit solemniter ministrari in domibus priuatis.*
30 *Patrini in Baptismo quomodo admittendi.*
31 *Baptismi Sacram. in necessitate, qui ministrare possint.*
32 *Nuptiarum solemnitates, quibus temporibus prohibitæ.*
33 *Nuptiæ secundæ non benedicuntur.*
34 *Parochus tenetur ad residentiam.*
35 *Coadiutor datus curato tenetur ad residentiam, & ipse coadiutus.*
36 *Curatus quando excusetur à residentia.*
37 *Ecclesia pauperi, quomodo debeat prouidere Episcopus.*
38 *Episcopus quando possit erigere nouas Parochias.*

EA quæ in præcedenti titulo retulimus, non solum Canonicorum visitationi, sed etiam Parochorum & cuiuslibet ex Clero in multis appellari possunt. 1. Quæ aũt specialiter in visitatione Parochi aduertenda sint, ex ijs quæ propriè ad eius officiũ pertinent, facilè colligemus. Spectat autẽ ad ipsum verbi Diuini prædicatio. *Clem. dudum. §. in Ecclesiis de sepult. Abb. in c. officij. nu. 3. de elect.* item Missarum & officiorum Diuinorũ celebratio, Sacramentorũ videlicet Baptismi, Pœnitentiæ, Matrimonij, Extremæ vnctionis administratio, hæc enim propriè ad illum spectant, quia ille habet certum locum, cuius populus est deputatus ad illius Ecclesiam, vt in illa teneatur percipere Sacramenta. *cap. Ecclesias. 18. quæst. 1.* vnde Parochus dicitur à partitione curæ, quia habet partitam curam certorum liminum. *Abb. in cap. extirpandæ. §. quia vero. 2. num. 10. de præb.* & ille qui non habet certum populum, qui de necessitate ab eo percipiat Sacramenta, non dicitur curatus, licet administret aliquando Sacramenta. *Abb. cit. in cap. de multa. num. 24. de præb. Dec. in cap. ad aures. num. 14. de rescrip. Rot. decis. 52. num. 10. p. 2. diuers.* Et vbi Parochiæ non haberent distinctum populum, posset Episcopus distinguere Parochias, & assignare vnicuique vbi debeat percipere Sacramenta. *Conc. Trid. sess. 24. cap. 13. de ref.* 2.

Vnde circa primum aduertere debet Visitator, an Parochus diebus Dominicis & Festis inter Missarum solemnia explicet populo Diuina eloquia, docendo necessaria ad salutem, quæue sequenda: 3.

ga quæuè fugienda sint ad obtinendam vitam æternam, *vt præcipit Conc. Trid. sess. 5. c. 2. de ref.* Similiter an virtutem Sacramentorum explicet, dum illa ministrat, & ne leuia & prophana & discursus minus necessarios admisceat. *id. Conc. sess. 24. cap. 7. de ref.* Quod si circa hæc Parochus culpabilis, vel insufficiens reperiatur, posset Episcopus ex fructibus ipsius Ecclesiæ assignare partem congruam alteri, qui hoc ministerium loco ipsius adimpleat. *id. Conc. loc. cit. sess. 5.*

4. Regulares & quosuis alios ab Episcopo non approbatos in sua Ecclesia prædicare ne permittat, *id. Conc. lo. cit.* nullus enim ne quidem Episcopus cum est in aliena Diœcesi, prædicare potest absque Diœcesani licentia, vt respondisse Clem. VIII. in vna Neap. testatur Gemin. *in sua prax. c. 58.*

Et de habenda approbatione ad prædicandum, & de obseruandis vitandisque in prædicatione, libet hic referre
1. ordinationem Leon. X. factam in Conc. Lateranen. *vt sequitur.*

Supernæ maiestatis præsidio & infra. Sacro approbante Concilio statuimus & ordinamus, vt nullus tam Clericus Secularis, quam cuiuscunq; etiam mendicantium ordinis Regularis, aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi, tam de iure, quam de consuetudine vel priuilegio aut alias pertinet, ad huiusmodi officium exercendū admittatur, nisi prius per superiorem suum respectiuè diligenter examinatus, (qua in re conscientiam ipsius superioris oneramus) ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia & vitæ exemplaritate ad illud aptus & idoneus reperiatur, & hic quotcunq; postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine & idoneitate sua per literas authenticas, seu alias sui examinatoris approbatoris q; Episc. & alijs locorū ordinarijs fidem legitime faciat. Mandantes omnibus qui hoc onus sustinent, quiq; in futurum sustinebunt, vt Euangelicam veritatem, & Sanctam scripturam iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem Doctorum, quos Ecclesia vel vsus diuturnus approbauit, legendosq; hactenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent & explanent, nec quicquā eius proprio sensui contrarium, aut dissonum adijciant. Sed illis sēper insistāt, quæ ab ipsius sacræ scripturæ verbis ritè ac sanè, & præfatorum Doctorum interpretationibus intellectis non discordant; tempusq; præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum diem Iudicij prædicare, vel asserere nequaquam præsumant, cum veritas dicat non esse nostrum nosse, tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate, ipsosque qui hactenus similia asserere ausi sunt mentitos, ac eorum causa reliquorum etiam rectè prædicantium authoritati non modicum detractum fuisse constet. Inhibentes omnibus & singulis Clericis Sæcularibus vel Regularibus præfatis, cæterisq; cuiuscunq; status, ordinis & conditionis existant, qui hoc onus assument, ne de cætero in sermonibus suis publicis alia quæq; futura ex litteris sacris constanter prædicare, nec illa à Spiritu sancto vel diuina reuelatione se habuisse affirmare, & alienas manesq; diuinationes asseueranda aut alio quocunq; modo tractanda assumant. Sed ex diuinæ vocis præcepto Euangelium omni creaturæ cū

vitiorũ detestatione, & virtutum commendatione enucleent, & declarent, & pacem ac dilectionem mutuam à Redemptore nostro tantopere commendatam vbiq; fouentes, non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab Episcoporum & Prælatorum ac aliorum superiorum eorumq; statu scandalosa detractione, quos coram vulgo & Laicis non modo incautè, sed etiam immoderanter reprehendunt & mordent, & ab eis malè gestorum expressis quandoq; nominibus aperta & manifesta redargutione abstineant. Denique Constitutionem fe. recor. Clementis PP. V. quæ incipit. Religiosi quam tenore præsentium innouamus & appprobamus, inuiolabiliter ab eis obseruari debere decernimus, vt hac ratione ad vtilitatẽ populi prædicantes, & cum Domino lucrifacientes, talentũ quod ab illo acceperant superlucrari, & eiusdem gratiam & gloriam consequi mereantur. Cæterum si quibusdam eorum Dominus futura quædam in Dei Ecclesia inspiratione quapiam reuelauerit, vt per Amos Prophetam ipse promittit, & Paulus Apostolus Prædicatorum Princeps, Spiritum inquit nolite extinguere, Prophetas nolite spernere, hos aliorum fabulosorum & mendacium gregi connumerari, vel aliter impediri minimè volumus. Extinguitur namq; ipsius gratia Spiritus, Ambrosio teste, si incipientibus loqui feruor contradictione sopiatur, & tunc Spiritu sancto iniuria certe fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni Spiritui, sed sint probandi spiritus, teste Apostolo, an ex Deo proueniant, volumus vt lege ordinaria tales asserta inspirationes antequam publicentur, aut populo prædicentur, ex tunc Apostolicæ sedis examini reseruatæ intelligantur. Quod si sine moræ periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, tunc eodem ordine seruato, Ordinarijs loci notificetur, vt illi adhibitis secum tribus aut quatuor doctis & grauibus viris, & huiusmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint. Si qui autem contra præmissorũ aliquod committere quicquam ausi fuerint, vltra pœnas contra tales à iure statutas, excommunicationis etiam sententiam, à qua nonnisi à Rom. Pontifice præterquam in mortis articulo constituti, absolui possint, eos incurrere volumus. Et vt eorum exemplo alij attentare similia minimè audeant, eis prædicationis etiam officium interdictũ esse perpetuo decernimus. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, ac priuilegijs, & indultis, & litteris Apostolicis, ordinibus & personis præfatis, etiam in mari magno comprehensis, ac etiam à nobis forsan approbatis, innouatis, vel etiam de nouo concessis, quæ quoad hoc, nolumus eis in aliquo suffragari. Nullrergo, &c. Dat. Romæ in publica sess. in Lateran. Sacrosc. Basilica solẽniter celebrata, anno Incar. Dom. 1516. 14. Kal. Ian. Pont. anno 4.

Similiter prohibitum est ne prædicatores in suis sermonibus ad populum de conceptione B. M. V. in peccato originali affirmatiuè vel negatiuè cum reprobatione alterius opinionis quicquã asserant. vt extrauag. Graue minus de reliquijs. comm. & cit. Conc. Trid. sess. 5. de peccato orig. quæ prohibitio innouata eti- 6.

tã etiam fuit cum adiunctione pœnarũ contra prænaticantes à Pio V. Const. sua quæ sequitur.

Super specula & infra. Nos igitur qui prædecessorũ nostrorum saluberrima decreta pro viribus salua esse cupimus, potissimũ illa quæ à Sacrosan. Synodo Trid. denuo sunt confirmata, liberã cuiq; facultatẽ relinquentes opinandi huius controuersiæ quamlibet partẽ prout vel magis piam vel magis probabilẽ esse iudicauerit. Prædictorũ igitur concionatorũ aliorũq; contentioni atq; temeritati populorũq; scandalis occurrere studẽtes. Motu proprio nõ ad alcuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiã, sed ex certa nostra scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, statutũ fe. re. Six. IV. prædecessoris nostri, super eare, quod à prafata Synodo innouatũ est, (illud præsentibus ac si de verbo ad verbũ esset insertũ pro plenè & sufficiẽter expresso & inserto habẽtes) Apostolica authoritate tenore præsentiũ cõfirmamus & approbamus, atq; vt deinceps efficacius à cunctis obseruetur, perpetuo statuimus & ordinamus, ac per Apostolica scripta mãdamus, quatenus nemo cuiuscũq; ordinis, gradus conditionis vel dignitatis existat, in popularibus concionibus, vel vbicũq; promiscua virorũ & mulierũ multitudo conuenire solet, de huius controuersiæ alterutra parte disputare, rationibus vel Doctorũ authoritate asserendo propriam sententiã & contrariã refellendo aut impugnando, vel de hac ipsa quæstione cuiusuis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere vel dictare præsumant. Qui contra fecerit suspensionis pœnam à diuinis absq; noua declaratione ipso facto incurrat, si modo fuerit in sacris constitutus, & quocunq; præterea gradu siue dignitate vel administratione fungatur, illis omnibus sit ipso iure priuatus, & ad eadem vel similia munera obtinẽda vel obeunda perpetuæ inhabilitatis censuræ, ipso etiam facto sit obnoxius, super quibus nisi à Rom. Pontifice pro tempore existente dispensari, siue absolui non possit. Et nihilominus alijs pœnis, si opus fuerit à proprio Prælato pro delicti mensura infligendis subiiciatur, prout subijcitur. Cæterum quamdiu per Apostolicam Sedem altera pars definita non fuerit, oppositaq; sententia condemnata, liceat viris doctis in publicis Academiæ disputationibus, siue Generaliũ aut Prouincialium Capitulorum, vel vbi alias interfunt, qui rem capere possunt, nec scandali vlla subest occasio, de illa quæstione disserere, & argumentis vtramlibet partem vel asserere vel impugnare, dum tamen neutra veluti erronea præiudicetur, seruenturq; illa omnia quæ à dicto Sixto prædecessore nostro statuta sunt, quorum singula vt præfertur etiam quãtum ad alias pœnas duximus innouanda, & innouamus per præsentes, &c. Dat. Romæ, an. Incarn. Domin. 1570. pridie Kal. Decemb. Pontif. anno 5.

Adhoc idem emanauit recens ordinatio S. D. N. Pauli PP. V. fœliciter moderni. vt sequitur.

Feria V. die 31. Augusti. Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi. M. DC. XVII. In generali Congregatione S. Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in monte Quirinali, coram S. D. N. D. Paulo diuina prouidentia Papa Quinto.

Sanctiss. D. N. post longam & maturam discussionem auditis votis Illustrissimorũ & Reuerendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, re accuratè ac diligenter perpensa prouide considerans, quod quamuis in Constitutione fe. re. Sixti IV. super conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ pro submouendis inter Christi fideles, scandalis, rixis & contentionibus edita à Sancta Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia constitutione sanctæ me. Pij V. super eadem re, quas similiter Sanctitas sua innouauit cum quibusdam prouisionibus & adiectionib. pœnarum, pro efficaciori earum obseruatione, relinquatur vnicuiq; libera facultas tenendi, & etiam asserendi vtramq; partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra veluti erronea aut hæretica damnetur; nihilominus ex occasione assertionis affirmatiuæ in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus & actibus publicis, quod eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano cum magna DEI offensa scandala, iurgia, & dissensiones. Propterea volens huiusmodi scandalis ex debito sui muneris prouidere, decreuit & præcepit ac præsentis Decreti virtute mandat & præcipit omnibus & singulis cuiusuis ordinis & instituti Regularibus, & alijs quibuscunq; tam Eccles. quam Secularibus personis cuiuscũq; conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ quam Secularis, etiamsi specialis specifica & individua earum esset necessariò mentio facienda, vt in posterum donec articulus huiusmodi à S. Sede Apostolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem suam & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus & alijs quibuscunq; actibus publicis asserere, quod eadem B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contra facientes autem eadẽ Sanctitas sua voluit, & declarauit, subiacere debere, & subiecit censuris & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus suorum Prædecessorũ, & sua ipso facto incurrendis. Per huiusmodi tamẽ prouisionem Sanctitas sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre eã relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus de præsenti reperitur, præterquã quoad supra disposita. Vlterius sub eisdem censuris & pœnis mandans, quod non fuerit concepta cum peccato originali in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquomodo agant, seu tractent. Insuper voluit & expressè mandauit, vt extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradicta Constitutiones firmæ & illæsa remaneant, & exactè obseruentur, perinde acsi præsens Decretum non emanasset. Et ita decreuit & mandauit vbique inuiolabiliter obseruari, non obstantibus in hac parte supradictis Constitutionibus, & alijs omnibus in contrarium facientibus. Volens & decernens pro obseruatione & executione præsentis Decreti,

& om-

& omniũ in eo contentorum, quod contra huiusmodi transgressores etiam Regulares cuiusuis Ordinis & instituti etiam quomodolibet exemptos, & alias quascunq; Ecclesiasticas & Seculares personas cuiuscunq; status, conditionis, gradus, ordinis aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ quam Sæcularis, tam Episcopi & Prælati superiores aliiq; ordinarij locorum, quũ hæreticæ prauitatis vbiq; locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant, tribuens eis & eorum cuilibet liberam facultatem & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendi & puniendi. Voluit demum, ne permissorũ ignorantia à quoquam prætendi posßit, quod præsens Decretum seu illius exempla ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant perinde, ac si vnicuiq; personaliter intimata fuissent; quodq; præsentium transumptis etiam impreßis manu Notarij publici subscriptis, & Sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibita vel ostensæ.

Andreas de Pettinis, Sanctæ Romanæ & vniuersalis Inquisitionis Not.

Anno à Nat. D.N. Iesu Christi 1617. Indictione XV. die vero 12. mensis Septemb. Pontif. autem Sanctiss. in Christo Patris & D. N. D. Pauli Diuina prouidentia PP. V. anno 13. præsens decretum affixum & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostol. & in acie Campi Floræ per me Franciscum de Clericis, Sanctiss. Dom. N. Papæ Cursorem.

Siluerius Pintirolus Mag. Curs.

Romæ ex Typographia Reu. Cameræ Apost. M. D C. X V I I.

Indulgentias item quascunque absq; ordinarij licentia Parochus publicare non debet. *cit. Conc. sess. 21. cap. vlt. de ref.* & si in istis abusus irrepserit, inquirere & remediare tenetur Visitator. *id. Conc. sess. 25. in Decreto de indulg.*

De Sanctorum vtili & necessaria inuocatione & sacrarum reliquiarum veneratione iuxta Ecclesiæ vsum, videndum est an Parochus populum instruat. *id. Conc. loc. cit. de inuocat. Sanctorum.*

Miracula ficta vel noua ne publicet, nisi prius fuerint ab Episcopo examinata & approbata. Episcopus autem casibus huiusmodi miraculorum occurrentibus, singlua diligenter examinare debet adhibitis Theologis, seu alijs peritis viris. *Conc. lo. cit.* Et præcipuè circa ista aduertendum est, an casus occurrens arte vel ratione aliqua naturali euenire non potuerit; si enim naturaliter vel arte contingere posset, nõ esset miraculũ. *Abb. in cap. cum Martha. num. 7. de celeb. Miss.* Item aduertendæ sunt in facto occurrenti circumstantiæ miraculi propriæ, vt quod in instanti fiat, & ex omni parte perfectum sit. & alia requisita annotata. *in gl. mag. in c. vn. de reliq. & ven. sanct. in 6. adhoc. S. Th. in 3. p. q. 44. art. 3. Archid. in cap. nec mirum. 25. quæst. 5. Turrecrem. in cap. sunt plures. de pœnit. diss. 3.* 7.

Nec credendũ est in talibus testi singulari. *Archid. in cap. nec mirum. 26. q. 5.* & interrogari debent testes de singulis circumstantijs casus occurrentis, & de causis scientiæ, non enim sufficeret si diceret testis se scire, quia audiuit ab alijs.

lijs, vel quia manet in vicinia. *Abb. in c. venerabili. de test. Felin. in c. licet ex quadam. eod. tit.*

Videndum præterea quomodo se gerat Parochus circa doctrinam Christianam, & fidei rudimenta singulis diebus Dominicis & Festis pueris explicanda, iuxta ordinationem *cit. Conc sess. 24. c. 4. de ref.* Et ad huius præclari instituti maiorem obseruationē emanauit quoque Pij V. constitutio huiusmodi. 8.

Ex debito Pastoralis officij, & infra. Cupientes igitur tam pio tamq; laudabili operi viribus totis, fouere, & animas lucrifacere creatori, ex certa nostra scientia vniuersos, & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, cæterosq; Ecclesiarum Prælatos, & locorum quorumcunq; ordinarios, vbilibet constitutos, præsentes & futuros rogamus & hortamur, attentè eis ac eorum in spiritualibus & temporalibus Vicarijs seu Officialibus generalibus, per Apostolica scripta mandantes, quatenus hoc opus sanctissimum toto pectore amplectentes, aliquas Ecclesias in suis ciuitatibus, & Diœcesib. respectiuè, seu loca honesta, in quib. præfati infantes & pueri ad audiendum doctrinam Christianam conuenire possint, deputent, & viros ad id idoneos, vita & moribus approbatos, qui dieb. saltem Dominicis eosdem infantes & pueros, ac alias personas Diuinæ legis expertes, in articulis fidei & præceptis sanctæ matris Ecclesiæ instruant, confirmēt, & eligant, atque tot societates seu confraternitates, quot ad hoc tam sanctissimum opus exercendum eis oportunæ videbūtur, inibi authoritate nostra erigant & instituant. Nos enim vt promptius & alacrius ad hanc curam subeundam omnes Christi fideles alliciantur, & eo libentius curam ipsam suscipiant, quo ex hoc dono cœlestis gratiæ conspexerint se vberius refectos, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate cōfisi, omnib. & singulis vtriusq; sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus & confessis, seu statutis à iure temporibus firmum confitendi propositum habentibus, qui in aliqua dictarum societatum seu confraternitatum vbilibet constitutarū intrauerint, & adscripti fuerint, illis videlicet, tam qui alios docuerint, quam qui ab alijs in articulis fidei & præceptis Ecclesiæ huiusmodi instructi fuerint, quotiescunq; in præfato sanctissimo exercitio se occupauerint, quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentijs authoritate Apostolica tenore præsentium misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus, perpetuis futuris temporibus valituris, &c. Dat. Romæ, die 6. Octob. an. 1572.

Præterea videndum est, an Parochus prout tenetur habeat Bullam Cœnæ Domini, eamque populo saltem semel in anno ad notitiam deducat. Similiter & constitutionem de medicis Hæbreis Gregor. XII. vt sequitur.

Alias piæ memoriæ, & infra. Vniuersis vtriusq; sexus Christi fidelibus districtè prohibemus & interdicimus, ne post hac Iudæos vel alios infideles ad ipsorū Christianorum ægrotantium & infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocari admittiuè faciant, concedant vel permittant. Mandantes propterea omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis, necnon dilectis filijs,

ijs aliis locorum ordinarijs, & quibuscunque Parochis, aliisue animarum curam habentibus, & exercentibus, sub indignationis nostræ, ac aliis arbitrio nostro infligendis pœnis, vt præsentes literas nostras in suis Ecclesijs, quæ in illis ciuitatibus vel Diœcesibus cõstitutæ sunt, in quibus Hæbrei & alij infideles moram trahunt, quamprimum ad eos perlatæ fuerint, & deinde singulis annis initio Quadragesimalis ieiunij publicẽt, aut publicari faciant. Et quod si quis post earum publicationem etiam quomodolibet exemptus, ac cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis & præeminentiæ existens aduersus illas facere ausus fuerit, Sacramenta ei Ecclesiastica nullatenus ministrentur, nec etiam à Regularibus exemptis; & sic decedens Ecclesiastica careat sepultura. Quæ quidem omnia Parochi ægrotantibus significare apto tẽpore non omittant, præsertim cum Iudæum vel infidelem medicum ab eis admissum esse cognouerint, & alias ipsi locorum ordinarij contra huius mandati transgressores debita animaduersione procedant, Iudæosq; ipsos nihilominus iuxta Pauli & Pij Pontificum prædictorum literas contra illos editas pro earũ transgressione puniant Non obstantibus, &c. Dat. Romæ, an. 1581. die 30. Martij.

Circa secundum, videlicet Missarum & officiorum Diuinorum celebrationẽ videndum est Visitatori, quomodo Parochus sit frequens in Missis celebrandis, & vt ad minus diebus Dominicis & Festis celebret. *cap. quotidie. de consecr. distinct. 2.* si autem Ecclesia abundaret fructibus, posset ipsi adiungi Capellanus, vel etiam plures, quo frequentius Missæ celebrentur. *cit. Conc. sess. 21. c. 4. de ref.* vt autem distinctius indagandi defectus circa Missarum & Diuinorum celebrationem considerentur, reducendi videntur ad tria capita, ex quibus cõmuniter omnes alij defectus emanare solent, & ista sunt auaritia, irreuerentia, superstitio.

10.

Quoad auaritiam, prohibet Conc. Trid. *sess. 22.* de euitan. in celeb. importunas Eleemosynarum exactiones, pacta quæuis de obtinendo lucro seu commodo aliquo temporali pro celebranda Missa, seu pro dicendo officio Diuino. *ad hoc. cap. nullus. c. placuit. & seq. 1. q. 1.* celebrans enim seu dicens officium Diuinum pro mercede temporali incurrit Simoniam. *c. suam nobis. de Sim.* quinimo etiam propter solam intentionem percipiendi mercedem temporalem, celebrans contrahit Simoniam mentalem, *vt notat gl. in c. fin. lo. cit de Sim.* vnde & Canonicum accedentem ad Ecclesiam solum propter lucrandas distributiones quotidianas, non euitare eandem Simoniam vult *Anchar. in c. 1. de celeb. Miss. Abb. in cap. 2. & 3. ib.* qui tamen dicit talem non teneri ad restitutionem lucri percepti, sed tantum ad agendam pœnitentiam. *ad hoc. Conc. in Clem. 1. de celeb. Miss.*

Si verò datur aliquid gratuito, seu in modum Eleemosynæ, licitè accipi potest. *cap. sicut Episcopum. 1. q. 2. Nau. in man. c. 23. num. 102.* seu pro stipendio sustentationis, si Sacerdos non habet aliunde quo viuat. *Arm. v. Simonia. num. 19.* Licitè enim pauper Sacerdos locat operas suas Spirituales, dum modo non intendat principaliter vendere Diuina, sed tantum vt inde viuat, cum non habeat aliunde. *cap. suam nobis. cit de Sim. gl. in cap. significatum. v. ita quod de præben. Abb. ib. & in cap. cum secundum. nu. 3. ib. de præb.* 11.

V Simi-

Similiter neque pro administratione Sacramentorum, neque pro sepultura quicquam exigi debet, & exigens committeret Simoniam. *cap. quæsta est. & seq. 13. quæst. 2. cap. non satis. de sim.* si tamen consuetudo sit quod circa huiusmodi aliquid accipiatur, potest accipi licitè, dummodo fiat sine pacto, & liberè Sacramentum prius conferatur. *cap. ad Apostolicam. lo. cit. de sim.* & si nil datur, non est propterea retardanda Sacramenti administratio *Innoc. in cap. ad Apostolicam. cit. Nau. cõs. 2. de decim.* nisi forte deneganda sint Sacramenta, vel sepultura ex permissione seu mandato Superioris. *Genuen. in prax. c. 76. num. 10.*

Ad irreuerentiam autem spectat, ne Missæ in Ecclesia nondum consecrata celebrentur. Potest tamen Episcopus concedere licentiam in talibus Ecclesijs celebrandi, super Altari viatico seu portatili ex praxi communi.

Neque in domibus priuatis Missæ possunt celebrari. *Conc. Trid. cit. sess. 22. de euit. in celeb. præsertim illis verbis.*

12. *Neuè patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad Diuinum tantum cultum dedicata Oratoria, ab eisdem ordinarijs designanda & visitanda, sanctum hoc Sacrificium à Secularibus aut Regularibus quibuscunq; peragi, &c.*

Quo Decreto Conc. derogatum esse etiam priuilegijs Regularium de celebrandis Missis extra locũ sacrum tenet Nau. *in man. c. 25. num. 82.*

Propter idem Decretum etiam Episcopum dum est in aliena Diœcesi, in qua est receptum Conc. Trid. non posse
13. vti priuilegio. *cap. fin. de priuil. in 6.* nec posse celebrare Missam extra locum ad hoc assignatum, deducit Nau. *cons. 16. de priuil. in antiq.* An autem hoc decreto Conc. derogatum sit. *cap. concedimus. de consecr. dist. 1.* ex quo tempore necessitatis poterat Episcopus dare licentiam celebrandi extra locum Sacrum, consuli potest idem Nau. *lo. cit. in fin. & in man. lo. cit.* & melius *cons. 1. quæst. 37. de constit.* vbi dicit non posse Episcopum in loco vbi est receptum Conc. Trid. dare licentiam celebrandi apud infirmum, & Conc. derogasse, quo ad hoc iuribus antiquis ex consuetudine vsu recepta interpretandi hoc modo locum Conc. citatum.

Oratoria autem si contigerit alicubi designari per Episcopum, illa Episcopus postmodum singulis annis visitare tenetur. *Conc. lo. cit.* Præcipuè autem in huiusmodi cõcessionibus apponi deberet, vt Oratorium decenter extructũ & ornatum, & ab omnibus actibus domesticis liberum existat: tum vt ibi peragantur Diuina sine Parochialis Ecclesiæ præiudicio, & excipiantur dies Natalis D. N. Resurrectionis, Pentecostes, quibus in Oratorio celebrari non liceat, sed Parochialis frequenter: quodque alij præterquam seruitio personæ, cuius intuitu Oratorium conceditur necessarij, ibidem audientes Missam, ab obligatione audiendi Missam ex præcepto Ecclesiæ, per hoc non liberentur, quæ omnia etiam stylus Rom. Curiæ in facultatibus ad construenda Oratoria apponere consueuit. 14.

Huc spectat quod plures Missæ eodem die ab eodẽ celebrari nõ debent. *c. sufficit de consecr. dist. 1.* præterquã in die Natalis Domini. *c. cõsuluisti. num. gl. de celeb. Miss. Sylu. v. Missa. 1. §. 7. Nau. in man. cap. 25. num. 87.* vbi plures enumerantur casus, in quibus licitum sit eodem die plures dicere Missas, sed in talibus tutius esset 15.

per-

permissionem à sede Apost. obtinere, prout vidi concessum à Leon. *de const. incip. Sacrosanctæ. de ann. 1515. 5. Id. Augusti*, in fauorem Regni Poloniæ pro locis quibus laboratur Sacerdotum penuria, vt nimirum ibi possit vnus Sacerdos in duabus Ecclesijs celebrare, dummodo nonnisi in vltima Missa purificationem recipiat, *per not. apud DD. in cap. ex parte. de celeb. Miss.* Pœna autem contra celebrantes pluries in die nulla statuta est, *vt testatur Diaz in pract. crim. cap. 35.* vnde pœna hæc manebit Iudicis arbitrio, qui secundum circumstantias delicti, & scandali inde exorti, pœnam imponere potest. *arg. l. 1. §. expilatores. ff. de effract.* & quidem maiorē si aliquis causa lucri hoc fecerit. *cap. sufficit. cit.* & in simili casu fuisse in Curia Neap. impositam pœnam triremiū, refert Genuen. *lo. sup. cit. c. 79.*

16. Sine Orario seu Stola & alijs vestibus sacris celebrari, & alia Sacramenta administrari non debent. contrafaciens, Iudicis arbitrio puniri posset. *cap. Ecclesiastica. 23. distinct.* ad hoc *Conc. Trid. cit. sess. 22. cap. 5. & can. 7.* vbi docet vestes huiusmodi & alias Ceremonias in Ecclesia vsitatas, esse ritè institutas, & contrarium asserentes anathemate damnat. *ad hoc Diaz cū Lopez in pract. crim. c. 38.* Alij etiā ritus aut ceremoniæ, vel orationes adhiberi in celebratione non debent, quam illæ quæ sunt ab Ecclesia approbatæ, & non receptæ. *id. Conc. lo. cit. de celeb. Miss.* & in Ecclesia Romana nonnisi Romanæ, in Græca nonnisi Græcæ. *Abb. in cap. literæ. num. 5. de celebratione Miss. S. Th. in 3. par. quæst. 74. art. 4.* vnde &

17. Pius V. Constit. sua *incip. Prouidentia. de ann. 1566. 23. Kal. Septemb.* prohibuit, ne Latinus ritu Græcorum, vel Græcus ritu Latino celebrare possit. *eius Constit. verba sunt.*

Prouidentia, & infra. Sanè cum ad notitiam nostram peruenerit, quod nonnulli Præsbyteri tam Græci quam Latini, antiquum S. R. E. ritum, tam in celebratione Missarum quam aliorum Diuinorum officiorum peruertere satagentes, diuersas licentias & facultates, Missas & alia Diuina officia Græci Latino more, ac Latini Græco ritu celebrandi ab Apostolica sede, vel eius Legatu, ac etiam maiore Pœnitentiario pro tempore existente, variis prætextibus impetrarunt, illisq; iam pridem vtuntur. Hoc ab antiquo Catholicæ Ecclesiæ instituto, Sāctorumq; Patrum decretis deuiare considerantes, propterea hunc abusum ab Ecclesia Dei extirpantes, & submouere volentes, omnes & singulas licentias & facultates huiusmodi hactenus etiam motu proprio vel quarumuis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibusuis causis concessas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habentes, Apostolica authoritate ex certa scientia hac præsenti nostra perpetuò valitura Constitutione reuocamus, cassamus, annullamus, & irritamus, quibusuis Præsbyteris tam Græcis quam Latinis in virtute sanctæ obedientiæ & sub indignationis nostræ ac perpetuæ suspensionis, à Diuinis pœnis districtius inhibentes, ne deinceps præsbyteri Græci præcipuè vxorati Latino more, & Latini Græco ritu huiusmodi licentiarum & facultatum

tum aut alio quouis prætextu missas & & alia Diuina officia celebrare, vel celebrari facere præsumant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis quatenus in ciuitatibus & Diœcesibus propriis, præsentes nostras litteras publicari, & sub prædictis & aliis sibi bene visis pœnis, per quoscunque Prælatos, Capitula, Clericos, Fratres superiores & personas quaslibet inuiolabiliter obseruari faciant, contradictores quoslibet authoritate Apostolica compescendo. Non obstantibus, &c.

18. Statutis item horis celebrandum est. *Conc. loc. cit.* & horæ debitæ sunt, post horam diei tertiam *cap. nocte. dist 1. de consecr.* siue vt non celebretur post meridiem, neque ante lucem diei. *Nauar. in man. c. 3. n. 86.* præterquam in nocte Natiuitatis Domini. tum tamen non posse rectè dici ante lucem plures quã vnam missam vult. id. *Nau. ib. num. 87.* Neque priuilegio speciali aliquis se tueri potest vt missas non debito tempore, vt ante lucem, vel vespertino tempore celebret, omnia enim priuilegia huiusmodi annullauit. Pius V. Const. sua *incip. Sanctissimus de an. 1566. publ. Romæ. 29. Mart.* postmodum tamen Greg. XIII. indulsit Patribus Soc. Iesu. vt vna hora ante auroram possint celebrare missam Const. sua. *incip. Quanta in vinea Domini de anno 1578. 9. Mart.* relata apud Eman Roder. *in collect. priuil. mend. tom. 2. fol. 461.*

Huc pertinet quod Sacerdos in recitando officio Diuino & missis celebrãdis, tenetur sequi ordinem Breuiarij Romani, nec debet dicere officium pro li-
19. bitu, vel missam de vno Sancto, seu cer-tas speciales tantum. *cap. quidam Laicorum. de celebr. miss.* præsertim Sacerdos officians Ecclesiam; alioquin si sint plures Sacerdotes, posset aliquis dicere missas peculiares, vel pro defunctis, dummodo missa publica celebretur de die. *Abb. in cap. quidam. cit. & in cap. significatum. de præb. Card. in Clem. 1. §. fin. de relig. dom. & in Clem. 2. de re. aud.* Ad hoc propositum seruit rescriptum Greg. XIII. ad Ecclesias Hispaniarum, quod aliarum quoque partium vsui vel exemplo esse potest, ideo ponendum voluimus, *vt sequitur.*

Pastoralis officij. & infra. ad omnem scrupulum dimouendum, motu proprio & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hæc quæ sequuntur declaranda duximus & concedenda. Inprimis illud nobis declarandum se offert ex quo magna oriri poterat confusio, cum enim prædecessor prædictis indistinctè concesserit vt Ecclesiæ Hispaniæ possint celebrare officia propria Sanctorũ illius prouinciæ, illiq; plures sint numero, ex hoc sequebatur vt officium maioris partis feriarum omitteretur, & ordo Breuiarij fere subuerteretur. Nos huic incommodo occurrere volentes, & prædecessoris prædicti mentem sano modo interpretantes, declaramus vnamquamque Hispaniæ Ecclesiam eorum tantum Sanctorum qui in Breuiario non sunt descripti officia propria celebrari posse, qui vel illius Diœcesis sunt naturales, vel eius Ecclesiæ seu Diœcesis sunt Patroni, vel eorum corpora seu notabiles reliquiæ in ea Ecclesia seu Diœcesi requiescunt. De alijs vero Sanctis etiamsi sint naturales vel Patroni alterius Diœcesis, etiamsi illorum corpora, vel notabiles reliquiæ in

ali-

aliqua Ecclesia alterius Diœcesis requiescant, non celebretur officium proprium, sed seruetur ordo Breuiarij Romani, & quo die celebrabitur festiuitas Patroni vnius Diœcesis, religiones omnes teneantur eodem die in suis Ecclesiis intra limites illius Diœcesis existentibus eandem festiuitatem celebrare, & in hoc cum Ecclesia matrice se confirment, &c.

Item concedimus quod quælibet Ecclesia & Monasteriũ Hispaniæ habens aliquas reliquias insignes, puta caput, brachiũ, vel crus alicuius Sancti, etiã alienigenæ nõ existẽtis in Breuiario, vel de quo in dicto Breuiario fit tantũ commemoratio, possit illius festiuitatem celebrare & officium duplex facere, & de alio Sancto eodem die occurrenti si fuerit simplex fiat commemoratio. Si verò fuerit duplex vel semiduplex transferatur in primam diem simili festo non impeditam, &c.

Cum verò in Ecclesiis & religionibus Hispaniæ vigeat consuetudo, quod diebus Paschalibus & festiuitatibus maioribus, celebret Missam conuentualem Antistes, vel alia persona principalis, & regula missalis ordinet quod omnibus diebus Dominicis infra annum, Sacerdos qui celebrauerit Missam conuentualem exeat ante celebrationẽ Missæ cum pluuiali, vel cappa, & cum ministris ad incipiẽdum in Altari maiori Antiphonã Aspergesme. & ad aspergendam aquam benedictam populo, concedimus quod Antistes seu alia persona principalis celebrans Missam conuentualẽ præmissa facere nõ teneatur, sed illa facere possit quilibet alius simplex Sacerdos eius loco, & quod talis Sacerdos non deferat pluuiale sed albam & stolam vel superpellicium & stolam, nec procedat associatus cum ministris sed solum cum Acolitis, &c. Datum Romæ &c. die 30. Decembris. 1573.

Habetur in proprio SS. Toletanæ Ecclesiæ & apud Quaran. *in sua sum. v. Diuinum officium.*

Reliqua requisita ad celebrationem Missæ, vt videlicet nonnisi à ieiuno celebretur, & nocturno diei ad minus recitato, & præmissa prius confessione Sacramentali si sciat Sacerdos celebraturus se esse in mortali peccato, & habet copiam confessarij, aliaque quæ circa celebrationem obseruanda vel euitanda sunt, videri possunt apud *Sylu. Arm. Nauar. & communiter summistas locis sup. cit.*

Ad reuerentiam item Diuinorum spectat, ne publicè & notoriè criminosi altari ministrent, vel sacris interfint. *Conc. lo. sup. cit. & gl. sing. in cap. de homine. v. grauiter. de celeb. miss. Abb. ib.* vnde peccat audiens Missam fornicarij notorij, & ab Ecclesia condemnati. *cap. nullus c. præter. 32. dist. cap. vestra. de cohab. Cler.* 20.

Hoc eodem modo interdicti suspensi, excommunicati sacris interesse non possunt. *cap. cum desideres. c. de sent. excomm. cap. is qui. eo. tit. in 6.*

Populum item obligatur monere Parochus vt missas frequentet, & instruere de præcepto Ecclesiæ audiendi Missã diebus festis sub peccato mortali. Cogi tamen nemo posset vt audiat hanc Missam in propria Parochiali, quia nimirum. *Conc. loc. cit.* vtitur verbo (*moneant*) vt etiam respondisse fertur S. Congreg. Conc. Ad quod facit declaratio Leon. X. qua declarauit satisfieri huic præcepto, si audiatur Missa in Ec- 21.

clesijs Regularium. eius declarationis tenor relatus apud Confect. *in collect. priuil. Mend. fol. 149. est huiusmodi.*

Intelleximus quosdam in dubium reuocare & perinde conscientijs timoratis scrupulum injicere, si Christi fideles qui Dominicis & festis diebus extra Ecclesias suas Parochiales Missas audiunt in Ecclesijs Fratrum ordinum Mendicantium, Ecclesiæ præcepto de Missa audienda satisfaciant. Nos ambiguitatem huiusmodi penitus tollere volentes, vt cum sinceriori conscientia fideles quiq; Deo creatori suo seruiant, authoritate Apostolica tenore præsentium notum facimus, omnes Christi fideles vtriusq; sexus (qui non contempto proprio Sacerdote Parochiali) in Ecclesijs Fratrum ordinũ Mendicantium Dominicis & festis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missa audienda, nec in aliquã labem mortalis peccati pœnamue propterea incurrere. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;, &c. Datum Romæ sub annu. Piscat. die 13. Nouemb. 1517.

Et hoc idem declaratũ fuisse à Clem. VIII. breui quodam decreto ad Nuncium Sedis Apostolicæ inferioris Germaniæ, *de anno 1592. die 2. Septemb.* refertur *in Collect. priuil. Eman. Roder. pag. 520. sub num. 4.*

Non modicum etiam facit ad maiestatem decoris Ecclesiæ seruandum, apparatuum, vestium altaris, & ornamentorum Ecclesiæ munda & decens pro facultate loci custodia. *Clem. 1. §. in multis. de celebr. Miss.* & ne sit vilis, sed decentis æstimationis, pro modo cõditionis loci. *vt notat gl. in vn. Clem. cit. v. indecentibus. Abb. ib. num. 9.* Vnde singula visitatori reuidenda sunt, & si qua reperiuntur, minus decentia, corrigenda. Tecta itẽ & fabrica tota Ecclesiæ intus & foris circumspicienda, & si quid reparatione indigeat, vt reparetur prouidendum.

Quis autem teneatur ad expensas tã pro vestibus quam pro fabrica Ecclesiæ, dicendum est, quod si adsit quarta pro fabrica, ex illa sunt faciendæ expensæ necessariæ Ecclesiæ. *cap. vnic. loc. q. 3.* si autem non habetur quarta seu fructus separati pro fabrica, tenetur ad expensas Parochus. *cap. decernimus. loc. cit. quæst. 1. & cap. de his. de Eccles. ædif. Abb. ib.* & potest per Episcopum assignari pro fabrica quota fructuum beneficiati *Abb. in cap. fin. de his quæ fiunt à ma. par. cap.* Aequiparatur enim beneficiatus vlufructuario. *gl. in cap. fin. v. reseruari. de off. ord. in 6.* vlufructuarius autem tenetur conseruare in integro statu bona sibi commissa *l. vsufructu legato. ff. de vsu fruct.* imo tenetur cauere quod vtetur salua rerum substantia. *Abb. in cap. cum constet. num. 1. de pignor.* 32.

Tum tamen tenetur beneficiatus ad fabricam, si illi supersesse potest aliquid vltra necessariam vitæ sustentationem parcè viuendo. *Abb. in cit. cap. fin. circa fin.* quantum autem requiratur ad sufficientem sustentationem curati, colligi potest ex Conc. Trid. *sess. 24. cap. 14. de ref. & ex Constit. Pij V. supra à nobis relata.*

Si autem Parochus esset adeo pauper quod non haberet sufficientem sustentationem, ad expensas pro fabrica Ecclesiæ, tenerentur contribuere Parochiani. *cit. Conc. sess. 21. cap. 4. de ref.* Sed ad conseruandam domum suam Plebanalem adhuc teneretur ipsemet Parochus.

rochus omnino. *arg. l. eum ad quem. C. de vsufruct. Capol. de seruit. vrb. præd. cap. 59. num. 14.*

Non minus item ad cultum diuinum cum decore perficiendum spectat, vt dies festi ab Ecclesia instituti, vel locorum pio vsu recepti seruentur. Vnde tenetur Parochus dum concionatur ad populum, annunciare Festa quæ incidunt pro tempore celebranda, siue pro vniuersa Ecclesia instituta, siue particulariũ locorum vsu vel statutis Episcoporum approbatis à sede Apostol. ordinata. *cap. Catholica. dist. 11. cap. 1. de consecr. dist. 3.* In quibus autem consistat obseruatio festorum, consulendi sunt Summistæ, præsertim *v. Dominica.* nobis sufficiat ad hoc propositum referre S. Congr. Rituum declarationem, *cuius tenor est.*

23.

Congregatio censuit licere diebus festis dare operam rebus ad vitam necessarijs, ac tempore perituris, præsertim tempore vindemiarum ac messium, ac recollectionis fructuum, vel si necessitas vrgeat ac suadeat pietas. Caterum quoniam verendum est, ne priuatis affectibus, domesticarumq; rerum studio aliqui eo perducantur, vt hac Sacrorum Canonum indulgentia in alijs etiam casibus abutantur, ijdem Patres Illustriß. adijciunt, ad ordinarij cuiusq; iudicium ac censuram pertinere, vt dignoscat num vere vlla ex causis subscriptis subsit, propter quam liceat diebus festis rebus seruilibus vacare, vt nec dierum festorum obseruantia vlla in re violetur nec opera illis diebus summa cum ratione permissa impediantur.

Hieron. Card. Math.

Sub eadem obseruantia dierum festorum poni potest, quod mercatus & nundinæ diebus festiuis exerceri non debent, & ab Ordinario prohiberi possunt, & inobedientes puniri, ad quod Constitut. Pij V. *incipit. cum primum. §. Cum vero dierum festorum.* quã infra referemus. & *Steph. Grat. in decis. Rotæ March. decis. 11. à num. 17.* refert ad hoc propositum, declarationem S. Congr. præfatæ occasione nundinarum Recanaten. factum, relatum apud Quarant. *sup. cit. v. dies festus.* in hæc verba.

Præceptum de Dominicis & festiuis diebus sanctificandis & obseruandis sub prætextu mercatuum, nundinarum & feriarum, nullatenus esse violandum. Caterum his diebus licere Agasonibus ac alijs iumentorum vectoribus, seu mercium conductoribus, baiulis & alijs huiusmodi seruientibus ac ministris, sarcinas & onera nundinarum causa exonerare & deponere, incæptũq; iter, missa tamen prius audita, transeundo prosequi & continuare. Non autem debere sarcinas componere & iumenta onerare ad iter de nouo incipiendum. Neq; mercatoribus aut alijs ciuibus & viatoribus ijs diebus etiam clausis apothecis merces vendere, emere aut asportare licere, nisi tantum ad victũ necessaria, aut alia minuscula & modici momenti opera iam confecta & elaborata, pro transeuntium hospitum aduenarum, & externorum vrgenti & præsentanea necessitate & opportunitate. In quo partes erunt Episcopi proposito edicto prouidere, vt in primis hi festi dies debita obseruatione colantur, simulq; populorum eo confluentiũ necessitatibus quantum sine diuina offensione fieri potest, consulatur. Quoad iudicia autem quæ Dominicis & Festis diebus silere debent, id obseruari poterit, quod

quod iure communi permittitur in quibusdam vrgentibus casibus, qui normam & dilationem non patiuntur; in quibus & alijs iurisdictionem consulum nundinis propositorum concernentibus, constitutiones & Summorum Pontificum, si qui habent priuilegia & allegatum Breue fel. rec. Pij V. seruanda esse statuit.

Ad decorem item Ecclesiæ facit, ne ibi tem conuiuia exerceantur. *cap. nullt. dist. 24.* suppellex prophana ne ibi asseruetur, nisi forte sub periculo incendij, hostilitatis, vel similium. *cap. 2. de cust. Euchariſt.* Laici Præsbyterium nempè
24. chorum, seu cancellos Altaris maioris ne ingrediantur, dum celebratur. *c. Sacerdotum. de consecr. dist. 2.* Cantus lasciui & prophani ne adhibeantur circa Diuina. *Conc. lo. cit. de cult. in celeb.*

Et ne singula circa Sacrorum cultum enumerare cogamur, cum alterius potius instituti sint, & vix tractatu integro ex ediri queant, solam adhuc Constitutionem Pij V. apponens in hac materia, quæ scitu est omnino necessaria Ecclesiarum rectoribus. *& est vt sequitur.*

Cum primum Apostolatus officium & infra. Statuimus & ordinamus, vt ad Ecclesias sit humilis & deuotus ingressus, quieta conuersatio, deuotus orationibus insistant, & omnes genibus flexis sanctissimum Sacramentum adorent: ad nomen Iesu Christi Domini nostri cum exhibitione reuerentiæ caput inclinent, nullus in dictis Ecclesijs seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moueat, impetumue committat; cessent vana, fœda & prophana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes iudiciorum, & alia quæcunq; quæ Diuinum officiū perturbare possunt. Nullus inter Ecclesias deambulare audeat siue præsumat, dum celebrantur sacra Missarum mysteria & alia Diuina officia. Qui verò prædicta petulanti animo contempserint, præter Diuinæ vltionis acrimoniam, nostri quoque arbitrij pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoq; ordinarij in suis Ecclesijs facient obseruari. Quicunq; verò in Ecclesijs, dum ibi sacrificium Missæ & Diuina celebrantur officia, aut verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari aut verso tergo ad sanctissimum Sacramentum irreuerenter sedere, aut aliquid quod scādalum generet, aut Diuina perturbet officia, facere præsumpserit, pœnam viginti quinque Ducatorum incurrat præter alias arbitrio nostro imponendas & moderandas pœnas, & qui nō habebit in ære luet in corpore, aut exilio mulctabitur. Qui verò in Ecclesijs cum mulieribus impudicis, siue etiam honestis colloquium scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, vigintiquinque Ducatorum pœnam incurrat, & carceris per mensem. Qui in Ecclesijs vt supra obscœnis & inhonestis verbis, aut signis vsus fuerit, aut alia fœda colloquia cum personis quibuscunq; habuerit, decem aureorū pœna mulctetur, aut alias corporaliter puniatur. Mandamus præterea omnibus & singulis Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium Ecclesiarum, Capitulis, Rectoribus, Vicarijs, Sacristis, Ostiarijs & alijs ipsarum custodibus, quatenus præfatos omnes in Ecclesijs delinquentes admoneant, & vt in eis vetita fieri non permittant, vel saltē ipsis Ordinarijs vel Officialibus nostris puniendos deferant. quod si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent. Pauperes quoque

mendi-

mendicantes seu Eleemosynas petentes per Ecclesias tempore Missarum, Prædicationum, aliorumq; Diuinorum officiorum ire non sinant, sed eos ad valuas Ecclesiarum stare faciant, sub pœna duorũ aureorum Capitulis infligenda pro qualibet vice, nisi eos ejici curauerint, & Parochis dimidij aurei; Religiosis etiam clauſtralibus siue Regularibus præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, vt in Ecclesiis suis deputent aliquem qui tales eiçiat, & si negligentes fuerint, grauissime ab Ordinario corripiantur. Quod si illi parere recusauerint, grauißimas pœnas incurrent, & pro qualitate personarum etiam corporaliter punientur arbitrio nostro siue Superiorum suorum. Et vt in Ecclesiis nihil indecẽs relinquatur, ẽdem prouideant, vt capsæ omnes & deposita, seu alia cadauerum conditoria super terram existentia omnino amoueantur, prout alias statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur. Cum verò dierum Festorum obseruatio ad Dei cultum maxime pertineat, & in Lege diuina præcipiatur. Cupientes abusus paruos qui ex eorum inobseruãtia inualuerunt omnino corrigere, & antiquorum Canonum statuta renouantes, mandamus vt omnes dies Dominici, & præcipuè in honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Apostolorum feriati, cum omni veneratione obseruẽtur, & omnes in diebus præfatis Ecclesias frequentent, Diuinis officijs deuote intendant, ab omni illicito & seruili opere abstineant. Mercatus non fiant, prophanæ negotiationes & Iudiciorum strepitus conquiescant. Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, præter Diuinã vltionem & amissionem animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret, arbitrio nostro seu Vicarij nostri in vrbe. In alijs autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magistratuum, ita vt præuentioni locus sit. Quibus omnibus districtè præcipimus, vt hæc diligenter obseruari procurent. Illas etiam festiuitates quæ iuxta consuetudinem locorum solemniter celebrari consueuerunt, iuxta laudabilem consuetudinem debita cum reuerentia obseruari faciant, sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis & moderandis. Et vt Simoniacæ prauitatis labes prorsus aboleatur constitutiones anteceſſorum nostrorum contra Simoniacos editas, & præsertim Pauli II. inuiolabiliter obseruari mandamus, & delinquentes tam in Sacrorum ordinum receptione, quam in beneficiorum assecutione, statutis etiam inferius pœnis nostra auctoritate affici volumus. Quicunq; igitur detestabile crimen Simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas Simoniacè acquisiuerit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas & quascunq; alias obtinendas. Qui beneficium aut officium Ecclesiasticum Simoniacè adeptus fuerit, illo similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium quos perceperit restitutionem teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad ea, & quæcunq; alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse con-

uictus fuerit, præter supradictas pœnas etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus, à fidelium consortio eijciatur. Qui verò ordines & beneficia Simoniacè contulerint, pœnis à iure statutis puniãtur cuiuscunq; gradus, conditionis, & dignitatis, etiamsi Episcopi, Archiepiscopi, vel maiores fuerint. Caueant præterea quicunq;, ne in Sacramẽtorum exhibitione Simoniacum aliquid faciant. Alioquin grauissimè puniantur per locorum ordinarios, qui huiusmodi criminis reos, cum maxima seueritate coërcere procurent iuxta Concilij Tridentini statuta. Ad abolendum verò nefarium & execrabile blasphemiæ scelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & Imperialibus quoque legibus receptum est, nunc autem propter nimiam Iudicum in puniendo segnitiem, vel potiùs desuetudinem supra modum inualuit Leonis X. prædecessoris nostri in nouissimo Lateranen. concilio statuta innouantes. Decernimus vt quicunq; Laicus Deũ & Dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam eius genitricem expressè blasphemauerit, pro prima vice pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat, pro secunda pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos soluet, & ignominia notatus exilio mulctabitur. Qui verò Plebeius fuerit, nec erit soluendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis, ante fores Ecclesiæ constituetur per diem integrum, pro secunda fustigabitur per vrbem, pro tertia lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicunq; Clericus in hoc blasphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium & quorumcunq; beneficiorum suorum, pro secunda beneficijs ipsis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod si Clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verberaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ atque personæ, arbitrio Iudicis puniatur. Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ perpetrauerit, Curiæ seculari puniendus tradatur. Et si Clericus fuerit omnibus ordinibus degradatus, simili pœnæ subijciatur. Monemus præterea omnes Locorum ordinarios, & in virtute Sanctæ obedientiæ eis præcipimus, vt statuta Tridentini Concilij contra Concubinarios, tam Clericos quam Laicos edita districtè faciant obseruari, reddituri Deo ac nobis, si id omiserint rationem. Et vt præmissorum delictorum Simoniæ, blasphemiæ, ac stupri nefandi notitia facilius habeatur. Volumus quod in singulis casibus, non solum per accusationem & inquisitionem, sed etiam ad simplicem & secretam denunciationem procedatur per quoscunq; Iudices, alias tamen de iure competentes, tam ratione delicti quam personarum, ita quod inter eos locus sit prouentioni. Monemus præterea omnes & singulos, vt solum Dei timorem præ oculis habentes, & non alia animi prava affectione ducti, culpabiles tantum deferant, innocentes

centes non vexent. Quod si aliqui ex calumnia aliquos denunciasse comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri volumus & mandamus. Mulctæ autem pecuniariæ applicabuntur pro duabus partibus locis pijs arbitrio nostro in vrbe, extra vero Ordinariorum, pro tertia accusatori qui delinquentes detulerit. Mandamus autem, &c.

Superstitio demum vt corrigatur, inquirere debet Visitator, an aliquis circa cãdelarum vel missarum certum numerum vsus tenaciter feruetur, an super rebus aptis ad sortilegia, vel adhibitis verbis aut orationibus ceremonijsue superstitiosis Diuina peragantur; talia enim prohibenda sunt. *Conc. lo. cit. de celeb. miss.* Vel ne missa pro defunctis ordinata, pro viuis celebretur, quo aliqui mortis periculum incurrant. *cap. quicunq; 26. quæst. 5.* Imagines Ecclesiæ & altarium, aduertendum est, vt pietatem præ se ferant, neue ibi sit gestu aut corporis dispositione aliquid indecorum, vel scurrile seu prophanum. Ne etiam exponantur imagines aliorum Sanctorum, quam illorum qui ab Ecclesia sunt approbati. *cit. Conc. Trid. sess. 25. de reliq. & ven. san. Abb. in cap. 1. eo. tit.* Imagines quoque etiam in priuatis ædibus sitæ, quibus populus superstitione abuteretur, interdicendæ sunt. *Simanc. de Cathol. institut. tit. 33.*

Quoad tertiam autem functionẽ Parochi, quæ versatur circa Sacramentorũ administrationem, plurima Visitatori consideranda sunt, quorum singula facilius in ipso Visitationis actu prudenti Visitatori occurrere, quam scripto exprimi possunt, & satis exquisitè collecta habentur *in Direct. visit. Ant. Rosta. sup. cit.* Nos ea solum quæ sæpius occurrunt, & maiori cum iactura prætermittuntur attingemus.

Vnde primo visitandum est Tabernaculum, vbi SS. Sacramentum Eucharistiæ conseruatur, quod in altari maiori, vel si commodè ibi non poterit, saltem in aliquo Ecclesiæ conspicuo & nobiliori loco collocari debet, decenter pro facultatibus loci exornatũ, bene clausum, & clauis serraturæ ipsius, non relinquẽda in aliquo cõmuni loco, sed penes Capellanũ vel ipsum Parochũ custodienda. Intus etiam decenter ornari debet, & tenenda sunt ibi duæ pixides seu vasa, in quorum vno conseruetur SS. Sacramentum, quod teneatur continuè in Tabernaculo, in alio autem deferatur ad infirmos, & vasa ista nonnisi super altari viatico, vel ad minus super corporali collocentur. Cauendum etiam ne in eodem Tabernaculo olea sacra asseruentur, sed in alio separato decẽti loco; & videndũ quam frequenter renouetur SS. Sacramentum, renouari enim debet saltem singulis octo diebus.

Ad infirmos cũ defertur non nisi præeuntib. luminarijs, sonante campana cũ baldachino à Parocho seu Capellano stola & superpelliceo super induto, & psalmos seu orationes inter eundum recitante deferri debet. Per plateam etiam in qua habitant Iudæi non esse deferendum, respondit S. Cong. Rituum Episcopo Anconitan. *22. Febr. 1593.*

Circa Festum Paschatis quo omnes fideles in propria Parochia confiteri, & cõmunicare obligãtur. *c. omnes vtriusq; de pœni. & remiss. Theol. in 4. sent. dist. 17.* videndũ est, an Parochus adhibeat diligentiã, & sciat qui præcepto Ecclesiæ nõ satisfecerint, & an deferat superiori puniendos. debent enim tales puniri, & posset illis interdici ingressus Ecclesiæ, & si moriantur denegare illis de-

beret Ecclesiastica sepultura. *cap. omnis vtriusq; cit.* si nimirum hoc delictum fuerit manifestum, vel præmittatur cognitio & *sententia. Suarez de Sacram. disp. 36. sect. 8.* satisfacerent tamen tales præcepto Ecclesiæ si communicarent 26. in Ecclesia Cathedrali, Episcopus enim & Ecclesia Cathedralis concurrunt in cura animarum cum omnibus Parochis Diœcesis. *cap. quæcunq; 10. quæst. 1.* imo Episcopus est curatus totius Diœcesis, Parochus autem est ipsius adiutor participans onus. *Aemil. Veral. decis. 340. p. 3.* & qualibet ex Diœcesi potest recipere Sacramenta necessaria in Cathedrali seu ab Episcopo. *Genuen. in prax. cap. 76. num. 22.* nec potest conqueri Parochus quod in eius Parochia administrentur Sacramenta ab Episcopo, seu ab alio de eius mandato. *Innoc. Abb. in cap. officium. de off. Archipresb.* satisfacere etiã huic præcepto cõmunicantem quocunque die hebdomadæ Sanctæ, vel infra octauam Paschæ, vel etiam quocunq; die Quadragesimæ si sit consuetudo, tenet Nauar. *in man. cap. 21. num. 45.*

Quomodo etiam Parochus publicos & notorios peccatores, vt vsurarios publicos, meretrices, à communione arcere possit; & quomodo occultos peccatores quibus absolutionem denegauit, à communione, quam publicè petunt, prohibere non possit, ne per hoc diuulgare videatur illorum peccata, consuli potest. id. Nau. *loc. cit. num. 55. & Arm. v. communio. num. 23.*

Periculo mortis laborantibus Parochus quoque viaticum ministrare debet. Itaque videndum est quomodo Parochus diligens sit in visitandis infirmis, & cohortandis ad pœnitentiam & benè moriendum: puniendusque esset grauiter si deprehenderentur aliqui mortui sine Sacramentis ipsius negligentia. *cap. si presbyter. 26. q. 6.* Et quidẽ nullo casu excusari potest Parochus quominus ministrare teneatur morienti Sacramenta necessaria, ne quidem metu pestis seu 27. alterius contagiosæ infirmitatis. *vt probat Rip. in tract. de peste. num. 147. Rebuff. in prax. de dispens. de non resid. num. 30. Suarez de Sacram. distin. 44. sect. 3. Genuen. in man. past. c. 16. num. 8.* quia nimirum tenetur ponere animam pro ouibus, nempe pro salute spirituali ouium. *ad hoc Scholastici in 2. 2. q. 26. S. Th. ib. & q. 185. art. 5. Summistæ vt Arm. Tabien. v. Episcopus.* alioquin in alijs casibus metus pestis excusaret, nec dicitur negligens, omittens aliquid causa pestis. *Abb. Felin. in c. ex transmissa. de præscript. Bart. in l. naturaliter. col. fin. ff. de vsucap.* nec currunt tempore pestis præscriptiones vel fatalia. *DD. in c. ex trãsmissa. cit. Alex. cons. 42. lib. 3. cons. 42. lib. 3. Neuzan. cons. 51. art. 15. Franc. in c. ex ratione. de appell.* Ad hoc idem spectat vt Parochus infirmum de ijs quæ tenetur sæpe in infirmitate admoneat, vt de non adhibendo medico Iudæo seu alio infideli, præsertim si viderit admissum, opponere se debet & denũciare illi pœnas propterea incurrendas, videlicet quod illi non sint ministranda Sacramenta, & quod debeat carere sepultura Ecclesiastica. *ex Const. Greg. XIII. sup. relata.*

Item monere debet infirmum de de- 28. bito confitendi ad minus tertia die infirmitatis. *cap. cum infirmitas, de pœnit. & remiss.* ad quod idem emanauit Constit. Pij. V. *de anno 1566. die 11. Martij.* vt sequitur.

Supra gregem dominicum & infra. Sanè cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino:

mino lãguido quem sanauerat, vade, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi cõtingat, ac propterea prouide sel. rec. Innoc. tertius Prædecessor noster, Medicis præceperit, vt cum eos ad ægrotos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, vt animarum medicos vocent, ne cũ eis hoc in extrema ægritudine constitutis suadetur, in desperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tã salutare præceptum nulla temporis præscriptione aboleri, sed semper obseruari, Cõstitutionẽ præfatam auctoritate Apostolica tenore præsentium innouamus, & hac nostra in perpetuum valitura Cõstitutione statuimus & decernimus, quod omnes medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneãt, vt idoneo cõfessori omnia peccata sua iuxta ritum S. R. E. confiteantur, neq; tertio die vlterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo Confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientiã oneramus, concesserit, & eis per fidem Confessoris in scriptis factam constiterit, quod infirmi vt præmittitur peccata sua confessi fuerint. Coniunctos verò ac omnes familiares & domesticos infirmi in Domino rogamus, & monemus, vt de infirmitate Parochum certiorem faciãt, ac tam Parochus quam coniuncti & familiares præfati infirmum ad confessionem peccatorum suadeant & inducãt. Quod si qui medicorũ præmissa non obseruauerint, vltra pœnas in dicta Constitutione contentas, quas incurrere declaramus, perpetuo sint infames, & gradu medicinæ quo insigniti erant, omnino priuentur, & à Collegio seu vniuersitate medicorum eiciantur, ac pœna etiam pecuniaria arbitrio Ordinariorum vbi deliquerint mulctentur. Et vt hæc omnia inuiolabiliter obseruẽtur, volumus & eadẽ auctoritate præcipimus & mandamus, vt nullus post hac vbiq; locorũ in medicina doctoretur, aut ei quomodolibet medẽdi facultas à quouis Collegio & Vniuersitate concedatur, nisi omnia in præsenti nostra Constitutione contenta medio eorum iuramento coram Notario publico & testibus, obseruare in eorum manibus, vel ordinarij iurauerint, & de huiusmodi iuramento in priuilegio seu licentia medendi specialis mentio fiat. Quod si Collegia & vniuersitates præfatæ nõ recepto à promouendis iuramẽto huiusmodi, eosdem ad gradũ prædictum promouerint, aut eisdem medẽdi licentiã præstiterint, pœnam priuationis facultatis alios vlterius doctorandi incurrant. Mandãtes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis Venerabilibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, quatenus in Ciuitatibus & Diœcesibus propriis præsentes nostras literas publicari faciant, ac iuramentum prædictũ à medicis iam promotis, seu licentiam medendi habentibus, omnibus iuris remedijs exigant, neque aliquos ad medendum in ciuitatibus & Diœcesibus prædictis admittant, nisi eis constiterit eosdem iuramentum huiusmodi præstitisse, & contumaces & iurare, ac iuramentum huiusmodi iam præstitum exhibere recusantes, gradu medicinæ, & omnibus priuilegijs eisdem medicis, tam coniunctim quam diuisim eis, & eorum cuilibet concessis per quosuis etiam Rom. Pontif. priuent, ac ab ingressu Ecclesiæ arceant donec resipuerint.

Non obstantibus præmissis priuilegijs, indultis, litteris Apostol. quibusuis personis Collegio & Vniuersitati sub quibusuis verborũ formis & tenoribus concessis. Quæ omnia quoad effectũ validitatis cõstitutionis nostræ tantũ reuocamus, cassamus, & annullamus, & omnes Principes sæculares ac alios Dominos & magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Iesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum nihilominus iniungentes, quod in præmissis omnibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis assistant, & suum fauorem & auxilium præstent, ac contra facientes pœnis etiam temporalibus afficiant, &c.

Fontis baptismalis custodia consequenter reuidenda, num decenter pro facultate loci sit ornata, an intus sit aqua munda & sufficiens, & desuper cautè occlusa.

Item quomodo se Parochus gerat in administratione huius Sacramenti, an sit peritus ceremoniarum, & num habeat ad hoc Rituale ab Ecclesia vsitatum. Quomodo etiam sit diligens in ministrando hoc Sacramento, & num aliquẽ sine Baptismo mori culpa sua permiserit, esset enim deponendus propter tale delictum. *cap. quicunq;. de consecr. distinct. 4.*

29. Aduertendum præterea ne baptizet in domibus priuatis, hoc enim fieri prohibetur, præterquam in Regum filijs, vel in casu grauis necessitatis. *Clem. vn. de baptis.*

Et ne Parochus quosuis ad susceptionem ex Baptismo admittat, præsertim ne minorennes, aut non habentes annos discretionis. *Abb. in cap. debitum. nu. 3. de Baptis.* debẽt enim esse eius iudicij, vt

30. sciant quid agant & quale vinculum contrahant. *Nau. cons. 3. & 4. de cog. spir. in antiq.*

Neque plures admittendi sunt, sed vnus tantum Patrinus vel Patrina. *cap. non plures. de consecr. dist. 4. Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de ref. matr.* si tamen plures admittantur, omnes efficientur Patrini. *c. fin. de cog. spir. in 6.* licet possit puniri Sacerdos plures admittens arbitrio Ordinarij, *vt statuit Conc. loc. cit. & notat. Nau. cons. fin. loc. sup. cit.*

Iisdem susceipientibus ex Baptismo denunciari debet quod omnes in se assumant, quomodo efficiantur Pœdagogi & Fideiussores apud Deum pro perseuerantia Baptizati in fide. *cap. vos ante omnia. de consecr. dist. cit.* Quomodo contrahant cognationem spiritualẽ quę impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractũ *c. 1. de cog. spir. in 6.* contrahunt autem eam cum baptizato, baptizati Patre, Matre, sed non Patrini mutuo inter se, neque cum baptizante, de quo videri potest. *Nau. in man. cap. 22. num. 39.*

Librum item habere debet Parochus in quo nomina baptizatorum & eorum patrinorum parentumque diligenter adnotentur. *Conc. loc. cit.*

Informare quoque tenetur rudiores, præsertim fœminas quæ ad partus adhibentur, quomodo debeant se gerere in casu quo dubitatur de vita infantis, & qua forma verborum possint ipsemet hoc casu baptizare; licitè enim baptizare tum possunt, dummodo adhibeant essentialia Baptismi, vt verborum formam & aquam. *c. mulier. c. in necessitate. de consecr. dist. 4.* imo & Pater, Materuè si non adessent alij, possent hoc casu baptizare sine periculo contrahendæ affinitatis. *cap. ad limina. 30. q. 1. Nau.* 31.

cons.

conf. 5. de cog. spir. in no. Casu autem quo dubitaret Sacerdos fuisse adhibita essentialia in tali Baptismo, deberet iterũ baptizare, adhibita cautela. *c. de quibus. de Baptis.* alioquin si fuerint adhibita essentialia, sufficeret adimplere solemnitates, *vt communiter Summistæ.*

Circa matrimoniorum celebrationem videnda sunt potissimum quæ sequuntur, nimirum ne temporibus prohibitis, à Dominica videlicet prima Aduentus Domini, ad diem Epiphaniæ, & à feria tertia carnis priuij, ad Dominicã in Albis, matrimonia solemniter celebrẽtur. *Conc. lo. cit. c. 10.* sine solemnitatibus tamen etiam istis temporibus matrimoniũ contrahi & consummari, & banna publicari licitè possent, cum solæ solemnitates nuptiarum à Concil. sint prohibitæ. *Nauar. cit. cap. 22. in man. num. 21.* 32

Videndum item vt ante matrimonij contractum banna seu denunciatio trina præmittatur, nisi eam Episcopus ex causa omittendam permiserit. Præterea vt nonnisi coram proprio Parocho, & in præsentia trium vel ad minus duorum testium contrahatur, alioquin enim omnino nullus esset contractus. *Conc. loc. cit. cap. 1. de ref. matr.* 33.

Secundæ item nuptiæ ne benedicantur. *c. vir autem. de secun. nupt.* nisi essent secundæ ex parte viri tantum, tunc enim benedici posse tenet Armil. *v. matrimonium. num. 71.* seu loci consuetudo in talibus attendenda. *Nau. loc. proximè cit. num. 83.*

Cum autem residentia Parochi ad exercitium curæ animarum præcipuè conducat, diligenter Visitator aduertere debet quomodo Parochus sit frequens circa suam Ecclesiam, & ne extra Parochiam habitet, neq; in ciuitate, sed penes Ecclesiam in domo Præsbyterali. *c. necessaria. 12. quæst. 1.* neuè frequenter absit, non enim potest absentare se vltra duos menses, siue menses isti continuis, siue interpolatis absentijs computentur: & tunc adhuc non potest abesse, nisi licentia ab Episcopo obtenta, quæ gratis est concedenda, & substitui debet interim Capellanus qui curam in absentia Parochi administret. *cit. Conc. sess. 23. c. 1. de ref.* 34.

In tantum autem Curatus obligatur ad residentiam, vt ne quidem pro seruitio Episcopi vel Diœcesis abesse possit vltra duos menses prædictos, prout diuersis vicibus fuisse declaratũ à S. Cong. Conc. testatur Gonz. *super 8. Canc. gl. 6. num. 268. & gl. 4. §. 9. nu. 15. & 30.* vbi eandem S. Cong. refert respondisse quod etiam Rector Parochialis Ecclesiæ cui datus est Coadiutor, teneatur ad residentiam, & ipsummet Coadiutorem teneri similiter ad residentiam. Vnde etiam dicendum videtur, vt talis Coadiutor teneatur promoueri intra annum, *per tex. c. cum in cunctis. de elect. & gl. in c. si tibi. v. adeptus. de præb. in 6.* 35.

In casibus tamen à iure permissis *quos notat gl. in c. sin. de cler. non resid.* abesse possit: vt causa infirmitatis si inciderit in morbum dum esset extra Parochiam, vel si eat extra ad curandam valetudinem, propter graues inimicitias, ex quibus verisimiliter immineret ipsi vitę periculum, dummodo Vicarium pro exercitio curæ relinquat, & interim reconciliationem procuret. alioquin si culpa ipsius infra annum reconciliatio non haberet effectum, posset puniri, *vt notat Quaran. in sua Sum. v. residentia.* Aliæ autem causæ à residentia excusantes licet non iuuent Curatos, alijs tamen beneficiatis seruire possunt, vt eos enumerat. *Rebuff. lo. sup. cit. de dispens. de non resid. in prax.* 36.

Ad

Ad extremum de bonis & prouentibus Ecclesiæ parochialis videri debet quomodo administrentur, ne desolentur vel alienentur, neue locentur vltra triennium anticipatis solutionibus. *cit. Conc. sess. 25. cap. 11. de ref.* Si etiam exiguos fructus haberet Ecclesia, deberet Visitator seu Episcopus prouidere vt Parocho necessaria non desint, vel per assignationem aliquam decimarum, vel
37. prouentuum Ecclesiæ suæ, dummodo illa quoque nimium non grauetur. *cap. Apostolicæ de donat. Abb. ib. & in cap. tua nos. de Eccles. ædif. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst 55. num. 58.* vel posset compellere Parochianos vt ipsi necessaria Ecclesiæ suæ subministrent. *Conc. Trid. sess. 21. cap. 4. de ref. Abb. in cap. 1. num. 4. de Eccl. ædif.* vel vnire posset duas Parochiales vbi vna non sufficeret pro sustentatione rectoris, & populus non esset adeo frequens, quod vnus curæ animarum sufficere nó posset. *id. Conc. loc. cit. cap. 5.*

Ad extremum posset Episcopus nouam Parochialem Ecclesiam erigere, vbi 38.
Parochia esset tam ampla, vt per vnum administrari non posset, vel vbi populo ob locorum distantiam ad vnam Ecclesiam difficilior esset accessus. & hæc Ecclesia de nouo constructa posset dotari ex fructibus Ecclesiæ matricis si ipsa abundet fructibus. *Abb. in cap. tua nos. num. 2. loc. sup. cit. & in cap. conquerente. num. fin. de Cler. non resid.* possessoris tamen iure saluo. *cap. ad audientiam. loc. cit. de Eccl. ædif.* vel si desint facultates in Ecclesia matrice, possent compelli Parochiani ad contribuendum pro fundatione nouæ Ecclesiæ. *Conc. loc. cit. num. 4.*

ARTICVLVS IV.

De Visitatione Ecclesiarum Græcorum.

1 *Græcorum Ecclesiæ vnitæ subiectæ sunt visitationi Episcopi Latini.*
2 *Græci viriti quæ teneantur obseruare.*

1. GRæcorum Ecclesiæ quæ ad vnitatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Catholicæ redierunt, subduntur Episcopo Latino, in cuius Diœcesi existunt. *c. quod translationem. de temp. ord.* & recenter emanauit super hoc Constitutio Pij Papæ Quarti. *vt sequitur.*

Pius Papa IV. Ad futuram rei memoriam.

ROmanus Pontifex præcipuus æquitatis & religionis assertor, facultates & gratias ab Apostolica Sede conceſſas, ex quibus tempore præcedente animarum pericula & inter Catholicos scandala prouenire animaduertit, pro sui Pastoralis officij debito maturè reuocare consueuit. Sanè nonnulli locorum ordinarij nuper ad audientiam nostram referri curarunt, quod in quam pluribus Regni Siciliæ, citra & vltra Pharum, & alijs Christiani nominis ciuitatibus & locis, magna Græcorum tam religiosorum & secularium Clericorum, quam Laicorum multitudo reperiatur, qui Ecclesiæ Græcæ mores & ritus obser-

uan-

uantes, seq; suos proprios eiusdem nationis Prælatos habere, ac illu non autem locorum ordinarijs subesse, sed immunitatum aliorumq; priuilegiorum, sibi per fe.re. Leonem X. Paulum III. Iulium etiam III. & forsan alios Rom. Pont. prædecessores nostros, & dictam sedem antiquitus concessorum prætextu, se ab eorundem ordinariorum iurisdictione & superioritate exemptos esse prætendentes, impunitate sibi proposita in diuersas hæreses nefariasq; opiniones & absurda deliramenta passim prolabuntur, asserentes inter alias eorum blasphemias, nullū esse defunctorum Purgatorium, Rom. Pont. aliquam in eos iurisdictionem, vel authoritatem habere negantes, indulgentias ab illo concessas damnantes, Ecclesiasticas sententias & censuras ab eo latas spernentes, Sanctissimæ Dei genitricis Virg. Mariæ, Beatorum Apostolorū & aliorum Dei Sanctorū festiuitates ab Ecclesia Romana, Sanctisq; Patribus ordinatas non obseruantes, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suis infantibus in Baptismo exhibētes, inhumata defunctorū cadauera superstitione quadā impia, & plusquā barbarica è sepulchris eruentes, igneq; comburentes, Ordinariorum locorum quos habitant visitationem iurisdictionemq; contemnentes, & Ecclesiarum disciplinam perturbantes, ac demum huiusmodi alijsq; suis opinionibus erroneis atq; Sacrilegis populos Latinos inficientes, correctionē legitimam suæ prætensæ exemptionis clypeo repellētes, in suis impietatibus abusibusq; consenescunt, & immoriuntur, & in suarum vicinorumq; populorum, præsertim simplicium animarum perniciem, & scādalum plurimorum. Nos igitur prouide cōsiderantes eiusdem sedis intentionem nunquam fuisse, exemptionem aliudue priuilegium à se concessum iri, vt inde scelerum impunitas, & animarum periculum emergat; abusibus & periculis huiusmodi, quantum cum Deo possumus, tēpestiuè obuiare volentes, ac quarūcunq; exemptionum, aliorumq; priuilegiorum dictis Græcis eorumq; Prælatis, Rectoribus, Abbatibus, & alijs tam S. Basilij & alterius ordinis Regularibus, quam Secularibus, ac etiam Laicis personis, quocunq; nomine nuncupatis, per præfatos & alios quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem præfatam in genere vel in specie hactenus concessorum, ac etiam iteratis vicibus approbatorum & innouatorum, literarumq; desuper confectarum, & inde sequutorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes. Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes & singulas exemptiones, ac prout illas concernunt desuper confectas literas præfatas, ad hoc videlicet, vt ipsi locorum ordinarij quascunq; Græcorum Ecclesias, Monasteria, Prioratus, & alia pia loca, tam Sæcularia quam cuiusuis ordinis regularia, earumq; Prælatos, etiamsi Episcopali, Archiepiscopali, ac maiori dignitate præfulgeant, nec non Abbates, Rectores, Ministros, & quascunq; alias eiusdem nationis personas in suis ciuitatibus & Diœcesibus consistentia, quoties opus fuerit visitare, ac in illis suam ordinariam iurisdictionem, plenamq; & omnimodam superioritatem in ijs quæ Dei cultū, Sacramētorum administrationem, & animarum

marum salutem, hæresumq; extirpationem concernunt, exercere & exequi liberè & licitè valeant; reliquis ipsorum Græcorum in Diuinis celebrandis, aliisq; ritibus à sede Apostolica approbatis, nec non priuilegijs & gratijs Apostolicis intactis remanentibus: auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo reuocamus, cassamus & annullamus, ac reuocatas, cassatas & annullatas esse, nec ipsis Græcis Clericis, vel Laicis, eorumq; Prælatis, Ecclesijs, Cœnobijs, aut alijs pijs locis in aliquo suffragari, sed illos oēs & singulos locorum, in quibus morā traxerint ordinariorū visitationi, correctioni, punitioni, iurisdictioni & omnimodæ superioritati in præmissis subesse, illisq; tanquam superioribus suis, suarumq; animarum Pastoribus humiliter obedire; Et sic per quoscunq; Iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam S.R.E. Cardinales, sublata eis quauis aliter iudicandi facultate, iudicari & definiri debere, ac quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Per hoc tamen non intendimus, quod ipsi Græci ab eorum Græcanico ritu abstrahantur, vel alias desuper quoquomodo per locorum ordinarios, aut alios impediantur. Et quia difficile foret præsentes ad diuersa loca, in quibus illarum exhibitio forsan erit necessaria circumferri, volumus & eadem auctoritate similiter decernimus, quod earundem præsentium transumptis, etiam impressis Notarij publici manu subscriptis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ Sigillo signatis, plenaria & indubia, eaq; prorsus adhibeatur fides in iudicio, & extra, quæ præsentibus adhiberi deberet, si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscator. die 16. Feb. 1564. Pont. anno 5.

Quæ autem Episcopo visitanti, in huiusmodi Ecclesiæ Græcorum, saluis eorum quoad reliqua ritibus aduertenda sint & corrigenda, facile ex subinsertis Constitutionibus, Romæ ex mandato Clem. Papæ VIII. impressis, patebit, vt sequuntur.

Perbreuis instructio super aliquibus ritibus Græcorum, ad Reuerendiss. Patres DD. Episcopos Latinos, in quorum ciuitatibus, vel Diœcesibus Græci, vel Albanenses Græco ritu viuentes degunt, ac literæ quædam Apostolicæ ad ipsos Græcos, vel eorum ritus pertinentes, nec non forma professionis fidei orthodoxæ à Græcis ad vnitatem S.R.E. venientibus faciendæ, mandato Sanctissimi D.N.D. Clem. Papæ VIII. simul excussæ Romæ apud impressores Camerales. Anno Domini 1597.

Circa Sacramentum Baptismi.

Presbyteri Græci, baptizatos Chrismate in fronte non consignent, & ideo ab ipsis in ordine baptismi apud eorum euchologiū prætermittātur, quæ sequūtur post illa verba. καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν *&c. vsq; ibi.* ἔιτα ποιεῖ ὁ ἱερεὺς σχῆμα κύκλου: *hoc est, & post orationē, &c. vbi habetur forma huius consignationis vsq; ad verba, Postea facit Sacerdos figuram circuli, &c.*

Circa

Circa Sacramentũ Confirmationis.

Episcopi Latini infantes seu alios Baptizatos, à Presbyteris Græcis de facto Chrismate in fronte consignatos confirment, & tutius videtur, vt cum cautela & sub conditione id faciant, videlicet (nisi es confirmatus, ego te confirmo, sed si non es confirmatus, ego consigno te signo crucis & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti) præsertim verò cum verisimiliter dubitari potest, quod ab Episcopis Græcis fuerint Baptizati.

Circa Sacramentum Eucharistiæ.

Sanctißimum Eucharistiæ Sacramentum, quod pro infirmis asseruatur, singulis octo diebus, aut saltem quindecim renouetur.

Non asseruetur idem Sacramentum toto anno, si tamen asseruatum fuerit, saltem in fine anni sumatur.

Tollatur abusus tundendi, vel etiam miscendi Sacro Oleo, ac iterum coquendi, vel alias exsiccandi species Sacramẽti Sacræ Eucharistiæ feria quinta Cœnæ Domini, vt deinde illud asseruent.

Si Græci velint accipere altaria portatilia ab Episcopis Latinis consecrata, bene erit, sin minus, tolerentur eorum thioni seu throni super altaria lapidea ponendi cum celebrant.

Corporalia vti Latini habeant, nisi thionis etiam pro corporalibus vtantur.

Circa Sacramentum Pœnitentiæ.

In casu necessitatis Presbyteri Græci Catholici, possunt Latinos absoluere. Vtantur forma absolutionis in generali Concilio Florentino præscripta, & postea si voluerint, dicant orationem illam deprecatiuam, quam pro forma huius absolutionis dicere tantum consueuerunt.

Tollendus abusus vbi est, vt vir atque vxor simul & eodem tempore eidẽ Presbytero confiteantur.

Aqua ex ritu Græco in die Epiphaniæ, vel primo die mensis benedicta, cõseruetur in Ecclesia, vt illa fideles aspergãtur.

Circa Oleum Sanctum Cathecumenorum & Infirmorum.

Non sunt cogendi Presbyteri Græci Olea Sancta, præter Chrisma, ab Episcopis Latinis Diœcesanis accipere, cum huiusmodi Olea ab eis in ipsa Oleorum & Sacramentorum exhibitione, ex veteri ritu conficiantur, sed benedicantur. Chrisma autem quod nonnisi ab Episcopo etiã iuxta eorum ritum, benedici potest, cogantur accipere. Prohibeantur verò ab Episcopis Græcis externis Scismaticis, seu San. Roma Eccle. communionem non habentibus, illud accipere, vel eo vti.

Circa Sacramentum Ordinis.

Ordinati ab Episcopis Schismaticis, alias ritè ordinatis seruata debita forma, recipiũt quidẽ ordinẽ, sed no executionẽ.

Proinde ordinati ab Epis. Schismaticis, correcti vel emendati reconciliãdi sunt, & absoluendi cum pœnitentijs salutaribus. dũmodo errores, vel saltem Schisma ordinatoris abiurent in Iudicio, vel publicè vel secretò pro qualitate facti. In ordinibus autẽ per eos alias ritè susceptis, ministrare non permittantur, nisi cum ipsis super irregularitate huiusmodi occasione contracta, auctoritate Sanctæ sedis Apostolicæ fuerit dispensatum.

Non sunt admittendi Epis. Schismatici, siue pro ordinibus, siue pro alijs Sacramentis conferendis, sed detinendi quoad

Sancta Sedes Apostolica desuper consulatur, & responsum habeatur.

Græci sine litteris dimissorijs Episcopi Latini Diœcesani ad sacros ordines promoti suspensi sunt, & si suspensi in suis ordinibus ministrauerint efficiuntur irregulares sicut & Latini.

Super huiusmodi autem & similibus irregularibus dispensandi facultatem à Sancta Sede Apostolica obtineri oportet.

Si Episcopus Latinus Græcũ aliquẽ ordinare voluerit, qui à Præsbytero Græco in Baptismo Chrismate in fronte de facto fuerit consignatus, debet illum antea confirmare saltem sub conditione, videlicet: Nisi es confirmatus &c. vt supra.

Præsbyteri vidui seu vxoribus orbati, habitum deferant diuersum ab alijs.

Circa Sacramentum Matrimonij.

Curent Ordinarij locorum, vt Decretum Sacri generalis Concilij Trid. de reformatione matrimonij, vertatur in linguam Græcam vulgarem, & in locis & Parochijs Græcorum Albanensium euulgetur & publicetur.

Matrimonia inter coniuges Græcos dirimi seu diuortia quoad vinculum fieri nullo modo permittant aut patiantur, & si qua de facto processerunt, nulla & irrita declarent.

Maritus Latinus vxoris Græca ritum non sequatur.

Latina vxor non sequatur ritum mariti Græci.

Græca verò vxor sequatur ritum mariti Latini.

Quod si id fieri non possit quisq; coniugum in suo ritu, Catholico tamen manere permittatur.

Proles sequatur patris ritum, nisi præualuerit mater Latina.

Presbyter Græcus coniugatus ante Sac. Sacrificiũ seu sanctam missam celebrandam, vel per hebdomadam vel per triduum abstineat ab vxore.

Circa alia Dogmata.

Græci credere tenentur à Filio Spiritum Sanctũ procedere, sed non tenentur pronunciare nisi subesset scandalum, præsertim si degant inter Latinos, aut necessitas postularet confitendi fidem Catholicã, quia tunc oporteret etiã pronunciare.

Nunquam Monachis Græcis seu Calogeris animarum cura committatur, nisi ex necessitate vel alia iusta causa.

Presbyteri Seculares Græci abiuratis Schismate & erroribus, atq; in fide Catholica benè instructi, in Parochialibus seu Curatis Ecclesijs Græcorum instituj possunt.

Tolerandus est apud Græcos vsus carnium die Sabbathi, vbi sine scandalo fieri potest, in locis tamen ipsorum, & inter eos tantum.

Item tolerandum est vt ad ieiuniũ eadem die Sabbathi in Quadragesima, excepto vno Sabbatho Sancto, ex antiqua traditione non teneantur, sed duntaxat ad abstinentiam.

In ieiunijs biduanis vel triduanis vel alias à Diœcesanis, vel in Iubilæo à summo Rom. Pont. indicto, dies Sabbathi in eis comprehensus vel præscriptus in alium diem pro plebibus Græcis ab ipsis Diœcesanis Apostolica authoritate Sanctissimi D. N. Clementis diuina prouidentia Papæ VIII. permittitur commutari.

Si

Si ipsi Græci ad obseruationem ieiunorũ & vigiliarum Latinæ Ecclesiæ induci possent, optimum esset sed non cogãtur, cum ipsi qualibet hebdomada & feria quarta & sexta ieiunent.

Græci existentes inter Latinos, dies festos de præcepto eiusdem Latinæ Ecclesiæ seruare teneantur.

Insuper idem Sanctissimus D. N. constituit Romæ habendum esse Episcopum Græcum Catholicum, qui Græcos Episcopis Latinis Italiæ, & Insularum adiacentiũ subiectos ab Episcopo Græco ordinari volẽtes, cum illorũ dimissoriis ad id tantum concedendis ritu Græco ordinet.

Itẽ mandauit vt ad maiorẽ instructionẽ Dominorũ Episcoporum Latinorum imprimantur cũ hac ipsa Decretales seu litteræ quædã Apostolicæ ad Græcorũ ritus pertinentes, ac etiã professio orthodoxæ fidei à Græcis, qui ad vnitatem S. Rom. Ecclesiæ veniunt faciendæ.

Ita Sanctitas sua ex sententia Congr. super reformatione Græcorũ decreuit & declarauit, ac fieri mandauit. Romæ in Palatio montis Quirinalis apud S. Marcum die 31. mensis Augusti. Anno Domini 1595. Pontif. sui anno 4.

Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.

Innocentij Papæ IV. Bulla, seu literæ ad Episcopum Tusculanum Apostolicæ Sedis Legatum in Regno Cypri, quæ extant in eius Regesto Bullarum Pontificatus sui *anno 2.* apud Bibliothecam Vaticanam super ritibus Græcorum, qui tolerari vel non tolerari possunt.

Innocentius IV. &c. Episcopo Tusculano Apostol. Sedis Legato.

SVb Catholicæ professione fidei atq; cultu cõsistere ac proficere vniuersos, cæterus nostræ mẽtis desiderabilibus præferentes, illud tanquam acceptabilius pleniori desiderio cupimus, & ad hoc velut operatiuũ salutis præcipuum, intimis affectib. anxius aspiramus. Hæc inquãvniosiue connexio cordi nostro inæstimabilis gaudij rorẽ infunderet, si varias gentium nationes eiusdẽ obseruantia fidei in vnũ acceptabilẽ in Christo populũ adunaret. Id vtiq; anxiæ mentis, nostræ ardorem affluentis lætitiæ refrigeraret irriguo, si omnes quos olim in vnum Catholicum gregem ouile collegit Domini, cum multi ab eo discesserint in idem indiuiduũ Collegium vnius Pastoris solidaret magisterium, & custodia communiret. O si Orientalibus Oriens ex alto luceret, & sui luminis illustratione ipsos ad Catholicam reduceret vnitatem, vt cum reliquis orthodoxis in vnius aulæ collecti gremio de matris Ecclesiæ vbere fluenta doctrinæ salutaris haurirent, tunc ipsi Ecclesiæ proueniret magnũ & desiderabile salutare; tũc eius vterus sobole geminata conc[illegible]resceret, tũc Oriẽtalibus oriretur supernæ illuminationis aurora, tunc eis clarescerent Lucifer veritatis, tunc per vniuersam Ecclesiã inundantis gaudij erumperet plenitudo, tunc exaltatione nimia clarescerent totus orbis, quia valde bonũ & iucundũ existeret fratres simul in domo Domini habitare: tunc eadẽ Ecclesiæ multiplicata lætitia nouæ iucũditatis cãticũ personaret. Verũ quia nonnulli Græcorũ iam dudũ ad deuotionẽ Sedis Apost. redeuntes, ei reuerenter obediunt & intendunt, licet expedit vt mores ac ritus eorũ quantum cum Deo possumus tole-

rantes, ipsos in Ecclesiæ Romanæ obedientia præseruemus: quanquã in his quæ animarũ periculum parerent, vel honestati Ecclesiasticæ derogarent, nec debeamus illis deferre aliquatenus, nec velimus. Sanè inter Vener. Fratrem nostrũ Archiepiscopum Nicosien. & eius Suffraganeos Latinos ex parte vna, & Episcopos Græcos Regni Cypri ex altera, de quibusdam certis articulis discordiam & turbationem, fortè subortam, & eorundem tenorem articulorũ, ac responsiones ipsorum Græcorum ad illos, nobis vt melius possemus instrui super eis plene ac prouide per tuas litteras intimasti, sollicitè requirendo vt prouidere super hoc Apostolica dignitate curaremus. Nos aũt literis ipsis affectuosè receptis, earũ seriem & ipsos articulos ac responsiones easdem, & cætera quæ continebantur in illis vna cũ Fratribus nostris perlegimus, intelleximus diligenter, prudentiam tuã multipliciter in Domino commendantes & meditantes ac deliberantes super his prout res qualitas exigebat.

1. Circa hæc itaq; sic deliberatio nostra resedit, vt Græci eiusdẽ Regni in vnctionibus quæ circa Baptisma fiunt, morem Ecclesiæ Romanæ teneant, & obseruent.

2. Ritus verò seu cõsuetudo quã habere dicuntur vngendi per totũ Baptizandorũ corpora si tolli sine scandalo vel remoueri non potest, cũ siue fiat siue non, quantũ ad

3. Baptismi efficaciã vel effectũ non multũ referat, toleretur. Nec refert etiã vtrum in frigida vel calida aqua baptizent, cũ

4. parem vim & effectum in vtraq; baptismum habere asseuerare dicãtur. Soli aũt Episcopi consignent Chrismate in frontibus baptizatos, quia huius vnctio non debet nisi per Episcopos exhiberi, quoniam soli Apostoli quorũ vices gerunt Episcopi per manus impositionẽ, quã confirmatio vel frontis Chrismatio repræsentat; Spiritum Sanctum tribuisse leguntur.

Singuli quoq; Episcopi in suis Ecclesiis 5.
in die Cœnæ Domini possunt secundum formam Ecclesiæ, Chrisma conferre ex balsamo quidẽ & oleo oliuarum. Nam Spiritus Sancti donũ in Chrismatis vnctione confertur, & colũba vtiq; quæ ipsum designat Spiritum, oliuæ ramũ ad arcam legitur retulisse. Sed si suum antiquũ ritum in hoc Græci potius seruare voluerint, videlicet quod Patriarcha vna cum Archiepiscopis & Episcopis eius Suffraganeis, & Archiepiscopi cũ suffraganeis suis simul Chrisma conficiant, in tali eorũ consuetudine tolerentur. Nullis autẽ 6.
per Sacerdotes vel Confessores pro satisfactione pœnitentiæ vnctio aliqua solummodo iniungatur. Infirmis verò iuxta verbũ Iacobi Apostoli vnctio exhibeatur 7.
extrema. Porrò in appositione aquæ siue frigidæ, siue calidæ, vel tepidæ, in altaris Sacrificio, suam si velint consuetudinem Græci sequantur, dummodo credant & asserant quod seruata Canonis forma conficiatur pariter de vtraq;. Sed Eucha- 8.
ristiã in die Cœnæ Domini cõsecratã vsq; ad annum prætextu infirmorum, vt de illa videlicet ipsos communicent, non reseruent: liceat tamen eis pro infirmis ipsis 9.
corpus Christi conficere ac per quindecim dies & non longiori temporis spatio conseruare, ne per diutinam ipsius reseruationem, alteratis forsitan speciebus, reddatur minus habile ad sumendum, licet veritas & efficacia semper eadem omnino remaneat, nec vlla vnquam diu-

tur-

turnitate seu volubilitate, temporis euanescat. In celebratione vero solemnium,
10. & aliarum missarum, & de hora celebrandi eas, dummodo in confectione vel consecratione formã verborũ à Domino expressam & traditã obseruent, & celebrando non transgrediantur horam nonam, suam sequi consuetudinem permit-
11. tantur, Sacerdotes autem dicant horas Canonicas more suo, sed Missam celebrare priusquam officium matutinale com-
12. pleuerint non præsumãt. Promouendi verò ad Sacerdotiũ & presbyteri qui præficiendi fuerint Ecclesiarum regimini, examinentur antea diligenter, si præcipuè de horis Canonicis, & Missarũ officijs, secundũ distinctionẽ temporũ exequẽdis sint sufficiẽter instructi, vt ad hæc nisi di-
13. gni & idonei admittãtur. Cæterũ vnusquisque Sacerdos, in aureo, vel argenteo solum, aut saltem stanneo calice sacrificet, habens corporale de lino candidũ &
14. nitidum, & altare mundis vestimentis opertum, vel decentibus paramentis. Mulieres autẽ seruire ad altare non audeant, sed ab illius ministerio repellantur
15. omnino. De ieiunio verò diei Sabbathi Quadragesimali tempore, quanquã honestius, & salubrius Græci agerẽt, si sic totũ illo tẽpore abstinerent, vt nec vnico die institutum ieiunium violarent, teneant,
16. & seruent pro libitu morẽ suum. Sacerdotes quoq; coniugati, & alij quibus parochiarũ cura, vel Ecclesiarũ parochialiũ regimen per Episcopos suos committitur, licitè ac liberè possint parochianorũ suorum confessiones audire ipsiq; pœnitentiã iniungere pro peccatis: quia cui licet
17. vel conceditur, quod est maius, cõpetit nimirũ, nec negari cõuenit quod est minus: liberũ tamen sit ipsis Episcopis, viros alios idoneos Coadiutores & cooperatores habere in audiẽdis cõfessionibus, & pœnitẽtijs iniungẽdis, ac cæteris quæ ad salutẽ pertinent animarũ, ipsiq; in his per eorũ Diœceses absq; sacerdotum ipsorum præiudicio, & grauamine, committere vices suas, cum propter occupationes multiplices, & occasiones varias possit contingere, quod nequeant per easdem Diœceses officium suũ exequi per se ipsos. De for-
18. nicatione autẽ quam solutus cum soluta committit, quin si mortale peccatũ, non est aliquatenus ambigendum, cum tam fornicarios quam adulteros à Regno Dei Apostolus asserat alienos.

Adhæc volumus & expressè præcipi-
19. mus, quod Episcopi Græci septem ordines secundum morem Ecclesiæ Romanæ de cætero conferant, cum hucusque tres de minoribus circa ordinandos neglexisse vel prætermisisse dicantur. Illi tamen qui iam sunt taliter ordinati per eos, propter nimiam ipsorum multitudinem in sic susceptis ordinibus tolerentur.

Quia vero secundum Apostolum mu-
20. lier mortuo viro ab ipsius est lege soluta, vt nubendi cui vult in Domino liberam habeat facultatem, & secundas, tertias, ac vlteriores etiam nuptias Græci non reprehendant aliquatenus, nec condemnent, sed potius illas approbent inter personas, quæ alias licitè ad inuicem matrimonio iungi possunt. Secundo tamen nu-
21. bentes presbyteros nullatenus benedicãt.

Et quoniã apud eos consueuerunt cõ-
22. trahi matrimonia inter personas contingentes se, iuxta eorum computationem, octauo gradu, qui secundũ computationem, & distinctionẽ graduum quam

nos

nos facimus, apud nos quartus habetur, ne id præsumatur deinceps, firmiter prohibemus, districtè præcipientes, vt cum in vlterioribus gradibus licitè matrimonia contrahantur, in prædicto quarto cõsanguinitatis, vel affinitatis gradu copulari vlterius non præsumant statutum hoc generalis Concilij obseruantes. Illos tamen qui iam in gradu huiusmodi contraxerunt, dispensatiuè permittimus in sic cõtracto matrimonio remanere. Deniq; cũ
23. veritas in Euangelio asserat, quod si quis in Spiritum Sãctum blasphemiam dixerit, neque in hoc sæculo, neque in futuro dimittetur ei, per quod datur intelligi quasdam culpas in præsenti, quasdam verò in futuro posse sæculo relaxari. & Apostolus dicat, quod vniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit, & cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ, & ipsi Græci verè & indubitanter credere ac affirmare dicantur, animas illorum qui suscepta pœnitentia ea non peracta, vel qui sine mortali peccato, cum venialibus tamen & minutis decedunt, purgari post mortem, & posse suffragijs Ecclesiæ adiuuari. Nos quia locum purgationis huiusmodi dicunt non fuisse sibi ab eorum Doctoribus certo & proprio nomine indicatum, illum quidem iuxta traditiones & auctoritates Sanctorum Patrũ purgatorium nominantes, volumus quod de cætero apud ipsos isto nomine appelletur; illo enim transitorio igne peccata vtiq;, non tamen criminalia, seu capitalia quæ prius per pœnitentiam non fuêre remissa, sed parua & minuta purgantur, quæ post mortem etiam grauant, si in vi-
24. ta non fuerint relaxata. Si quis autem absque pœnitentia in peccato mortali decedit, hic proculdubio æternæ gehennæ ardoribus perpetuo cruciatur. Animæ verò paruulorum post Baptismi lauacrũ, & adultorum etiam in charitate decedentium, qui nec peccato, nec ad satisfactionem aliquam pro ipso tenentur, ad patriam protinus transuolant sempiternam. 25.

Ordinationes demum & instituta Regularia Sanctorum Patrum de vita & statu Monachorum, præcipimus ab Abbatibus & Monachis Græcis inuiolabiliter obseruari. Fraternitatem itaq; tuã hortamur attentè, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus præmissa omnia Episcopis Græcis præfati regni seriatim & diligenter exponi facias, districtè ipsis iniungens, vt ea sollicitè attendere, studiosè tenere, ac efficaciter procurent, & à suis faciant subditis obseruari. Memoratis autem Archiepiscopo Nicosien. & eius Suffraganeis Latinis, firmiter auctoritate nostra præcipiat, vt eosdẽ Græcos super præmissis cõtra huiusmodi prouisionem & deliberationem nostram nõ inquietent aliquatenus, nec molestent. Contradictores eadem auctoritate, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus si prædictis Archiepiscopo & Suffraganeis, & quibuscunq; alijs à sede Apost. sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas plenam & expressam, ac de verbo ad verbum non facientes de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Lateran. 2. Non. Mar. an. II. 26.

(::)

ARTI-

ARTICVLVS V.

De visitatione beneficiorum simplicium, Seminarij, Confraternitatum, Hospitalium.

1 *Beneficiatus cogi potest ad ostendendum titulum, quo beneficium obtinet.*
2 *Titulus beneficij si literæ deperdantur, quomodo probetur.*
3 *Episcopus non potest immutare ordinationem fundatoris.*
4 *Beneficiatus an teneatur adimplere per se ipsum onera Missarum.*
5 *Patronus non potest imponere onus aliquod Ecclesiæ, sine consensu Episcopi.*
6 *Beneficiati simplices non possunt se ingerere in ijs, quæ spectant ad curatum.*
7 *Sepulturæ ius spectat propriè Ecclesiæ ad Parochialem.*
8 *Confraternitates quælibet possunt visitari ab Ordinario.*
9 *Pia loca quæ dicantur.*
10 *Hospitalia quæ dantur in titulum, æquivalent beneficijs Ecclesiasticis.*
11 *Hospitalia quæ sunt in administratione visitari possunt.*
12 *Hospitalia priuatorum non subsunt ordinario.*
13 *Episcopus in omnibus pijs dispositionibus interuenire potest.*
14 *In visitando Hospitalia, quæ aduertenda.*
15 *Capella Hospitalis visitari potest per ordinarium.*
16 *Librorum impressores & propolæ visitari possunt, & prohiberi, ne vendant libros prohibitos.*

CIrca visitationem Capellarum, altarium, seu quorumuis beneficiorum simplicium, vltra ea quæ de moribus beneficiati corrigendis ex superioribus cognosci possūt, videri debent literæ ordinum, si quibus est insignitus beneficiatus. *c. legum. 2. quæst. 1.* 1. Item videri debet titulus quo beneficiū possidetur, Episcopus enim in visitatione tenetur inquirere de titulo, quo quisque obtinet suum beneficium. *cap. ordinarij. de off. ord. in 6. Gem. ib. nu. 7. Franc. ib. num. 5. Abb. in c. cum nostris. de conces. præb. in fin. & in c. licet. Heli. num. 22. de Sim. Aem. Veral. decis. 377. p. 2.* beneficiatus tenetur docere de suo titulo Iudici inquirenti ex officio suo, licet alias nemo teneatur deducere titulum suum ad petitionem partis. *c. 1. 2. quæst. 4. Abb. in cit. c. cum nostris. nu. fin.* Et si non ostenderet titulum, posset priuari beneficio. *c. ex frequentibus. de instit. Abb. ib. Sarn. in Reg. de trien. quæst. 43. Rebuff. in prax. de rescrip. ad benef. vac. num. 20.* Nec suffragaretur beneficiato diuturna possessio, quo minus teneatur Episcopo ex officio suo requirēti exhibere titulum sui beneficij. *gl. sing. in c. 1. de reg. iur. in 6.* nisi esset plurium annorum possessio, cum reputatione communi, vt viginti vel triginta annorum, tunc enim cum possessione concurrit ratio specialis propter visitationem Ordinarij, qui dū visitat annis singulis, solet inquirere de titulis beneficiatorū, & præsumitur vidisse titulum. *Ioan. Andr. Felin. in cap. illud de præscrip. Dec. in cap. 1. num. 48. de fid. instrum.* & quod non toleraret sine

titulo possessorem. *Mohed. decis. 241. alias 15. de caus. poss.* vel tolerando videretur consentire possessioni, & præiudicare sibiipsi. *Abb. in cit. cap. licet Heli. num. 23. de Sim.* qua ratione præsumitur etiã calumniosa petitio Visitatoris petentis literas super collatione beneficij à possidente beneficium ab annis triginta. *Gemin. in cap. si Iudex. §. fin. num. 4. de sent. excomm. in 6.* & ita respondisse Sac. Cong. Episcoporum in vna Nolen. visitationis, refert Paris. *de resig. lib. 13. q. 5. num. 114.*

Posset etiam beneficiatus, si depердantur literæ prouisionis, probare titulum suum per testes, per iuramentum proprium concurrentibus adminiculis communis reputationis, possessionis. *Abb. in cap. ex diligenti. num. 3. de Sim. Felin. in rub. de constit. à num. 5. Franc. in proœm. 6. v. vniuersitati. Sylu. nup. in tract. de benef. p. 3. quæst. 11. num. 57. Mascard. de prob. conclus. 143 num. 10. & conclus. 843. à num. 11.* sed non titulum ex prouisione Papæ, hanc enim non posse probari per testes praxis Curiæ obtinuit, *de qua testatur Paris. lo. cit. de resig. lib. 8. q 2. num. 13.*

a.

Inquirere debet præterea Visitator, an onera si quæ annexa sunt beneficio adimpleantur, adimpleri enim debent, nec illis potest derogari. *c. significatum. de prob. Innoc. in c. fin. de Cler. non resid. Rebuff. in prax. de non prom. intr. an. num. 17. & Conc. Trid. sess. 25. de ref.* Neque possunt immutari, nisi de voluntate fundatoris, vel hæredis. *Abb. in c. cum accessissent. num. 5 & constit. Dec. ib. num. 53. Felin. ib. à num. 18. Nau. cons. 7. de Cler. non resid. in antiq. Mohed. decis. 124. alias de iurep.*

3.

Et ne quidẽ infirmitate excusari posset beneficiatus, quo minus missas celebret, vel per alium celebrari faciat, si beneficiũ est principaliter fundatum pro missis celebrandis, nisi infirmitas duret per modicum tempus, vt per octo vel decem dies. *Petr. Nau. de resist. lib. 2. num. 210.* relatus à Genuen. *in prax. cap. 56.* in alijs verò beneficijs quæ non principaliter sunt fundata pro missis celebrandis, Clericus infirmus percipit fructus, licet non impleat onera beneficij sui. *Abb. in c. 1. de Cler. ægr.*

Non posset tamen talis beneficiatus, etiam dum bene valet cogi ad dicendũ missas debitas per se ipsum, sed posset hoc onus adimplere per substitutum. *Lap. alleg. 35. & alleg. 117. Felin. in cap. cum omnes. num 32. de const. Dec. ib. lect. 2. num. 55. de constit.* ad quod etiam declarationem S. Cong. Conc. refert Gonz. *8. Conc. gl. 5. num. 84.* in hæc verba.

4.

Episcopus non potest compellere obtinentem Capellam vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur, quod Capellani celebrent, nã istis onerib. missarum rectè per substitutum satisfit.

Vnde neq; posset cogi taliter beneficiatus, vt promoueatur ad Presbyteratũ, vt fuisse decisum in Rot. in vna Papilonen. Sacrificij coram Mantica *11. Febr. 1591.* & hoc idem respondisse S. Cong. Conc. testatur cit. Gonz. *lo. cit. num. 85. & 88.* vbi responsum S. Cong. refert *in hæc verba.*

Si fundatio Capellæ esset sub verbis testatoris, quod Capellanus debeat celebrare Diuina officia, die noctuq;, sicut cæteri Capellani faciunt, an Capellanus hic debeat esse Presbyter.

Cong. censuit ex his verbis positis in fundatione huius Capellæ non inferri necessario, vt Capell. debeat esse Presbyter.

Tum demum autem teneretur beneficiatus huiusmodi ipsemet onera adimplere, & ordinari ad Presbyteratum, si

in fundatione exprimeretur quod debeat esse actu Sacerdos, & per se ipsũ seruire in beneficio. *Franc. in c. 2. de elect. in 6.* quomodo si etiã apponeretur in fundatione cõditio, quod Capellanus non faciens se promoueri intra annũ, sit priuatus ipso iure Capellania, si non satisfaceret fundationi, sequeretur ipso facto priuatio. *Rebuff. in prax. cit. lo. de non promot. int. an. nu. 62.* talis enim fundatio haberet vim statuti. *Staphil. de litt. grat. tit. de var. mod. vac.* si nimirum cõditio fuerit apposita de consensu Episcopi, vbi enim Fũdator disponit, aut ordinat certũ modum obseruandum in beneficio fundato, vel restringit beneficiatum aliter quam ius commune, seu disponit de spiritualibus, non tenet nisi consenserit Episcopus. *Innoc. in c. quoniam. 2. ne prælat. vic. suæ. Felt. in c. cum accessissent sup. cit. de constit. Abb. in c. cum dilectus. num. 4. de consuet.* vbi dicit Episcopũ circa fundationem posse quid cõcedere, etiam in derogationem iuris sui, licet post fundationem non possit.

Teneretur item beneficiatus ad satisfaciẽdum in persona suis oneribus, si arctaretur statuto particulari, vel ordinatione aliqua superioris, vt quia vacanti beneficio imposuit hoc onus. potest enim imponi onus beneficio vacanti, *vt omnes. in c. significatum. de præb.* dummodo imponatur vrgente necessitate, seu ex iusta causa, aliter enim posset annullari. *Lap. alleg. 20. Bellamer. in c. significasti. de elect. Paris. cons. 90. num. 3. vol. 4. Pauin. de potest. cap. sed. vac. q. 7. Achil de Gras. decis. 344. alias fin. de Sim.*

Aduertendum præterea Visitatori, ne huiusmodi beneficiati in concernentibus Ecclesiæ Parochiali se intromittant; ad processiones publicas Parochialis, seu alterius maioris Ecclesiæ vt accedãt, ad hoc enim obligãtur vt compelli possunt, *Conc. Trid. cit. sess. 25. c. 13. de Regul.*

Functiones autem propriæ Parochi, & in quibus Capellarum, seu quorũuis beneficiorum simplicium Rectores intromittere se non possunt, determinantur in Decreto S. Cong. Rituum relato apud Quaran. *v. missa. vt sequitur.*

In Ecclesiis Parochialibus, & quæ sub Magistrorum Laicorum gubernio & directione esse solent, ex statutis nuncupatu, Sacerdotalia munera ac Presbyterales functiones, quæ populi & animarum curam quoquomodo concernere videntur, quales sunt, Candelarum, Cinerum, Palmarum, Fontis Baptismalis benedictiones, SS. Sacramenti delationes, celebrationes missarum feriæ quintæ in Cœna Domini, & Sabbathi Sancti aspersiones domorũ, & quæ in Dominicis dieb. in Ecclesia fiunt, quæq; circa cultum SS. Sacramenti Corporis Christi in 40 horarũ oratione, & similes, nõ ad Capellanos seu Sacristam Ecclesiarũ huiusmodi ab eisdem Laicis deputatos, sed ad Parochum seu Rectorem animarum curã habentem in Ecclesiis huiusmodi institutũ præcedente examine, & alijs requisitis ab Ordinario loci prouisum, spectare debere censuit Sacrorum Rituum Congregatio. die 17. Maij. 1602.

Ptolomæus Cardinalis.
Alex. Gratianus pro Secretario.

Huc pertinet quod in huiusmodi Eccl. non Parochialibus non potest haberi sepultura, hãc enim nulla Eccl. habere debet, nisi quæ habet populum. *Abb. in cap. Clem. dudũ n. 37. de sepult.* Nec potest in talibus Eccl. nõ Parochialibus asseruari SS. Sacramẽtum pro adoratione, ne quidem de licentia loci Episcopi, nisi ex auctoritate & cõcessione Papæ, quod sibi respõsũ fuisse à S. Cong. Cõc. *in an. 1609.* refert Genu. *in ci. prax. c. 110.* his verbis.

Duo enim dubia circa hoc petij declarari. Primum, an Episcopus posit concedere Ecclesiæ non Parochiali, vt in ea retineatur SS. Sacramentum Eucharistiæ solum pro adoratione, vel requiratur auctoritas Papæ. Secundum, præsuppositio quod Episcopus concesserit licẽtiam asseruandi SS. Sacramentũ in Eccl. non Parochiali pro adoratione, an posit Episcopus Successor dictam licentiam reuocare. S. Congregatio respõdit infrascriptis verbis.

Ad primum id non posse concedi ab Ordinario, sed requiri licentiam Sedis Apostolicæ.

Ad secundum, huiusmodi licentiã fuisse nullam, ac propterea ei nõ esse deferẽdũ, nec esse necessariam reuocationem.

Necessarium itaque est ad hoc priuilegium Papæ, vt habent Regulares.

Ad extremum huiusmodi beneficia simplicia si fuerint ad tenuitatem redacta vel fundata in Ecclesijs, quæ vetustate collapsæ amplius instaurari non possunt, transferri possent, vel vniri alicui Ecclesiæ alteri vocatis, quorum interest. *cit. Conc. Trid. sess. 21. cap. 7. de ref.*

Non solum autem circa Ecclesias & beneficia Ecclesiastica & Clericos iurisdictio Episcopalis versatur, sed etiam quoad omnia loca pia & causas pias, intromittere se potest. *cap. tua nobis. de testam. c. super quibusdam. de ver. signif. Abb. ib. & in c. cum esses. num. 33. tit. cit. de testam.* Idcirco etiam ad ista visitatio ipsius extenditur.

Vnde primo circa visitationem Seminarij, videndum est quomodo obseruetur in receptione singulorum, ne minores duodecim annis recipiantur, item vt recipiendi habeant bonam indolem, & aliqua principia literarum, & vt de ijs sit spes, quod Ecclesiasticis ministerijs perpetuò sint inseruituri. Ne item recipiantur nisi pauperes; diuites ita demum recipiantur, si suo sumptu ibidem alantur.

Inquirẽdũ præterea, an aliqui sint discoli, & alios corrumpẽtes, & castigandi.

An habeant aliqua exercitia spiritualia, missas an audiant singulis diebus, an sæpius confiteantur, communicent.

In literis quo ordine, à quibus præceptoribus, num à viris probis instituantur. In victu & alijs necessarijs, quomodo prouideantur, prouentus Seminarij quomodo dispensentur, & si ipse Episcopus visitat, posset vna cum deputatis ex Clero, & Capitulo rationem expensorum exigere & auscultare.

Ordinationes item aliquas inposterum obseruandas, si quas salubres & necessarias iudicauerit, posset ibidem de consilio dictorum deputatorum relinquere. *Conc. cit. sess. 23. c. 18. de ref.*

Quod aũt ad Confraternitates quascunq; etiam Laicorum attinet, istæ quoque quoad actiones spirituales, vt quoad cõfessiones, communionem, missas, sepulturam, habitum, & modum in processionibus publicis seruãdum, subsunt Episcopo, etiam si in Ecclesijs Regularitũ congregationes suas habeant. *Nauar. cons. 3. de for. comp.* & possunt ab ipso visitari quoad præmissa, nulla exẽptione obstante. Eæ tamen quæ sub Regum immediata protectione existunt, nõnisi de eorundem Regum licentia visitari debent. *cit. Conc. sess. 22. c. 8. de ref.* Administratores quoq; Confraternitatum earundem, reddere tenẽtur rationẽ administrationis suæ Ordinario. quod si alicubi siue legitima cõsuetudine, siue priuilegio obtinuerint, vt rationem nonnisi deputatis è medio Cõgregationis reddant, adhuc Episcopus posset cum illis deputatis interesse rationi. *id. Conc. sess. 22. c. 8. de ref.* melius autem iudicari poterit,

terit, in quibus confraternitates huiusmodi Ordinario subsint, & quæ Visitatori in earum visitatione aduertenda sint, si quædam ab eisdem Confraternitatibus obseruãda ex ordinatione Clem. Papæ VIII. viderimus. *cuius Constit. publicatæ Romæ, die 24. Decemb. 1604. tenor sequitur.*

Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam

QVacunq; à Sede Apostolica ad promouendã Christi fidelium salutẽ aliquando concessa sunt, etsi ea maturo cõsilio, magnaq; prudẽtia & cautione sancita & decreta sint, tamen cum Rom. Pont. de animarũ salute sollicitus progressu tẽporis animaduertit, sensim aliquos abusus in eisdẽ statutis & decretis obseruandis prouenire, debet pro sui Pastoralis officij munere illis opportuna ratione occurrere, & quantũ cum Domino potest, adhibito salutari remedio prouidere. Cũ itaq; à plurimis Rom. Pont. prædecessoribus nostris, & forsan etiã à nobis nonnullis Regularibus ordinibus, Religionibus & Institutis, ac etiã Christi fidelium Sæcularium Archiconfraternitatibus & Congregationibus diuersarum nationum, nominũ, & institutorũ, tam in alma Vrbe nostra, quam in alijs ciuitatibus, & locis Christiani orbis institutis, facultas erigendi, & instituendi in eorũ, & in alijs Ecclesijs & Collegijs, nec non etiã sibi aggregandi Confraternitates & Congregationes in eadem Vrbe, & in alijs locis existentes, eisq; priuilegia, indulgentias, facultates, aliasq; Spirituales gratias & indulta sibi concessa respectiuè communicandi, attributa fuerit, ac nulla certa forma vel ratio præscripta sit, qua in huiusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus & communicationibus faciendis, seruari debeat; propterea siue negligentia superiorũ Ordinum, Religionũ & institutorum, vel Officialiũ, Archi-Confraternitatũ & Congregationũ erigẽtiũ, instituentiũ, aggregantiũ & cõmunicantiũ, quæ Confraternitatibus & Congregationibus erigendis, instituendis, ac aggregãdis, & quibus communicationes priuilegiorum, indulgentiarũ, aliarumq; gratiarũ prædictarum fiunt, non seruant formã in huiusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & cõmunicationibus seruari debitã, neq; præscribunt modũ, quo priuilegia, indulẽgtias, facultates, aliasq; spirituales gratias, indulta prædicta consequi debeant, seu ipsarum Confraternitatum & Congregationũ incuria, quæ non inquirunt ea, quæ præstare oportet, vt illa consequantur, nonnullæ prauæ consuetudines irrepserunt, multaq; incommoda inde prouenerunt. Quibus nos pro commisso nobis Apostolicæ sollicitudinis officio, paternaq; erga omnes Christi fideles charitate prospicere volentes hac nostra constitutione perpetuo valitura.

Confraternitates non sunt erigendæ nisi de consensu Loci Ordinarij.

Decernimus atq; statuimus, vt in posterũ tãhuius almæ Vrbis nostræ, quã aliarũ Ciuitatum & locorũ totius Christiani Orbis Regulariũ Ordinum, Religionum & institutorũ, quibus in eorũ, & quibuscũq; alijs Ecclesijs & Collegijs Confraternitates Sæcularium erigendi & instituendi facultas concessa est, nec non etiã Archiconfraternitatũ & Congregationum cuiusuis nationis, nominis, & instituti illa sint,

læ sint, & in quibuscunq; Ecclesiis, Domibus & Oratoriis, tã Saculariũ quam vt præfertur querũcunq; etiam mendicantiũ Ordinum, Religionum, & institutorũ Regulariũ, quatenus tam ordinaria quã Apostolica authoritate erectæ ac constitutæ existant, seu alias quouis modo introductæ reperiãtur, quib. alias Cõfraternitates, & Cõgregationes instituendi, erigendi ac sibi aggregandi, illisq; priuilegia, indulgentias, facultates, aliasq; spirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi, & communicandi potestas à Rom. Pontif. prædecessoribus nostris, vel à nobis, & Apost. Sede attributa fuit, Magistri, Priores, Præpositi, Rectores, Gubernatores, præceptores, Primicerij, Prælati Custodes, Guardiani, Præfecti, Administratores & alij Officiales seu Superiores quouis modo nuncupati, regularium siquidẽ ordinũ, Religionũ, & institutorũ; vnam tantum Confraternitatẽ, & Congregationem, de consensu tamen ordinarij loci, & cũ litteris eius testimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ, & instituendæ pietas, & Christianæ charitatis officia, quæ exercere cupit apud eos comendentur, in eorũ, & quibuscunq; alijs Ecclesiis, & Collegijs erigere & instituere, caterarũ verò Archiconfraternitatum, & Congregationum in singulis ciuitatibus, oppidis, vel locis vnã etiam Confraternitatem, & Congregationẽ duntaxat, quæ Apostolica, vel ordinaria authoritate prius erecta nulli alteri ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi eiusdẽ, vel alterius nationis, nominis, & instituti aggregata sit, præuio similiter loci ordinarij consensu, & cum eius litteris testimonialibus, quibus eiusdem Confraternitatis, & Congregationis aggregandæ institutũ, pietas, & Christianæ charitatis officia quæ exercere consueuit apud eos commendentur sibi adiungere, & aggregare possint. Huic verò Confraternitati & Congregationi erigendæ, instituendæ seu aggregandæ, ea tantũ priuilegia, indulgentias, facultates, aliasq; spirituales gratias, & indulta, quæ ipsi ordini, Religioni, instituto erigenti, instituenti ac communicanti, seu Archiconfraternitati, & Congregationi aggreganti nominatim, & in specie, non autẽ quæ per extensionẽ, vel communicationẽ sibi quouis modo cõcessa sunt, & illa quidẽ nõ sub generali forma verborũ, vel adinstar, sed expresse & in specie cõmunicare valeãt.

Statuta Confratrum ab ordine examinari, approbari & corrigi possunt.

Statuta autem pro regimine Ordinũ, Religionum, & Institutorum erigentiũ, & instituentium ac communicantiũ seu Archiconfraternitatũ, & Congregationũ aggregantiũ edita, Confraternitatibus erigendis, instituendis & aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorũ, & aliorũ prædictorũ fiunt, impartiri nõ possint, nisi ea prius ab Episcopo Diœcesano examinata & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus eiusdẽ Episcopi decretis ac moderationi, & correctioni in omnibus semper subiecta remaneant.

Indulgentias concedendas aggregatis confraternit. Ordinarius prius cognoscere debet.

Insuper volumus, & ordinamus, vt prædicti Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia,

tia, nec non Archiconfraternitates & Congregationes aggregantes, certā erigendi, instituendi, aggregandi, & cōmunicandi formulā à nobis nouissimè approbatā diligenter obseruent, secūdum quā priuilegia, indulgētias, facultates aliasq; spirituales gratias & indulta ipsis ordinibus, Religionibus, institutis erigētibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus seu Congregationibus aggregantib. nominatim & expressè, non autem per communicationem, neque ad instar, vt supra concessa ipsis Confraternitatibus & Congregationibus erigendis, instituendis & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare possint; quibus Confraternitates & Congregationes eiusdem duntaxat nationis, & nominis, ordinis, Religionis & instituti, Archiconfraternitatis & Congregationis cui aggregantur, tam hactenus aggregatæ, quā in posterum aggregandæ vtantur, potiantur & gaudeant: ita vt dictarum Confraternitatum & Congregationum erectarū, institutarum & aggregatarum, ac quibus communicationes facta sunt ministri & Officiales, & alij supradicti priuilegia, indulgentias, facultates, aliasq; spirituales gratias & indulta huiusmodi, præuia tamen recognitione Ordinarij loci, qui adhibitis duobus de eiusdē Ecclesiæ Capitulo illa iuxta sacri Conc. Trid. decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant.

Quibus etiam ministris Officialibus & alijs prædictis Eleemosynas & alia oblata Christianæ charitatis subsidia iuxta modum & formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen mensis, peluibus, & capsis, quæ in Ecclesiis & Oratorijs dictarum Confraternitatum & Congregationum publicè adhoc exponi consueuerunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum Ordines, Religiones, instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, seu Archiconfraternitates & Congregationes aggregantes tam Almæ Vrbis quam aliarum ciuitatum & locorum quorumcunque iuxta modum à Vicario Vrbis & ab Ordinarijs locorum respectiuè præscribendum, obseruare teneantur.

Eleemosynas collectas pro arbitrio vsus Ordinarij ad pios exponant Confratres.

Eleemosynas autem sic collectas in reparationem & ornatum Ecclesiarum, tam Ordinum, Religionum, Institutorum erigentium, instituentium & communicantium, ac Archiconfraternitatum & Congregationum aggregantium, quam Confraternitatum & Congregationum erigendarum, instituendarum & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios earum pios vsus arbitrio eiusdem Vicarij nostri in Vrbe, nec non Ordinariorum locorum respectiuè fideliter exponere atq; erogare procurent, vt omnes intelligant cælestes Ecclesiæ thesauros non quæstus aut alicuius lucri causa, sed pietatis & charitatis excitandæ gratia ex Apostolicæ Sedis benignitate Christi fidelibus aperiri.

Confessarij Confratern. sint approbati ab Ordinario.

Præs-

Præterea volumus, vt confessarij, qui vigore Priuilegiorum ipsis ordinibus Religionibus, institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus ac Congregationibus aggregantibus concessorum, ac confraternitatibus & congregationibus aggregandis communicandorum eligi possunt & potuerunt, seculares in alma Vrbe, à prædicto nostro Vicario extra Vrbem verò à locorum Ordinarijs, Regulares autem non solum à prædicto Vicario nostro, & à locorum Ordinarijs respectiuè, sed etiam à suis superioribus approbati sint; vtq; confratres confitentes à criminibus, casibus & censuris iuxta dictorum priuilegiorum (quatenus tamẽ sint in vsu & sacris Conc. Trid. Decretis ac Romanorum Pontif. prædecessorum nostrorum & nostris Constitutionibus nõ aduersentur, nec reuocata, aut sub aliquibus reuocantibus comprehensa sint) formam & tenorem duntaxat absoluere valeant.

Casus reseruatos quos absoluere non possint Confessarij Confraternitatum.

Decernimus insuper vt ijdem Confessarij prædictos confratres cuiuscũq; gradus, status, conditionis & præeminentiæ, etiamsi speciali nota dignæ fuerint, à casibus contentis in litteris quæ die Cœnæ Domini legi consueuerunt, nec non violationis immunitatis & libertatis Ecclesiasticæ, & clausuræ Monasteriorum Monialium, si videlicet sine necessaria & vrgenti causa, ac sine superiorum licentia, vel etiam si causa & licentia concessa abutentes, prædicta Monasteria ingressi fuerint, nec non violentæ manus iniectionis in Clericum, & singularis certaminis seu duelli, ac ab alijs etiam casibus tam à nobis quam à prædicto nostro in Vrbe Vicario & locorũ Ordinarijs respectiuè reseruatis, & pro tempore reseruandis, & etiam à quauis excommunicatione ab homine lata, absoluere, & super irregularitatibus tam ex aliquo defectu prouenientibus, quã occasione delicti contractis, cum aliquo dispensare prætextu dictorum priuilegiorum nullo modo possint.

Confraternitates ante erectæ nouas erectionum litteras petant.

Demũ statuimus & pariter ordinamus, vt Confraternitates, & Cõgregationes, vbiuis locorũ, quauis authoritate vt præfertur erectæ & institutæ, quibus cõmunicationes prædictæ factæ sunt, ac cuicunq; ex dictis Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus & Cõgregationibus, nouas erectionũ, institutionũ, communicationũ, & aggregationũ litteras iuxta formam à nobis nouissimè approbatam, infra annum si in Europa sint, & si extra Europam fuerint, infra biennium à die publicationis præsentium in Romana Curia faciendæ computandos impetrare teneantur, alioquin dicto tempore elapso erectiones institutiones & quæcunq; communicationes priuilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumq; spiritualium gratiarum, & indultorum, & aggregationes illarum vigore ipsis concessæ, nullius sint roboris & momenti, ac reuocatæ & abolitæ censeantur eo ipso.

Litteræ erectionum gratis dandæ.

Erectionum autem, institutionũ, communicationum, & aggregationum, tam hacte-

hactenus factarum, quã deinceps faciendarum litteræ ab ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archiconfraternitatibus & Congregationibus, gratis omnino, ac nulla prorsus mercede etiã à sponte dantibus accepta expediri, & concedi debeant.

Pœna contra Contrauenientes.

Quod si ministri aliqui superiores vel Officiales quocunq; nomine nuncupati, Ordinum, Religionum, Institutorum, seu Archiconfraternitatum, Congregationũ, & Confraternitatum huiusmodi quauis auctoritate vel priuilegio & officio fungantur & præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire, ac facere præsumpserint, erectiones, institutiones & communicationes, priuilegiorum, indulgentiarum, facultatum, spiritualiumq; gratiarum & indultorum, aliorumq; præmissorum concessiones, nec non aggregationes per ipsos faciẽdas seu renouandæ, nullius sint roboris, & momenti; & quilibet eorũdem ministrorum, superiorum, officialium, & aliorum prædictorum priuationis officiorũ, quæ obtinet ac inhabilitatis ad illa & alia imposterum obtinenda pœnam, quæ ab alio quam à nobis vel Romano Pontifice pro tempore existente remitti non possit incurrat eo ipso. Decernentes præsentes litteras perpetuo validas & efficaces existere & fore, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat inuiolabiliter obseruari debere. Sicq; nostra mentis, & intentionis existere, & ita, & non aliter per quoscunq; iudices &c. Non obstantibus, &c.

Frequenter etiam in negotijs Confraternitatum occurrere solet dubium, an possint compelli ad publicas processiones per Episcopum ad quos resoluendum subiunximus hic decretũ S. Congr. Conc. datum Episcopo Scalensi, prout refertur apud Quaran. verba præcedentia, vt sequitur.

Reuerendiss. vti Frater. Quamuis Thesaurarij magistri & Confratres Sanctæ Mariæ Annunciatæ magis conscientiæ suæ, ac pietati satisfecissent, si Ampl. tuæ eos ad publicas processiones vocanti morem gessissent: cum tamen ad eas accedere detestauerint, neq; ab Amplit. tua compelli, neque vllis propterea Censuris distringi atq; innodari debuerunt, quod sæpius alias consulti responderunt, Illustrissimi Patres Sacri Conc. Trid. interpretes. Itaque interdictum hac de causa latum, protinus tollas oportet, ac de cætero à similibus compulsionib. abstineas. Deus Amplit. tuam incolumem seruet. Romæ die 6. Maij 1597.

Amplit. tuæ vti Frater.

Card. Matthæius.

Post Visitationem Fraternitatum sequuntur montes pietatis siue charitatis & quæcunque loca pia hæc enim visitari quoque possunt per Ordinarium. *Conc. Trident. sess. 22. cap. 8. de ref.* cum sint etiam de foro Ecclesiæ & æquiparentur Ecclesijs. *Abb. in cap. accedentibus num. 3. de priuil. & in cap. de quarta. num. 7. de præscript. Felin. ibid. Dec. in cap. de Ecclesia. S. M. num. 27. de Constitut.* Dicuntur autem loca pia in quibus exercentur officia pietatis. *cit. Abb. in cap. fin. num. 2. de testam.* vt circa salutem animarũ, sustentationẽ pauperum cultũ diuinum. *Conc. Trid. lo. cit.* Hæc itaque loca nisi fuerint sub im-

mediata protectione Regum visitari possunt liberè per Ordinarium, & circa eorum visitationem inquiri debet, quo ordine eorum prouentus vel eleemosynæ colligantur, iuxta dispositionem fundationis suæ, & an propriè in vsus pios tantũ conuertantur. Super quo tenentur reddere rationem Ordinario administratores huiusmodi locorum, & si aliquo priuilegio, vel consuetudine alijs ad id deputatis soliti essent reddere rationem, adhuc cum illis deputatis interesse deberet rationi Ordinarius. *cit. Conc. cit. cap. 8. & 9. sess. 22. de ref.*

Hospitalia quoque, Xenodochia, Leprosatia, vel si quo alio nomine vocentur, deputata ad curandum infirmos, sustentandos pauperes, vel peregrinos, veniunt appellatione piorum locorum, si fuerint fundata authoritate Episcopi. *Abb. in cap. officij. num. 7. de testament.* & cẽsetur hospitale pro re Ecclesiastica. & religiosa, gaudetq; priuilegijs Eccles. *cap. ad hæc. de rel. dom. Abb. ib. & in cap. accedentibus. num. 3. de priuil. Felin. Dec. locis sup. cit. Gamb. de auth. leg. à lat. tit. de potest. leg. circa Hospit. num. 29. Anchar. cons. 253. num. 5.* Sed quomodo visitari possint ex diuersitate ipsorum est iudicandum.

Vnde primo hospitalia alia sunt quæ
10. dantur in titulum perpetuum: & hæc per omnia censentur vti alia beneficia Ecclesiastica, & veniunt appellatione beneficiorum. *Mill. in repert. v. beneficij appellatione. Sarnen. in reg. de trien. quæst. 7. num. 3. Gomez. ib. Selu. de benef. p. 2. quæst. 11. Rebuff. in prax. tit. de deuolut. num. 73. Rot. decis. 739. in fin. p. 1. diuers.* vnde comprehenduntur sub regula de annali. *Mandos. in Reg. 1. de reser. q. 10.* comprehenduntur & sub constitutione de publicandis resignationibus, *vt tenuit Rota. decis. 739. cit.* similiter comprehenduntur sub reseruationibus Regularum Cancellariæ, *vt deducit Gonz. lo. cit. n. 14.* In eis intitulati faciunt fructus suos, sicut & alij beneficiati. *Vitalin. in Clem. quia contingit. à num. 12. de relig. dom. Sarnen. loc. cit. Rot. decis. 114. & 122. p. 2. diuers.*

Dicuntur autem conferri in titulum, quando in eorum fundatione ita fuerit expressum, vel si per electionem prouidentur. *Clem. quia contingit.* §. *vt autem. de relig. dom. Vitalin. ib. à num. 11. Paris. lo. cit. num. 39.* vel si hospitale vniatur accessoriè Ecclesiæ alicui. *Aegid. decis. 387. Rebuff. de nominat. quæst. 15. num. 14.* sed probari debet quod fuerit accessoriè vnitum; alioquin in dubio præsumeretur principaliter vnitum hospitale, & retineret naturam & conditionem hospitalis. *Abb. in Clem. per literas. num. 5. de præb. Card. ib. quæst. 17. Rot. decis. 114. p. 2. diuers.* omnis enim dispositio in dubio debet interpretari, vt potius concordet cum iure communi, quam contra ius. *gl. pen. in cap. cum dilectus. de consuet. Abb. ib. num. 21.* de iure autem communi prohibentur hospitalia in titularia beneficia conuerti. *cit. Clem per literas. Mohed. decis. 543. aliàs 18. de can. poss.* Et de istis hospitalibus dubium non est quod possint visitari, quemadmodum de alijs beneficijs Ecclesiasticis diximus in superioribus.

Alia hospitalia sunt quæ non dantur in titulum perpetuum, sed in admi- 11.
nistrationem, seu ad nutum: & hæc propriè sunt hospitalia, nam de hospitalium natura propria est, vt non dentur, nisi in administrationem, & de istis disponit. *Clem per literas. cit. & Clem. qua*

con-

contingit. de rel. dom. ideo dicuntur manualia beneficia, seu amouibilia ad nutum, quia in illis constitutio & destitutio fit ad nutum committentis, seu fraternitatis. *Vitalin. lo. sup. cit. Calder. cons. 4. de rel. dom. Gem. cons. 89. num. 5. Card. cons. 117. Mandos. in Reg. 1. Canc. quæst. 10. num. 4.* Nec comprehenduntur sub regula de annali vel triennali. *Rot. decis. 739. cit.* nec afficiũtur reseruationibus. *Lap. de hospital. num. 63. Dec. cons. 165. Simonet. de reseruat. quæst. 7. Aen. de Falcon. de reseruat. quæst. 3. princ. à nu. 15. Achil. de Grass. decis. 272.* Nec veniunt appellatione beneficiorũ. *Card. in cit. Clem. per literas. quæst. 19. Vitalin. lo. cit. num. 39. Gig. de pens. q. 28 num. 6. Mandos. in Reg. 1. Canc. q. 9. Rot. decis. 725. p. 1. diuers.* præterquam infauoralib. *gl. in Cle. fin. v. beneficijs. de iudic. Anch. ib. n. 2. Card. ib. q. 3. Lap. alleg. 42. Felin. in c. de quarta. sup. cit. nu. 15. Selu. de benef. p. 1. quæst. 3.* vel in illis quæ sunt introducta in fauorem publicũ, quẽadmodũ. *Paris. lo. sup. cit. à n. 47.* probat hospitalia huiusmodi cõprehẽdi sub constitutione *de publicandis resignationibus*, tanquam inducta in fauorem publicum, ad obuiandum fraudibus, & quia in illis militant rationes constitutionis, vt videlicet ordinarius certus sit à quo debeat exigere calculum administrationis, & vt coloni sciant cui debeant soluere pẽsiones, vt per eum latius.

Sed adhæc distingui potest de huiusmodi hospitalibus, nam alia sunt quæ administrari solent per Clericos seu Religiosos, vt sunt hospitalia S. Spiritus, in Saxia. S. Mariæ Theutonicorum, & ista possunt visitari ab Ordinario, cum eius iurisdictioni omnino subsint, nisi specialiter sint exempta. *cap. de Xenodochijs. & seq. de Relig. dom.*

Alia sunt hospitalia quæ per Laicos administrari consueuerunt. *vt gl. in cit. Clem. quia contingit. v. sæcularibus.* seu in quibus institutio & destitutio Rectoris spectat ad Laicos alicuius vniuersitatis, vel fraternitatis, vel domus, & hæc dummodo sint publicè deputata ad vsum pauperum vel infirmorum, seu aliud opus pium authoritate Ordinarij, censentur loca Religiosa. *gl. in Clem. per literas. v. Ecclesias. de præb. Rebuff. de denominat. quæst. 15. cit. num. 2.* & subduntur Ordinario, nisi in eorum fundatione de consensu ipsius Ordinarij, seu cum confirmatione sedis Apostol. aliter fuerit ordinatum. *Abb. in cit. Clem. quia contingit. num. 4.* & possunt visitari per Ordinarium. *Abb. Card. Vitalin. in ea. Clemen.* præsertim post Conc. Trid. *lo. supra cit. sess. 22. cap. 8. de ref.* nisi fuerint subi mmediata protectione Regum, *vt idem Conc. eo. lo.*

Alia demum sunt hospitalia mere priuata, vt cum aliqua persona in domo sua destinat locum pro pauperibus absque authoritate Episcopi, hoc enim fieri potest. *cap. quidem. 18. quæst. 2. iun. gl. & alia. gl. in cit. Clem. quia contingit. v. altare. Ant. de Butr. Abb. in cap. adhæc. num. 4. de rel. dom. & in cap. fin. num. 4. de cens.* sed talis locus censetur prophanus, locus enim sine authoritate Episcopi institutus, nunquam potest dici religiosus. *glo. in cap. in Ecclesiasticis. 13. quæst. 2. Ant. de Butr. Abbas in cap. adhæc. cit. de relig. dom. Dec. in cap. quanto. num. 51. de iudic.* & potest redire ad vsum priuatum volũtate fundatoris viuentis. *Innoc. in c. inter dilectos. de donat. Abb. locis cit. Felin. in cap. de quarta. sup. cit. Sylu. Arm. v. hospitalia. Calder. cons. 4. de rel. dom. Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 41. num. 16.* nec potest visitari per Ordinarium. *Fed. cons. 130. & 225. Abb. in cap.* 12.

officij. circ. fin. de testam. si tamen fundator adordinaret, vt eadem hospitalitas ibi per hæredes obseruetur, posset post mortem fundatoris habere curam Ordinarius, quomodo satisfiat piæ voluntati ipsius, vt & in alijs omnibus pijs testatoris dispositionibus exequendis interuenire potest. *Abb. lo. cit. & in cap. de Xenodochijs. num. 3. de rel. dom. per tex. Auth. si quis autem pro redemptione. de Eccles. tit. imò omnium actuum piorum, tam viuentium quam morientium, ipse est exequutor Capel. Tholos. decis. 136.* 13.

His itaque præmissis de statu hospitalium in casu quo visitari possunt. Videndum est circa eorum visitationem, per quales personas administrentur, & & ne commmittãtur nisi personas personis prouidis, idoneis, & boni testimonij. *Clem. quia contingit. cit. iun. gl. v. secularibus.* qui cum habeantur instar tutorum & curatorum, tenentur ad instar eorum iurare, conficere inuentarium, & rationem administrationis suæ reddere annis singulis. *Clem. cit. Abb. ib. nu. 17. Gem. cons. 89. Rot. decis. 725. num. 9. p. 1. diuers.* Et quidem si ex fundatione, priuilegio, aut consuetudine ratio reddenda esset confraternitati hospitalis, adhuc rationi huiusmodi interesse posset Ordinarus. *Conc. Trid. lo. sup. cit. c. 9. sess. 22. de ref.* 14.

Aduertendum præterea Visitatori, vt prouentus seu obuentiones hospitalis nonnisi in vsus destinatos, seu pro pauperibus sustentandis conuertantur. *Clem. cit. & Cõc. Trid. lo. cit. c. 8.* Et ne administratio locorum huiusmodi alicui vltra triennium committatur. *id. Conc. sess. 25. c. 8. de ref.* Et si bona eorum deteriorarentur vel alienarentur, debet Ordinarius iniungere vt reparentur vel recuperentur omnino, etiam in exemptis. *Clem. cit. quia contingit. §. nos incuriam.*

Ea verò quæ aliendis pauperibus forte supererent, posset Ordinarius cum consilio Capituli, vel etiam Patronorũ Sæcularium, in alium pium vsum conuertere, & etiam totos fructus ad aliud magis pium opus, seu illi loco commodius applicare. *id. Conc. lo. cit.*

Circa hospitale potest haberi Capella seu Oratorium pro missis celebrandis, dummodo sit authoritate Episcopi fundatum; alioquin si non fuerit authoritate Episcopi fundatum, non potest ibi haberi Capella pro missis celebrandis, licet simplex Oratorium construere cuique sit liberum. *c. quidam. iun. gl. 18. q. 2. c. vnicuiq;. dist. 2. de consecr. iun. gl. Abb. in c. fin. num. 3. de cens. Rot. decis. 725. cit. num. 3.* Vnde Visitator videre debet, quo ordine illa Capella teneatur, quam decẽter in illa Sacra peragantur. Capellanus ipsius an suo muneri satisfaciat, an habeat ius administrandi Sacramenta, vel sepulturæ, alioquin administratio Sacramentorum pertineret ad Parochum. *Clem. cit. quia contingit. §. fin. iun. Abb. ib. num. fin. Imol. Anchar. ib.* Vnde & Capellanus claustri seu conseruatorij puellarum non posset administrare Sacramentum matrimonij huiusmodi puellarum, sed id pertinet ad Parochum. *Gen. in prax. c. 61.* vbi refert ita fuisse decisũ in Curia Archiep. Neap. 15.

Ad extremum circa visitationem & quouis alio tempore debet Episcopus prouidere, ne impressores librorum vel propolæ libros hæreticos vel prohitos, vel sine nomine authoris imprimant, seu venales exponant sine ipsius licentia, ad ipsum enim spectat censura librorum. *cit. Conc. sess. 4. de edit. libr. adhoc Suarez de cens. disp. 23. sect. 7.* 16.

ARTI-

ARTICVLVS VI.

De Visitatione Regularium.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam super omnes de Diœcesi.*
2 *Papa solus eximere quem potest.*
3 *Episcopus an eximere possit.*
4 *Regulares sua sibi inuicem priuilegia communicant.*
5 *Priuilegiorum Regularium moderatio in Conc. Lateran.*
6 *Regularium libros antequam imprimantur examinare debet Episcopus.*
7 *Regulares quam licentiam habere debeant ab Ordinario ad prædicandum.*
8 *Regularis exemptione non obstante iudicari potest de hæresi per Ordinarium.*
9 *Regularium priuilegia reuocata per Greg. XIII. in quantum sunt contraria. Conc. Trid.*
10 *Capitulum Sede vacante potest iudicare crimen hæresis.*
11 *Regularis in omni crimine degradatione digno debet iudicari per Episcopum.*
12 *Regulares extra claustra degentes quomodo iudicari possint per Episcopum.*
13 *Regulares vagabundi subiecti sunt Episcopo.*
14 *Confratres & nouitij quomodo subsint Episcopo.*
15 *Regulares si non eligunt conseruatores possunt in causis mercedem conueniri coram Episcopo.*
16 *Regularis intra claustra degens & extra ea delinquens an possit apprehendi per officium Episcopi & quomodo puniri debeat à superiore ad requisitionem Episcopi.*
17 *Exemptus ratione rei non exemptæ subiectus est Episcopo.*
18 *Exemptus litigans coram Ordinario ab ipso puniri potest si ibi delinquat.*
19 *Delegatus punire potest extraneas personas si aliquid faciant quo turbatur ipsius iurisdictio.*
20 *Regulares cum non soluunt decimas iudicari possunt per Episcopum.*
21 *Monasteria commendata visitari possunt per Episcopum.*
22 *Monasteria non reducta in Congregationes subsunt Episcopo.*
23 *Regularis manens in beneficio subiecto Ordinario, ratione eiusdem beneficij conuenitri potest apud Ordinarium.*
24 *Exemptio concessa Monasterio non extenditur ad Capellas.*
25 *Regulares Capellis vnitis eorum Monasterio non possunt imponere onera sine scitu Episcopo.*
26 *Exempti in alienatione bonorum ipsorum cuius consensum debeant inquirere.*
27 *Regulares ratione hospitalium si quæ habent possunt per Episcopum corrigi.*
28 *Regulares quoad curam animarum si quam habent subiecti sunt Episcopo.*
29 *Episcopus in curatis exemptorum quam iurisdictionem habeat.*
30 *Beneficia collationis Regularium quomodo deuoluantur ad Episcopum.*
31 *Regulares administrantes Sacramenta quas pœnas incurrant.*
32 *Regulares tenentur admonere populum de debito soluendarum decimarum.*

33 *Monasterium non debet ædificari de nouo absq; licentia Episcopi & quomodo hæc licentia concedenda.*
34 *Regulares an possint celebrare Missam extra locum sacrumpost Conc. Trid.*
35 *Dies festi Diœcesis quomodo seruandi per Regulares.*
36 *Censuras publicatas per ordinarium seruare tenentur Regulares.*
37 *Damna partis læsæ quomodo sint æstimanda.*
38 *Eleemosynarum quæstores quomodo per Ordinarium coërcendi.*
39 *Regularis exercens negotiationes illicitas. potest admoneri per Ordinarium vt desistat.*
40 *Regulares tenentur accedere ad processiones maioris Ecclesiæ.*
41 *Controuersias de præcedentia in processionibus, iudicare spectat ad Episcopum & quomodo iudicandæ.*
42 *Regulares ratione contributionis, pro Seminario subduntur Episcopo.*
43 *Mendicantium ordines qui sint.*
44 *Societas Iesu est ordo mendicantium.*
45 *Quarta funeralium quomodo soluenda Parocho.*
46 *Quartam Episcopalem non tenentur soluere Regulares.*
47 *Regularis ratione exequutionis testamenti subditur Episcopo.*
48 *Regularis sepeliens interdictum quas pœnas incurrat.*
49 *Regularis inducens aliquem ad eligendum sepulturam in sua Ecclesia, incurrit excommunicationem.*
50 *Nouitij non possunt renunciare eorum bonis durante nouit, sine scitu Episcopi.*
51 *Controuersia de validitate professoris iudicanda per Episcopum.*
52 *Regulares in quibus teneantur honorare Episcopum & ipsius Ecclesias.*
53 *Episcopus in loco exempto potest Pontificalia exercere.*
54 *Abbates benedicere spectat ad Episcopum.*
55 *Per priuilegia Reg. tantum derogatur Ordinario, quantum exprimitur.*
56 *Præscribi potest contra priuilegia Regularium.*
57 *Regulares an possint renunciare eorum priuilegijs.*
58 *Regulares quibus casibus possint excommunicari per Episcopum.*
59 *Regulares an possint declarari per Episcopum.*
60 *Declaratio quomodo ferenda.*
61 *Episcopus an possit absoluere Regularem.*
62 *Inquisitio qualis facienda circa Regulares.*

QVibus legib. circũscripta fuerint ab initio institutæ Regularium, videre licet *in c. Eccl. c. placuit. iuxta. & tota. 16. q. 1. & 18. q. 2. cap. cum venerabilis de relig. dom.* vbi Regulares subijciuntur iurisdictioni Diœcesani. idem docet. *Abb. in cap. nimis prauæ. num. 4. de excess. præl.* Et quomodo Diœcesanus habeat iurisdictionem fundatam in iure super omnes in sua Diœcesi, *patet ex tex. omnes Basilicæ. 16. q. 7. cap. cum Episcopus. de off. ord. in 6. & notat. gl. in cap. sane. de excess. præl. cap. cum personæ. de priuil. in 6.* idque etiam contra Abbates & alios Prælatos Regulares. *cap. fin. de confir. vt. vel. mit. Dec. ib. num. 16. Rot. decis. 78. p. 1. diuersorum.* Postmodum tamen à iurisdictione

hac

hac Episcoporum fuerunt exempti varijs priuilegijs Summorum Pontificum, quorum est eximere. *cap. frater noster. 16. quæst. 1. cap. luminosa. 18. quæst. 2.*
2. nam inferior Papa, vt Episcopus vel Archiepiscopus, etiam proprios subditos in totum eximere à sua iurisdictione nō potest, licet aliqua iura possit remittere.
3. *gl. singularis in cap. 1. v. exemptionis. de priuil. in 6. Abb. in c. pastoralis. nu. 7. de donat. & in cap. constitutus. num. 11. de relig. dom. & in c. olim. num. nu. 4. de priuil. Felin. in cap. cum inter. de re. iud. Anchar. Franch. in cit. cap. 1. de priuil. in 6. Oldrad. cons. 172. & cons. 244. Dec. cons. 152. Feder. de Sen. cons. 247.*

Priuilegia autem hæc Regularium videre licet sufficienter collecta & explicata apud Ema. Roder. *Quæst. Reg. Tom. 1. à q 5.* vbi etiam deducitur, quomodo tam mendicantes, quam non mendicantes sua sibi inuicem priuilegia communicent, quod etiam notat *Confect.*
4. *in sum. priuil. mend. tit. 3. cap. 5. Sorb. in comp. priuil. verbo. communicatio. priuil.* ita vt hoc tempore dici possit fere omnes æque Regulares esse exemptos à iurisdictione Episcoporum. Papæ tamē subsunt & eius legatis, & ille est Ordinarius exemptorum. *vt notat gl. in cap authoritate. v. Sedis Apostolicæ. de priuil. in 6.* non enim possunt ita eximi, vt illi non subsint. *cap. cum inj[illegible]ntia. de cens. Abb. Ioan. Andr. ib. & in cap. 1. de priuil. in 6. num. 3. Card. in Clem. dudum. §. nos etenim. quæst. 11.* alioquin viderentur achephali, quod esse non potest *cap. cum ex officij. cap. cum non liceat. de præscript.*

In multis tamen hæc eorum priuilegia fuerunt restricta & limitata varijs Cōciliorum & Summorum Pontificum decretis & rescriptis, quorum vtiliora & ad praxim iurisdictionis Episcopalis necessaria hic referre conabimur vt appareat num aliquibus casibus iurisdictionem suam exercere in eos possint locorum Episcopi. Vnde primo moderata fuerunt priuilegia Regularium in Conc. Lateranen. vlt. à Leon. X. Constitutione subinserta *relata in Bullario. fol. 123.*

Leo Episcopus Seruus Seruorum Dei.

SAcro approbante Concilio. Dum iuxta 5
mentis arcana reuoluimus. & infra. Sanè cupientes vt iura spiritualia quæ ad Dei laudem & Christi fidelium animarum salutem pertinent, & quorum exercitiū præfatis Episcopis & eorum superioribus in suis Diœcesibus (cum ipsi in partē sollicitudinis, vt præfertur, assumpti, ac Diœceses distinctæ & cuilibet eorundem Episcoporum assignatæ fuerint) cōmissum extitit, per ipsos Episcopos exerceantur, & ius illa liberè exercendi, quantum fieri potest, eis illæsum præseruetur. Et si aliqua dictis fratribus nēdicantibus in eorundem Episcoporū læsionem per Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam cōcessa fuerint, concessiones huiusmodi eisdem Religiosis factas in subsequentibus duximus moderandas, vt ipsi fratres potius ab eisdem Episcopis omni cum charitate foueātur, quam aliquo modo molestentur & inquietentur. Vna enim est Regulariū, Sæculariū, Prælatorū & subditorū exemptorū, & non exemptorū vniuersalis Ecclesia, extra quā nullus omnino saluatur, eorūq; omnium vnus Dominus, vna fides, & propterea decet eos

qui

qui eiusdem sunt corporis, vnius etiam esse voluntatis, & sicut fratres nexu inuicē charitatis astricti sunt, sic nō conuenit alterū in alterius iniuriā, seu iacturam prosilire dicente Saluatore: hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.

Ad conseruandam inter Episcopos & eorum Superiores ac Prælatos & Fratres huiusmodi mutuam charitatem & beneuolentiam, diuini quoque cultus augmentum, pacemq; & tranquillitatē vniuersalis Ecclesiæ status; quod ita demum fieri posse cognoscemus, si vnicuiq; quantum fieri potest suæ iurisdictio conseruetur. Sacro approbante Concilio statuimus & ordinamus, quod Episcopi & eorum Superiores, & alij Prælati præfati, Parochiales Ecclesias ad eosdem Fratres ratione locorum legitime spectantes, quoad ea quæ ad Parochianorū curam, & Sacramentorum conseruationē administrationem q; pertinent (sine tamen visitatorum insolito grauamine, vel impensa) visitare & illorum curam gerentes, & circa illā delinquentes si religiosi fuerint, iuxta ipsius ordinis regularia, instituta intra septa regularis loci, seculares verò Presbyteros & fratres huiusmodi beneficia obtinentes, liberè tanquam suæ iurisdictioni subiectos punire; ac tam Prælati quam Presbyteri secularis, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, missas in Ecclesiis domorum eorundem deuotionis causa celebrare volentes, libenter recipere debeant.

Ac ab eisdem Prælatis ad processiones solemnes pro tempore faciendas, requisiti (dummodo eorum loca suburbana vltra vnum miliare à ciuitatibus respectiuè non sunt remota) accedere.

Nec non superiores eorundem fratrum, fratres quos ad audiendas confessiones subditorum eorundem Prælatorū pro tempore elegerint, eisdem Prælatis personaliter exhibere, ac præsentare, si eos sibi exhiberi & præsentari petierint; alioquin eorum Vicarijs (dummodo ad Prælatos vltra duas dietas accedere nō cogantur) omnino teneantur. Possintq; illi per eosdem Episcopos & Prælatos super sufficiēti literatura, & aliqua saltē huiusmodi Sacramēti peritia duntaxat examinari, talibusq; præsentatis admissis, vel etiam indebite recusatis confitentes constitutioni quæ incipit. Omnis vtriusq; sexus, quoad confessionem duntaxat satisfeciisse censeantur.

Ipsiq; fratres etiam forensium Confessiones audire valeant, Laicos tamen & Clericos seculares à sententijs ab homine latis nullatenus absoluere possint.

Eucharistiæ verò & extremæ vnctionis, aliaq; Ecclesiastica Sacramenta illis, quorum etiam infirmorum ac decedentium confessiones audierint, dicentibus proprium Sacerdotem illa sibi dare denegasse dare nequeant, nisi denegatio sine legitima causa facta, vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram Notario publico facta doceretur. Eorundem verò fratrum obsequio insistentibus Sacramenta huiusmodi nullatenus ministrare valeant, nisi illorum durante obsequio.

Pacta autem & conuentiones inter eosdem fratres & Prælatos, atque curatos pro tempore inita valeant, nisi per subsequutum Capitulum proximum generā-

uerale, vel prouinciale refutata, & per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit.

Parochialis autem cum cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias domorum & locorum eorundem suam elegerint sepulturam, intrare non possint, nisi prius præmonito, & requisito, ac recusante Parochiano Presbytero; & tunc sine eius ac ordinarij præiudicio, nisi eisdem Fratribus super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione suffragetur.

Volentes quoque sepeliri in habitu eorundem fratrum in claustro nō degentes, sed in proprijs domibus habitantes, in eorum vltima voluntate sepulturam sibi eligere possint.

Quodq; fratres ipsi ad ordines promouendi per Ordinarios de grammatica, & sufficientia examinari, & dummodo competenter respondeant per eosdem Ordinarios libere admitti, ac nullatenus in eorum Ecclesijs seu domibus, aut alijs eorum locis ab alio, quam à Diœcesano Episcopo, nisi prius ipso Diœcesano Episcopo, vel eius Vicario super hoc cum debita reuerentia requisito, & absq; rationabili causa contradicente, vel eo à Diœcesi absente, ad dictos ordines promoueri debeant.

Nec ab alieno Episcopo consecrationē Ecclesiæ vel altaris, aut cameterij benedictionem petere, seu in Ecclesijs per eos pro tempore ædificandis primum lapidem per alienum Episcopum poni facere possint, nisi Ordinarius bis aut ter cum debitis reuerentia & instantia requisitus, sine legitima causa id recusauerit.

Et absq; curatorum consensu, sponsum & sponsam benedicere nequeant. Et vt debitus honor matrici Ecclesiæ reddatur, tam ipsi fratres, quam alij Clerici sæculares, etiā super hoc Apostolicæ Sedis priuilegio muniti, die Sabbati maioris hebdomadæ antequā Campana Cathedralis, vel matricis Ecclesiæ pulsauerit, Campanas in Ecclesijs suis pulsare minimè possint, contra facientes pœnam centum ducatorum incurrant.

Censuras autem per eosdem Ordinarios latas & promulgatas, ac in matrici Ecclesia ciuitatum, nec non in Collegiatis & Parochialibus Ecclesijs, Castorum & Oppidorum respectiuè solemniter publicatas, quando super hoc ab eisdem Ordinarijs requisiti fuerint, in Ecclesijs domorum suarum publicare ac seruare.

Et vt animarum vtriusq; sexus Christi fidelium saluti vberius consulatur, illos quorum confessiones pro tempore audierint, cuiuscunq; status & cōditionis fuerint, ad soluendum decimas, siue aliam bonorum seu fructuum quotam, in locis in quibus decimæ ipsæ, aut similia solui cōsueuerunt, & iam sub onere conscientiarum suarum monere & hortari, ipsisq; etiā illas soluere recusantibus, absolutionem denegare, & super hoc requisiti, id populo etiam publicè prædicare & persuadere teneantur.

Conseruatores autem eisdem fratribus pro tempore à Sede Apostolica deputandi, doctrina & probitate præstantes, & in Ecclesiastica dignitate constituti esse debeāt, & coram eis per eosdem fratres, quibus dati fuerint, vltra duas dietas à loco solitæ suæ habitationis nullus trahi possit, priuilegijs super hoc alias eis concessis nullatenus suffragantibus.

Excommunicati quoque Ordinem mẽdicantium profiteri volentes, vbi de interesse tertij ageretur, absolui nõ possint, nisi præuia satisfactione.

Procuratores quoque & negotiorum gestores, ac operarij eorundem fratrum seruitijs insistẽtes, sententijs excommunicationis promulgatis illaqueati sint, & esse censeantur, si illis causam dederint, aut dantibus consilium, auxilium, vel fauorem præstiterint.

Fratres autem & sorores tertij ordinis, nec non mantellati, corrigiati, Pizocharæ, cordellati, & alij quocunq; nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, sepulturam, vbi voluerint eligere valeant. Sed die Paschatis tantum Eucharistiam, nec non extremam vnctionem, cæteraq; Ecclesiastica Sacramenta (pœnitentiæ Sacramento duntaxat excepto) à proprio Sacerdote recipere, & ad onera quæ Laicis incumbũt, perferenda teneantur, ac in foro seculari coram Iudicibus secularibus conueniri possint.

Et ne censura vilescat Ecclesiastica, & minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur, ijdem dicti tertij Ordinis ad diuina audienda in Ecclesiis suorũ Ordinum tempore interdicti nullatenus admittantur, si causam dederint interdicto, vel causam ipsam nutriant, seu foueant, aut dantibus auxilium, consilium, vel fauorem quoquomodo præstiterint.

Collegialiter autem viuentes, seu cũ claustralibus habitantes, ac mulieres virginalem seu cælibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu, vitam ducentes, priuilegijs quibus fratres Ordinis cuius tertiæ regulæ habitum gestant, gaudere debeant.

Omnia etiam singula supra dicta, ad reliquos religiosos Ordinum, quorumcunq; extendi, & per eos etiam seruari debere volumus, atq; decernimus. Saluis tamen in reliquis desuper non expressis, tam Episcoporum, quam Fratrum & aliorum religiosorum prædictorum iuribus, quibus per præmissa in aliquo præiudicare, seu quicquam innouare non intendimus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus dictorum ordinum iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; & indultis, ac literis Apostolicis cõtra præmissa, seu aliquod præmissorũ eisdem Ordinibus concessis, etiam in mari magno contentis, quibus (etiamsi ad illorum derogationem de eis, eorumq; totis tenorib. specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbũ, non autem per clausulas generales, idẽ importantes mentio seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, illorumq; tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes) specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunq;; decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Eosdem insuper fratres in virtute sanctæ obedientiæ monemus, vt eosdem Episcopos, loco sanctorum Apostolorum subrogatos, pro debita & nostra, ac Sedis Apostolicæ reuerentia, congruo honore & conuenienti obseruantia venerentur. Ipsosq; Episcopos hortamur, ac per viscera misericordiæ Dei nostri requirimus,

vt

vt fratres ipsos affectu benevolo prosequentes charitatiuè tractent, ac benignè foueāt, seq; illis minime difficiles, aut duros, vel morosos, sed potius faciles, mites, propitios, piaq; munificentia liberales exhibeant, ac in omnibus prædictis tāquam in agro Dominico cooperatores, eorumq; laborum participes prompta benignitate recipiant, eorumq; iura omni cum charitate custodiant, atq; defendant, vt tam Episcopi quam fratres præfati, (quorū opera veluti lucernæ ardentes supra montem positæ, omnibus Christifidelibus lumen præbere debent) ad Dei laudem, fidei Catholicæ exaltationem, populorumq; salutem, de virtute in virtutem proficiant, ac exinde à largissimo bonorum omnium retributore Domino, perennis vitæ præmium consequi mereātur. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ in publica sessione in Lateranensi Sacrosancta Basilica solēniter celebrata. an. Incar. Dominicæ 1516. 19. Decemb. Pont. nostri an. 4.

Aliorum etiam Summorum Pontificū, varijs decretis restricta fuerunt eorundem Regularium Priuilegio & iurisdictio Ordinariorum contra ipsos ampliata, præcipuè autem in Conc. Trid. *vt ex sequentibus patebit.*

6. Et primo quidē libros, quoscunq; imprimere seu imprimi facere nō possunt, nisi prius examinatos & probatos ab Episcopo. *Conc. Trid. sess. 4. de edit. lib.*

Item vt lectionem Sacræ scripturæ in monasterijs suis habeant, compelli possunt ab Epis. *idē Conc. sess. 5. c. 1. de ref.* nouissimè etiā Paul. V. ordinauit, vt in omnib. Regulariū domibus, seu monasterijs lectio linguarū, Hæbraicæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ habeatur, & à Regularib. diligēter addiscatur, cōstitutione sua *incip. Apostol. seruitutis. an. 1610. Cal. Aug.*

Prædicator item Regularis prædicare non debet in sua Eccl. nisi fuerit approbatus à suis superioribus, & se præsentauerit Episcopo, pro benedictione ab ipso obtinenda. In Eccl. verò non sui ordinis, si prædicare voluerit, non tantum benedictionem, sed etiam licentiam ad sic prædicandū obtinere prius debet ab Ordinario *id. Conc. lo. cit. c. 2.* & fidem de sua doctrina, moribus, idoneitate, per literas authenticas suorum superiorum eidem ordinario facere obligatur, ex ordinatione constitutionis Leon. *X. incip. supernæ. in Concil. Lateran. cit.* factę, quam alia occasione supra retulimus. 7.

Si verò prædicet errores Regularis, prædicationem ipsi interdiceere potest Episcopus. *Conc. lo. cit.* Imò quocunque alio modo etiam non reddita causa potest Episcopus interdicere Regulari, ne prædicet virtute decreti. cit. Conc. Trid. *sess. 24. c. 4. de ref.* illo loco (*contradicente Episcopo*) quod etiam responsum fuisse à S. Cōg. Conc. testatur Franc. Leo. *in sua prax. p. 1. c. 8 nu. 9.* & licet Pius V. Constitutione sua *incip. Ad hoc nos Deus. an. 1571. die 23. Septembr.* Regularibus concesserit, vt irrequisito & contradicēte Episcopo prędicare possint, in multisque alijs contradicti Conc. Trid. Decreta, tum illa Constitutione, tū & alia *incip. Et si mendicantium. de an. 1567. 17. Kal. Iun.* & alia *incip. ex supernæ. eo. ann. Kal. Sep.* Et alia. *incip. Ad exequendum. eo. an. Kal. Nouemb.* cum ipsis Regularibus dispensauerit, pariterq; inter omnes Regulares, tam mendicantes, quam non mendicantes eadem priuilegia & declarationes cōmunicauerit, illa tamen omnia per Greg. XIII. reuocata, & ad terminos iuris, & Conc. Trid. reducta fuerunt Constitutione ipsius Greg. *quæ sequitur.*

In tanta rerum & negotiorum mole, quæ Rom. Pont. ex omnibus mundi par- 8.

tibus assiduè premitur, vix vitari potest, ne aliqua interdum exiliant, quibus postea recognitis, necesse est moderationis remediū adhibere. Cū itaq; alias fel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster, auditis grauaminibus, quæ fratribus Ordinum mendicantium ab Ordinarijs locorum & Parochialium Ecclesiarum rectoribus multis modis inferri dicebantur super sacris concionibus & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, pœnitentijs iniungendis, fratribus ad ordines promouendis, celebrationem missarum, cura animarū, Sacramentorū administratione, sepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, eleemosynis, collectionibus, alijsq; huiusmodi iuribus, nec non decimis, & diuersis oneribus, ac etiam super statu & regimine sanctimonialium ipsis fratribus subiectarum, formatione processuū, censurarum publicatione, processionibus, præcedentia, locorum acquisitione, cæterisq; alijs rebus tunc expressis, multa per quasdam suas litteras pro dictis fratribus non modo statuerit, sed & quæ iam in Conc. Trid. decreta fuerunt ad hæc pertinentia declarauerit, multaque præterea priuilegia eisdem 17. Kal. Iun. Pont. sui anno secundo, & deinde ea omnia diuersis alijs ordinibus & Congregationibus Regularium non mendicantium, etiam per modum communicationis concesserit. Postea per quādam Constitutionem suam de Vicarijs perpetuis in Parochialibus Ecclesijs vnitis per Ordinarios locorum instituendis, & portione illarū Vicarijs assignanda editam, alia super Constitutione fratrum eorundem ad exercitium curæ animarū in eorum Parochialibus Ecclesijs, quæ dominibus & locis suis vnitæ sunt decreuerit. Demum animaduerso quod ea omnia multis dubitationibus inuoluta, magnisq; difficultatibus obstructa, multas magnasq; dissensiones, altercationes & lites inter prædictos locorum ordinarios & fratrum ipsorum ordines, non sine graui Diuini cultus & animarum detrimento ac populorum scandalo concitauerant, contra ac ipse sperabat & præter suam expectationem, vt qui interdum conquereretur, multa aliter alioq; sensu à se prolata fuisse, quam literis expressa essent: Cupiens his mederi incōmodis, primum illa omnia, quæ Regularibus aliorum ordinum, quam mendicantiū communicauerat, & secundum præmissa concesserat, motu proprio restrinxerit. Deinde plenius prouidere volens prioribus litteris à se quo ad ipsos mendicantes magna in parte moderatis, omnes & quascunq; alias litteras, quæ de alijs Ordinibus & Congregationibus extra mendicantium ordines de Obseruantia nuncupatos emanauerāt, omnino aboleuerit, causas omnes iam de his etiam in Rom. Curia pendentes ad se aduocando, lites extinguendo, ac formatos super illis processus, latasq; sententias annullando: quēadmodum alijs suis litteris in Registro proximè compertu, nunquā tamen publicatis, plenius continetur. Postremò circa Confessariorum Regularium etiam mendicantium approbationem iuxta Concilij prædicti decretum faciendam, etiam lectores in Theologia graduatos & certos alios tunc expressos comprehendi debere declarauerit. Nos hac tāta varietate cognita, quæ etiam ex multiplici literarum & Constitutionum editione processit,

cedit, præsentibus & futuris discriminibus occurrere volētes. De nobis attributa potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, de prædictis & alijs omnibus litteris & Constitutionibus, quæ ab eodē prædecessore eisdem de rebus pro quorūcunq; Regularium etiam mendicantium Ordinibus & Congregationibus, quomodolibet emanarunt, ac omnibus & quibuscunq; in eis contentis, eam deinceps dispositionem atq; decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concilij Decretis, siue alias legitimè antedictarum litterarum & Constitutionum editionem erat, & si ipsæ non emanassent futura fuisset, ad quam dispositionem & decisionem, suumq; pristinum & integrum statum ac terminum illa omnia reducemus. Quin etiam tollimus & abrogamus omnia irritantia & alia decreta, nec non probibitiones, declarationes, mandata, & quæcunq; alia ipsis literis, Constitutionibus apposita, & alias eorū occasione vel causa facta à bis nostris, statuto, ordinationi & reductioni aduersantia, quibuscūq; illa sint cōcepta formulis, ac præseruationibus, declarationibus, modificationibus, restitutionibus, mentis attestationibus, derogatoriarum derogatorijs alijsq; fortissimis, efficacissimis, & inuiolabilibus clausulis, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus, & ex certa scientia, etiam pro conseruatione status Regularis, & ex quibuscunq; alijs vrgentissimis causis quotiescunq; roborata. Decernentes illa omnia, pro nullis & infectis haberi, omnesq; supradictos illarum vsu, commodo, & effectu carere. Ac omnes lites, controuersias, quæ coram quibusuis iudicibus siue ordinarijs, siue cōmissarijs, etiā Causarum Palatij Apostolici Auditoribus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus etiam de latere Legatis, prædictarum literarum, & Constitutionum occasione super præmissis iam motæ sunt, necdum decisæ aut definitæ, vel etiā quæ iam decisæ sunt, si modo tractū habeāt successiuū, easq; rursus & inter quoscunq; excitari inposterū contingat secundum prædictam dispositionem, nec aliter decidendas, futuras verò dubia, & difficultates, quandocunq; & vbicunq; orientur ad nos & Sedem Apostolicam, vbi & catera quæ ad Decreta dicti Concilij pertinent quotidie declarantur, omnino referenda esse. Nec non irritum & inane quidquid secus super his per quoscunq; scienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandamus itaque in virtute Sanctæ Obedientiæ præsentes ab omnibus vbiq; Episcopis, & locorum Ordinarijs, nec non Ecclesiarum prælatis, rectoribus, fratribusq; prædictis, ac cæteris ad quos pertinet semper, inuiolata obseruari. Non obstantibus pramissis ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec nō Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuū, Domorum, locorum & Ordinum, quorumcunq; iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis & literis Apostolicis, etiam mare magnū & Bulla aurea nuncupatis dictis Ecclesijs, Ordinibus, & Congregationibus quomodolibet cōcessis, & confirmatis, quibus omnibus etiamsi de illis eorumq; totis tenoribus specialis, expressa, individua, & ad verbum, non autē

per clausulas generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum inserentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Vt autem præsentes omnibus plenius innotescant, &c. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum. anno Incarn. Dom. 1572. Cal. Mar. Pontif. anno 1.

Et licet idem Gregorius postmodum priuilegia mendicantium confirmauerit, cum clausula (*nullis contrarijs etiam suis obstantibus*) in ipsis tamen confirmationis literis apposita est alia clausula. (*in quantum decretis Conc. ij Trid. non sunt contraria*) ita quod nec posteriores confirmationes reualident dicta Decreta Pij V. in quantum aduersantur. Conc. prędicto. quam clausulâ etiam alij Pōtifices in similibus suis confirmationibus semper apponi voluerunt, vt ex ipsarum confirmationū tenore cognoscere licet.

Idem Greg. XIII. reuocauit confirmationem eiusdem Pij V. priuilegiorū militum S. Ioannis Hierosolymitani & eam similiter reduxit ad terminos dicti Conc. Trid. Const. sua *incip. Circumspecta. de anno 1580. die 25. Nouemb.*

Vltra præmissa autem Regularē prædicantem hæresim Episcopus ipsemet punire potest. *Conc. Trid. loc. cit. sess. 5.* & quocunque alio modo de hæresi se fecerit suspectum Regularis, ab Episcopo tanquam sedis Apostolicæ delegato, & ab inquisitore iudicari potest. *cap. ad abolendam. de hæret. §. fin. Abb. ib. nu. 8. & notat gl. in cap. per hoc. v. delegata. eo. tit. in 6.*

Quæ potestas transit etiam ad Capitulum sede vacante. *Abb. loc. cit. num. 5. Hostien. Ioan. Andr. ib.* videlicet necessitate vrgente, idque fauore fidei Catholicæ. *Pauin. de potest. cap. sed. vac. q. 7. & 10.* alioquin enim regulariter non succedit Capitulum in iurisdictione Episcopi delegata. *Innoc. in cap. ad abolendam. cit. Abb. in cap. cum olim. num. 2. de maior. & obed. Feder. de sen. cons. 291. Bellam. decis. 166.* hæretici autem nomine comprehenditur tam ille qui male sentit de articulis fidei, & de Sacramentis Ecclesiæ, quam ille qui paruum habet dogma, vel falsas opiniones in rebus fidei, seu interpretationibus sacræ Scripturæ sequitur. *vt notat gl. in Clem. vn. v. hæreticum. de de hæret. Calder. cons. 4. & 5. de hæret. Oldrad. cons. 210.* 10.

De omni etiā crimine depositione digno per Regularem commisso, non superior Regularis, sed Episcopus cognoscere debet. *Nau. cons. 6. de fo. comp. in no.* nemo enim alius degradare potest, præter Episcopum. *c. degradatio. de pœnis. in 6. Doct. ib. Abb. in c. cum contingat. nu. 6. de fo. comp.* 11.

In causis item mercedum & miserabilium personarum contra Regulares extra claustra degentes exemptione nō obstante, & quamuis habuerint conseruatorem seu iudicem suum deputatum, procedere potest Episcopus. *Conc. Trid. sess. 7. cap. 14. de ref.* Quo loco Conc. dilatasse ordinariorum iurisdictionem in exemptos extra claustra degentes, vigore *cap. 1. de priuil. in 6.* concessam, deducit. Rot. *decis. 702. p. 1. diuers.* 12.

Eosdem Regulares degentes extra claustrum si delinquant, puniri potest Episcopus tanquam delegatus Sedis Apostolicæ. *cit. Conc. sess. 6. cap. 3. de ref.* ad quod facit *cit. cap. 1. de priuil.*

in

in 6. Idque etiamsi in studijs morentur, seu alias de superioris sui licentia in ciuitate seu alibi extra Monasterium sui ordinis habitent. *idem Conc. sess. 25. c. 4. de regul.* idemque declaratum fuisse à S. Congreg. Conc. refert Genuen. *in prax. cap. 59. in hæc verba.*

Regularis manens extra claustrum de licentia superioris etiam in domo deputata ad erectionem Monasterij, nisi in dicta domo sit Regularis Obseruantia, vt saltem viuat sub superiore conuentualiter, potest puniri ab Ordinario.

13. Item & vagabundi & absque literis obedientiæ per ciuitates seu Diœcesim transeuntes, ab Episcopo detineri, carcerari, & tanquam instituti sui desertores puniri possunt. *Conc. Trid. loc. cit.* hocque idem videre licet apud Doct. *in cit. cap 1. de priuil. in 6.* tanto magis si Religiosus dimittit habitum, vel accedit ad studia absque licentia Superioris sui, talis enim incurrit ipso facto excõmunicationem. *cap. vt periculosa. ne Cler. vel Mon. in 6.*

Electi è Monasterijs propter eorum demerita, subiecti sunt iurisdictioni ordinariorum sub quibus morantur. *Nau. in 2. comm. de Regul. ad cap. non dicatis. 12. q. 1. nu. 34. & consil. 50. & 65. de Regul. in antiq.* vbi deducit etiã profectum posse eijci è Monasterio per Superiorem si causa iusta subsit.

Confratres, & qui nondum perfectè 14. translati sunt ad Regulam eodem iure censendi sunt, vt videlicet subiaceant iurisdictioni Episcopali. *c. cum & plantare. §. de Confratribus. cap. tuarum. cap. penult. de priuileg. Abb. in cit. cap. cum & plantare. num. 4.* Et nouitij ad minus ratione delicti ante ingressum religionis commmissi, seu ratione rei in sæculo possessæ, aut contractus initi, subsunt Episcopo; isti enim ante emissam professionem non possunt censeri pro vere religiosis. *cap. Religioso. de sent. excomm. in 6.* præsertim in ijs quæ non concernunt Regulam. *Nau. cons. 58. de Regul. in antiq.* & maximè in obligationibus quæ inhærent personæ, nec tolli possunt per Monachismum. *Abb. in cap. cum. 1. & à num. 27. de re. iud. Nau. in cit. comm. 2. de Regul. num. 67.*

Intra claustra etiam degentes Regulares in causis mercedum & miserabilium personarum possunt ab Episcopo iudicari, si conseruatores sibi non elegerint, coram quibus conueniantur. *cit. Conc. Trid. sess. 7. cap. 14. de ref.* Quo loco Conc. ampliare potestatem Episcopis in exemptos virtute *cap. 1. de pœnis. in 6.* concessam, deducit Rota *decis. 702. num. 5. diuers.* Super electione autem iudicium huiusmodi conseruatorũ, emanauit ordinatio Greg. XIII. ex sententia S. Congr. Conc. *vt sequitur.* 15.

Sanctæ memoriæ Greg. XIII. ex sent. Congr. mandauit omnibus procuratoribus Regularium, vt intra mensem in singulis Conuentibus Italiæ eligant suos conseruatores, coram quibus conuenire possint, ita vt variare non liceat, & significandum hoc Ordinarijs, quod si non elegerint, lapso mense, scribendum ad Ordinarios, quod coram ipsis conuenire possint.

Simile decretum refertur apud Confect. *in comp. priuil. mend. tit. 4. cap. 9. & apud Quaran. verb. priuil. Regul.*

Intra Claustra item degens Regularis, sed extra ea ita notoriè delinquens, vt populo scandalo sit, ad requisitionem Episcopi à suo superiore puniri debet intra tempus ab Episcopo præfigendum, & si superior requisitus non puniret, ipse Episcopus posset punire. 16.

id.

id. Conc. Trid. sess. 25. de regul. cap. 14. Imò delinquês hoc modo extra clausträ Regularis & deprehensus in delicto, præsertim si sit suspectus de fuga, posset deduci ad carcerem Episcopi, remittendus ad superiorem suum, cũ copia processus, sumpta summaria informatione super delicto commisso. *Abb. in cap. fin. num 11. 17. & 18. de for. comp. Felin. ib. Aufrer. in repet. Clem. 1. de off. ord. q. 10. prope finem.* quia videlicet ipse Episcopus habet punire sic delinquentem in casu quo superior Regularis nollet punire, *vt patet ex textu Conc. cit.* & propterea ipsi iuberet, vt informetur de crimine, ad quod necessaria in recenti informatio & detentio; elapso enim criminoso difficilius procederet informatio, testes possent corrumpi, & sic facilè eluderetur iudicium contra publicam vtilitatem, cui interest crimina punire. *cap. cum famæ. de sent. excomm.* vnde etiam videtur hoc priuatæ personæ concessum apprehendere, nimirum delinquentem fugitiuum. *Abb. lo. cit & in c. cũ non ab homine. de iudic. Anchar. cons. 439. & est gl. not. in l. nullus. C. de Iudæ. & l. cap. quinta. ff. ad l. Iulian. de Adult.* Dummodo tamen subsit vera causa, vel suspicio fugæ, & informatio sumatur absq; mora, vt quam primum carceratus remittatur ad suum superiorem, alioquin enim capiens, vel carcerans iniuriosè, & casu non permisso à iure tam Religiosum quam sæcularem Clericum, non euitaret excommunicationem. *gl. in Clem. frequens. v. capiunt. de excess. præl. Abb. ib. n. 4.* Ad maiorẽ autem dicti, *cap. 14. sess. 25.* exequutionem, ne videlicet Regulares superiores Episcopũ requirentem puniri delicta aliquo prætextu eludant, emanauit. Const. Clem. VIII. *vt sequitur.*

Suscepti muneris ratio postulat, vt ea quæ in Sacro Trid. Concilio prouidè constituta sunt, ab ijs ad quos spectat inuiolatè obseruari curemus. Maturo sane cõsilio ipsius Concilij decreto prouisum est, vt quicunq; Regularis non subditus Episcopo intra clausträ degens, extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante à suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum seuere puniatur, & superior de punitione Episcopum certiorem faciat; sin minus, ipse à suo item superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Verum quia experientia compertum est, interdum in huiusmodi decreti executione nimis remissè procedi, cum enim Episcopus instat aliquem Regularem eo quo supra dictum est modo delinquentem à suo superiore puniri, sæpè fit vt superior Regularem delinquentem, ad alia suorum ordinũ loca extra Episcopi Diœcesim ex industria impunitum transmittat, atq; etiam ipse aliquando ad alias prouincias se conferat, nec vlterius super delinquentis excessibus inquirat, & de eius punitione Episcopum certiorem reddat. Vnde nec Regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest cum extra ipsius Diœcesim existat, nec superior qui delinquentem corrigere negligit officio priuatur. Nos pro pastorali nostra sollicitudine præfati decreti executioni, quantũ cum Domino possumus fauere, & præmissis malis (vt par est) opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium prædicti Concilij interpretũ sententia: Motu proprio, & ex certa scientia, nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura con-

ra constitutione, omnibus, & singulis cuiuscunq; ordinis, & instituti Regularium, etiam mendicantium superioribus, in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum, per eos obtentorum, eo ipso incurrendis pœnis, præcipimus & mandamus, vt iuxta prædictum decretum, quilibet ipsorum Regularem non subditum Episcopo, intra claustra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem vt populo scandalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendū, seuerè puniat, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, & alias decretum ipsum in omnibus & per omnia exequatur. Cæterum si Superior in Regularem delinquentem non animaduerterit, quin imo si illum impunitum ad alia suorū Ordinū loca extra Episc. Diœcesim vt præfertur transmiserit, volumus & simili motu, atque authoritate decernimus, vt superior instante Episcopo intra terminum ab Episcopo præfigendum & sub eisdem indignationis nostræ ac priuationis dignitatum & officiorum obtentorū, nec non & sub inhabilitatis ad illa & alia inposterum obtinenda, ac vlterius priuationis actiuæ & passiuæ vocis, ad quas à nomine præterquam à nobis & Rom. Pontifice pro tempore existenti restitui possit ipso facto similiter incurrendis pœnis, ipsum Regularem delinquentem à loco ad quem transmissus fuit reuocare, & in quo deliquit constituere seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere prætermiserit, per præsentes similiter statuimus vt Ordinarius loci ad quem Regularis deliquens transmissus fuerit super præmissis ab ipso Ordinario loci in quo deliquit similiter requisitus, vel alias de illius delicto informatus vt præfertur, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus prædictum Concilij decretum omnino exequi & in Regularem delinquentem seuerè animaduertere possit & debeat. Decernentes sic & non aliter per quoscunq; Iudices, &c. Non obstantibus quibusuis eorundem ordinum vel institutorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis & litteris Apostolicis in contrariū præmissorū quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis caterisq; contrarijs quibuscūq;, &c. Nulli ergo. &c. Dat. Romæ apud S. Petrū. an. Incarn. Dom. 1595. 7. Cal. Mart. Pont. an. 5.

Idem Regulares degentes intra claustra dum contrahunt vel litigant pro re non exempta seu ratione rei non exemptæ, possunt conueniri coram Ordinario 17.
cit. c. 1. de priu. in 6. Gem. ib. in 4. not. & in §. in eos. circa fin. Franch. n. 1. & 2. Ioan. Monach. n. 4. ib Abb. in c. fin. nu. 11. de for. comp. decis. in c. tuarū. à nu. 44. de priu. Felin. in cit. c. fin. nu. 5. de for. comp. Rot. decis. 702. p. 1. diuers. vbi dicit. *cit. cap. 1. de priuil. in 6.* ampliari decreto Conc. Trid. *sess. 14. cap. 7. de ref.* nec apparet illi iuri alicubi fuisse derogatum generaliter. Sed tamen Regulares plerique habere dicuntur specialia priuilegia etiam contra formam huius. *cap. 1. de priuil. in 6.* vnde vsus eiusdem. *cap. 1.* ex inspectione priuilegiorum cuiusq; Regulæ videtur moderādus, considerata re vel contractu de quo agitur, ad quod facit doctrina *Ioan. Andr. Dom. in eod. cap. 1. & Ioan. Monach. in cap. Episcoporum. de priuil. in 6.*

Regularis productus in testem coram

ordinar'è & falsum deponens pro cri-
18 mine huiusmodi ibidem puniri potest. *l. nullum. C. de testibus. Ioan. de Anan. in cap. 1. de crim. falsi. Abb. in cap. verum. de for. comp.* quā quæstionem latè exami-nat. *Anfrer. in Cle. 1. quæst. 4. princ. de eff. ord.* Ad hoc facit quod iudex iniuriā notoriam ab exempto sibi illatam, si per hoc turbatur ipsius iurisdictio punire potest. *Salicet. in cit. l. nullum C. de testib. Abb. in cap. cum venissent. num. 11. de iudic.* Vnde & delegatus punire potest etiam extraneas personas si com-
19. mittant aliquid, quo turbatur ipsius iu-risdictio. *Innoc. in cap. 1. de off. deleg. & in cap. dilectus. 1. de pœn.* quia ni-mirum concessa iurisdictione, concessa etiam videntur omnia sine quibus illa exerceri non potest *cap. præterea. de off. deleg. Abb. ib. num. 4.* Quin imo Epi-scopus seu Ordinarius nō solū eam iniu-riam quæ impediret ipsius iurisdictio-nem, sed etiam quamcunq; aliam, dum-modo sit notoria, exemptione non obstā-te vindicare posset. *c. cū & plantare. §. fin. de priuil. cap. 1. de pœnis in 6.* vbi di-citur aperte Episcopum iniurias etiam suis illatas punire posse, quod etiam do-cet Card. *in Clem. 1. q. 3. de off. ord.* cum dicit exemptos si sint clero graues, vel ei præiudicent denegando quartam vel si-milia, præsertim si ad Papam difficilis sit recursus, posse ab Episcopo coërceri. hocq; idem vult *Innoc. in c. olim. 1. de re-stit. spol. & in c. vt famæ. de sent. excomm.*

Regulares item cum non soluunt de-cimas Ecclesijs non exemptis de locis ex
20. quibus antequam peruenirent ad eorū possessionem debebātur decimæ, per E-piscopum compelli possunt vt soluant. *cap. statuto. §. Diœcesani. de decim. in 6. Archid. Dom. Franch. ib. Gemin. cons. 72.* Quo casu etiam excommunicatione Episcopus vti posset, *iuxta Clem. fin. de iudic. & Cle. 1. de decim. ad hoc Rota. de-cis. 433. in no. Rom. cons. 256.* ad quas autem decimas teneantur latius videbi-tur infra *sub titulo de decimis.*

Cum autem communiter Monaste-ria 21.
Regularium à Visitatione Episcopi sint exempta, visitari tamen possunt Mona-steria commendata in quibus non viget Regularis obseruantia, nulla præscripti-one, priuilegio, conseruatorum de-putatione obstante. Etsi in eis viget obser-uantia Regularis monere debet Episco-pus eorum Superiores vt ipsi visitent, & corrigenda corrigant, qui si intra sex menses visitare neglexerint, Episcopus ipse visitare posset, & corrigere nullo priuilegio aut appellatione obstante. *cit. Conc. Trid. sess. 21. cap. 8. de ref.*

Similiter Monasteria quæ generalibus Capitulis non subsunt, nec suos habent visitatores Regulares, si monita in Con-
22. gregationes sese non redegerint in om-nibus subiecta sunt iurisdictioni Epi-scopi. *id. Conc. Trid. sess. 25. cap. 8. de Regul.* Visitari tamen non possunt hu-iusmodi Monasteria exemplo commen-datorum vigore. *cap. 8. sess. 21. cit.* sed tum demum si in Congregationes sese non redegerint ex voto S. Congr. Conc. interpretum. *die 20. Febr. A. D. 1616. dato* vt sequitur.

S. Congr. Card. Conc. Trid. interpre-tum censuit non licere Ordinarijs loco-rum Monasteria Regularium eo prætex-tu visitare & corrigere, quod illorum su-periores admoniti intra sex menses illa non visitauerint, vel correxerint, nisi ea-dem Monasteria vel sub commenda exi-stunt ex decreto c. 8. sess. 21. vel suorum ordinum capitibus non subsint, ac sese in Congregationes redigere neglexerint iuxta c. 8. sess. 25. de Regul.

Horat. Card. Lancellot.

Regu-

Regulares exempti manentes in pri-
23. oratibus seu Eccl. sijs non comprehensis sub illorum priuilegijs, quam diu ibi morantur subijciuntur Ordinario. *cap. 1. de priuil. in 6. Calder. cons. 13. de for. comp. Abb. cons. 35. p. 2.* Idque etiamsi istæ Ecclesiæ vnirentur Monasterijs. *c. cũ Capella de priu.* cũ exemptio nõ possit egredi proprios terminos & concessa monasterio nõ extẽdatur ad Ecclesias vel
24. Capellas postea exquirendas, *vt notat Abb. in cit. c. cũ Capella. & in c. ex ore. n. 4. de priu. Innoc. Host. in eo. c. cũ Capella. Calder. cons. fin. de cens. Rot. decis. 744. p. 1. diuers.* Vnde ratione huiusmodi Ecclesiarum non exemptarũ tenentur soluere iura Episcopalia. *Abb. in cap. constitutus. num. 2. de rel. dom.* tenentur venire ad Synodum Episcopi. *id. Abb. in c. ex ore. sup. cit.* easdem Ecclesias recipere non possunt sine authoritate Episcopi. *cap pastoralis de priuil. Doct. ib.* Neque eas possunt applicare mensæ suæ, nec pensiones illis imponere, aut impositas augere, alioquin possent coërceri per Episcopum, etiã tanquã Sedis Apost.
25. delegatũ. *Clem. vn. de suppl. negl. præl. Card. ib. Innoc. in c. Lateranensi de præb.*

Neque possunt alienare vel in feudum concedere bona Ecclesiarum huiusmodi sine consensu Episcopi; in eius enim potestate sunt bona Ecclesiarum Diœcesis, non possunt disponi ipso inscio *cap. 1. 2. & 3. 10. quæst. 1.* imò & in alijs bonis Regularium alienandis vel infeudandis necessaria est authoritas Episcopi. *cap. Abbatibus. 12. q. 2. cap. in venditionibus. 17. quæst. 4.* præsertim vbi Episcopus exemptione nõ obstante superioritatem circa alienationes bonorum Regulariũ exercere consueuerit, & communiter
26. reputetur in istis pro superiore, valebit enim consensus ipsius. *cap. consultationibus. de iurep. Philip. niger. in tract. de exempt. quæst. 3. num. 29.* Et hoc in alienationibus vel infeudationibus licitis: alioquin enim in prohibitis requiritur consensus Sedis Apostolicæ. *extrauag. ambitiosæ. de reb. Eccl. non alien. comm.* Imo & in licitis alienationibus vbi Regulares sunt omnino exempti à iurisdictione Episcopi, nec Episcopo suffragatur vsus rationabilis, vt diximus, ad Papam debent recurrere, cum Papa seu eius Legatus sit Ordinarius exemptorum. *cap. si Abbatem. de elect. in 6.* & ipsius consensus est requirendus. *Clem. 1. iun. gl. v. proprij de reb. Eccles. non alien. Innoc. in cap. statutmus de transact.* Vel Vicarij generalis aut prouincialis ipsorum Regularium, cum plerumque illis concedatur facultas ad alienationes etiam in consulta Sede Apostolica, vt vidi priuilegium Patribus Soc. Iesu ad hoc concessum à Greg. XIII. *de data. 19. Dec. 1576.* incip. *Apostolicæ Sedis.* relatum apud Eman. Roder. *tom. 2. priuil. Reg.* Vel Abbatis quoad Monasteria inferiora illi subiecta, in quibus haberet iurisdictionem quasi Episcopalem. *Innoc. in. cap. statutmus. cit. Abb. ib. num. 4. & in cap. significasti. num. 6. de for. comp.* & latissimè Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 27. à num. 6. & quæst. 41. à num. 60.* Idem Regulares si habeant loca Hospitalia, Xenodochia, nulla exemptione obstante possunt compelli ab Ordinario tanquam dalegato Sedis Apostolicæ, vt bona locorum huiusmodi de manibus occupatorum vel vsurpatorum vindicent, neglectaque vel desolata restaurent. *Clem. fin. de relig. dom.* 27.

Item Monasteria quæuis seu Ecclesiæ locauè Regularium curam animarum adnexam habentia, quoad ipsam curam visitari possunt ab Episcopo. *cap. per exemptionem. de priuil. in 6.* Tum & personæ curam huiusmodi exercentes, siue

28. sint Sæculares siue Regulares, in omnib. curam ipsam concernentibus nulla exemptione defendi possunt, quo minus visitentur & corrigantur per Episcopũ. *Conc. Trid. cap. 7. sess. 7. de ref. & c. 11. sess. 25. de regul.* hoc idem habetur in cõstit. Leon. X. supra relata. §. *ad conseruãdam.* In exemplum autem rescriptum recens Pij V. referamus, ex quo militũ S. Ioã. Hierosolymitani, qui etiam similibus exemptionibus gaudent, Ecclesias in concernentibus ipsam curam Ordinario subiectas esse, & ab eodem visitari posse apparebit, *vt sequitur.*

Exposcit & infra. Decernimus, declaramus, statuimus, omnes & singulos locorum Episcopos, & alios superiores tanquam Apostol. Sedis delegatos, omnes & quascunq; Parochiales Eccles. cæteraq; beneficia Ecclesiastica suarũ ciuitatũ & Diœcesum, quibus animarum cura imminet ad dictam religionem, eiusq; milites, Capellanos, Ministros, Rectores, quomodolibet pertinen. etiam quod in eis Episcopalem & temporalem iurisdictionem Religio & milites prædicti haberent, eorumq; Ecclesias, Rectores, Vicarios, & Ministros quoscunq; (in his tamen duntaxat, quæ animarum curam, illiusq; exercitium, & Sacramentorum administrationem respiciunt) visitare, omnesq; actus visitationem concernentes exercere posse & debere, ac Rectores, cæterosq; huiusmodi ministros curam animarum exercẽtes, minus idoneos repertos, si quidem ad nutum amouibiles sint, statim amouere, sin vero titulares sint, illicò suspendere, ac superiores eorum monere, vt intra aliquem breuem terminum in locum amotorum subrogent alios idoneos, prius tamen per ipsos Epis. & alios superiores examinatos & approbatos; titularib. verò suspensis, deputent alios idoneos pariter examinatos & approbatos, vt sup. in coadiutores seu vicarios, iuxta Decretum Conc. sess. 21. cap. 6. Interea verò, dũ hæc subrogatio seu deputatio fit, ipsi Episcopi & alij superiores pro necessitate curæ animarũ prouideant arbitrio suo, quod si Superiores dictorum Rectorum & Ministrorum, intra tempus præfixũ nõ subrogauerint, aut deputauerint, vt supra, tunc dicto termino elapso ipsi Episcopi & alij Superiores alios præuio examine iuxta eiusdem Conc. formam idoneos repertos in locũ amotorum subrogent: titularibus verò suspensis Coadiutores deputent iuxta dictum c. 6. sess. 21. qui tamẽ in dictis Parochialibus perindè inseruiant, ac si subrogati aut deputati ab ipsis Superioribus Religionis & militum prædictorum fuissent. Volumus autem quod Episcopi, & alij Superiores prædicti visitationem huiusmodi, & prædicta omnia solum tanquam delegati Apostolicæ Sedis, & gratis, & absque vlla dicta Religionis Rectorum impensa & onere faciant: in collatione item ordinum, nec non consecratione Ecclesiarum & Sacrorum vasorum, ac benedictionibus & alijs actibus spiritualitatem concernentibus, ac institutione præsentatorum ab eisdem militibus ad beneficia, aut approbatione seu confirmatione, quas ab eisdem fieri harum præsentium vigore contigerit, gratis omnia faciant, & diligenter attendant, vt nullos admittant, qui qualitates à Concilio requisitas non habeant, ac præuio examine iuxta eiusdem Concilij decreta idonei non existant. Nolumus autem Episcopos

& alios

& alios Superiores locorũ supraſcripta facultate vti, qui cum eadem Religione & militibus ſuper iuriſdictione Epiſcopali in locis viſitan. corã quibuſcunq; Iudicibus litigant, niſi ipſi Epiſcopi & alij Superiores, in quaſi poſſeſsione antiqua exercitij iuriſdictionis huiuſmodi exiſterent, ſaluo tunc iure vtriq; illeſo in petitorio, ſed quod Epiſcopi & alij Superiores victoriores ius aliquod in iuriſdictione huiuſmodi non habentes, nullumq; intereſſe prorſus prætendentes facultate prædicta vtantur. Nolumus item per præſentes vllum afferri præiudicium iuri viſitandi dictas Parochiales Eccleſias & alia beneficia curam animarum habentia, quod antea Religioni & militibus prædictis competebat, inhibemusq; expreſsè dictis Epiſcopis, & alijs Superioribus, ne hac facultate viſitãdi eis per præſentes conceſſa alio vtantur modo quam præſcripto, ſicq; per quoſcunq; Iudices, &c. Dat. Rom. apud S. Petrum ſub annulo Piſcat. die 22. Septemb. 1571. Pontif. noſtri an. 6.

Qui tamen dictam curam exerceant, ſiue Sæculares ſiue Regulares eſſe debeant, poni debent ad arbitrium Superiorum Regularium loci, non ad arbitrium Epiſcopi, niſi quod examinari & approbari prius debent ab Epiſcopo antequã ponantur. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de ref.* & ipſi de cura plebis reſpondere tenentur. *cap. cum & plantare. §. in Eccleſiis. de priuil.* & ſemel approbati ſeu inſtituti per Epiſcopum, non poſſunt per Regulares deſtitui, ſed per Epiſcopum tantum *cap. vn. de Capel. Monac. in 6.* 29.

Si etiam in deputanda idonea perſona ad curam huiuſmodi negligẽtes eſſent, vel non deputarent tot perſonas, quot ad exercitium curæ ſufficerent, ab Epiſcopo compelli poſſent, vt deputẽt. quod declaratum fuiſſe à S. Cong. Conc. teſtatur. Confect. *lo. ſup. cit. in comp. priuil. mend. tit. 5. c. 4.*

Si deputatis ad curam, ſeu regimen huiuſmodi Eccleſiarum non aſsignarẽt exempti iuſtam prouentuum portionẽ, qua iura Epiſcopalia ferre, onera debita ſuſtinere poſsint, ipſemet Epiſcopus poſſet ſupplere & aſsignare, & ad obſeruationem aſsignationis etia per cenſuras exemptos compellere. *cap. 1. de præb. in 6. Clem. 1. de iurep.* Quæ autem iuſta portio cenſenda ſit, remanet arbitrio Epiſcopi. *arg. tex. in cap. de cauſis. de off. deleg. & l. 1. ff. de iur. delib. §. 1.* qui moderari debet ſufficientiam prouiſionis, attenta qualitate, perſonæ, loci, onerum, & præſertim ſi in ferendis oneribus iuuetur curatus ab ipſiſmet exemptis. *Cle. cit. Card. ib. Abb. in c. Epiſcopus. de præb. Menoch. de arb. iud. caſu 169. num. 14.*

Idem deputati ad curam animarum in Eccleſijs Regularium ad Synodum Epiſcopi venire tenentur. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. de ref.* & facit *cap. ex ore. de priuil. Franch. in cap. vt Apoſtolicæ. de priuil. in 6.* Et tenentur ad omnia quæ debentur Epiſcopo lege Diœceſana, vt enumerãtur apud Abb. *in cap. dilectus. de off. Ord.*

Beneficia in quibus habent ius præſentandi, vel etiam inſtituendi Regulares, ſi intra debitum tempus nõ præſentauerint, vel inſtituerint, deuoluuntur ad collationem Epiſcopi. *Clem. vn. de ſuppl. neg. Rebuf. in prax. de deuol. nu. 37.* nempe ſi beneficia hæc non fuerint quoque exempta; alioquin enim ſi fuerint exempta, illorum collatio ob negligentiam conferentium, non ad Epiſcopum, ſed ad Papam deuoluetur. *cap. cum ſingula. in fine. de præb. in 6. Abb. in cit. Cle. vn. de ſuppl. neg. præl. num. 6.* 30.

Regulares ijdem subditi cum Episcopo, quoad confessiones sæcularium personarum audiendas, ita quod illas audire non possunt, nisi prius fuerint adhoc approbati ab Episcopo, ad quod vltra Const. Leon. X. supra allatam & *Clem. dudum. de sepult.* faciunt declarationes alias à nobis relatæ, cũ tractaremus materias fori pœnitentialis.

Vltra hoc autem, circa easdem confessiones aduertendum est, quod Regulares etiamsi habuerint approbationem ab Episcopo ad eas audiendas, adhuc tamen non possunt absoluere in casibus Papæ vel Episcopo reseruatis. *Clem. 1. de priuil.* Neque possunt absoluere excommunicatos, suspensos, interdictos à Canone, vel statuto Prouinciali, seu Episcopali, vel alias à pœna & culpa. incurrerent enim excommunicationem Papæ reseruatã ipso facto. *Cle. cit. iun. gl. v. sententys.* an autem incurrant talẽ excõmunicationem, dum absoluunt ab excommunicatione lata ab homine, videri potest. *Abb. in ead. Clem. num. 19.* v-
31. bi dicit pœnam non extendi ad casus nõ expressos, alijs tamen pœnis puniri possent, *vt patet ex contextu Clem. cit.*

Eandem excommunicationem incurrunt, si administrant infirmo Eucharistiæ, vel extremæ vnctionis Sacramentũ, vel si benedicunt Sponsos sine Parochi licentia. *Clem. cit. & Const. Leon. X. supra relata.* adhoc *Lap. alleg. 100.* Dum tamen administrant alia Sacramenta, vt Baptismi, vel pœnitentiæ, seu alia præter expressa. *in cit. Clem.* non incurrunt quidem excommunicationem ex sentẽtia Abb. *lo. cit. num. 17.* sed puniri debẽt per superiores ad requisitionem Episcopi. *ea. Clemen. §. Quibus etiam versus finem.*

Similiter incurrunt ipso facto excom-
32. municationis sententiam Regulares, si aliquid in concionibus, vel sermõnibus prædicant, quo populus à solutione decimarũ abstrahatur. *Clem. cupientes. de pœn.* Imò tenentur informare populos in concionibus prima, quarta, & vltima Dominica Quadragesimæ & Festis Ascensionis Dominicæ, Pentecostes, S. Ioan. Baptistæ, & Natiuit. B M V. de debito soluendarum decimarum. Obligantur etiàm confitentibus facere scrupulum, de eisdem decimis soluendis, alioquin remanent ipso facto suspensi. *Clem. cit.* Hanc tamen pœnam nõ extendi ad Clericos sæculares, notat Abb. *in ea. Clem. num. 3.* quia nimirum pœnæ non extenduntur ad similia ex identitate rationis. *cap. pœna. de pœnit. dist. 1. & l. præses. ff. de pœnis. Mohed. decis. 329. alias 1. de sequest. poss.* hac ratione constitutio disponens de mendicantibus non includit non mẽdicantes, nisi disponat in genere de religiosis. *Abb. lo. cit.*

Ordines suscipere non debent Regulares, nisi ab Episcopo loci, & ordinandi examinari possunt super sufficientia. Const. Leon. X supra relata. ad quod etiam videnda declaratio Clem. PP. VIII. supra *sub titulo de ord. conferen. relata.*

Positionem primarij lapidis, consecrationem Ecclesiæ, Altaris, Cæmeterij, petere non debent, nisi à proprio Episcopo. *Const. Leon. sup. cit.*

Nouum etiam Monasterium ædificare seu fundare non possunt, nisi obtenta 33.
licentia ab Episcopo. *cap. quidam. cap. de Monachis. 18. quæst. 2. Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de Regul.* quem autem modũ tenere debeat Episcopus in concedenda huiusmodi licentia, ordinauit Clemens VIII. Constitutione sua, *quæ sequitur.*

Quoniam ad institutam Regularium locorum, & personarum reformationẽ promo-

promouendam, & conseruandam, maxime pertinet, vt in quibuscunq; domibus & Monasterijs is tantum numerus Religiosorum, qui commodè ibidem alipoßit contineatur, ac eo pariter spectat, vt in quibuscunq; ciuitatibus, & locis, nouæ domus, & Monasteria, præsertim mendicantium non erigantur, nisi in eisdem ciuitatibus & locis aliorum domorum & Monasteriorum in eis existentium habita ratione, commodè sustentari posse dignoscatur. Hac igitur nos consideratione ducti, & in præmißis pro nostro Pastorali munere opportunè prouidere volentes, motu proprio, & ex certa nostra sciẽtia, ac matura deliberatione, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, ex voto etiam S.R.E. Cardinalium super cõsultationibus negotijs Episcoporum & Regularium propositorum, harum serie declaramus, locorum Ordinarios non posse licentiam ad nouos conuentus, cuiuscunq; etiam mendicantium ordinis in ciuitatibus & locis, eorũ Ordinariæ iurisdictioni subiectis, erigendos impartiri, nisi vocatis & auditis aliorum in eisdem ciuitatibus & locis existentium, conuentuum Proribus seu Procuratoribus & alijs interesse habentibus, & causa seruatis seruandis cognita constiterit, in eisdem ciuitatibus & locis, nouos huiusmodi erigendos conuẽtus sine aliorũ detrimento cõmodè sustentari posse. Si verò ab eorum in huiusmodi causis & sentẽtijs ad nos & Apostolicam Sedem prouocari & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tam diu erectionem nouorum conuentuum suspendere debere, quousq; à nobis & Apostolica Sede in eadem causa pronunciatum exstiterit, irritum nihilominus & innane decernentes quicquid secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter & ignoranter contigerit attentari. Quocirca vniuersis Venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs per præsentes in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt præsentes nostras literas obseruent, & obseruari curent & faciant. Non obstantibus, &c. Dat. Romæ apud San. Marcum sub annulo Piscatoris, die 23. Iulij. 1603. Pont. ann. 12.

Similiter & oratoria priuata ædificare non possunt, nisi prius ab ordinario fuerint designata. *cap. authoritate. de priuil. in 6. Conc. Trid. sess. 22. in decreto de eut. in celeb. miss.* quo decreto 34
derogatum esse priuilegio Regularibus à Sixto IV. cõcesso de celebranda missa quocunq; loco super altari portatili, ita vt hodie post Conc. Trid. hoc priuilegio vti non possint. *tenet Confect. loc. sup. cit. tit. 19. cap. 2.* hocque idem docet Nauar. *in man. c. 25. nu. 82. in fin.* Quinimò obligantur & ad alia omnia quæ in illo decreto Conc. disponũtur, vt quoad ceremonias superstitiosas, mercedum conditiones, eleemosynarum circa celebrationem importunas exactiones, alioſque abusus ibidem expressos, vitandos, & possunt in istis corrigi ab Ordinario.

Dies festos quos in sua Diœcesi Episcopus seruandos præceperit, Regulares quoque seruare tenentur. *cit. Conc. sess. 25. cap. 12. de Regul.* circa quam festorum obseruationem emanauit decretũ S. Congr. Conc. relatum apud Quaran. *loc. sup. cit. his verbis.*

Congr. Conc. censuit decretum. cap. 12. vers. Dies etiam festi. sess. 25. de reg.

ita

ita esse intelligendū vt Regularium ritus illis festis semper permaneant, quoad missas celebrandas, & cætera diuina officia tam publicè quam priuatim ab ipsis Regularibus in eorū Ecclesiis persoluenda, nec circa hæc Episcopis quoquomodo quicquam in contrarium eisdem Regularibus præcipi posse. Quod si de facto præceperint Regulares neutiquam ipsis Episcopis obedire teneri. Verū quoad Conciones & lectiones quas ijdem Regulares ad populū habuerint, debere se conformare Euangelijs & Epistolis quibus Clerus Sæcularis vtitur illis diebus festis.

Censuras & interdicta lata ab Episcopo ad mandatum ipsius Episcopi publicare & obseruare in suis Ecclesijs obligantur. *cap. in Lateranensi de sent. excomm. cap. cum & plantare. §. excommunicatos. de priuil.* alioquin incurrunt 36. ipso facto excommunicationis sententiam. *Clem. 1. de sent. excomm. Abb. in c. cum inter. num. 3. de consuet. Conc. Trid. cit. c. 12. sess. 25.* Et si in locis interdictis celebrent, vel excommunicatos suspensos, interdictos ad Diuina officia, vel ad participationem Sacramentorum admittunt, efficiuntur suspensi, donec satisfecerint ad arbitrium illius cuius contempserint censuras. *cap. Episcoporum. de priuil. in 6.* Quam pœnam extendi etiam ad Clericos sæculares notat gl. *v. ingressum. ib.* & si celebrarent sic suspensi incurrerent irregularitatē, *iuxta tex. c. is cui. de sent. excom. ib. in 6.*

Ijdem Regulares si sepeliunt tempore interdicti, seu interdictos, aut excōmunicatos, incurrunt ipso facto excommunicationem, à qua non debent absolui, nisi satisfecerint parti læsæ, arbitrio Ordinarij. *Clem. 1. de sepult.*

Quomodo autē arbitrari debeat Ordinarius in satisfactione huiusmodi de- 37. cernenda, colligi potest. *ex gl. in c. dilecti. v. cum iustus, de fo. comp. & alia gl. in c. sacro. v. ad interesse. de sent. excomm.* quo argumento deberent damna declarari iuramento lęsæ partis, præmissa iudicis taxatione. plus autem dicit Abb. *in cit. cap. sacro, nu. 16.* quod tuam damnum non solum secundum verum valorem, sed etiam secundum affectionem damnum passi, præsertim si non ex suo dolo conueniatur, debeat æstimari. Et quomodo procedendum sit in tali æstimatione videri potest Bellamer. *decis. 722. Lud. Rom. cons. 97. Dom. in cap. fin. de pœnis. in 6.*

Indulgentias quascunque publicare non debent Regulares absque scitu & authoritate Episcopi. *cit. Conc. Trid. sess. 21. c. 9. de ref.*

Quoad quæstuationes etiam & Eleemosynarum exactiones, subduntur Regulares Episcopo in eo, quod delinquētes circa quæstuationem puniri possunt, ab Episcopo exemptione non obstante. *Clem. fin. de pœnit. & remiss.* Et quod ipsi quæstuantes tenentur Episcopo facere fidem de licentia ad quæstuationem à 38. suis superioribus sibi data, idque per literas authēticas superiorum, super quo inuenitur responsum S. Cong. Conc. *in hac verba.*

An vt quæstores arceantur, possunt Ordinarij facultatem à superioribus Regularium eleemosynæ quærendæ concessarum aliquam cognitionem & qualem habere.

Cong. censuit ex Conc. non prohiberi Regulares mendicantes, quominus eleemosynas quærant, non tamen alios eorum nomine & auctoritate quoquomodo posse quæritare. Illos tamen extra locum vbi sita sunt Monasteria eleemosynas per eandē Diœcesim corrogantes, teneri ad ostendendum Ordinario licentiam suorum superiorum.

Exer-

Exercentes Regulares negotiationes
39. illicitas moneri possunt vt desistant sub pœna amittendi priuilegij Clericalis. *Card. in Clem. 1. q. 2. de vit. & hon. Cler. Ioan. de Anan. in cap. ad abolendam. num. 7. de hæret.*

Vt accedant ad processiones publicas Regulares, compelli possunt per Epi-
40. scopum, *Abb. in cap. nimis praua. nu. 3. de excess. præl. cit Conc. Trid. sess. 25. cap. 13. de Regul.* cum moderatione tamen S. Congr. *quæ sequitur.*

Sanctæ memoriæ Greg. XIII. decreuit Regulares monasterij vltra medium milliare à ciuitate distantis, non posse ab Episcopo compelli accedere ad processiones quæ intra ciuitatem habentur.

Controuersias de præcedentia in processionibus publicis inter Regulares seu etiam sæculares Clericos quosuis exortas, componere omni appellatione remota pertinet ad Episcopum. *id. Conc. Trid. loc. cit.* Quis autem modus in eis componendis tenendus sit, declarauit
41. primum Greg. XIII. Constitutione sua *relata apud Confect. fol. 250.* vt sequitur.

Exposcit Pastoralis officij munus, & infra. De nobis attributæ potestatis plenitudine volumus & Apost. authoritate decernimus, quod quacunq; ex dictis fratribus mendicantibus inter se de præcedentia huiusmodi contendentibus, aut Confratribus, Confraternitatum prædictarum, inter quos lites & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint seu oriri contigerit in futurum, qui quasi in possessione præcedẽtiæ, ac iuris præcedendi sunt ij, (quibuscunq; reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & alijs subterfugijs prorsus remotis, & cessantib. & postpositis) in processionibus tam publicis quam priuatis præcedere debeant. Quando vero non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentiæ huiusmodi, inter fratres quidem mendicantes ij qui antiquiores in loco controuersiæ, inter Confratres verò inter se litigantes, ij, qui prius sacris vsi sunt in processionibus tam publicis quam priuatis præcedere debeant, ita vt si contigerit noua monasteria aut domos alicuius ordinis mendicantium in loco in quo alterius ordinis ex dictis mendicantibus monasteria aut domos prius erecta & instituta sint, ille Ordo qui prius monasterium seu domum in loco habuerit præcedat. Præterea quia inter prædictos ordines plerumq; alia in processionibus, & alia in Concilijs Generalibus, & alijs actibus publicis siue priuatis ratio circa modum præcedendi seruatur, nolumus per præsentes prærogatiuas dictorum ordinum quoad præcedentias huiusmodi quæ proprijs ordinibus, præterquam in processionibus prædictis debentur, aut Fratribus Cappucinis nuncupatis, qui in processionib. publicis sub Conuentualium S. Francisci aut Minorum de Obseruantia fratrum nuncupatorum Cruce, vt solent, incedere possint, aliquod præiudicium generari, sicq; per quoscunq; iudices, &c.

Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostol. nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, Domorum, aut Confraternitatum quarumcunq;, etiam iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate roboratis, statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apost. &c. Datum Romæ. apud S. Marcum. die 15. Iul. 1583.

Et iterum Sac. Congr. consulta super dubijs controuersiarum de præcedentia, respondit. *die 26. August. 1593.* in hæc verba relata, apud Quaran. *ver. præcedentia.*

Sacra Congregatio Illustrissimorum & Reuerendiss. DD. Cardinalium negotijs,

tijs, & consultationibus Episcoporum & Regularium præfecta, ad tollendas omnes lites & controuersias, quæ inter Regulares plerumq; solent oriri super eorum præcedentia in processionibus, cæterisq; actibus, tum publicis, tum priuatis, illud in futurum obseruandum censuit, quod in hac alma vrbe omnium magistra seruatur.

Die 30. Augusti 1593. Illustriss. & Reuerendiss. D. Card. Alexandrinus, retulit suprascriptã Congregationis sententiã Sanctissimo placuisse, & iuxta eam in casibus occurrentibus semper rescribi, & si opportunum fore videbitur, generalem Constit. desuper fieri mãdasse, illa Greg. XIII. *quæ incip. Expoſcit.* alijsq; cõtrarijs quibuscunq; non obstantibus.

Cuius declarationis vigore emanarunt postea Decreta Clem. VIII. vnum pro Prouincijs Aragoniæ, alterum pro Prouincia Portugalliæ, pro sedandis litibus ortis occasione huiusmodi præcedentiæ, inter fratres Prædicatores Ord. S. Dominici, & Fratres Eremitas S. Augustini, & alios mendicantes, quæ etiam Decreta inserere hic volumus ad vtilitatem communem, *vt sequuntur.*

Clem. PP. VIII.

AD perpetuam rei memoriam. Inter cætera cordis nostri desiderabilia id intentis exoptamus affectibus, vt controuersiarum ac litium materia inter personas Ecclesiasticas è medio tollatur. Sane nobis nuper innotuit, quod in Regnis Aragonum, Valentiæ, & Cataloniæ, ac tota demum Prouincia Aragoniæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, & præsertim in ciuitate Oriolen. & Oppido Ciuitate nuncupato Alocante, ac loco de Castella della Plana prædicti Regni Valentiæ, nõnullæ lites, quæstiones & cõtrouersiæ inter prædictos Fratres ex vna, & alios mẽdicantes, siue Regulares quoscunq; super præcedentia ac ritu incedendi in actibus & processionibus, tam publicis quam priuatis, occasione, seu intuitu quarundam literarum fel. rec. Greg. PP. XIII. præd. nostri, in forma Breuis sub die XV. Iulij M.D LXXXIII. quæ incipiunt, Expoſcit. confectarum, partibus ex altera motæ sunt, & moueri seu oriri facile possunt. Nos considerantes lites, causas, & controuersias huiusmodi præsertim inter Religiosas personas, quæ relictis mundi vanitatibus votum suum in humilitatis Spiritu Domino Deo nostro persoluere profitentur, nõ modicã infundere labem, populoq; scandalum generare; ac in hac Vrbe nostra omnium capite, & vnde in omnia regimen seruari consueuit, eũ ritum & ordinem seruari, quod in Actibus & processionibus tam publicis quam priuatis post Canonicos & Clericos seculares, & antiquos Ordines Monachales, Fratres Ordinis Prædicatorũ huiusmodi primum digniorem & honorabiliorẽ locum obtinent, & cæteros alios Fratres mendicantes, siue alios quoscunq; Regulares præcedunt: atq; de antiquitate & præeminentia cuiuslibet Ordinis Fratrũ mendicantium, & aliorum Regularium quorumcunq; plenam & indubitatã notitiam habentes, ac eorũ honoris, & iurium conseruationem, ac pacem & quietem inter eos confouere, & scandala huiusmodi remouere paterno affectu cupiẽtes, ac statum litium, & merita causarũ huiusmodi, nominaq; & cognomina Iudicum & Collitigantium, & eorũ iura & prætensiones, nec non tenorem literarum dicti Greg. præd. nostri, perinde ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes: De Venerabilium Fratrum nostrorũ S.R.E. Cardina-

lium

lium, super statu Regularium Deputatorũ consilio, & nobis attributa potestatis plenitudine, motu proprio, & ex certa scientia nostra lites & causas quascũq; tam motas, quam mouendas, seu quæstionum & controuersiarũ materias omnes, in quibuscunq; instantijs, coram quibuscunq; Iudicibus indecisas pendentes, ad nos harũ serie auocamus, & penitus extinguimus, & alijs mendicantibus, siue quibuscunq; alijs Regularibus, super his perpetuum silentium imponimus, ac volumus & decernimus in prædictis Regnis Aragonũ, Valentiæ, & Cataloniæ, & tota demũ prouincia Aragoniæ Ordinis Fratrũ Prædicat. & præsertim in ciuitate Oriolen. & Oppido ciuitate nuncupato Alicante, & loco de Castella della Plana huiusmodi eum ritum & ordinem inter Fratres Sancti Dominici prædictos, & alios mendicantes, siue alios Regulares quoscunq; cuiusuis Ordinis, vel Religionis existentes seruari debere, qui in hac vrbe nostra omnium capite seruatur; videlicet quod in omnibus actibus & Processionibus tam publicis, quam priuatis, post Canonicos, & Clericos seculares, & antiquos Ordines Monachales, si qui incesserint, dicti Fratres Ordinis Prædicatorũ primum digniorem & honorabiliorem locum obtineant, ita vt dicti Fratres Sancti Dominici immediatè postmodo omnes subsequantur, post quos omnes alij Regulares, tam mendicantes, quam non mendicantes, cuiuscunq; Ordinis & Religionis existant, incedent & subsequentur, etiamsi Ecclesiæ, Capellæ, Conuentus, Domus & loca Regularia dictorum Fratrum Prædicatorũ in locis prædictis primo instituta & fundata non fuerint, prout nos id de facto obseruari volumus, & pronũciamus. districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis maioris latæ sententiæ, eo ipso per cõtra facientes incurrendæ pœnæ, omnibus & singulis, quorumcunq; aliorum Ordinum pro tempore Religiosis siue Regularibus inhibẽtes, ne de cætero præmissorum occasione Ordinem Fratrum Prædicatorum huiusmodi, illiusq; Fratres pro tẽpore existentes, molestare, inquietare, perturbare, aut quoquomodo impedire audeant vel præsumant. Sicq; per quoscunq; Iudices & Commissarios, quauis authoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, vbiq; iudicari ac definiri debere: Nec non irritum ac inane, si secus super his à quoquam quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca vniuersis & singulis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs personis quibuscunq; in dignitate Ecclesiastica constitutis, per præsentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel eorum quilibet per se, vel alium, seu alios vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum fratrum Prædicatorum fuerint requisiti, eis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant, authoritate nostra, præmissa omnia obseruari iuxta præsentium continentiam & tenorem: Contradicentes quoslibet ac rebelles & præmissis non parentes, per sententias, cẽsuras, & pœnas Ecclesiasticas compescendo, vocato etiam ad hoc si opus fuerit au-

xilio brachij secularis: Non obstantibus literis dicti Greg. prædecessoris nostri, alijsq; præmissis, nec non quibusuis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris, die XXV. Septemb. 1592. Pontificatus anno primo.

M. Vestr. Barbianus.

Et iterum idem Clemens VIII.

Ad perpetuam rei memoriam. Romanum Pontificem æqui bonique assertorem decet litibus & cõtrouersiis quibuscunq; inter Ecclesiasticas & Religiosas personas vigẽtibus, vt ij in vocatione sua quietius Deo seruire studeant, finem perpetuũ imponere, prout in Domino salubriter cõspicit expedire. Alias si quidem à nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet. Ad perpetuam memoriam Regimini militãsis Ecclesiæ disponente Domino præsidentes circa statum Religiosorum prospere dirigendum, & ad remouendæ quæ pium eorum propositum impedire possunt intendentes, ijs quæ propterea per prædecessores nostros concessa sunt, vt firmius subsistant, Apostol. muniminis præsidium propensius impartimur, aliaq; desuper disponimus, prout in Domino salubriter conspicimus expedire. Cum itaque sicut nobis nuper expositum fuit pro parte fratrum Prædicatorum in Regnis Portugalliæ nonnullæ lites, causæ & controuersiæ inter eosdem fratres Prædicatores, & fratres Eremitas Sancti Augustini super præcedentia, vel iure præcedendi ortæ, nonnullæ sententiæ in illis partibus ad fauorem dictorum fratrũ Prædicatorum, & contra fratres Eremitas prædictos in causis huiusmodi latæ fuerint. Nos considerantes fratres ipsos Prædicatores primum, digniorem & honorabiliorem locum, inter cæterorum quorumcunq; aliorum ordinum mendicantium Religiosos obtinere, attendentes eum ritum & ordinem in Vrbe obseruari, quod immediate post aliquos ordines Monachales subsequuntur fratres Prædicatores, ac lites, causas, & controuersias huiusmodi non modicum perpetuo scandalum generare; ac de antiquitate & præeminentia cuiuslibet Ordinis fratrum mendicantium certiorati, nec non pacem & quietem inter eos confouere, scandala remouere, paterno affectu zelantes, causarum huiusmodi status, & merita, nominaq; & cognomina Iudicũ, & Collitigantium eorumq; iura & prætensiones, ac literarum fel. rec. Pij Papæ Quinti prædecessoris nostri, quæ incipiunt. Diuina. sub die 22. Augusti, Pontificatus sui ann. 3. & aliarum quarũcunq; desuper confectarum, ac sententiarum in causis huiusmodi latarũ tenores perinde ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, ipsasq; literas Pij prædecessoris cum omnibus & singulis in eis contentis, clausulis, decretis, & derogationibus approbãtes & confirmantes, de consilio Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, super statu Regularium deputatorum, & nobis attributa potestatis plenitudine, ac motu proprio, & ex certa scientia nostra Apostolica authoritate tenore præsentium lites & causas suprascriptas, ac quascunq; quæstionum & controuersiarum materias, si quæ desuper vbilibet in Romana Curia, vel extra eam etiã in nostro causarũ Palatij Apostolici

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

stolici Auditoris, in quibuscunq; instantijs, inter quoscunq; etiam indecisa pendent, ad nos auocamus, & penitus extinguimus, ac fratribus aliorum quorumcunq; Ordinum mendicantiū, seu Regularium super his perpetuum silentium imponimus. Nec non statuimus & ordinamus in futurum, ritum & ordinem qui in vrbe prædicta omnium capite, & in qua omnium regimen seruari consueuit, & actu seruatur, seruari solitum, tam in sessionibus & congregationibus quorumcunq; Generaliū, Prouincialium & Synodaliū Conciliorū, quam processionibus, ministerijs, & alijs actibus publicis, vel priuatis, in quibuscunq; ciuitatibus, oppidis, terris, castris, & alijs locis dicti Regni Portugalliæ seruari debere; ita vt dicti fratres Prædicatores immediate post antiquos ordines, tam mendicātium, quam Regularium procedant, etiamsi illic Ecclesias, Domos, aut Conuentus primi habuerint, aut habeant, aut aliorum ordinum mendicantium, & Regularium fratres & Religiosi in eisdē ciuitatibus, & locis antiquiores pro tempore, eorumq; Ecclesiæ, Capellæ, Domus, & loca Regularia ibi primum instituta fuerint, districtè in virtute sanctæ obedientiæ, sub excommunicationis maioris eo ipso incurrenda pœna, omnibus & singulis quorumcunq; aliorum mendicantium & Regularium ordinum pro tempore Religiosis inhibentes, ne de cætero promissorum occasione ordinem fratrum Prædicatorum huiusmodi, illiusq; pro tempore Religiosos quoscunq; molestare, inquietare, perturbare, aut quoquomodo impedire audeant seu præsumant; ac decernentes sic in præmissis omnibus & singulis, per quoscunq; Iudices & Cōmissarios quauis authoritate fungentes, etiā S.R.E. Cardinales, & Causarum Palatij Apostolici Auditores, in quauis causa & instantia etiam per appellationem pendente, iudicari, definiri debere, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & authoritate; ac irritum & inane, quidquid secus super his à quoquam quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca vniuersis & singulis Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, & alijs Ecclesiarū Prælatis & personis, in dignitate Ecclesiastica constitutis, in dicto Regno Portugalliæ existentibus per Apostolica scripta mandamus, vt has nostras literas & in eis contenta quæcunq; inuiolabiliter obseruent, & obseruari curēt, & præcipiāt authoritate nostra, ac ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel aliū seu alios quando & quoties opus fuerit, & pro parte dictorum fratrum Prædicatorum, aut aliquorū ex eis fuerint requisiti, eis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciāt authoritate nostra præmissa obseruari. Contradictores quoslibet ac rebelles & præmissis non parentes, per sententias, cēsuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris & facti remedia, appellatione postposita cōpescendo, inuocato etiā ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus literis piæ memoriæ Greg. Papæ XIII. etiā prædecessoris nostri sub die quinta Iulij Pontificatus sui anno decimosecundo, & alijs Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, ac ordinum quorumcunq; iuramento cō-

firmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, nec non omnib. illis quæ dictus Pius prædecessor in suis literis Apostolicis voluit non obstare, cæteriq; contrarijs quibuscunq;. Cæterū quia difficile foret præsentes nostras literas, ad singula quæcūq; loca vbi necesse fuerit deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati in dignitate Ecclesiastica constituti, munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentib. adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Tusculi sub annulo Piscatoris die 28. Septembris, M.D.X C II. Pontificatus nostri anno primo. Cum autem postea dictarum literarum executionem ex causis tunc expressis, & donec nos aliud mandatū dedissemus per alias nostras in simili forma Breuis literas suspenderimus, & deinde etiā per literas Dilecti Filij nostri, Petri Diaconi Cardinalis Aldobrandini nuncupati nostri secundū carnem ex fratre germano nepotis, venerabili Fratri Patriarchæ Hierosolymitano, tunc in eisdem Regnis Vice legato, & collectori generali directas mandauerimus, vt donec huiusmodi causa à nobis terminaretur, ne interim aliqua scandala orirentur, & pro maiori diuini cultus seruitio fratres dictorum ordinum in processionibus alternatim præcederent, prout in dictis nostris & dicti Petri Cardinalis litteris plenius continetur. Cumque nos interim & postea Fratrem Andream Texerium Ordinis Prædicatorū, & Fratrem Aluarum de Iesa Ordinis Eremitarum S. Augustini dictorum Regnorū procuratores audiuerimus, ac eorū iura, & prætensiones primum dilectis filijs nostris, Camillo Sanctorum Ioannis & Pauli Burghesio, & Cæsari SS. Nerei & Achillei Baronio, ac deinde etiam postquam ijdem Camillus & Cæsar suam nobis sentētiam ad fauorē dictorū fratrū Prædicatorum retulerint, Laurētio, S. Laurētij in pane & perna Blanchetto, nec non Pompeio, S. Balbinæ titulorum Arragonio nuncupatis, S. R. E. Cardinalibus diligenter iterum examinanda & nobis referenda commiserimus. Ipsiq; Camillus & Cæsar, Laurentius & Pompeius Cardinales denuo procuratores præfatos ac eorum aduocatos pluries similiter audiuerint, ac documēta, scripta, iura & prætensiones quascunq; hinc inde deductas diligentissimè examinauerint, demum omnes idem nobis retulerint: Nos in supremo iustitiæ throno Diuina disponente Clementia constituti, lites, & differentias huiusmodi inter Religiosos prædictos diutius vigere nolentes, ac propterea lites, differentias & causas huiusmodi denuo quantum opus sit ad nos harum serie auocantes, illasq; penitus perpetuo extinguentes, eisq; fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini eiusdem Regni perpetuum desuper silentium imponentes, Motu proprio ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine præinsertas literas, ac omnia & singula in eis contenta authoritate Apostolica tenore præsentiū perpetuo confirmamus, approbamus, & innouamus, illasq; perpetuis futuris tēporibus valere, ac à prædictis fratribus Eremitis, & quibuscunq; alijs quos cōcernūt inuiolabiliter

ter obseruari debere statuimus & ordinamus. Districtius in virtute sanctæ Obedientiæ & sub pœnis & censuris Ecclesiasticis in eisdem præinsertis literis contentis, nec non priuationis actiuæ & passiuæ, & officiorum, & dignitatum quarumcunq; ac perpetuæ ad illa & alia obtinenda inhabilitatis, eo ipso absq; aliqua iudicis declaratione incurrendis, omnibus & singulis quorumcunque mendicantium & aliorum Regularium Ordinum pro tempore Religiosis inhibentes, ne de cætero præinsertis ac præsentibus literis, quouis prætextu, vel quæsito colore contrauenire, aut ordinē fratrū Prædicatorum huiusmodi illiusq; pro tempore Religiosos vlterius quoquomodo molestare, inquietare, aut perturbare vel impedire audeant seu præsumant; irritum, nihili & inane decernentes quicquid secus super his ab eis, aut quibuscunq; alijs contigerit attentari. Mandantes propterea Vniuersis & singulis, Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs, eorum officialibus, nec non Abbatibus & alijs Ecclesiarū prælatis & personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, eiusdem Regni, vt præinsertas, ac præsentes nostras litteras, & in illis contenta quæcunq; perpetuo inuiolabiter obseruent, & obseruari faciant, nec non vt ipsi aut duo vel vnus eorum aliquando, & quoties opus fuerit aut pro parte dictorum fratrum Prædicatorum, aut aliquorum ex eis fuerint requisiti, easdem præsentes solenniter publicantes, illisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio existentes faciant authoritate nostra illos eorundem præmissorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper à prædictis fratribus ordinis Eremitarum, aut quibuscunq; alijs quomodolibet molestari, perturbari vel inquietari. Contradictores quoscunq; & rebelles eisdem auxilium, consilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quomodolibet præstantes, per prædictas & alias censuras, & pœnas Ecclesiasticas etiam sæpius aggrauandas, aliaq; opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescendo. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, non obstantibus præmissis, ac omnibus illis quæ in præinsertis literis voluimus non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 16. Martij, 1600. Pontificatus nostri anno nono.

M. Vestr. Barbianus.

Subduntur præterea Regulares Episcopo quoad contributionem pro Seminario præstandam, eam enim pro modo facultatum monasterij cuiusque imponere ipsis potest Episcopus. *Conc. cit. cap. vlt. sess. 23.* vbi tamen excipiuntur mendicantes, quorum nomine quinā intelligi debeant, declarauit Pius V. Constitutione sua *relata apud Confect. cit. fol. 290.* cuius verba sequuntur.

Romanus Pontifex. & infra: Motu proprio non ad ipsorum fratrum vel alicuius eorū nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulos quatuor mendicantium ordines, videlicet S. Dominici, & S. Francisci, ac Eremitarum S. Augusti-

Augustini, nec non Carmelitarum, & quos etiam recenseri volumus seruorum B. Mariæ nominibus comprehensos Fratres eorumq; domus, monasteria, & loca, etiamsi in communi propria bona tam mobilia quam immobilia & stabilia, ac alia quæcunq; possederint, mendicantiũ vocabulo, & omnibus & singulis mendicantium priuilegijs, eis quomodolibet concessis, vti posse & debere, nec super præmissis vllo vnq; tempore molestari posse authoritate Apostol. per præsentes statuimus, & declaramus. ac tam Concil. Trid. quam omnia & singula alia decreta, statuta, ordinationes, priuilegia & iura de mendicantibus loquentia, ad omnes & singulos ordines præfatos eorumq; domos & loca, etiam propria bona, in communi tamen retinentes, extendimus & ampliamus, illaq; de illis loqui etiam authoritate præfata per easdem præsentes declaramus. Ac insuper eisdem Ordinarijs & quibusuis alijs tam Eccles. quam Sæcularibus quauis authoritate fungentibus in virtute Sanctæ Obedientiæ & alijs arbitrio nostro moderandis pœnis similiter per præsentes mandamus, vt si quid per eos tam nostro quã prædecessoris nostri temporibus, tam ratione Seminarij, Subsidij, & decimarum, quam aliorum onerum huiusmodi exactum fuit, id totum eisdem fratribus omni mora & dilatione postpositis restituãt, districtius inhibentes eisdem locorum Ordinarijs, cæterisq; personis tam Ecclesiasticis quam sæcularibus quauis authoritate fungentibus, & cuiusuis dignitatis, gradus, & conditionis existentibus, ne eosdem mendicantium ordinum fratres præfatos bona huiusmodi retinentes, quouis prætextu super Seminarij Subsidij, & decimarum contributione molestare, inquietare, vel perturbare audeant vel præsumant. Decernentes, &c. Datum Romæ die 1. Octob. 1567. Pontif. anno 2.

44.

Patres quoque Societ. Iesu inter mendicantium ordines comprehendi voluit idem Pius V. Constit. quæ sequitur.

Pius Papa V. ad futuram rei memoriam.

DVm indefessæ considerationis intuitu perscrutamur quantam Christianæ Reipub. vtilitatem attulerint dilecti filij Presbyteri Soc. Iesu, ac planè conspicimus eos verè mundi huius relictis illecebris se adeo Saluatori suo dedicasse, vt conculcatis thesauris, quos ærugo & tinea comedit, lumbisq; paupertate & humilitate præcinctis, non contenti terrarum finibus, vsque ad Orientales, & Occidentales Indias penetrauerint, ac eorum aliquos Domini amor perstrinxerit, vt etiam proprij sanguinis prodigi, vt verbum Dei inibi efficacius plantarent, Martyrio voluntario se supposuerint, perq; eorum spiritualia exercitia etiam Regna ipsa fidem Christi agnouerint, ac tam inibi quam vbiq; terrarum charitatis & misericordiæ opera exercere studeant, facere nullo modo possumus, quin eos tanquam veros palmites, in Christo per charitatem coniunctos, & benignè amplectamur, & ea sibi specialiter concedamus, quæ & paupertatis per eos emissæ voto, & eorũ instituto ac commoditati credimus profutura. Hinc est quod nos attendentes quod licet dilecti filij Prapo-

Præpositus Generalis & Presbyteri Soc. huiusmodi, tum quia ipsa Societas mendicans existit, quippe quæ ex eius instituto & constitutionibus Apostolicæ authoritate confirmatis, bona stabilia possidere nequit, sed in certu eleemosynis, fidelium largitionibus & subuentionibus viuit, tũ quia non minus quam cæteri mendicantes in excolenda vineæ Domini assiduè laborant, fructusq; ingentes & salutiferos producunt, ac propterea eisdem priuilegijs, indultis, & gratijs fratribus mendicãtibus hactenus concessis vti, frui, potiri, gaudere, merito possint ac debeãt. Cum autem illud aliquando in controuersiam deduci possit, ex eo quod dicta Societas Collegia habeat secum adiuncta. Nos ambiguitatem huiusmodi omnino amputare volentes, eosdem Præpositum & Societatem, eorumq; singulos, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, nec non dicta Soc. instituti constitutionem & dispositionem tam de iure, quam ab homine prouenientium, nec non priuilegiorũ, immunitatum, indulgentiarum, & gratiarum mendicantibus fratribus huiusmodi quomodolibet concessorum, ac literarum desuper confectarum tenores præsentibus pro expressis habentes. Motu proprio non ad ipsorum Præpositi Generalis & Societatis vel alicuius eorum aut alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiã, sed ex mera liberalitate & certa scientia nostris, illã & illius Præpositum ac singulas personas Societ. huiusmodi verè & non fictè mendicantes fuisse, & esse & fore, & inter aliorũ Fratrum & Religiosorum mendicantiũ Ordines, aliosq; Fratres & Religiosos mendicantes, prout illas nos connumeramus & connumerari debere, ac omnes & singulos tam iuris quam hominum dispositiones in fauorem Religiosorum seu Fratrum mendicantium, nunc & pro tẽpore emanatas, etiam in Societ. illiusq; domibus, Collegijs, Præposito, & alijs Religiosis locum habere: nec non omnia & singula quæcunq; quotcunq; & qualiacunq; sint, & speciali nota digna priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, concessiones, indulta, indulgentias, peccatorum remissiones, & gratias tam spirituales, quam temporales, litterasq; Apostolicas etiam iustitiam sine mixtum concernentia hactenus per nos & quoscunq; alios Pontifices, tam prædecessores, quam successores nostros, & deniq; Sedem Apostolicã & illius Legatos de latere, siue Nuncios & quascunq; alias personas, quauis authoritate fungentes, etiam motu & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine etiam cõsistorialiter tam in genere, quam in specie, & tam communiter & coniunctim, quam particulariter & disiunctim, etiam per modum extensionis, seu communicationis & alias quomodolibet quibusuis Ordinibus fratrum & sororum mendicantium quocũque nomine nuncupentur, illorumque Congregationibus, Conuentibus & Capitulis, ac vtriusq; sexus personis, ac illorum monasterijs, domibus, Ecclesijs, hospita-

libus, & alijs pijs locis hactenus concessa & in posterum concedenda, quorum omnium & singulorum tenores ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro insertis & expressis habere volumus, eisdem Præposito, ac Societati & omnibus illius personis, domibus ac Collegijs, vbiq; terrarũ sitis, ita quod Societas, Domus, Collegia, Præpositus, & persona huiusmodi omnibus & singulis prædictis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, concessionibus, indultis, indulgentijs, remissionibus, gratijs, & literis, eiusdem fratrum & sororum mẽdicantium Ordinibus, Congregationibus, Conuentibus, Capitulis, Personis, Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, Hospitalibus, & alijs pijs locis, vt præfertur concessis, & concedendis antepotuerint, ex nunc ac in futurum, dummodo instituto Societatis & præpositi seu deputatarũ personarum huiusmodi voluntatis beneplacito non refragentur, possint liberè & licitè vti, frui, potiri & gaudere, in omnibus & per omnia, non solum ad illorum instar, sed pariformiter & aquè principaliter, ab q; vlla prorsus differentia, perinde ac si Societati Præposito, personis, domibus, & collegijs prædictis nominatim specialiter ac generaliter concessa fuissent, Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuò sancimus, volumus, & declaramus, ac pariter concedimus, indulgemus, & elargimur. Decernentes præsentes litteras nullo vnquam tempore, per nos, & Sedem prædictam reuocari, aut limitari, vel illis derogari posse, neq; sub vllis similium vel dissimiliũ gratiarum reuocationibus, alterationibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, nunc & pro tempore emanatis comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties reuocari, alterari, limitari, & derogari contingat, toties in pristinum & eum in quo ante præmissa erant statũ restitutas, & nouo etiam sub posteriore data, per pro tempore existentem, Societ. huiusmodi Præpositum Generalem eligendam, concessas esse & fore. Ac ita & non aliter per quoscunq; iudices, tam ordinaria, quam delegata & mixta authoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, etiam Sedis Apostolicæ legatos de latere, & Nuncios, ac causarum Palatij Apostolici Auditores sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicãdi facultate vbiq; & in quauis instãtia interpretari, censeri, iudicari, cognosci, & decidi debere. Irritum quoq; & inane quidquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerab. Fratribus, Patriarchis, &c. Non obstantibus. &c. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, 1571. die 7. Iulij, Pontif. anno 6.

Similiter & ordo minorum S. Francisci de Paula annumeratus fuit inter mendicãtes ab eodem Pio V. Const. sua, incip. Apostolicæ de anno 1567. 9. Nouemb, & alia Constit. incip. Romanus, eiusdem eod. anno 19. Nouemb. Congr. Ieluatorum mendicantium ordinibus annumerata fuit. Et demum Clemens VIII. Constit. incip. Rom. Pontificem decet. anno 1603. 20. Augusti. Carmelitas discalceatos declarauit esse ex ordine mendicantium. Quod autem Pius V. Constit. sua: incip. Ex superna. de anno 1567. 17. Kal. Sept. priuilegia mendi-

cantium

cantium cõmunicauerat alijs etiam Regularibus non mendicantibus, vt Canonicis Regularibus S. Augustin. Cassinen. Cistercien. Montis oliueti, Vallis vmbrosæ, & alijs, hoc totum reuocatũ postmodũ fuit per Greg. XIII. Const. *incip. In tanta.* supra à nobis relata.

Moderata etiam fuerunt priuilegia Regularium vt ad leuanda defunctorum corpora intra Parochiam cum cruce sine scitu Parochi intrare non possint. à Leon. X. in Concil. Lateran. *cit. Constit. Dum intra mentis arcana.* Super quo extat etiam declaratio Sacr. Congr. relata apud Quaran. *ver. priuilegia Regul. cit.* hoc verborum tenore.

Licet in Sacro generali Lateranensi Concilio statutum & ordinatum fuerit, vt fratres ordinum mendicantium, cæteriq; Regulares non possint intrare Parochias cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias Domorum & locorum eorundem suam elegerint sepulturam, nisi prius præmonito & requisito, ac recusante Parochiano Presbytero, & tunc sine eius & Ordinarij præiudicio: significatum tamen est Sac. Congr. S. R. E. Card. negotiis Episc. & Regularũ præpositæ, nõnullos fratres, præsertim Ordinis Minorum de Obseruantia, cuiusdam consuetudinis prætextu, quam neq; antiquitate vallari neq; obseruantia viridi inniti, neq; pacifica & nõ interrupta possessione firmatam esse constat, contendere sibi licere defunctorum funera proprio eorum Parocho absente, eoq; irrequisito efferre & leuare, idq; haud leues controuersias, & altercationes, aliquibus in locis non sine populi scandalo & Dei offensione excitasse. Ideo volens eadem Sacra Congreg. omnem eiusmodi dissensionum & scandalorum materiam & occasionem præcidere, atq; in futurũ prouidere, vt tam Parochi quam Fratres ipsi vnanimi inter se voluntate, & ea qua par est charitate, vltima hæc Christiana pietatis officia defunctis præstent, declarat, & huius decreti tenore statuit prædictis Fratribus Ordinis Minorum de Obseruantia, alijsq; quibusuis Regularibus quorumcunq; Ordinum & Congregationum tam mendicantium quam non mendicantium existant, nullo modo licere etiam specialis alicuius consuetudinis prætextu Parochias cum Cruce processionaliter, aut alias ad efferenda & leuanda defunctorum funera intrare, vel illa leuare & efferre, nisi vocato & expectato proprio defuncti Parocho, eoq; ibidẽ præsente. Si tamẽ ipse aliter fieri nõ consentiat & permittat, vel nisi requisitus venire expressè omnino recuset. Atq; ita obseruari mandat & districtè præcipit, firmis, cæteroq; & in suo robore permanentibus ijs omnibus quæ super quarta funerum & Canonica portione, alijsque iuribus ad sepulturas pertinentibus à sacris Canonibus & Conciliorum Decretis summorumq; Pontificum Constitutionibus hactenus sancita ordinata sunt, vel alias ex particulari cõsuetudine vel alio iure obseruantur. Romæ die 12. Ian. 1603.

Alex. Card. Flor.
Hieronim. Augucchius Secret.

Quartam funeralium si non soluunt loci Parocho Regulares, possunt quoq; coërceri per Ordinarium. *Felin. in cap. significasti. num. 1. de for. comp. Card. in Clem. 1. q. 3. de off. ord.* Tenentur enim eam soluere exemptione non obstante.

45. *Clem. dudū. de sepul. Abb. in c. officij. de testam. & in c. relatū. de sepult. Barbat. in cit. c. officij. col. 24. à nu. 16. & Conc. 1. col. 4. vol. 4. Conc. Trid. sess. 25. c. 13. de ref.* vbi reuocat omnia priuilegia in contrarium. In locis nimirum in quibus solita essent huiusmodi funeralia persolui. *vt patet ex tex. Conc. cit.* sicut & de quota funeralium soluenda loci cuiusuis specialis vsus vel conuentio cum curato attendi debet. *Consect. in cit. sum. tit. 20. cap. 1.* Similiter quæ intrent sub nomine funeralium & vsu loci cuiusl bet iudicandum est. *cap. certificari. de sepult. & gl. in cap. 1. v. tertiam partem. ib. Abb. in Clem. dudum. cit. à num. 30.* alioquin. *ex tex. Clem. eiusdem. §. verū ne.* nomine funeralium medietas tā illorum quæ circa funus deferūtur, quā etiam legatorum ratione sepulturæ Ecclesiæ in qua sepultura eligitur, venire deberet. Allegās autem hunc vsum, eum probare tenetur. *DD. in c. 1. de præscript. in 6.* Et quidem probare debet præscriptionem, non consuetudinem: cum enim agitur de acquirendo certo iure alteri debito, licet agatur inter duo Collegia seu Capitula, vel communitates, non cadit consuetudo seu præscriptio. *Abb. in cap. fin. num 20. de consuet. & in cap. cum Ecclesia Sutrina. à num. 45. de cauſ. poſſ. & propr. Cæſar. de Graß. decis. 11. alias vn. de consuet. & decis. 129. alias 2. de his quæ fiunt à maior. par. cap. Rip. respons. 4. lib. 2. num. 11.*

46. Quartam autem Episcopo debitam non tenentur dare Regulares exempti, cum hæc debeatur in signum subiectionis, & illi non sunt subiecti Episcopo. *Abb. in cap. officij. nu. 6. de testam. & cons. 110. circa fin. p. 2. Ioan. Andr. in cap. certificari. cit. de sepult. Bald. in l. si quis ad declinandam. col. 6. C. de Epis. & Cler.*

47. Regularis item suscipiens onus exequutionis testamenti permissu superiorum, tenetur reddere rationē exequtionis suæ Episcopo, & si in a deliquerit, potest puniri ab eodem. *Clem. vn. de testam. Dec. in cap. tuarum. num. 54. de præsul. Ang. in sum. v. executor. §. 20.* Hinc infert Philip. Niger *in suo tract. de exēpt. quæst. 4. num. 12.* statutum Episcopi disponens de executionibus testamentorū ligare exemptos, licet alias exempti non ligentur statutis Episcopi. Intelligendū tamen de executore habente aliquā administrationem bonorum defuncti, siue in distribuendis legatis, siue in nominandis pauperibus, dispensandisue Eleemosynis, aut alias adimplenda testatoris voluntate. *Felin. in cap. si quis contra. de for. comp.* contra Abb. *in cap. nos quidem. num. 12. de testam.* vbi Abb. excipit eos, qui tantum nominandi pauperes habēt potestatem, quibus distribuenda sint bona testatoris, cum tamen etiam per istos posset fraudari vel differri voluntas testatoris, quod ne fiat, semper intercedere potest authoritas Episcopi. *Cōc. Trid. sess. 22. C. 8. de ref.*

48. Regularis sepeliens interdictum, excommunicatum, seu in alijs casibus prohibitis, ab excommunicatione quā ipso facto propterea incurrit, non est absoluendus, nisi arbitrio Episcopi læsæ parti satisfecerit. *Clem. 1. de sepult.*

49. Regularis item inducens aliquem ad eligendum sepulturam in sua Ecclesia, vel ad non immutandum electā, incurrit excommunicationē ipso facto Papæ reseruatam. *Cle. fin. de pœn. §. fin.* alioquin licitum est cuique eligere sib. sepulturam, vbicunque etiam apud Regulares, dummodo non eligatur ad persuasionē seu inductionem. *cap. 1. de sepult. & cap. 1. eo. tit. in 6.* Hæc eadem prohibitio & pœna extenditur ad sæculares Clericos, *vt patet ex tex. Cle. cit.* Alioquin nisi ex-

pres-

presse poneretur, non extenderetur, dispositio enim loquens de Religiosis, non habet locũ in Clericis secularibus. *vt notat Abb. in Clem. 1. de decim. num. 1. & in Clem. cupientes. de pœnis. num. 3.*

50. Renunciatio bonorum quæuis per nouitium ante annum professionis faciendã, fieri debet de cõsensu Episcopi, alioquin subiacet vitio nullitatis. *Conc. cit. sess. 25. cap. 16. de Regular.* vbi additur quod Episcopus etiam per censuras cõpellere potest, vt exeunti ante professionem, omnia quæ sua sunt restituantur.

51. Controuersia de validitate professionis Regularium spectat quoque ad iudicium Episcopi. *Conc. lo. cit. cap. 19.* vbi & modus traditur procedẽdi in huiusmodi causis, vt videlicet opponens inualiditatem, causas afferat legitimas antequam dimittat habitum, & si sponte ante dimiserit habitum, non amplius oppositio ipsi suffragetur. Hic etiam annotari potest, quod Regulares tenẽtur præstare honorem Cathedrali, seu Matrici Ecclesiæ, *vt in eo, quod supra relata. Constit. Leon. X. ordinauit his verbis.*

Et vt debitus honor, Matrici Ecclesiæ reddatur, tam ipsi fratres quam alij Clerici seculares etiam super hoc Apostolicæ Sedis priuilegio muniti, die Sabbati maioris Hebdomadæ, antequam Campanæ Cathedralis vel Matricis Ecclesiæ pulsauerit, Campanas in Ecclesijs suis pulsare minimè possint, contra facientes pœnam centum ducatorum incurrant.

Ad hoc facit quod non possunt habere plures Campanas, sed vnam tantum, seu quas vsu antiquo loci alicuius obtinuerint. 52. *extrauag. vn. de off. Custod. com. Abb. in cap. cum inter. nu. 4. de consuet. & in cap. patentibus. de priuil.* vbi dicit hoc casu posse puniri exemptos per Episcopum, quia nimirum tunc læduntur personæ non exemptæ, & consequenter delictum videtur commissum in locum non exemptum. *ad hoc facit Gemin. cons. 72. nu. 10. Oldrad. cons. 228.*

Tenentur & ad reuerentiam condignã exhibẽdam Episcopo. *c. fin. de confir. vt. vel inut. Dec. ib. num. 14.* Non debent illi detrahere in sermonibus suis nec nominatim, nec per circumlocutionem. *Clem. 1. de priuil. Abb. ib. num. 23.* Nec debent retrahere populos à frequentia Ecclesiarum subiectarum Episcopo, vel à restitutionibus debitorum, seu legatorum faciendis per testatores matricib. Ecclesijs; nec possunt procurare vt malè ablata vel legata, vel similia sibi seu Monasterijs eorum applicentur in præiudicium aliorum, alioquin pœnis pro maioribus criminibus ex eorum Regulis infligi solitis sunt subijciendi, & si ipsorum superior talibus pœnis illos non puniret intra mensem à tempore requisitionis, efficeretur suspensus ab officio suo ipso facto vsque ad satisfactionem. *vt patet ex tex. Clem. cit. Abb. ib. num. 31.*

Ad hoc facit quod Episcopus potest ab Exemptis petere charitatiuum subsidium dummodo subsit iusta causa. *Clem. vn. §. in exigẽda. iun. gl. ib. de exceff. præl. Abb. ib. num. 11. Card. ib. q. 1. Bellenc. de charit. subsid. q. 32.*

Item si propter iniurias subditorum Episcopus non posset exercere secure iurisdictionem in suo territorio, & tutius videretur eam exercere in aliquo loco exempto, posset hoc facere etiam contradicentibus exemptis. *vt notat gl. in Clem. vn. v. aut earũ parte. de so. comp. Card. ib. à num. 12. Abb. ib. num. 4.* In eorũdem Ecclesijs quocunq; tempore potest benedicere populum, Pontificaliter celebrare, vel Pontificalibus indutus celebrationi adesse. 53. *Cle. fin. de priuil. Card. Imol. ib.* Et in eisdem Ecclesijs præcedere

debet Episcopus, & tenẽtur exempti ire illi obuiam processionaliter, præsertim in primo ingressu, quẽadmodum & alij Clerici Diœcesis *Abb. in cap. nimis prauа. nu. 3. de excess. præl. Bald. in cap. cum non liceat. de præscrip. Felin. ib. Oldrad. cons. 76.* Baldachinum quoque erigere potest in ijsdem Ecclesijs exemptorum, super quo emanauit declaratio S. Cong. Episcoporum & Regularium, *vt sequitur.*

Decet Episcopis pro eo quo in Ecclesia Dei excellunt dignitatis gradu, in quocunq; suorum Diœcesum loco, quoties eos ibi Pontificalia exercere, aut in Põtificalibus adesse & assistere contingit, eam quam par est reuerentiam & honorem, decoro cultu & ornatu exhiberi. Quare non sine graui animi dolore auditum est, nonnullos Regulares vano quarundam immunitatum & priuilegiorũ prætextu, Episcopis in eorum Ecclesiis in Pontificalibus intersentibus, non modo renuisse in eis supra locum Episcopalis solij Baldachinum erigere, verum id etiam iussu ipsorummet Episcoporum curantes, prohibere & arcere ausos fuisse. Atque adeo Sac. Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, facto verbo cum Sanctissimo Domino nostro Clemente Papa VIII. ac de sanctitatis suæ speciali & expresso mãdato, hoc præsenti decreto perpetuis futuris temporibus valituro declarat, statuit, decernit, & mandat, vt de cætero Episcopi, vbi tam ex consuetudine & priuilegio, quam ex sacrorum Canonum constitutionibus, & Pontificalis Romani præscripto, aut alio iure Pontificalia exercere, aut Pontificalibus permanentis cum mitra, vel etiam sola Cappa induti, in quibusuis Regularium mendicantium, quam non mendicantium Monachorum etiam Cassinensium, Clericorum, Presbyterorum, & cuiusuis alterius Ordinis & Religionis, militiæ Societatis, aut Congregationis Ecclesiis interesse possunt, ipsi Regulares quoties opus fuerit, teneantur ibi & debeant in loco ad solium Episcopi constituendum opportuno & congruo Baldachinum attollere, eis autem id facere negligentibus aut nolentibus, liceat eisdem Episcopis illud asportari, & in quacunq; eorundem Regularium, aut alia quantumuis exempta Ecclesia, super Episcopale solium, seu Pontificale Faldistorium erigi facere, atque sub eo sedere & stare, quemadmodum in proprijs & Cathedralibus eorum Ecclesiis stare & sedere solẽt: eo tamẽ duntaxat tẽpore, quo Põtificales eiusmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipse, cui in Pontificalibus aderunt, peragetur. Si qui verò Regularium huic declarationi, statuto, decreto, & mandato inobedientes & contumaces fuerint, sciant se ab eisdem Episcopis, ad id per censuras & pœnas Ecclesiasticas, huius decreti virtute cogi & compelli posse, alijs q; pœnis, tam spiritualibus quam temporalibus arbitrio Summi Romani Pontificis subiacere, & obnoxios fore. Non obstantibus quibusuis cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictorum Ordinum, Religionum, Militiarum, Societatum & Congregationum quocunq; nomine censeãtur, statutis, priuilegijs quoque, indultis & literis Apostolicis sub quibuscunq; tenoribus & formis, & cum quibuslibet derogatoriarũ derogatorijs, alijs q; efficacioribus & inso-

& insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliys decretis in contrarium præmissorū hactenus quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis; quibus omnibus & singulis, etiamsi talia essent quæ sub generali expressione & derogatione non venirent, sed de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio habenda foret, eorum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habens eadem sanctitas sua, hac vice dunta xat specialiter & expresse derogat, cæterisq; in contrarium facientibus quibuscunq;. Romæ die 10. Iunij 1603.

Alex. Card. Flor. Epis. Præneſtin.

Hier Agucchius Secret.

In qua declaratione illud singulare est notādum, posse hoc casu Episcopum contra Regulares contumaces pœnam excommunicationis & alias censuras fulminare, *vt patet ex tex. declarationis eiusdem circa finem.*

54. Specialiter autem Abbates tenentur exhibere reuerentiam Episcopo. *Felin. in cap. conquerente. num. 1. de off. ord.* & electi ab Episcopo sunt confirmādi & benedicendi. *c. cum Monasterium. de elect. Abb. in cap. 1. de suppl. neg. præl. & in cap. sicut tuis. num. 3. de Sim. Host. ib. in sum. num. 4.* circa quam confirmationem & benedictionem potest Episcopus exigere iuramentum ab Abbate, de præstanda sibi & Episcopis successoribus reuerentia & obedientia, iuxta formam *cap. ne Dei Ecclesia. de Sim.* In alienatione bonorum Ecclesiæ suæ, debet etiam Abbas habere consensum Episcopi. *cap. Abbatibus. 17. q. 2. cap. in venditionibus. 17. q. 4.* nisi Abbas fuerit subiectus immediatè sedi Apostolicæ. *Abb. in Cle. 1. de reb. Eccles. non alien. Innoc. in cap. statutmus. de transact. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. q. 27.*

Vltra prædicta autem cōtra Regulares exēptos Episcopus iurisdictionem prætendere potest in illis, quæ in ipsorum priuilegijs non sunt expressa, quod ex inspectione ipsorum priuilegiorum dignosci potest. *cap. porro. de priuil. & notat gl. in cap. sane. de excess. præl. Abb. in cap. nimis praua. num. 4. eo. tit. de excess. præl.* potestati enim Ordinariorum nūquam detrahitur, nisi in quantum fuerit expressum. *vt notat gl. in cap. 1. v. quantum. de priuil. in 6. Innoc. Ioan. Andr. in c. cum Capella. de priuil. Rot. decis. 744. p. 1. diuers.* & quidquid exempto per exemptionem non acquiritur, intelligitur Episcopo reseruatum in dominio totali, quod non perditur nisi alteri acquiratur. *Anchar. in cap. postulasti p. 4. fo. comp.* 55.

Vnde debent inspici priuilegia huiusmodi & exempti requisiti, tenentur ea exhibere; in casibus nimirum, in quibus non constaret notoriè de exemptione. *cap. Abbate. iun. gl. v. fiat fides. de verb. sign. cap. cum personæ. de priuil. in 6. Felin. in cap. cum ordinem. nu. 5. de rescript. Rot. decis. 534. p. 1. diuers. Confect. lo. sup. cit. tit. 5. c. 2.*

Similiter subsunt Regulares iurisdictioni Episcopi, si contra eorum exemptionem legitimè fuerit præscriptum; valet enim præscriptio contra priuilegia Regularium annorum quadraginta. *cap. si de terra. iun. gl. de priuil. cap. cum personæ. eo. tit. in 6.* vel annorum centū, si sit trahenda præscriptio contra Rom. Eccles. eximentem. *cap. ad audientiam. de præscrip. Auth. quas actiones. C. de Sacr. Eccles.* præsertim si sit ordinarius ille qui præscribit, huius enim præscriptio esset fauorabilis, cum per eam res reuertatur ad suam naturam, & ad ius commune, 56.

mune, quod super omnes de Diœcesi cõcedit Ordinario iurisdictionem. *Abb. cons. 25. p. 1. Ias. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. 2. num. 9. ff. de pact.* ita nimirum vt præscriptione non in totum exemptio tollatur, sed tantum de ea detrahatur, quantum fuerit præscriptum, videlicet respectu Claustri, & respectu Episcopi seu alterius præscribentis, & respectu iuris alicuius particularis præscripti. *cap. si de terra. cit. cap. accedentibus. eo. tit. de priuil. Abb. ib. num. 7. & in cap. cum accessissent. nu. 8. de constit. Gemin. in c. 1. de priuil. in 6. Dec. cons. 308. Calder. cons. 130.* Vnde hoc etiam præsupponere solent Summi Pont. in confirmatione priuilegiorum Exemptorum. vt Pius V. in su Bulla ordini Cistercien. data. *incip. In eminenti. de an. 1563. 6. Kalen. Octob.* & Greg. XIII. in sua Bulla eidem Ord. Cistercien. data. *incip. Superna dispositione. de anno 1574. die 12. Iunij.* & in alia pro alijs Regularibus emanata. *incip. Ex benigna. de an. 1575. 21. Mart.* Et alia *incip. Regimini. 19. Nouemb. 1575.* adhibuit clausulam huiusmodi (*quatenus sunt in vsu, & sacris Canonibus ac decretis Sac. Conc. Trid. non aduersãtur, approbamus.* &c.) similiter & in literis aliquibus Six. V. videre licet, prout referuntur apud Eman. Roder. *Reg. quæst. tom. 1. q. 8. art. 5. & art. 8.* vbi de hac materia plura videre licet. & apud Confect. *in sum. priuil. sup. cit. tit. 3. cap. 4.*

57. Subsunt item Regulares Episcopo, si in aliquo sponte sese submiserint iurisdictioni ipsius, siue expresso pacto, siue tacitè obtemperando iussis ipsius, præsertim si submissio hæc fiat, non per particularem personam, sed per vniuersitatem seu Clausstrum totũ loci alicuius. *cap. de terra. cit.* possunt enim renũciare iuri suo exempti, saltem in præiudicium proprium, licet non possint in præiudicium superioris eximentis. *gl. fin. in cap. cum tempore. de arbitr. Abb. in cap. 1. num. 19. de sent. & re iud. & in cap. significasti. num. 11. de for. comp. in cap. dilectus. num. 18. de Capel. Monach. Ias. & Alberic. & aly DD. in l. si quis in conscribendo. C. de Episc. & Cler. Bald. in Auth. quas actiones. C. de sacros. Eccl. Guid. Papæ decis. 36. & 63. Ang. de Clauas. Arm. in suis summis. v. exemptio. num. 5. & 8.* Hinc est quod pacta per Regulares inita licet non fuerint approbata à Congregatione ipsorum generali vel prouinciali ligant ipsos Regulares. *cap. vlt. de pact. in 6.* & magis confirmat hanc doctrinam Constit. Leon. X. supra à nobis relata *præsertim in illis verbis.*

Pacta autem & conuentiones inter eosdem Fratres & Prælatos atq; Curatos pro tempore inita, valeant nisi per subsecutũ Capitulum proximum generale, vel prouinciale refutata, & per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit.

Delinquentes autem Religiosi in casibus in quibus ex Ordinatione Concil. 58.
Trid. subduntur iurisdictioni Episcoporum, possunt ex cõmunicari, suspendi, interdici, vel alijs pœnis puniri per Episcopos, licet habeant priuilegia quod excommunicari non possint. *arg. tex. Conc. Trid. sess. 25. cap. 17. de Regul.* quia nimirum quoad contenta in dicto Concilio cessant omnes eorum exemptiones & priuilegia, *vt patet ex textu eiusdem. Conc. cap. vlt. sess. 25. cit de Regul. & ex Bulla. Pij IV. incip.* In Principis. *de anno 1565. 24. Febr.* qua reuocantur priuilegia Regularium quoad contenta in dicto Conc. Trid. *ita Genuen. in prax. loc. supra cit. cap. 59. num. 9.*

In alijs autem casibus in quibus essent subiecti Episcopo Regulares, siquidem habeant priuilegia quod excommunicari non possint, non possunt excommunicari per Episcopum. *vt communiter DD. in cap. 1. de priuil. in 6.* nisi in casibus expressis, quorum aliquos supra notauimus. *vt in casu. cit. capti. 1. circa finem. de priuil. in 6.* vel in casu quo Episcopus esset in possessione talis iurisdictionis in ipsos. *Innoc. Abb. in cap. cum dilectus. num. 4. de rel. dom.* tunc enim si notoriè constaret de possessione, posset Episcopus etiam extraiudicialiter procedere ad censuras, nō vt iudex sed vt pars defendens ius suum. *Abb. in cap. cum venissent. à num. 10. de iudic. Felin. in cap. sacro. num. 6. de sent. excom. Suarez de cens. disp. 2. sect. 4. nu. 8.* neque appellatione impediri posset. *Innoc. in cap. venerabili. de cens. Abb. ib.* neq; absolutio ad cautelam tum concedenda esset, nisi aliqualiter doceretur de dubia vel mala possessione Episcopi, ne videlicet de facili eludatur potestas ordinariorum, cui suffragatur ius commune. *Innoc. in c. solet. de sent. excom. in 6. Rot. decis. 234. incip. si rector. & decis. 308. incip. si quis petat. in no. & decis. 115. in antiq.* E contra verò si Regulares reperiantur in possessione exemptionis cum titulo saltem colorato, in ea manuteneri debent quousq; de exemptione cognoscatur. *cap. 1. vt lit. pend. Innoc. Abb. ib.* cognitio aūt huiusmodi spectat ad Papam. *cap. cum venissent. de iudic.* & eo maxime quia ipse sibi eam reseruare solet in ipso priuilegiorum, quæ exemptis concedit, contextu. *vt videre licet in priuilegijs diuersis Regularibus concessis.*

Dato autem quod Regulares in casibus in quibus subduntur Episcoporum iurisdictioni, propter eorum priuilegia excommunicari, suspendi, vel interdici non possint, poterunt tamen puniri alijs pœnis. *vt notat Abb. & communiter DD. in cap. cum Capella. de priuil. Similiter. DD. post gl. in cit. cap. 1. quantum adista. de priuil. in 6. Felin. in cap. dilectus. de off. ord. Gambar. de potest. Leg. lib. 8. c. fin. n. 77. Calder. cons. 8 de Reg. Rot. decis. 702. & 744. p. 1. diuers.*

Ad extremum ponendū hic est, quod cum Regulares exēpti popter eorū priuilegia ab Episcopo excommunicari nō 59.
possint, nec ligentur statuto Episcopi excommunicationem annexam trahente: si tamen cōmittant aliquod delictū propter quod ex iuris cōmunis dispositione, vel ex Constitutionibus Apostolicis incurrent ipso facto excommunicationem, possint declarari per Episcopum & pro excommunicatis publicari, ad effectum vt euitentur à populo Diœcesis. *Clemen. 1. de priuil. §. 1. propefinem. ibiq; Card. num. 24. Abb. num. 22. Ioan. Andr. in cap. 1. de priuil. in 6. Auffrer. in Clem. 1. de off. ord. quæst. 10. vers. & licet Lap. Felin. in cap. non potest. nu. 3. de re. iudic.* vbi dicit exemptum sic excommunicatum citari etiam posse ad videndū declarari: concesso enim principali, videtur concessum accessorium. *l. cui iurisdictio. ff. de iurisd. omn. iud. c.* 60.
præterea. cap. prudentiam. § sexta nobis. in fin. de off. deleg. præsertim cum sit sumenda informatio super excommunicatione incursa. *Clem. fin. iun. gl. v. constiterit. de cens. & Clem. multorum. iun. gl. v. constiterit. de pœnis.* informari enim debet Ordinarius vt sibi constet. *Abb. in cit. Cle. 1. de priuil. n. 22.* idq; etiā audiendo, testes inquirendo, nisi possit constare ex informatione extra iudiciali. *gl. in Clem. fin. v. constiterit. de cens.* Imo vbi probabiliter dubitatur de excōmunicatione incursa, necessariò voca-

ri debet declarandus. *vt notat Abb. in Clem. 1. nu. fin. Clem. 2. nu. fin. de pœnis.*

Absoluere tamen non posset Episcopus Regularem exemptum ab excommunicatione sic incursa, licet aliàs suos subditos, si eandem excommunicationem incurrant aliqua ratione absoluere posset. *Suarez de cens. disp. 7. sect. 3. num. 9.* quia nimirum Regulares exempti non sunt illius subditi. *Abb. in cap. significasti. de for. comp. & in c. quoniam. de vit. & hon. Cler. Ang. Armil. verb. exemptio. num. 6. & 9.* Sed huiusmodi absolutio spectat ad Papam qui est Ordinarius exemptorum. *Abb. in Clem. penult. num. 11. de sent. excom. Felin. & Sicul. Ioan. Andr. in cit. c. significasti. de fo. comp. Auffer. loc. sup cit. quæst. 10.* vel ad superiores Regulares, qui etiã in casib. *c. 6. sess. 24. Conc. Trid. de ref.* suos subditos vt dè Regulares absoluere possunt facultate ipsis concessa quodã rescripto Pij V. *incip. Rom. de an. 1571. die 21. Iul.* quod refert *Confect. sup. cit.* & Suarez *de Sacrã. disp. 30. sect. 2. n. 7.*

In casibus tamen iure expressis posset etiam Episcopus absoluere Regularem licet exemptum, vt in casu iniectionis manus violentæ in Clericum. *cap. Monachi. de sent. excom. cap. religioso. eo. tit. in 6. Ioan. Andr. Anchar. ib.* vel si absoluat tanquam delegatus Sedis Apost. *Clem. cum ex eo. de sent. excom.* Et in casibus in quibus ipsemet posset excommunicare eosdem exemptos: eiusdem est enim absoluere cuius excommunicare. *cap. pastoralis. §. præterea. de off. ord. Abb. ib. eod. §. num. 1. & in cap. tuarum. num. 3. de priuil. Dec. ib. num. 13.* vel in casibus in quibus exempti possunt sibi eligere confessorem. *c. fin. de pœnit. & remiss. Host. in sum. eod. tit. §. cui confitendum. sub num. 22. Fed. de Sen. cons. 95.* Vel in casu quo superior Regularis absoluere non posset, & remitteret Regularem ad Episc. potestatẽ habentem ad absoluendum. *Suarez de Sacram. disp. 30. quæst. 2.*

Et hæc pro Visitatione Regularium dicta sint, qui licet absolutè visitari non possint, præterquam in casibus supra expressis, tamen cum Episcopus visitat suam Diœcesim & loca domicilijs Regularium vicina, an Regulares ibidem degentes in casibus præmissis iurisdictionem ipsius Episcopi concernentibus delinquant, inquirere potest; nimirum inquisitione præparatoria non solemni, & sine aliqua exactione iuramenti. Sed si ex tali inquisitione inueniret aliquod delictũ quo daretur scãdalũ in populo, posset procedere etiã ad inquisitionem solemnẽ, vt vel ipse corrigat delinquentem Regularẽ, vel requirat correctionẽ ab ipsius superiore Regulari, *quod optimè deducitur decis. 740. Rot. p. 1. diuers.* 62.

ARTICVLVS VII.

De Visitatione Sanctimonialium.

1 *Moniales gaudent priuilegijs Fratrum sui ordinis.*
2 *Moniales quoad clausuram subiecta sunt ordinario.*
3 *Monasteria Monialium subiecta Sedi Apost. in omnibus subsunt Episcopo.*
4 *Moniales tenentur habere licentiam exeundi è Monasterio ab Episcopo in casibus, in quibus possunt exire.*

5 Licen-

5 *Licentia ingrediendi Monasteria, per quem danda.*
6 *Colloquentes cum Monialibus sine licentia non ingrediendo clausuram, quas pœnas incurrant.*
7 *Episcopus non potest ingreda clausuram Monialium, nisi ex causa iusta.*
8 *Episcopus debet explorare voluntatem Virginis de facienda professione.*
9 *Monialium numerum determinare spectat ad Episcopum.*
10 *Moniales vltra numerum, quomodo recipiendæ.*
11 *Tertiariæ quando non gaudeant immunitate Regulæ.*
12 *Abbatissa qualis eligenda.*
13 *SS. Eucharistia non debet asseruari intus claustrum Monialium.*
14 *In Visitatione Monialium quæ specialiter aduertenda.*

MOniales sub aliqua regula certa & approbata viuentes, priuilegijs fratrum eius regulæ cui sunt adscriptæ gaudent, præcipuè verò Moniales Ordinũ mendicantium, quorum priuilegia fratribus & sororibus inuicem communicauit Leo X. Constitutione sua. *incip. Dudum per nos. an. 1519. 10. Decembr.* relata apud *cit. Confect. fol. 160.* Aliquãdo tamen, vel ex fundationis modo, siue legitima præscriptione, seu alia quauis, vt diximus de ipsis fratribus, rationum, quæ in multis Monialibus quoque applicari possunt, subduntur iurisdictioni Episcopi, vel etiam ex aliqua speciali Sedis Apostolicæ ordinatione. Quomodo Monasteria Monialiũ subiecta olim curæ fratrum minorum Conuentualium S. Francisci, locorum Ordinarijs fuerunt commissa, & eorum gubernium dictis fratribus penitus interdictum à Pio V. Const. ipsius. *incip. Cum sicut accepimus. de an. 1568. 3. Iun. Pont. an. 3.* specialiter autem quoad clausuram omnes Moniales indifferẽter subiectæ sunt Episcopo, etiam illæ quæ à Regularibus reguntur, ita quod Episcopus quoad clausuram huiusmodi, eas semper visitare possit & cogere, vt ea diligenter obseruetur. *cap. vn. de stat. regul. in 6. cit. Conc. sess. 25. cap. 5. de reg.* Quod idem confirmauit Pius V. Const. sua. *quæ sequitur.*

Circa Pastoralis officij. & infra. Hæc igitur perpetuo valitura Cõstitutione inhærentes etiam Constitutioni fel. rec. *Bonif. Papæ VIII.* prædecessoris nostri, *quæ incipit. Periculoso & decretu Conc. Trid. super clausura Monialium editu*, authoritate Apostolica tenore præsentiũ statuimus, atq; perpetuo decernimus, vniuersis & singulis Moniales præsentes atque futuras, cuiuscunq; Religionis, ordinis, vel militiarum etiam Hierosolymitan. sint, quæ vel iam receptæ sint, vel in posterum in quibusuis Monasterijs, siue Domibus recipientur, & tacitè vel expreßè Religionem professæ, etiamsi Conuersæ, aut quocunq; alio nomine appellentur, etiamsi ex institutis & fundationibus earum regulæ ad clausuram non teneantur, nec vnquam in earum Monasterijs seu domibus etiam ab immemorabili tempore ea seruata non fuerit, sub perpetua in suis Monasterijs seu domibus, de cætero debere permanere clausura, iuxta formam dictæ Const. fe. rec. Bonif. Papæ VIII. prædecess. nostri, quæ incipit. Periculoso. in Sacro Conc. Trid. approbatam & innouatam, quam nos authoritate præfata etiam approbamus & innouamus in omnibus, & per

omnia, ac illam districtè obseruari mandamus. Quod si aliquæ Monales forsan reperiantur, quæ cõsuetudine etiam immemorabili, aut instituto, vel fundatione regulæ suæ fretæ animo obstinato huic clausuræ resistant, aut quoquomodo reluctentur, Ordinarij vna cum superioribus earum, omnibus iuris & facti remedijs compellant easdem tanquam rebelles & incorrigibiles ad præcisè subeundum dictam clausuram, & perpetuo obseruandam: mulieres quoq; quæ Tertiariæ, seu de pœnitentia dicuntur, cuiuscunq; fuerint ordinis, in congregatione viuentes, si & ipsæ professæ fuerint, ita vt solemne votum emiserint, ad clausuram præcisè vt præmittitur, & ipsæ teneantur. Quod si votum solemne non emiserint, Ordinarij vna cum Superioribus earum hortentur, & persuadere studeãt, vt illud emittant, & profiteantur, ac post emissionem & professionem eidem clausuræ se subijciant; quod si recusauerint, & aliquæ ex eis inuentæ fuerint scandalosè viuere, seuerissime puniantur. Cæteris autem omnibus sic absq; emissione professionis & clausura viuere omnino volentibus, interdicimus & perpetuo prohibemus, ne in futurum vllam aliam prorsus in suum ordinem, Religionem, Congregationemue recipiant.

Quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem & decretum aliquas receperint, eas ad sic viuendum omnino inhabiles reddimus, ac illarũ, quaslibet professiones & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præsenti decreto irritas facimus & annullamus.

Porro ne Moniales vel Tertiariæ prædictæ propter hanc clausuram detrimentum aut incommodum aliquod in earum necessitatibus, maxime in pertinentibus ad illarum victum patiantur, sed vt eis opportunè cõsulatur, authoritate Apostolica præfata statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus Ordinarijs & Superioribus earum, vt curent colligi fidelium eleemosynas per Conuersas quæ non sint professæ, vel si professæ fuerint, sint tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus cõtiguis, extra tamen Monasterium degant, & non ingrediantur clausuram aliarum Monialium, nisi in casibus ex earum constitutionibus permissis, & de earum domibus exire non possint pro huiusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia Ordinarij, vel earum Superiorum, & de cætero nullæ aliæ Conuersæ professæ recipi amplius etiam de consensu suorum Superiorum, vel Prælatorum possint. Quod si aduersus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita & inanis sit, prout ex nunc nullam, irritam facimus & annullamus. Quod si prædicto modo necessitatibus Monialium, & mulierum Tertiariarum prædictarũ succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis Ordinarijs & Superioribus earum, vt ipsi prouideant de alijs personis pijs, & Deo deuotis, quæ fidelium eleemosynas colligant, vel alias eo meliori & commodiori modo quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipsarum Monialium & mulierum prædictarum, arbitrio Ordinariorũ & Superiorum earundem, & prout eis congruentur expedire videbitur, prouideatur & succurratur. Et ne propter Monialium numerũ excessiuum clausuræ obser-

obseruatio violetur, inhærentes etiam similiter dispositioni dictæ Constitutionis Bonif. & Conc. Trid. Decreto, Monialibus prædictis, & illorum Superioribus, & ordinarijs districtè inhibēdo præcipimus & mandamus, ne plures in earum Monasterijs recipiant, admittant, siue recipi & admitti permittant, quam ex proprijs reditibus ipsorum Monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commodè sustentari possint. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ sub obtestatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, vniuersis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in ciuitatibus & Diœcesib. proprijs præsentes nostras literas publicari faciant, ac in Monasterijs Monialium sibi ordinario iure subiectis, in his verò quæ ad Romanam mediatè vel immediatè spectant Ecclesiam, sedis Apostolicæ authoritate vnà cum Superioribus eorundē Monasteriorum clausuram (vt præmittitur) quàprimum poterunt seruari procurēt, contradictores atque rebelles per censuram Eccles. appellatione postposita cōpescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Ac vt hoc tam salutare decretum facilius obseruetur, omnes principes seculares & alios Dominos, & magistratus tēporales, rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum iniungentes, quod in præmissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & alijs Monialium superioribus assistant, ac suum fauorem & auxilium præstent, ac impedientes pœnis etiam temporalibus afficiant, præmissis Const. & ordinationibus Apostolicis statutis & consuetudinibus etiā immemorabilibus etiam per sedem Apostolicam approbatis, & confirmatis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis etiā in fundatione & institutione eisdē Monasterijs vel domibus & Monialibus sub quibuscunq; verborum formis & clausulis irritantibus, & alijs decretis quibuslibet concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis, quibus omnibus etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis eorūq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expressio habēda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum inserereētur pro sufficienter expressis habentes, quoad effectum validitatis nostræ constitutionis tantum derogamus, contrarijs quibuscunq;. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici aut suspendi non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Per hoc autem in Monasterijs exemptis Ordinarij locorum, quoad alia nullam sibi tredant iurisdictionem, vel potestatem aliquatenus attributam. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, an. Incarnat. Dom. 1566. 4. Cal. Iunij, Pont. an. 1.

Monasteria verò quæ à Regularibus non reguntur, sed sunt sub immediata Apostolicæ Sedis protectione, non solum quoad clausuram, sed etiam in alijs

omnibus ab Episcopo corrigi possunt. *Clem. attendentes. de stat. Monach. Trid. Conc. lo. cit. c. 9.* tanto magis Monasteria si quæ reperiuntur omnimode subiecta Episcopo, ab ipsomet in omnibus corrigi & gubernari debent.

4. Moniales item quæcunque etiam Regularibus superioribus subiectæ, etiam mendicantes, in casibus, quibus è Monasterio licitum est ipsis egredi, vltra licentiam suorum superiorum Regularium, etiam ab Episcopo licentiam egrediendi obtinere tenentur, ex Ordinatione Pij V. Constitutione sua *quæ sequitur.* in qua & causæ propter quas concedenda sit huiusmodi licentia egrediendi determinantur.

Decori & honestati omnium Sanctimonialium, quarum Iesus Christus Dominus noster sponsus est, vt in puritate & castitate superædificantes, in ipso fœliciter inhabitare valeant consulentes, ea quæ illarum existimationi detrahere possent, decet nos consulto summouere. Sane periculo & scandalo plena res est, ac Regulari obseruantiæ vehemēter aduersatur, Sanctimoniales aliquando parētes, fratres, sorores, aut alios agnatos vel cognatos, nec non Monasteria, & alia filiationes nuncupata, etiam eis subiecta visitandi, aut infirmitatis causa, alioue prætextu à Monasteriis exire, & per sæcularium personarum domos discurrere & vagari, quo veluti colore eximiū quoque honestatis & pudicitiæ decus in discrimen committunt. Vnde nos malo huic pro nostro Pastoralis officii debito salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam Decreto Sac. Conc. Trid. de clausura Monialium disponenti, ac aliis nostris literis super huiusmodi clausura editis adiicientes, volumus, sancimus, & ordinamus, nulli abbatissarum, Priorissarum aliarumuè Monialium, etiam Carthusien. Cistercien. Sancti Benedicti, & mēdicantium, & quorumcunq; aliorum ordinum, etiam militarium, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum existentiū, etiam è Regia, vel Illustri prosapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum, parentum, aliorūue consanguineorum visitandorum, aliauè occasione & prætextu, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, quæ tamē infirmitas præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiamsi prædicta Monasteria ab Episcoporum & Ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita & expresè in scriptis approbata sit, à Monasteriis præfatis exire, sed nec in prædictis casib. extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere. Aliter autem quam vt præfertur egredientes, seu licētiam exeundi quomodocunq; concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas aut sæculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo statim eo ipso absq; alia declaratione subiacere, à qua præterquam à Rom. Pontif. nisi in mortis articulo absolui nequeant. Et insuper tam egressas, quam præsidentes, & alios superiores prædictos, eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas & eos tunc obten-

obtentis priuamus, & illas & illos ad obtẽta, & alia imposterũ obtinenda inhabiles, nec non licentias, & facultates, seu indulta, & priuilegia exeundi à Monasteriis, & extra illa standi, à nobis seu alio Rom. Pont. Prædecessore nostro, ac Sedis Apost. Nunciis, & Legatis, etiam de latere eas maiori pœnitentiario, aut ordinum Prædictorum Superioribus, aliisq; personis sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusuis restituisuis, præseruatiuis, mentis attestatiuis, etiam nouam gratiam, & datam concedentibus, aliisq; efficacioribus & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusq; & aliis decretis in genere vel specie, etiã motu proprio & ex certa scientia, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, etiã Imperatoris, Regũ, Ducum, & aliorũ Principum, nec non S. R. E. Cardinalium intuitu & contemplatione, ac instantia, vel alias quomodolibet cõcessa, quæ prorsus abolemus, ac literas desuper cõfectas, & in posterum concedendas, & conficiendas, nullas & inualidas, nulliusq; roboris & momenti fore, nec illas habentibus & habituris suffragari posse; & ita per quoscunq; Iudices, &c. Non obstantibus, &c. Dat Romæ. Kalen. Februar. 1570.

5. Dare licentiam ingrediendi Monasteria Monialium seu colloquendi cum Monialibus in Monasterijs Apostolicæ Sedi, vel Ordinariæ iurisdictioni subiectis, ad ipsummet spectat Episcopum. *id. Conc. loc. cit.* quoad Moniales tamen Regularibus subiectas sæpius declarauit. S. Congr. ad solos Regulares superiores pertinere concessionem licentiæ ingrediendi in causa necessitatis earum Monasteria. Sed tamen posset ita demũ spectare ad Episcopum huiusmodi concessio licentiæ, si fuerit consuetudo loci legitime præscripta, quod licentia huiusmodi vel à solo Episc. vel ab Episcopo & superioribus Regularibus coniunctim obtineatur. *de his videri potest Guttierz. lib. 1. can. q. c. 14. Eman. Rod. sup. cit. tom. 1. à quæst. 45.* & ita declarasse dictam S. Congreg. meminit Quar. *cit. verbo Monasteria Monialium. fol. 350.*

6. Quoad loquentes autem cum Monialibus non obtenta licentia ab Episcopo, seu alio Superiori non ingrediẽdo clausuram, aduertendum est, nullam contra tales pœnam esse impositam de iure cõmuni, sed eos illas tantum pœnas incurrere, si quas Episcopus statuerit, prout fere vbique pro delicto simili pœnã excommunicationis Ordinarij fulminare cõsueuerunt. *Abb. in cap. Monasteria. de vit. & honest. Cler.* An verò talis pœna, seu alia statuto indicta liget eos qui accedunt Monasteria Monialium exemptarum, curæ Superiorum Regularium subiecta, videri potest. *Fel. de sen. cons. 2. & 99. Anchar. in cap. postulasti. quæst. 4. de fo. comp. Dom. in cap. 1. de stat. Reg. in 6.* qui tenent affirmatiuè contra *Ioan. Andr. in cap. vt animarum. de Const. in 6. Calder. cons. 13. de for. comp. Bart. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. act.*

Licentiæ autem huiusmodi ingrediendi Monasteria Monialium, non nisi ex causis necessarijs sunt concedẽdæ. *Conc. lo. cit. cap. 5.* quin imò obtinentes licentiam ingrediendi ex causa, si ingrediantur pro libitu, & sine necessaria causa, adhuc incurrunt ipso facto excommunicationẽ Papæ reseruatam, ex Constitutione Greg. XIII. qua reuocantur omnes licentiæ ingrediendi Monasteria. *legitur apud Confect. cit. fol. 237. his verbis.*

Vbi gratia. & infra: Authoritate præ-

seu-

sentium reuocamus & abolemus omnes, & quascunq; licentias ac facultates ingrediendi Monasteria, domos & loca Monialium, ac etiam virorũ quorumuis Ordinum, quibusuis etiam "Comitibus, Marchionibus, Ducibus, & alijs cuiuscunq; status & conditionis mulieribus, ac etiam omnes & quascunq; licentias ingrediendi Monasteria, Domos, & loca ipsarum Sanctimonialium, quibuscũq; viris, etiam eiusdem status & dignitatis tam à prædecessoribus nostris, quam etiam à nobis, & Sedis Apostolicæ legatis, aut alijs ex quibusuis quantumcunque vrgentibus causis, sub quibuscunq; tenoribus ac etiam derogatoriarum derogatorijs, reuocatorum restitutorijs, aliisq; efficacioribus clausulis, irritantibusq;, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, atq; ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum contemplationem vel supplicationem concessas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renouatas: cassamusq; & annullamus litteras desuper confectas & processus habitos per easdem. Inhibentes eisdem qui illas obtinuerunt sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua à nemine nisi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impartiri, ne ipsarum licentiarum prætextu Monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant; Abbatissis verò nec nõ Abbatibus, Cõuentibus & alijs Monasteriorum vtriusq; sexus superioribus, & personis, quocunq; nomine vocentur, districtè præcipimus, sub eadem excommunicationis pœna, nec non priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in Monasteria, Domos & loca sua quẽquã prætextu huiusmodi licentiarum & facultatum ingredi faciant vel permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrẽdis prohibemus atq; interdicimus omnibus, & quibuscunq; personis Ecclesiasticis & secularibus, ac etiam Ordinum quorumcunq; etiam mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis vel superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessariis tantum ex Decreto Concil. Trid. tribuitur, ne Monasteria ipsa Monialium pro libitu, sed necessitatibus vrgentibus duntaxat ingredi, neue Moniales sub eisdem pœnis illas aliter admittere præsumant. Non obstantibus, &c. Datum Romæ ann. Incarnat. 1575. Idibus Iunij.

Quoad ingrediẽda autem Monialium Monasteria per Episcopum seu alios superiores ius ingrediendi habentes non nisi cum iusta causa, edita fuit alia declaratio ab eodem Greg. XIII. relata apud Confect. cit. fol. 241. vt seguitur. 71.

Dubiis quæ emergunt. & infra: Harũ tenore authoritate Apostolica declaramus, Prælatos omnes tam Sæculares quã Regulares quibus cura & regimen Monasteriorum Monialium quouismodo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi Monasteria prædicta, ita demum vti posse, si id faciant in casibus necessariis, & à paucis, iisq; senioribus ac Religiosis personis comitati. Quocirca vniuersos & singulos Episcopali seu maiori ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, nec non quorumuis ordinum

Abbates

Abbates, Priores, Ministros, ac alios quoscunq; superiores Regulares seriò monemus, vt facultate huiusmodi qui eã habent, præterquam in casibus vt præfertur necessariis neutiquam vtantur. Quod si contrafecerint, eadem authoritate Apostolica statuimus atq; decernimus qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingressu Ecclesiæ inter dictos, pro secunda à munere Pontificali, & à Diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absq; alia declaratione excommunicatos existere. Regulares verò omni officio ac ministerio priuatos, excommunicationi similiter subiacere. Non obstantibus, &c. Datum Romæ, anno 1582. 23. Decemb.

3. Explorare quoque voluntatem Monialis, antequam faciat professionem cuiuscunque Monasterij illa sit, pertinet ad Episcopũ, & præfecta Monasterij vno mense ante, de huiusmodi professione faciẽda significare debet Episcopo, alioquin posset suspendi ab officio ad libitum Episcopi. *Conc. cit. sess. 25. cap. 17. de Regul.* & declaratum fuit à Sacra Congreg in vna Burgen. *his verbis.*

Congreg. Conc. censuit explorationem voluntatis puellarum profiteri volentium ad præscriptum decreti dicti. c. 17. vtroq; tempore, scilicet ingressus & professionis faciendæ, ad Archiepiscopum pertinere, quamuis Monasterium ab eius iurisdictione exemptum existat.

9. Determinare numerum Monialium vltra quam plures ad Monasterium recipi non possint, pertinet quoque ad Episcopum, in quibusuis Monasterijs etiam Regularibus subiectis, ex Constitutione Greg. XIII. *incip. Deo sacris. anno 1573.* in qua de eleemosynis applicandis Monialibus multa ordinantur, ad nostrum autem propositum faciunt verba eiusdem Constitutionis sequentia.

Eleemosynarũ verò prædictarum contributionem, & applicationem durare & valere decernimus, ac suos effectus ad plenum sortiri debere, donec numerus Monialium etiam Tertiariarum huiusmodi (quem per ipsos locorum ordinarios, etiam in Monasteriis ab eorum cura & regimine quomodocũque exemptis, cum illarum superiorum interuentu stabiliri, & ordinari, neque supra illum numerũ alias recipi posse, etiã de consensu suorũ superiorũ, volumus & mandamus) ita imminutus fuerit, vt reliquæ Moniales, & Tertiariæ ex propriis reditibus Monasteriorum ipsorum, vel consuetu Eleemosynis se commodè sustentare queant, &c.

De recipiendis autem vltra numerum 10.
præfixum modo prædicto, edidit Sacr. Cong. Reg. ordinationem, *quæ reperitur apud Impressores Camerales,* tenoris sequentis.

Quemadmodum sacri olim Canones, & nouissimè sacrum generale Concilium Tridentinum summa ratione decreuit, vt in Monasteriis, & Domibus, tam virorum quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, ita tantum numerus constituatur, ac in posterũ conseruetur, qui vel ex reditibus propriis Monasteriorum, vel cõsuetis eleemosynis commodè possit sustentari, ita quoque Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, quæ negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præest, cui antiquius nihil est quam salutaria huiusmodi decreta debitæ executioni demandari curare, sæpius locorum

Ordinariis rescripsit, vt certum numerū in singulis Monasteriis Monialium, etiam curæ Regulariū seu militarium subiectis, iuxta cuiusq; Monasterij facultates præscriberet, & si quæ supra statutū numerū reciperētur, duplicem eleemosynam adferre, & supra numerarium locum tenere deberent. Verum quia in dubiū plerūq; venit, num supra numerarias prædictæ, aliquibus ex numero in quolibet Monasterio definito decedētibus, in eorum locum subrogari possent aut deberent, eadē Sac. Congr. quæ peculiariter super ea re sæpenumero rescripsit, prouidere volens, ne quis deinceps dubitationis locus relinquatur, huius generalis decreti tenore statuit, & declarat, Moniales quæ supra numerū in quolibet Monasterio constitutum recipiuntur, in locū Monialium decedentium, intra numerum nequaquā subrogari, neq; impedimento esse, quin aliæ in locū earundem ex numero demortuarum recipi eo modo valeāt, quo in singulis Monasterijs Moniales intra numerū possunt admitti: quin imò easdē sic supra numerū receptas, supra numerarias semper quoad hoc remanere, etiāsi in cæteris ab alijs nihil differant, sed illis in omnibus pares & æquales, iuxta cuiusq; monasterij institutum esse debeāt. Declarat insuper eadē Sac. Cong. duplicis Eleemosynæ nomine intelligi semper debere duplicatam summā eius, quæ in receptione cuiusq; Monialis intra numerū in quolibet Monasterio constitutum erogari pro tempore consueuerit, ita tamen vt vbi summa quæ confertur minor est scutis ducentis, ibi saltē ratione duplicatæ eleemosynæ soluenda sint scuta quadraginta & non minus.

Eadem quoq; Sac. Congr. districtè prohibet, ne loca per obitum Monialiū intra numerum decedentium pro tempore vacatura, cuiquam puellæ ad habitum regularem recipiendæ concedantur, neque promittantur, nisi sequuta vera & reali illorum vacatione, atque ita demum, & non antea de eis disponi, ac in Monialis demortuæ locum, promissionem aut receptionem in Capitulo, seu quouis alio modo fieri iubet; dummodo tunc temporis puella ipsa recipienda, & ætatem habeat idoneam, & cæteras qualitates requisitas, quibus etiam præditas esse debere vult eas puellas, quæ supra numerū recipiendæ sunt, iam tunc, cum eis loca vel promittuntur vel dātur. Si quid verò cōtra à quoquā fieri contigerit, irritum, & inane, ac nullius roboris vel momenti fore & esse decernit. Ac nihilominus Abbatissas, Priorissas, & alios quoscunq; monasteriorum Superiores, qui cuiusuis puellæ receptioni vel admissioni, aut locorū vacaturorum promissioni seu cōcessioni, aduersus præsentis decreti dispositionē consenserint, priuationis vocis activæ & passiuæ, alijsq; arbitrio eiusdē Congr. infligendis pœnis, obstrictos & obnoxios forè declarat, saluis etiam semper in suo robore permanent ib. alijs quibuscunq; ipsius congregationis decretis alias latis, præsenti decreto non contrarijs, præsertim circa Monialiū admissionē & receptionem ad habitū, & professionē, & circa eleemosynarū depositionem, solutionem, & erogationē in bona stabilia, quibus nullatenus derogare vult & intendit. Romæ, die 6. Septemb. 1604.

Alex. Card. Florent.

Berlingerius Gypsius Secret.

Tertia-

Tertiariarum quoque curam committit Ordinario. Const. Pij IV. *incip. Cura Pastoralis*, supra relata.

Et tales hoc tempore posse prohiberi, ne maneant in communitate, nisi professionem emittant, respondit Sac. Congreg. Reg. Episcopo Leucen. *ann. 1596. 22. Ian.* Easdem non gaudere immunitate Ecclesiastica, si habitant in ædibus priuatis, teneriq́ue in Paschate, & in morte à proprio Parocho recipere Sacramenta, respondit eadem Sac. Congr. Episcopo Rossanen. *11. Sept. 1584.* & Episcopo Mascensi. *26. Aug. 1597.* Alioquin gaudebunt immunitate & exemptione, si habuerint requisita expressa in responso S. Cong. Conc. *quod sequitur.*

11.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum consulta respondit. Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, aliosq́; similes, ita demum Ordinis cuius tertiæ regulæ habitum assumpserunt, priuilegijs potiri, & ab ordinarij iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seu cum claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seu cælibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur Constitutione Concilij Lateranen. sub Leone X. quæ habetur sess. XI. in fin. Hoc autem voto mulierum, alia duo, sc. paupertatis & obedientiæ nequaquã includi. Quinimò huiusmodi mulieres, si vitam virginalem aut cælibem simpliciter expresseq́; vouerint, etiam in consanguineorum & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel seorsum habitantes supradictis priuilegijs ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum deferunt, exemptioneq́; ab Ordinarij iurisdictione frui debere, quemadmodum idem Leo postea declarauit, Constitutione edita die prima Marty. ann. 1518. Quod si fratres sororesq́; tertij Ordinis quid amplius prætendant vigore consuetudinis, posse ius suum prosequi in iudicio Ordinario.

Hier. Card. Pamphilius.

In Monasterijs Ordinario, vel delegato iure sibi subiectis, electioni Abbatissarum, vel Priorissarum adesse debet Episcopus, & ad cancellorum fenestellam non intrando clausuram singularum vota excipere. *Conc. lo. cit. cap. 7.* 12.
In qua electione aduertendum est, vt non minor quadragenaria eligatur, & quæ post professionem emissam ad minus octo annis laudabiliter vixerit; si verò talis nõ reperiretur, ex alio Monasterio esset eligenda. Et si hoc incommodum videretur, tunc ex eodem Monasterio illa quæ excesserit annum trigesimum, & ad minus per quinque annos post professionem laudabiliter vixerit, eligi posset. *Conc. lo. cit.* In Electione etiamsi si fuerint discordes, posse Episcopum nominare vnam quam magis idoneam iudicauerit, respondit Sac. Congr. Reg. Vicario Cremonen. an. 1592.

Prohiberi etiam debet, ne intus claustrum Monasterij Monialium SS. Sacramentum Eucharistiæ teneatur. *Conc. lo. cit. cap. 10.* & ne ostium habeant per quod in Ecclesiam ipsarum exteriorem introire possint, *vt in Const. Greg. XIII. supra à nobis allegata.* In alijs circa visitationem Monialium occurrentibus ex Ordinatione Sac. Congreg. Regularium informare sese potest, prudens Visitator pro loci & temporis 13.

exigentia, cuius vtilitati eandem ordinationem hic inferendam putauimus, impressam Romæ apud Impressores Camerales, tenore sequenti.

14. Ordinationes quædam per Illustriss. & Reuerendiss DD. Card. super Congregatione Regularium deputatos datæ Reuer. DD. Card. Visitatoribus Apostolicis Monasteriorum Sanctimonialiū Ciuitatū Neap. & Salern. sub die 2. Iunij 1589. & per eosdem Illustriss DD. Cardinales reformatæ & modificatæ sub die 12. Iulij 1592. vt eas perpetuo obseruari, & custodiri mandent & operentur.

In quolibet Monasterio non habeantur, nec permittantur plures crates ferreæ seu fenestræ collocutoriæ, quam vna, aut summum duæ.

Hæ nullo modo in Ecclesiis sint, sed extra eas tantum.

In Monasteriis verò, in quibus hactenus laminarum vsus non est introductus, in fenestris collocutoriis ponantur binæ crates ferreæ introrsus altera, altera extrorsus, & distantes ab inuicem, saltem per spatium duorum palmorū, vel totius crassitudinis muri, necnon spissæ seu strictæ, adeo vt nec puellæ manus per foramina trāsmitti possit. In qua exteriori crate figantur claui ferrei eminentes & acuti, ita vt loquturi facies, illi nequeat adhærere, & colloquentium verba exaudiri valeant.

In fenestellis confessionalibus configantur etiam laminæ ferreæ, scilicet cū minutis foraminibus, è quibus nec ipsæ Moniales cernere vel spectare quemquā, nec à quoquam vllo modo cerni, aut spectari possint.

Fenestella vndè SS. Eucharistiæ Sacramentū percipiunt, alta sit dimidiato palmo, latæ verò integro, quæ binis foriculis, totidemq; seris & clauibus, alteris intrinsecus, alteris forinsecus occludatur.

Tam in ingressu, seu in habitu regulari suscipiendo, quā in professione emittēda, velo suscipiendo, vel consecratione Monialium, in quibus Monasteriis Ordinis vel Regulæ S. Benedicti mos est, vt consecrētur, fas ne sit eis munera xenia, dona, vel aliud quidlibet singularibus, vel particularibus Monialibus dare, vel erogare, sed quidquid à cognatis, vel affinibus donatur, vel offertur, id vniuersum tribuatur & referatur in cōmune, nec lauta, aut sumptuosa siue luculenta cōuiuia fiant, aut permittātur, sed sobria tamū, quæ Sacras Virgines deceat, spiritus corporūq; recreatio concedatur.

In quouis Monasterio eligatur quotannis Magistra nouitiarum, cui vni cura sit illas instituere, nec eidem curæ siue illis instituendis, materteræ seu Amitæ, vel quæuis aliæ etiā qualibet cognatione coniunctæ se immisceant vllo pacto.

Ad ianuam Monasterij, vestibulum sit binis foribus munitum, in quod Moniales nunquam intrent, dum fores exteriores vel apertæ sunt, vel mox aperiendæ. ne inde vnquam Moniales spectare, aut spectari possint.

Collocutorium interius locus sit seris occlusus, in quem nulla Monialiū ingrediatur, nisi vocata, & à sua superiore venia ei data; ibiq; auscultatrices huic muneri designatæ semper intersint & assistant, quæ quicquid dicatur audire debeant, nisi futurus sermo secretum expostularet, quo casu de Abbatissæ seu Priorissæ licentia, propinquioribus consanguineis

neis remotis arbitris permitti posset.

Non scribant literas iniussu Superioris, scilicet Abbatissæ seu Prioriss æ, nec dent, neue ad eas missas recipiant, nisi ante ab eisdem fuerint perlectæ.

Presbyteris Confessarijs ab Abbatissis, Prioriss is, vel alijs Præfectis Monasteriorum, statuatur æqua & idonea eleemosyna, siue prouisio, quæ ære communi Monasterij persoluatur, ijs autem vicissitudo munerum quantumuis exigui valoris, quæ sibi cum Monialibus possit intercedere, omnino interdicta sit, sub pœna perpetuæ suspensionis ab audiendis, tam illarum, quam quorumuis aliorum confessionibus, in quam ipso facto incurrant.

Nulla Monialis vel conuersa dona, munera, & pecuniam, aut aliud quippiam, etiam charitatis, aut pietatis, vel eleemosynæ nomine siue intuitu, cuicũq; personæ tribuat, donet, aut largiatur, sed si ex aliqua iusta, vel rationabili causa aliquid dandum vel tribuendum visum fuerit, id à Præfecta seu Superiore Monasterij, & re communi fiat.

Præsertim verò caueatur, ne qua Monialis vel conuersa quicquam ex bonis Monasterij det, aut donet, nec ex eis quidem quæ in vsum suum assignantur, nisi de licentia Abbatissæ.

Neq; vllius generis bellaria, edulia, esculenta, ientacula, offellas, confectiones, & sirupata, vel alia similia quæcũq; conficiant aut coquant, vt illa venditet, donent, aut largiantur, nisi de licentia Abbatissæ, & de rebus modicæ impensæ, & in consanguineos tantum.

Moniales Officiales Monasterij in suis muneribus obeũdis nihil nisi de re, & pecunia Monasterij expendant.

Denuncietur cunctis Sanctimonialibus, cuiuscunq; Ordinis Religiosas professas, quæ testamentum faciunt, vel de rebus sibi in vsum assignatis disponunt, mori & decedere proprietarias, illasq; censuris & pœnis à Sacris Canonibus, Regulis ac Ordinum & Monasteriorum constitutionibus, atq; alijs Ordinationibus cõtra proprietarios editis & promulgatis, subiacere ac obstrictas esse. Idemq; contractus & instrumenta in quibus Moniales ab eorum Monasterio emunt annuos reditus, quoad ipsæ vixerint, vel etiam vt post ipsarum obitum alia succedat, & similia, nullius sint roboris vel momenti, sed irrita & inania, ac proinde ijs defunctis cuncta omnino Monasterio incorporentur, cui sunt reditus huiusmodi acquisiti.

In quouis Monasterio sit infirmariæ communis, & vbi non fuerit, à Superioribus extrui vel fieri quam primum curetur, etiam si res postulat sub censuris & pœnis eis bene visis: in eam autem recipere se teneantur in virtute Sanctæ obedientiæ omnes Moniales, & conuersæ tam professæ, quam nouitiæ ægrotæ, quibus opus sit medico: nec medicus quampiam secundò inuisat, nec inuisere permittatur à præfecta Monasterij, neq; medicinam præscribat extra infirmariam sub pœna excõmunicationis. Neq; etiam extra illam Confessarij Monialium deputati, cuiusuis audiant confessionem, sub pœna suspensionis ab illarum, & aliorũ quorumuis confessionibus audiendis, in quam ipso facto incurrant. Si tamen aliqua Monasteria ob angustiam loci, aut nimiam paupertatem non possent ita sta-

tim extruere infirmariam, Ordinarius siue Superior visitet monasterium, & illis præscribat certum locum & assignet spatium temporis, intra quod omnino debeat exequi, & quo ad impẽsam necessariam profabrica, videat idem Ordinarius, & per eleemosynas, aut per alios sibi bene visos modos ei prouideatur, & quamprimum de his quæ egerint Congregationem certiorem faciant.

Aegrotantibus autem & Infirmis, in Infirmaria decumbentibus, ex ea pecunia quæ in eam causam, vt infra assignabitur, suppeditẽtur omnes sũptus & expensæ pro victu, alimentis, lectulis, & medicis, & alijs rebus necessarijs ad illarũ morbos curandos ac valetudinem consequendam. In ea verò nulla audeat particulares sũptus sibi facere. Quocirca Visitatores & exinde superiores in Monasterijs in quibus huiusmodi subuentiones non ponuntur in communi depositio, assignabunt huiusmodi infirmariæ communi reditus sufficientes, tam ex communi mensa Monasterij, quam ex assignatis rebus, censibus & bonis ad singularum seu particulariũ Monialiũ vsum siue sustentationem; pro ea rata tamen quæ eis videbitur huic negotio satis esse.

Eligatur autem Monialis sollicitudine, sedulitate, & charitate præstans, quæ aegrotantium sororum cum omni studio & pietate curam gerat, fideliterq; pecuniam sibi commissam administret, cuius rationem reddere tenetur.

Ei autem constituantur tot Moniales Conuersæ auxiliares, quot videbuntur ei muneri satis esse.

Nulla audeat accedere ad infirmariam tanquam ægrotans, vel infirma nisi febri, vel alio morbo laboret, quem ibi curare oporteat de consilio medici, qui ad restitutionem expensarum in foro conscientiæ teneatur, si cui huiusmodi consilium dederit vbi opus non erit.

Omnes feneſtræ vel foramina quæ fuerint in clauſtrorum parietibus, è quibus Moniales foras ſpectari poſſint, omnino occludantur, permiſſis ſolis feneſtris aliquibus ad lumen excipiendum neceſſarijs, quæ tamen tales ſint ne inde vllo modo proſpici aut proſpicere queant. Monialibus & earum Eccleſijs non permittatur cantus figuratus, ſed tantum firmus; ac præterea etiam ex omnibus Monaſterijs omnia inſtrumenta muſica (exceptis organis, quæ in exteriori Eccleſia permittuntur) tollantur.

Solæ Moniales officium diuinum in ſuis Eccleſijs celebrent, ita vt nulla Regularis vel Sæcularis, aut alia quælibet laica perſona ad id quomodolibet ſe ingerat, ſed tantum Sacerdotes, & Clerici deputati vel deputandi ab Ordinario, ſiue Superiore pro celebrandis Miſſis in die ſolemnitatis Monaſterij, ad ea ſua munera obeunda quæ ſint ex vſu neceſſario Eccleſiæ, cuiuſmodi ſunt Miſſæ celebratio, benedictiones & his ſimilia, quæ per Moniales expediri non poſſunt, accedant.

Nulla Monialis vel Conuerſa, vel quæuis alia perſona etiam quæ non ſit de Monaſterio, audeat alias priuatas ſibi miſſas celebrari facere in Eccleſijs Monaſteriorum Monialium, præter eas quæ à Capellanis deputatis communibus impenſis Monaſterij celebrandæ ſunt.

Quia verò in quibuſdam Monaſterijs quam plurimæ Miſſæ, quæ magnum Sacerdo-

cerdotum numerum requirunt, celebrari debent ex testamentis vel relictis, & aliys dispositionibus, & nihilominus defectu Capellanorum, aut Monasteriorum paupertate, vel alia de causa omittuntur, vel omitti oportet, mandatur Dominis Visitatoribus, & successiuè Ordinarijs, & Superiorib. vt ei rei opportunè prouideant iuxta decreta Sac. generalis Conc. Trid. & Prouincialis Syn Neap. aut alia meliori ratione consulentes, ac referant huic Sanctæ Sedi.

Nulla Monialis vel Conuersa cum aliquo Aduocato, Procuratore, Sollicitatore, Exactore, alioque negotiorum gestore quodcunq; negotium, causam vel litem pertractet, nisi cum solis ijs qui pro communibus negotijs, causis, & litibus Monasterij procurandis, & defendendis deputati sunt, & de licentia Præfectæ eiusdem Monasterij.

Vectores qui vinum pro vsu Monasterij, vel etiam aquam Balneorum pro infirmis conuehunt, Monasterium ingredi, nisi interdi, unullatenus permittantur.

Ad conficiendum panem vel etiam ad cernendam farinam nemo in Monasterium intret, quod si alia de causa necessaria & vrgenti intrauerit, istiusmodi operam ne præstet.

Abijciantur è Monasterijs omnes Catelli.

Collocutoria exteriora fores non habeant quæ possint occludi, sed omnia pateant.

Ianitrices & quæ Sacristiæ curam habent, & Comitatrices quæ ingressos comitantur, quadraginta annis non paucioribus natæ sint.

Comitatrices Confessarios, medicos, chirurgos, & alios quos ex necessitate intra clausura pro tempore admitti oportet, vbi ingressi fuerint, semper comitentur.

Omninò assignetur Confessarius extraordinarius iuxta Decretum Sac. Generalis Conc. Trid. quem quæuis Monialis adire teneatur, cui tamen liberum sit illi sua peccata confiteri vel nõ confiteri.

Ne quicquam commodato accipiant pro ipsarum Ecclesiis vel Oratoriis ornandis, sed proprio sint ornatu contentæ, quem nec alijs commodent.

Omnes Conuersæ rei communi Monasterij inseruiant. Conuersæ autem particulares nulli Monialium concedantur, & quæ iam concessæ sunt, in communitatem redigantur; sed si quæ vel propter infirmitatem, morbum, aut senectutem particulari ministerio indigeat, Abbatissa vel Præfecta Monasterij ex eisdem Conuersis communibus, vnam plureſue assignet, prout opus fuerit, ad nutum tamen ipsius reuocabiles, & ex industria aliam vel alias vicissim ad tẽpus substituat, vt necessitati vniuscuiusque sit consultum, & priuato, seruitio nequaquam illarum quæpiam addicta seu assignata sit aut addici possit.

In Conuersas non recipiantur in quoque Monasterio plures tertia parte aliarum Monialium, vel ad summum nonnisi duæ ad rationem quinque Monialium. Vbi verò consuetudo est, vt ea proportio non expleatur, sed minor sit numerus Conuersarum, ea vtpote laudabilior obseruetur.

Famulæ saculares quæ in Monasterijs pro illarum seruitio & ministerio degũt, omni-

omnino dimittantur, nec habitum suscipiant, nisi prius extra Monasterium dimissæ ab Ordinarijs illarum voluntas fuerit explorata, iuxta prædicti Sacri Conc. Trid. Decretum, quod tamen fiat omnino gratis, neque sint supra numerum proximè definitum.

Tam Moniales quam conuersæ suam quæq; cellam habeat, nec in vna plures commorentur, neque vna cum alia, sed seorsum quælibet in suo lectulo dormiat seu quiescat.

Non recipiatur Monialis vel Conuersam quoduis Monasterium, nisi in eo singulæ singulis Monialibus, & conuersis propriæ cellæ, quæ siue ex muro vel cemento, siue ex tabulis, siue tela in communi dormitorio distinguantur, assignatæ sint, & actu eas inhabitent, & vacua superst propria cella pro recipienda in Monialem vel conuersam.

Visitatores numerum Monialium, ac etiam conuersarum, iuxta supra dictam rationem in quolibet Monasterio certum definiant, ex facultatibus & reditibus, qui à Monasterio in communi possidentur, & ex consuetis eleemosynis, statuentes in Monasterijs ciuitatis Neapol. pro singulis Monialibus annuatim quinquagenos ducatos, quadragenos autem pro singulis conuersis, quætamen præscriptã portionem non excedant.

Verùm vbi Monasterium aliquas in moniales supra numerum definitum recipere voluerit, id quidem conceditur, si fuerint cellæ pro eis, vel aliud ex prædicto non obstiterit, & in dotem præterea, vel eleemosynã à singulis assignetur præsens pecunia, ex qua saltẽ possit emi annuus reditus ducatorum sexaginta sex illius monetæ in absolutũ monasterij cõmodum & vtilitatem conuertendus, & inalienabilis ac perpetuo retinendus. In Monasterijs verò Salernitanæ ciuitatis (obseruatis conditionibus cæteris iam dictis) Domini Visitatores taxent certam annuam quantitatem reddituum pro loci & personarum qualitate.

Nulla vnquam recipiatur in Monialem, nisi prius Parentes, Fratres, vel ij, ad quos eius cura spectat, promptam habuerint vniuersam pecuniam pro dote vel eleemosyna consueta, ex qua puellæ nomine annuus reditus ematur accedente Monasterij cõsensu, cui huiusmodi reditus alimentorũ causa vsq; ad professionis diem cedat, ea verò sequuta successionis iure integer acquiratur.

Cum verò Regularis viuendi ratio & optimi instituti, & tuta via qua ad omnẽ perfectionis gradum ascenditur, sit vita communis, nihilq; proprij possidere, nec pecuniam tractare, ne eam quidem quæ in vsum cuiusq; conceditur, districtè præcipiatur & mandetur, vt si quæ Moniales huiusmodi sanctam & regularem viuendi rationem elegerint, & omnia bona, reditusue quouismodo ad vsum concessa, vel reseruata à se abdicauerint, & Monasterio cesserint, Abbatissa, Prioriss a, vel aliæ Præfectæ Monasteriorum renunciationem huiusmodi recipere omnino teneantur, & ex Monasterij bonis & reditibus seu introitibus, in his quæ ad victum & vestitum, & reliquam vitæ sustentationem pertinent, illis præcipuè prouidere, & ita opportunè omnia subministrare, vt nulla re indigere permittantur; si quis autem vel si qua intra, vel extra Monasterium talem pium viuendi

vsum

vsum, dicto vel facto, nutu vel signo exturbare, reprehendere, aut quouis modo impedire, maligno spiritu instigante præsumpserit, Superiores in eum, eamuè maledictionem æternam, & excommunicationis sententiam, & iam ipso facto incurrendam comminari & infligere possint. Quinimò omnibus dictorum Monasteriorum Superioribus & Præfectis in Domino iniungatur, vt prædictarum Monialium piè & religiosè viuentium, singularem curam gerant, vtpote quæ sub speciali protectione Sanctæ Sedis Apostolicæ, & nostræ Congregationis existunt. Et vt tuta viuendi ratio dante Domino amplificetur, de cætero in prædictis Monasterijs, nulla ingressura Monasteriũ recipiatur, & admittatur aliquo modo in Monialem vel Cõuersam, nisi promiserit cõmunis vitæ institutum prædictum amplecti, & iuxta illud perpetuo viuere, vbi verò ingressa fuerit, vna cũ alijs Monialibus eiusdem instituti & obseruantiæ adiungatur, & cum eis viuat. Confessarij etiam sedulo hortentur, ac moneãt Moniales, vt prædictum communis vitæ institutum, & tutam Deo seruiendi vitam sequantur.

In Monasterijs, in quibus similiter retinentur hactenus prouisiones & subuẽtiones, & non omnia in communi conferuntur, concedatur licentia accipiendi aliquam subuentionem, de manibus tamen Abbatissæ, seu Præfectæ Monasterij, siue Depositariæ, ad nutum tamen Abbatissæ siue Præfectæ prædictæ, pro suis Religiosis necessitatibus, quæ verò supersunt Abbatissa erogare teneatur in communes vsus Monasterij: Ac Ordinarij siue Superiores Monasterii quotannis exigant rationem à Depositaria & Abbatissa, seu Præfecta, prædictis de huiusmodi prouisionibus, subuentionibus, & depositis, & in eas transgredientes, grauiter animaduertant.

Vt autem ad Dei gloriam, & Monialium in Domino profectum, & animarũ salutem supradictæ Ordinationes debita deuotione & reuerentia suscipiantur, vniuersis & singulis Reuerendis Abbatibus, Prioribus, ac aliis Præfectis & Superioribus Monasteriorum, ac Monialibus & Conuersis, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub priuationis officiorum, & perpetuæ inhabilitatis, ac vocis activæ & passiuæ, atque aliis censuris Ecclesiasticis, & pœnis etiam ipso facto incurrendis respectiuè (in casibus tantum à Congregatione præscribendis, quoad censuras, scilicet) ac alias iuxta facultates dictis Dominis Visitatoribus concessas, districtè præcipitur & mandatur, vt omnia & singula in eisdem Ordinationibus contenta obseruent, & exequantur, ac obseruari & exequi faciant.

Præterea Dominus Ordinarius Neap. eiusq; Vicarius & Officiales in Spiritualibus Generales, & prædicti Domini Visitatores Apostolici, nec non & alii Superiores Regulares, ad quos Monasteriorũ cura quomodolibet spectat, studeant vt hæc omnia inuiolabiliter obseruentur: transgredientes verò prædictis censuris Ecclesiasticis & pœnis, etiam inuocato adhoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, ac aliis prout eis videbitur iuris & facti remediis opportunis exerceant, & castigent, cum facultate declarandi Abbatissas, Prioriſſas, & alias Præfectas culpabiles repertas, incurrisse in pœnas

etiam priuationis officiorum & inhabilitatis ad ea, atq; illas sic declaratas deponendi & puniēdi, ac alias idoneas illarū loco subrogandi & sufficiendi, quæ Regularis disciplinæ zelo accensæ, huic reformationi inuigilare possint & velint.

E. Monasteriis S. Mariæ Angelorum, S. Mariæ Consolationis, Sancti Anton. de Padua, & S. Mariæ Magdalenæ Neap. Ciuitatis, emittātur omnes, & quæcunq; puellæ atque sæculares mulieres, quæ educationis vel aliæ quauis causa in eis morantur non obstantibus quibuscunq;.

In monasterio S. Mariæ Angelorum, S. Mariæ Consolationis, & S. Antonii de Padua, nulla de cætero admittatur in Monialem, vel Cōuersam, nec Religionis habitum suscipiat sub pœna priuationis ipso facto officiorum, & vocis activæ & passivæ, tam per Abbatissam, quam per Discretas, quæ huic rei auctoritatem vel assensum præbent incurrenda. Ac insuper illius receptio & professio inde sequuta, irrita sit & inanis, ac nullius sit roboris vel momenti. Sed & quæ de facto imposterum iam recepta fuerit de Monasterio eiiciatur.

Idem quoque obseruetur in Monasterio S. Mariæ Magdalenæ, cum propter loci insalubritatem & alias iustas ac rationabiles causas Dominis Visitatoribus datum fuerit in mandatis, vt ipsi habita ratione reditūum, tam communium, quā particularium, seu in proprios vsus assignatorum tantum; ex reditibus Conuētui, seu mensæ monialium tribuatur, quātum videatur satis esse ad illarum congruam sustentationem, quod autem superest futuro Monasterio extruendo reseruetur. Datum Romæ in Sac. Congreg. super Regularibus habita, die 2. Iulij. an. 1589.

F. Mich. Bonell. Card. Alex.

Epis. Alban.

Georgius Palearius Secret.

Romæ apud Paulum Bladum Impress. Cameralem. 1592.

Exortis autem diuersis dubijs super præmissis ordinationibus, emanarunt declarationes sequentes.

M. D C. Die 6. Maij. Facta relatione Sanctissimo D. N. decreuit. Ad primum & secundum, vt curet Illustrissimus D. Cardinalis Archiepiscopus decreta reformationis Apostolicæ inuiolabiliter seruari, & executioni mandari, præsertim quæ de duplicibus cratis ferreis, in cap. 2. & quæ de vita communi in 45. & 46. disponuntur, hoc addito, vt Moniales teneantur præstationes omnes ipsis assignatas Superioribus fideliter notificare & consignare in certo libro notandas, & per cōmunes Officiales Monasterij exigendas adhoc, vt in vsu ipsarum Monialium pro singularum Religiosis necessitatibus, de mandato Abbatissæ, seu alterius Superioris per ministros publicos & cōmunes Monasterij, in totum vel pro parte, vt opus erit quotannis erogentur.

Ad tertium prouisum.

Ad quartum, vnicuiq; Monasterio vnicus tantum Confessarius Ordinarius assignetur, sed per annum ter, aut quater alius extra Ordinem ad præscriptum Sacri Concilij Tridentini offeratur.

Alex. Cardinalis Floren.

Locus Sigilli.

Bernardinus Epis. Auersanus Secret.

Sequun-

Sequuntur literæ ad Dominum Cardinalem Archiepiscopum Neap.

Illustrissimo & Reuerendissimo Signor mio osseruandissimo.

NOstro Signore istesso ha voluto vedere, & essaminare le scritture mandate da V. S. Illustriss. è date à nome delle Monache sopra l' osseruanza de' Decreti della riforma de' Monasterij di cotesta Citta; Et essendo assai chiari li Capitoli. 45. & 46. dell' Ordinationi generali; sua Santita vuole, che s' osseruino, come cantano, ne si aggiunga obligo douè non è. E circa la difficolta che consiste intorno l' vltimo Decreto fatto, alli. 6. di Maggio. 1600. Come s' habbia da praticare, sua Beatitudine hà ordinato si dichiari à V. S. Illustrissima, che sia lecito all' Abbadessa è Superior à ciascuno Monasterio di permittere alle Monache, che possa ciascuna di esse spendere qualche cosa delle souuentioni che li vengono date senza passare per le mani de ministri communi de Monasterij, è senz' obligo d' hauerne à render e altro conto come saria à ragione di vn scudo il mese per seruitij minuti; pur che s' osserui nel resto il Decreto come sta. E ben che quanto alla vita commune non intenda sua Santita che le Monache professe prima della riforma le quali non eleggono volontariemẽte siano astrette ad accettarla, come non le obliga meno il sudetto. Capitulo. 45. còsi commanda che non si riceuano nell' auenire in modo alcuno Monache all' habito, ne alla professione se non sotto la intiera riforma & osseruanza della vita commune; è cosi in ciascuno de sudetti casi. V. S. Illustriss. si compiacerà ordinare che sia esseguita la santa mẽte di sua Beatitudine, è le bacio humilmente la mano. Di Roma il dì. 8. di Marzo. 1602.

Di V. S. Illustrissima è Reuerendissima

Humiliss. Seruitore

Ill. Cardinale di Firenze.

SAnctißimus Dominus noster Clemens Papa VIII. Ad tollenda dubia & difficultates ortas super executione & obseruatione Capitulorum 45. & 46. Constitutionum super regimine Monialium Ciuitatis Neapolitana declarauit, ac decreuit Capitulum 45. obseruandum fore totũ vt iacet in Monasterijs, in quibus iam fuit introducta, & acceptata à maiori parte Monialium vita cõmunis, in alijs verò, in quibus retinentur hactenus prouisiones & subuentiones, in illa parte tantum, in qua mandatur, vt si quæ Moniales huiusmodi sanctã & Regularem viuendi rationem elegerint, & eorum bona à se abdicauerint, & Monasterio cesserint, Superior Monasterij renunciationem huiusmodi recipere, & ex Monasterij bonis in hu quæ ad victum & vestitum, ac reliquam vitæ sustentationem pertinent, illis prouidere teneatur. Moniales verò, quæ post eas dem Cõstitutiones receptæ fuerint, vel in posterum admittentur in eisdem Monasterijs, in quibus subuentiones retinentur, nullatenus inuitæ cogantur ad vitam communem, sed teneantur obseruare Capitulum 46. cum declarationibus inde secutis, sub die 6. Maij. 1600. & 5. Martij præsentis anni 1602. Illæ autem Moniales quæ in eisdem Monasterijs reperiebantur professæ ante Constitutiones, quibus

idem Capitulum 46. obseruare non placuerit, priuatæ sint omnino voce passiua, donec resipiscentes, tam sanctum institutum acceptauerint. Easdem porro Constitutiones omnes innouans sua sanctitas mandauit, in cæteris omnibus obseruari, & executioni demandari. Romæ, 26. Iunij. 1602.

Alex. Card Floren.

Locus Sigilli.

Hieronymus Agucchius Secret.

ARTICVLVS VIII.

De Visitatione quorumuis exemptorum, & de modo in Visitatione seruando.

1 *Exemptos quosuis quomodo possit visitare Episcopus.*
2 *Exemptio est odiosa & strictè interpretanda.*
3 *Inquisitio qualis in Visitatione facienda.*
4 *Testes in Visitatione quales admittendi.*
5 *Delicta ex Visitatione comperta qualiter punienda.*
6 *Visitatio non potest impediri recusatione iudicis vt suspecti.*
7 *Appellatio quomodo possit interponi in causis correctionis morum.*
8 *Appellari potest si Iudex modum excedat in correctione.*
9 *Purgatio Canonica quando iniungenda.*
10 *Fœnæ omnes Iudici sunt arbitrariæ.*
11 *Appellari potest cum agitur de correctione morum processu iudiciali seruato.*
12 *Archidiaconus quomodo visitare possit.*
13 *Archiepiscopus non potest visitare Diœcesim Suffrag. nisi causa cognita in Conc. Prouinciali.*
14 *Visitator quid possit recipere à Visitatis.*
15 *Procuratio non debetur dum visitatur Clerus ciuitatis vbi sita est Cathedra.*
16 *Hospitalia ad procurationem non tenentur.*
17 *Procuratio hoc tempore præscribi potest.*

1. VLtra præmissa visitare potest Episcopus quoscunque Clericos Sæculares exemptos, Protonotarios Apostolicos, Capellanos Regios, Acolithatus, Comitis Palatini, seu alicuius militiæ vel hospitalis titulis insignitos, dummodo actu militiæ seu hospitali cui adscripti sunt non inseruiant. *cap. 1. de priuil. in 6.* Item & residentes in Curia Romana & familiares Cardinalium: isti enim ratione beneficiorum Diœcesano in cuius Diœce. beneficia obtinent subijciuntur. *cit. Conc. sess. 24. cap. 11. de ref.* & si resideant, etiam in persona in causis delictorum & correctionis morum ab eodem Diœcesano, siue in Visitatione, siue extra Visitationem puniri possunt. *id. Conc. sess. 14. cap. 4. de ref.* Tanto magis si exemptus quis sit ratione certi loci,

loci, & maneat in alio loco non exempto, tunc enim exemptione defendi non poterit, cum exemptio certi loci non extendatur vltra locum. *cap. cum Capella. de priuil. Abb. ib. num. 2.* exemptio enim cum sit iuris ordinarij priuatiua, est odiosa, & ideo de vno loco ad alium non dilatanda, sed restringenda. *Abb. loc. cit. num. 5. Felin. in cap. cum omnes. de constit. Card. in Clem. 2. §. ab olim. quæst. 2. de sepult. Belam. cons. 20. col. 4.* Tanto magis exempti subiecti sunt Visitationi Ordinariorum, si in eorum priuilegio nulla fiat mentio Visitationis, simplex enim exemptio non eximit à Visitatione. *Innoc. Ioan. Andr. Abb. in c. cit. cum Capella. Soc. de Visit. lib. 6. q. 14. Rot. decis. 736. & 744. p. 1. diuers.* & quomodo discerni possit, vt exemptus quis sit à iurisdictione Ordinarij, sequenda doctrina. *tex. cap. ex parte. in fin. de priuil. cap. si Papa. eod. tit. in 6. Mascard. de prob. concl. 713.* quidue tenendum sit lite pendente videndus *Cassad. decis. 5. de priuil.* sumenda nimirum summaria informatio de exemptione, & si apparuerit bene fundatam, supersedendum, sin minus insistendum iurisdictioni ordinariæ. *Angel. in sum. verb. exemptus. §. 4.*

Iurisdictionem Ordinarij contra huiusmodi exemptos Prothonotarios habitum non deferentes, aliosque Curiales vel familiares Cardinalium actu familiaritatem non exercentes, concesserat etiam Leo X. Constitutione sua. *incip. Regimini. anno 1515. 4. Nonas May,* in Conc. Lateran.

Ecclesias item quæ nullius sunt Diœcesis, vicinior Episcopus, vel quem semel elegerint, visitare potest. *Conc. loc. cit. cap. 9.*

Modus aũt in inquirendis defectibus & delictis tenendus est, vt de statu generali Ecclesiæ inquiratur, & non in specie de delictis rectoris: *Specul. lo. cit. de inqu.* & vt procedatur de plano nulla seruata forma iudicij. *cap. olim. de accusat.* secreto etiam examinandum est, & nullum iuramentum ab examinatis exigendum. *cap. Romana. cit.* super quo extat etiam rescriptũ Sac. Cong. Conc. *tenoris sequent.*

Congr. Conc. censuit. in Visitatione quando fit inquisitio quæ præparatoria vocatur, non licere Episcopo ad detegenda Visitatorum peccata per edicta publica monere homines sub excommunicationis pœna ad reuelandum neque in ea exigere iuramentum à visitatis.

Ex quo tamen reuelaretur sine iuramento aliquid corrigendum, posset Visitator pro maiori verificatione super illo particulari exigere iuramentum. *gl. in cit. cap. Romana. §. sanè.* vel in genere posset exigi iuramentum, vt dicant si quæ sciunt in Ecclesia reformanda, tam in capite, quam in membris. *cap. qualiter. de accus.*

In huiusmodi item generali inquisitione admittendi sunt quicunque deponere volentes, etiam criminosi & qui alias à testimonio essent repellendi. aduertere tamen debet Visitator an ex odio deponant, vel ex auditu seu fama tantum, vt ex similibus deponentium circumstantijs iudicium suum moderari sciat. *Host. loc. cit.*

Visitationis absoluto processu ordinare solet Visitator aliqua, quæ corrigenda duxerit & iniungere Ecclesiæ rectori, vt ea intra assignatum terminum exequatur. Delicta etiam si quæ detecta sunt punire debet.

Et quidem si accusatus fatetur delictum,

ctum, mitiori pœna puniendus est; nimirum non pœna ordinaria sed arbitraria, hæc enim propria est pœna iudicij
5. inquisitionis seu correctio. *cap. presbyterum. 50. distin. cap. non dicatis. 12. q. 1. cap. qualiter. cit. & cap. inquisitionis, de accus. Abb. cons. 25. p. 1.* Tanto magis quod Visitatio potius fit per modum fori pœnitentialis quam contentiosi, nec in ea præcise puniendi finis intendendus est sed corrigendi & salutaris pœnitentiæ iniungendæ. *ita Imol. in cap. Romana. de cens. in 6. cit.*

Huiusmodi quoque correctio appellatione vel recusatione iudicis vt suspecti non potest impediri.
6. *Abb. in cap. licet. num. 1. de off. ord. cit. Conc. sess. 24. cit. cap. 10. de ref.* hocque idem fuisse declaratum à Sac. Congr. Conc. testatur Genu. *in sua prax. cit. c. 21.* quoad effectū videlicet suspensiuum quoad effectum enim diuolutiuum appellatio non est prohibita, ex voto eiusdem Sac. Congr. *vt sequitur.*

7. *An decretum cap. 10. sess. 14. sustulerit appellationem deuolutiuam.*

Congregatio censuit non sustulisse deuolutiuam sed suspensiuam tantum.

Et si in correctione excedatur modus,
8. ab huiusmodi excessu posset etiam appellari. *Dec. in cap. cum venissent. num. 49. de iudic.*

Pro crimine etiam à quo quis alias fuit legitimè absolutus, iterum puniri nō debet. *c. de his. loco cit. de accus. Abb. ib. arg. tex. l. si cui. §. idem. ff. de accusat.*

Quod si accusatus in negatione persistat, & fuit dispositum contra ipsum de fama & credulitate tantum, nec adsit modus quo probari possit facti veritas, adsit tamen infamatio seu scandalum &
9. non leuis præsumptio, iniungenda est Canonica purgatio. *c presbyter. 2. q. 4. c. inquisitionis. cit. Felin. in cit. c qualiter. num. 9. de accusat.* quod si in purgatione defecerit, pro confesso haberi debet. *c. cum P. & c. inter. de purg. Canc.*

Si autem negat accusatus & fuit depositum de certitudine facti, & grauis sit orta infamia vel scandalum, seu agatur de præiudicio tertij, reseruandus est ad iudicium ordinarium, & contra eum per modū accusationis ab aduocato fisci Episcopalis procedi debet; & tum demū deueniri potest ad inquisitionem specialem, in qua & iurare testes, & non nisi legitimi admitti debent; nam tunc potest si velit accusatus excipere contra testes, potest petere probationum copias, & omnibus defensionum remedijs vti. *Host. loc. cit.* Pœna etiam ordinaria & à iure statuta hoc casu puniri debet delinquens, non autem arbitraria, *cap. qualiter. cit.* Licet hoc tempore omnes pœnæ sint iudici arbitrariæ, & omnes pœnas legum pro circumstantijs delictorū 10.
& locorum iudex moderari potest. *Host. in sum. cit. de pœniten. num. 6. Boër. decis. 289. n. 7.*

Detineri etiam hoc casu potest, sub custodia reus, interim dum formatur processus, si sit suspectus de fuga. *cit. Conc. sess. 25. cap. 6. de reform. adhoc. Abb. in cap. vt famæ. num. 7. de sent. excom.*

Hoc eodem casu cum proceditur cōpilato processu, recusari potest iudex vt
suspectus, & ab eo licitè appellatur ap- 11.
pellatione non solū deuolutiua, sed etiā suspensiua, neque tunc procedit dispositio. *cit. c. 10. sess. 24.* appellatione enim correctionis morum, non intelligitur correctio quæ fit seruato iudiciali processu. *Genuen. loc. cit.*

Non

Non solum autem per se ipsum visitare potest Episcopus, sed & per delegatū, quod ipsi iura concedunt in casu iusti impedimenti. *cap. Episcoporum. 10. q. 1. cap. si Episcopus de off. ord. in 6.*

Visitat & Archidiaconus cum scitu Episcopi. per se ipsum tamen tantum
12. assumpto secum notario publico de consensu Episcopi visitare debet, visitationisque rationem, acta & processum infra mensem Episcopo reddere tenetur. *Conc. loc. cit. sess. 24. cap. 3. de ref.* Eidem præscribere potest Episcopus terminum & comitatum in Visitatione tenendum, ex voto Sac. Cong. Conc. *quod sequitur.*

An Episcopus possit præstituere terminum Archidiacono ad Visitationem expediendam, & præscribere comitatum & equitaturam, ne oneri sit Ecclesiis quas visitauerit.

Congregatio censuit posse.

Visitat ad extremum Archiepiscopus
13. Diœcesim sui suffraganei, sed nonnisi causa prius cognita & probata in Concilio Prouinciali. *Conc. loc cit.*

Reliquum est vt videamus quidnā Episcopus ratione visitationis à visitatis recipere possit.

Munera itaque qualiacunque & quomodocunque offerantur etiam à sponte dantibus accipere non potest. *Conc. loc. cit.* ne quidem comestibilia vt illa secū asportet. *Immol. Anchar. in Clem. 2. de*
14. *censib.* recipiens autem aliquid, tenetur ad restitutionem dupli. *Conc. Trid. loc. cit.* & si non restituerit infra mensem, si est Episcopus remanet interdictus ab ingressu Ecclesiæ, & si est inferior Episcopo remanet suspensus donec restituat. *cap. exigit. de censib. in 6.* quem textum propter maiorem commoditatem legentium hic inserere volui, *vt sequitur.*

Exigit, &c. Statuentes vt vniuersi & singuli qui ob procurationem sibi ratione Visitationis debitam exigere pecuniam vel etiam à volente recipere, vel alias Constitutionem ipsam, recipiendo munera siue Visitationis officio non impenso procurationem in Victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione, violare præsumpserint, duplum eius quod receperint, Ecclesiæ, à qua id receptum fuerit infra mensem reddere teneantur. Alioquin extunc Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, duplum ipsum vltra prædictum tempus restituere differentes, ingressum sibi Eccl. sentiant interdictū. Inferiores verò ab officio & beneficio nouerint se suspensos, quousq; de duplo huiusmodi grauatis Ecclesiis plenariam satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione liberalitate seu gratia valitura, &c.

Neque Cancellarius auditor vel notarius Episcopi recipere quicquam potest à visitatis pro scriptura processus Visitationis, pro copia tamen actorum seu decretorum Visitationis ab eis qui ea petunt, licitè posset petere mercedem competentem. *Nau. cons. 1. de censib. Ioan. Monach. Gemin. Franch. in cap. 2. de censibus. in 6. supra cit.*

Neque tenentur visitati præstare vecturas equorum, neque ferraturas pro equis Visitatoris. *Doct. cit. & Clem. 2. de cens.*

Procurationem tamen siue alimenta illius diei quo visitatio peragitur pro ipso Visitatore & suo comitatu, Visitati prouidere obligantur. *Conc. loc. cit. & cap. 1. de censib. in 6. cit.*

Non epulæ autē sumptuosæ, sed victus frugalis pro temporis necessitate quo

Visita-

Visitatio expeditur, & non amplius dari debet. *Conc. loc. cit.*

Et nonnisi pro moderato comitatu, qui viginti vel trignita euectiones excedere non debet. *cap. cum Apostolus. de censibus.* Et quidem hic numerus comitatus in locis abundantibus reditibus sustineri posset, aliæ autē Ecclesiæ pauperes, quæ tanto numero sustentando sufficere non possent, vltra suas vires grauari non debent. *cap. illud te. 10. quæst. 3.* Sed si vna non sufficiat ad sustentationem, duæ, tres vel etiam plures vnā procurationem componant. *cap. procurationes, de censibus.*

Liberum est etiam Visiatis, si velint pecunia redimere procurationem, & Visitator tenetur recipere in ea specie, quæ fuerit oblata. *cap. fœlicis. de censibus. in 6, Conc. lo. cit.* Vel si aliqua compositio super modo procurandi facta sit, illa seruanda est. *Abb. in Clem. ad nostrum. de censib.*

Dum autem visitat Clerum ciuitatis vbi sita est Cathedra procuratio illi nulla debetur ex vsu plerumque recepto 15. post Conc. Trid. quem etiam Neap. seruari testatur in sua praxi. Genuen. *cit. c. 19.* Et sæpius respondit S. Cong. Conc. aloquin contrarium de iure veteri videri potest apud *Innoc. Abb. in cap venerabili. de censib. Host. ib. & in Sum. eo. tit. num. 19.*

Neque debetur procuratio, dum visitantur loca specialiter exempta à præstanda procuratione. *Host. in sum. lo. cit. de censib. num. 14.* 16

Neque debetur dum visitantur hospitalia, & domus pauperum vel infirmorum. Cardin. *in Clem. quia contingit. de relig. dom. Lapus de hospital. nu. 98. Sylu. in sua Sum. verb. hospitale. num. 16.*

Insuper etiamsi de iure communi procuratio præscribi nō possit. *c. cū ex officy. de præscript.* hodie tamen *ex noua dispositione Conc. Trid. cit.* præscribitur, nec peti potest, vbi illam non dandi viget consuetudo, propter illa verb. Conc. ibid. 17.

In illis verò locis seu Prouincijs, vbi cōsuetudo est, vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquā aliud àVisitatorib. accipiatur sed omnia gratis fiant, ibi id obseruetur.

CAPVT IV.

De Iudicijs.

EXpeditis breui Iudicijs extraordinarijs, Ordinarium videamus. Et istud dicitur actus legitimus trium Personarum, Iudicis & Actoris, Rei, qui redditur in inuitum. *Host. in sum. de iudic. num. 2. Abb. ib. in rub. num. 1.*

ARTICVLVS I.

De Persona Iudicis.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam super omnes de Diœcesi.*
2 *Ordinarius potest punire Episcopum delinquentem in sua Diœcesi.*

3 Episco-

3 Episcopus quolibet loco Diœcesis suæ iudicare potest.
4 Archiepiscopus non habet iurisdictionem in subditos sui suffraganei, nisi in quantum fuerit ad ipsum per appellationem devolutam.
5 Stylus Curiæ seruat vt causæ omnes in prima instantia coram Ordinarijs iudicentur.
6 Beneficiorum reseruatorum causæ non remittuntur ad Ordinarium pro prima instantia.
7 Episcopus excommunicatus iudicare non potest.
8 Episcopus in aliena Diœcesi iudicare non potest.
9 Episcopus est competens Iudex in causis Ecclesiæ suæ, sed potest recusari vt suspectus.
10 Iudex ex quibus causis potest recusari vt suspectus.
11 Episcopus an teneatur habere Vicarium.
12 Episcopus potest Vicario suo concedere amplam siue coarctatam potestatem.
13 Vicarius vocari potest ad placitum Episcopi.
14 Vicarij potestas quando expirat.
15 Episcopus an teneatur de facto Vicarij sui.
16 Vicarius generalis & foraneus quomodo differunt.
17 Laicus non potest esse Vicarius Episcopi.
18 Laico quæ possint committi in iudicialibus Ecclesiasticis.
19 Vicariatus & iurisdictio Ecclesiæ locari non potest.
20 Vicario non possunt committi ea quæ sunt Ordinis Episcopalis nisi sit Episcopus.
21 Archiepiscopus continetur in dispositione loquente de Episcopo.
22 Ordinarij nomine qui veniunt.
23 Episcopo causa delegata an transeat in successorem.
24 Causam delegatam Vicario Episcopus iudicare non potest nec è contra.
25 Delegatus quando possit subdelegare.
26 Canonicus venit appellatione dignitatis.
27 Delegati iurisdictio quando expiret.
28 Iudex an iudicare debeat secundum allegata.
29 Iudex quomodo procedere debeat in dubijs.
30 Iudex potest inducere partes ad concordiam.
31 Iudex occurrere debet ne veritas opprimatur.
32 Iudex an sententiam suam reuocare possit.
33 Citari nemo potest nisi de authoritate Iudicis.
34 Iudex an sportulas accipere possit.
35 Iudex potest moderari salaria Notariorum.
36 Notarius dicitur Iudex Chartularius.
37 Notarius à quo creari potest.
38 Notarium creare potest quilibet Ordinarius.
39 Notarius Iudicis Ecclesiastici debet esse creatus à superiore Ecclesiastico.
40 Laicus potest esse Notarius in causis Ecclesiasticis.
41 Notarius non nisi super quibus fuerit rogatus conficere debet instrumentum.
42 Notarius qualem scientiam habere debeat.
43 Notarius debet seruare protocollum eorum quæ scribit.

44 *Notarij instrumento, in quo nominantur testes, an credatur.*
45 *Notarius non debet edere acta sine Iudicis mandato.*
46 *Notarius & Iudex, si non extradant acta appellationibus quas pœnas incurrat.*

IVdex fori Ecclesiastici, proprius est Episcopus in sua Diœcesi. *cap. de persona. 2. quæst. 1. c. conquerente. de off. ord.* & ipse habet intentionem fundatam de iure super omnes de Diœcesi, dummodo non sint specialiter exempti ab ipsius iurisdictione. *cap. cum venerabilis. de cens. cap. cum personæ. de priuil. in 6. Veral. decis. 306. p. 1. Rot. decis. 328. p. 2. diuers.* vnde etiam Episcopum morantem in sua Diœcesi ratione delicti ibi commissi, iudicare & punire potest. *cap. sane. de for. comp. gl. in cap. 1. de raptor. Abb. in cit. cap. sane. numero 5. & in cap. cum inferior. de maior. & obed. & in Clem. vn. num. 18. de for. comp.* ad quod facit Conc. Trident. *sess. 6. cap. 2. de ref.* Et quolibet loco Diœcesis suæ pro tribunali sedere potest. *cap. cum venerabilis. §. quia vero. de excep. cap. cum venerabilis. de Relig. dom. cap. cum Episcopus. de off. ord. in 6.* quandóque autem etiam in loco exempto suæ Diœcesis Tribunal suum erigere potest, vt si non habeat alium tutum locũ exercẽdæ suæ iurisdictionis in sua Diœcesi. *gl. communiter recepta. in cit. Clem. vn. v. aut earum. de fo. compet. Abb. ib. nu. 4.*

Nec quicquam alius iudicare potest subditos Episcopi ipso inuito. *c. nullus. de Paroch.* ne quidem Archiepiscopus, nisi causa ad eum per viam appellationis deuoluta. *cap. duo simul. de offi. ord. cap. Romana. 1. de fo. comp. in 6.* Ne quidem de cõsensu partium, Clerici enim nõ possunt consentire in iurisdictionem, nõ sui Prælati sine assensu proprij. *c. significasti. de fo. comp. Gem. in cit. c. 1. eo. tit. in 6.* Sicut & è contra Episcopus non potest subijcere Clericum inuitum alteri tanquam Ordinario, licet causam ipsius delegare possit *Host. in sum. de fo. comp. §. item. Episcopus. sub num. 14.*

Causa etiam ad Archiepiscopum per appellationem deuoluta, non amplius poterit iudicari apud Archiepiscopum, nisi in quantum fuerit appellatũ; in reliquo autem remitti debet ad priorem Iudicem, nisi ipse detulerit appellationi. *c. cum appellationibus. de appell. in 6.* vel nisi partes se sponte submittant liti in reliquo causę de qua est quæstio. *c. Romana. §. in alium. lo. cit. in 6. Fran. Gem. ibid.* Et Archiepis. non poterit extendere suam iurisdictionem extra personas appellãtes; neq; potest citare aliquos ex subditis Episcopi ad ferendum in causa corã ipso vertente testimonium: neq; potest delegare causam subdito Episcopi inuito. *c. 1 de off. ord. c. 1. de fo. comp. in 6.* Imò si ipsemet Archiepiscopus habeat aliquã actionem contra subditum sui Suffraganei, corã Suffraganeo litigare cum illo tenetur. *Abb. in c. dilecti. 5. n. 13. de appell.*

Non solum autẽ Archiepiscopus subditos Suffraganei sui non iudicat; sed etiam stylus Rom. Curiæ seruat, vt omnes causas in prima instantia coram Ordinario prius semper remittat decidẽdas, præsertim post Conc. Trid. *vt idem Conc. sess. 24. c. 20. de ref.* licet alioquin Sedes Apostolica de omnibus causis Ecclesiasticis immediatè iudicare possit. *c. cuncta. c. nunc verò. 9. q. 3.* Vt & ad præsens aliquas iudicare solet, nempe causas quę iuxta Canonicas sanctiones apud Sedem eandem sunt iudicandæ, vel quas Sum. Pont. arbitrio suo ad se expresse aduocauerit supplicatione manu propria signata; similiter & causas possessionis beneficiorum reseruatorum Sedi eidem Apost. hæc enim possunt immediatè ab Auditore Cameræ Apostolicæ, seu alio delegato Apostolico cognosci, ex praxi quo-

quotidiana signaturæ, quod etiam declarauit Greg. XIII. Constitutione sua emanata orto dubio ex lo. cit. Conc. Trid. super executione literarū in forma Breuis ad capiendā possessionē, vt sequitur.

Ad Romani Pontificis prouidentiam circumspectam pertinere dignoscitur, dubia super Sacrorum Conciliorum decretis pro tempore insurgētia, sic suæ Declarationis oraculo dilucidare & interpretari, vt exinde litium dispendia inter fideles quoslibet valeant submoueri. Accepimus sane nuper, quod licet multoties Rom. Pont. vt prouisiones & gratiæ per eum de beneficijs pro tempore vacātibus, ac suæ & Sedis Apostolicæ dispositioni & ordinationi reseruatis, in fauorem diuersarum personarum sibi gratiarum & acceptarum factæ, executioni debitæ demandentur, & ne, (dum literæ Apostolicæ sub plumbo desuper expediuntur) beneficia ipsa ab aliquibus indebite occupentur, aut aliqua in spiritualibus & temporalibus detrimenta sustineant, nonnunquam corporalem possessionem ipsorum beneficiorum & illis annexorum, iuriumq; & pertinentiarum quomodocunq; Sedis & Cameræ Apostolicarum nominibus apprehendi, ac omnes & quoscunque fructus, reditus, & prouentus beneficiorum & annexorum eorundem percipi, exigi, eosque integros personis prædictis, postquam ipsæ literas sub plumbo expeditas haberēt, vna cum dicta possessione consignari; quandoq; verò dum literæ sub plūbo huiusmodi expeditæ existūt, vt ius suū vnicuiq; illorum conseruetur, & temerariorum audacia debita castigatione compescatur, ac ipsæ literæ Apostolicæ facilius debitæ executioni, vt par est, demādentur, prouisos de beneficiis in corporalē, realem, & actualem possessionē beneficiorum & annexorum, iuriumq; & pertinentiarum prædictarū induci, & inductos in ea manuteneri, amotis quibuslibet intrusis detentoribus ab eisdem, aliaq; fieri & exequi per diuersas suas in forma Breuis, & sub annulo Piscatoris confectas literas mādet, & præcipiat, certis inibi forma & modo tunc præscriptis dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, seu aliis executoribus desuper deputatis, quibus omnino parendum esset. Nihilominus nonnulli beneficiis prædictis inhiantes, ac gratias prædictas eludere, eorumq; intrusiones & detentiones improbè tueri satagentes, excutionē literarū in forma Breuis huiusmodi, & facultatē per eas ipsis executoribus attributam, diuersis dubiis & cauillationibus remorētur, & processus per eos dē executores desuper habitos & formatos, ac inde secuta quæcunq; nulla & inualida, nullius q; roboris vel momēti esse, nec; attendi debere contendunt, sub prætextu quod in Decreto Conc. Trid. sess. 24. c. 20. dispositum fuerit, quod causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint in prima instantia corā Ordinarijs locorū duntaxat cognoscātur, exceptis his quæ iuxta Canonicas Sanctiones apud Sedem prædictam sunt tractandæ, vel quas ex vrgenti rationabili q; causa iudicauerit Summus Pontif. Romæ per speciale rescriptum signaturæ suæ eius manu propriæ subscribendum committere, aut auocare. Verum cum Decretum huiusmodi Concilij concessionem prædictarum

literarum in forma breuis, & illarum executionem nihil afficiat, neque per illas causa seu instantia introducatur, sed mere executiuè procedi mandetur; literæ quoq; in forma breuis annulo Piscatoris munitæ, non minoris sint efficaciæ, & auctoritatis, quã rescriptæ signaturæ Ro. Põt. eius manu propria subscriptæ. Nos in his nostræ debitæ declarationis cautelam adhibentes, ac prouisorum prædictorum ius, aduersus dubia & cauillationes huiusmodi æquitate & iustitia suadentibus præseruare volentes, necnon prædictarum & quarumcunq; literarum in forma breuis super capienda possessione nomine Cameræ huiusmodi, aut in fauorem literarum sub plumbo expeditarum, tam à Prædecessoribus nostris, quam nobis & dicta sede hactenus concessarum tenores, ac litis, & causæ, si quæ desuper existant, statum & merita, nominaq; & cognomina iudicum, executorum, & Collitigantium præsentibus pro sufficienter expressis habentes. Motu proprio, non ad ipsorum Prouisorum, aut aliorum nobis pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac de mera nostra deliberatione decernimus & declaramus, per concessionem literarum in forma Breuis, & sub annulo Piscatoris super capienda possessione quorumcunq; beneficiorum dispositioni Apostolicæ reseruatorum, seu affectorum, Sedis & Cameræ Apostolicarũ nominibus apprehẽdenda, & eiusdem possessionis in fauorẽ Prouisorum ab ipsa Sede de eisdem beneficijs, postquam literas subplumbo super prouisionibus huiusmodi habuerint expeditas relaxatione, nec non assistentia ipsis prouisis literas sub plumbo expeditas habentibus præstanda, & aliorũ inibi expressorum, executione faciẽda, quæ mandata executiua sunt, & summariam duntaxat causarum, propter quas illæ emanarunt, cognitionem requirunt, Decretis huiusmodi Concilij non contraueniri, nihilq; præiudicij illis inferri, vel eorum formam in aliquo vicelari, neque id dici, aut censeri, vel executionem literarum earundem, propterea in aliquo sustendi, siue remorari, aut facultatem literarum executoribus concessam impediri, sed executores ipsos, & ab eis deputatos subexecutores, facultate sibi per easdem literas, vt præfertur concessa, vti, frui, gaudere, & contra illis non parentes ad declarationem incursus pœnarum, & censurarum in eisdem literis in forma Breuis contentarum, ac inuocationẽ Brachij Secularis procedere, ac alia omnia & singula in eisdẽ literis contenti, (illarum tamen forma seruata) facere & exequi libere & licitè potuisse & posse; nec non processus desuper habitos & formatos, habendosq; & formãdos, ac inde sequuta & sequenda, quæcunq; firma, valida & efficacia fuisse, & esse & fore, suosq; integros & plenarios effectus sortiri debere in omnibus, & per omnia, præsẽtes quoq; literas de subreptionis vitio, aut intẽtionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel inualidari nullatenus posse; sicq; in præmissis omnibus & singulis per quoscunq; Iudices, &c. Non obstantibus, &c. Dat. Romæ, die 10. Iulij, an. 1574.

Licet autem Episcopus vt diximus, sit Iudex proprius suorum Diœcesanorum, aliquando tamen cessat ipsius iurisdictio, ita quod iudicare non potest.

Vt

Vt primo si fuerit excommunicatus, 7.
vel hæreticus declaratus. *cap. ad probandum. de re. iud. cap. excommunicatus. de hæret.* Item si efficiatur furiosus, mutus, surdus, *cap. 1. 3. quæst. 7.* Item dum fuerit in aliena Diœcesi, tum enim ea omnia quæ requirunt causæ cognitionem exercere non potest, nisi de licentia illius, 8.
in cuius Diœcesi moratur. *cap. non inuitati. 9. quæst. 2. Abb. in cap. nouit. de off. leg.* & tum ita demum, si consentiant partes iudicari volentes, alioquin inuitinon possent trahi ad alienam Diœcesim, nec tenerentur comparere citati. *cap. vt litigantes. de off. ord. in 6. gl. in Clem. vn. v. indulgemus. de so. comp. Abb. ib. & in cap. nouit. super cit. num. 4.* vbi testatur de comuni. Rot. *decis. 371. in no.* illa tamen quæ expediuntur sine causæ cognitione, exercere potest etiam, dum est in aliena Diœcesi, vt potest dum est extra propriam Diœcesim delegare causam iudicandam in sua Diœcesi, potest instituere ad beneficia, & alia omnia quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, *c. nouit. cit. iun. gl. v. terminos. Abb. cit. ib. Couar. lib. 3. ver. res. c. 20.*

Non posset item iudicare in casibus, in quibus ab alterutra partium legitime recusaretur: vt si vellet iudicare causam propriam. Et causa dicitur propria eius, ad quem ex ea emolumentum vel damnum pertinet. *Host. in sum. de sent. sub nu. 4.* Vel si esset causa suæ Ecclesiæ, seu bonorum mensæ ipsius, nam licet ipse sit 9.
Iudex competens in causis Ecclesiæ suæ, *cap. si quis erga. 2. quæst. 7. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst. 78. cap. 8.* recusari tamen potest vt suspectus. *Abb. in c. postremò. nu. 6. de appell. Franc. ib. Dec. ib. n. 9.* vbi testatur de cõmuni. *Feli. Sicu. in c. insinuãte. de off. deleg. Cas. de Gras. decis. 93. alias 4. de except.* itẽ recusari Iudex potest, si sit Pater, Patruus, filius, affinis seu amicus intimus vnius ex collitigantibus. *c. accusatores. 3. q. 5. c. adhæc. de rescrip.* vel si fuit Procurator seu Aduocatus in ea causa. *Abb. in cit. cap. postremo.* & de his videndus est *Auffrer. qui 93. casus recusationis Iudicis, vt suspecti, satis accurate collegit.* In casu tamen recusationis quocunque recusans causam recusationis allegare tenetur, & illam coram arbitris per illum, & per Ordinarium communiter alligendis probare. *cap. 2. c. cum speciali. de appell. Innoc. ib. Abb. ib.* & si post allegatam recusationem litem prosequeretur, videretur renunciare recusationi. *id. Abb. in cap. inter Monasterium. num. 3. de sent. & re. iud.* vbi videri potest, quomodo etiam post litem contestatam possit inferri, hæc exceptio ex causa superueniente, & de nouo cognita. *ad quod* DD. *in cap. vt circa. de elect. in 6. Mohed. decis. 155. alias 1. de off. deleg.* Recusatus etiam potest eandem causam alteri non suspecto delegare. *Dec. in cap. cum speciali. à nu. 27. de appell.* Quando autẽ possit cognoscere, & pronunciare se esse Iudicem cõpetentem, videri potest *Abb. in cap cum te consulente. num. 4. de off. deleg. & in cap. ad audientiam. num. 6. de appell. Dec. in cap. cæterum. num. 81. de iudic. & in cap. si duobus. à num. 36. de appell.*

Non solum autem per se ipsum iudicat Episcopus, sed & per delegatos, vt constituere sibi potest plures vel vnum Vicarium seu Officialem. *cap. quoniam. de off. ord. cap. Romana. eo. tit. in 6. Abb. in Clem. 2. de rescript.* Et tenetur illum constituere iuxta doctrinam vsu frequẽtiori receptam, de quo Abb. *in c. quoniã. nu. 3. de off. ord. Bald. in l. aliquando. ff. de off. procons. Boër. decis. 347. Couar. lib. 3. var. res. c. 20.* quia quantumuis ipse Episcopus sit sufficiens, vix tamen potest sufficere solus curæ & multitudini ne- 11.

gotiorum suæ Diœcesis. *arg. tex. c. inter cætera. de off. ord. ad hoc Conc. Trid. sess. 24. c. 16. de ref. Sbroz. de Vic. Epis. q. 46. lib. 1.* cui si contrarium volueris, habes apud Io. Andr. *in c. cum ab omni. de vit. & hon. Cler. Felin in cap. quidam. de off. ord. Mohed. decis. 356. seu 4. de off. Vic. Paris. de resig. lib. 1. q. 16. nu. 54.* Dicitur autem Vicarius habere iurisdictionem quodammodo delegatam, licet ordinaria communiter reputetur. *Host Franc. in cit. cap. Romana. & in alios cap. Romana. de appell. ibib. in 6.* & eius potestas non amplius extendetur, quam ipsi fuerit expresè concessum. *cap. 2. & fin. de off. Vic. in 6. Host. in sum. eod. tit. nu.* 12. *1. Diaz in pract. crim. c. 3.* Potest enim illi Episcopus concedere siue amplam siue prout voluerit coarctatã potestatẽ. DD. *in cit. Clem. 2. de rescrip. Rot. decis. 222. decis. 297. p. 2. diuers.* Quia nimirũ est in mera voluntate Episcopi constituere quẽ sibi in Vicariũ. *Anchar. cons. 218. col. fin. Put. decis. 45. lib. 2. Mohed. decis. 356. alias. 4. de off. Vic. Rot. decis. 297. cit.* committens autem voluntariè iurisdictionem suam alteri, potest eam limitare prout vult. *Abb. in cit. c. tua nobis. de* 13. *off. Vic. in fin.* & potest eam reuocare etiam sine causa ad libitum. *Abb. loc. cit. & in c. vt nostrum. nu. 2. de appell.* DD. & præsertim *Rip. inc. 1. de iud. conclus. 4. n. 43. Rebuff. in prax. tit. de for. Vic. nu. 190.* etiamsi promiserit non reuocare cum iuramento. *Ioan. Andr. in c. sua nobis. de off. Vic. Butr. ib. Boër. decis. 347. Paris. de resig. lib. 9. q. 31. n. 27.* potest aduocare ad se causã à Vicario, & interdicere ne se de illa intromittat. *Io. Andr. Innoc. in c. Romana. de appell. in 6. Abb. in c. si quis contra. lect. 1. nu. 25. & lect. 2. nu. 30. de fo. comp.* sicut & omnis delegans causam delegatam potest ad se aduocare. *cap. si delegatus de off. deleg. in 6. Abb. in cap. accedens. 2. nu. 9. vt lit. non contest.* Potest committere causam Vicario vt illam iudicet tanquam delegatus non Vicarius. *Abb. in cap. dilecti. à num. 16.* 14. *de appell.* Et morte Episcopi expirat iurisdictio Vicarij, cum concedatur præsupposito beneplacito cõcedentis, quod semper morte expirat. *arg. tex. c. si gratiosè. de rescript. in 6. Abb. lo. cit. nu. 4. Rebuff. loc. cit. num 216. Mohed. decis. 215. alias. 29. de renunc. Couar. lib. 2. var. res. cap. 5. à num. 8.* Et quidem non solum morte naturali, sed etiam ciuili expirat, vnde excommunicato Episcopo, Vicarius ipsius iurisdictionem exercere non potest, sed est suspensa ipsius iurisdictio. *c. 1. de off. Vic. in 6. gl. in Cle. fin. de procur. v. contestata. Abb. ib. nu. 8.*

Episcopo etiam vt suspecto recusato ex eadem causa Vicarius ipsius recusari potest. *c. insinuante. de offi. deleg.* idq; etiã in causa Vicario à Sede Apost. delegata. *Abb. in cit. cap. insinuante. Franc. in c. non putamus. nu. 10. de consuet. in 6. Rot. decis. 2. num. 21. p. 2. diuers.* non tamen è contra. *c. si contra. de offi. deleg. in 6. Dec. in c. de quouult deo. nu. 79. de iudic.* imò recusato Vicario deberet causa deuolui ad Episcopum. *vt Abb. in cap. si quis contra. lect. vtraq; de fo. comp.*

Ex facto etiam Vicarij fuit tenetur Epi- 15. scopus, præsertim si delinquit in rebus incumbentibus officio suo. *Abb. in cap. 1. de restitut. spol.* & facta à Vicario censentur facta per Episcopum. *c. Romana. de appell. in 6. Rot. decis. 431. in antiq. & decis. 278. in no. & decis. 166. p. 1. diuers.* & sibi imputare debet si malum elegerit Vicarium. *c. ad hæc inn. gl. de off. Archid. Bart. in l. vn. ff. fur. aduer. nau. Rebuff. loc. sup. cit. à nu. 188. Cap. Tolos. decis. 97.* præsertim si non corrigit postquam resciuit. *Bisign. decis. 8. de offi. Vic.* & si ipse deprehenditur in culpa, alioquin

quin si sit omnino extra suspicionē culpæ. non posset ipsi imputari. *vt latè per Bald. in rub. C. de pœn. iud. qui male iud. Gem. Archid. in c. si Episc. de off. ord. in 6. Felin. in c. Petrus. de homic. Selu. in tract. de benef. p. 2. quæst. 14. Bertach. de Episc. lib. 4. par. 6. tit. de Vic. Episc. Hen. Bott. de Syn p. 2. Pauin. de potest. c. p. 2. q. 10. à nu. 22. Cucc. in inst. de Vic. Episc.* imo hoc casu posset punire suum Vicarium. *ad quod Spec. de comp. iud. adit. §. sequitur. num. 3. Bald. ib.* & sequaces, potest reuocare si quid facit contra formā seu mandatum suum. *Castren. cons. 348. Dec. cons. 142. Rebuff. in prax. de Vic. Epis. num. 41. Cucc. in inst. tit. de Vic. Epis. num. 22.*

16. Constitui autem solet Vicarius Generalis vel particularis seu foraneus, & licet vterque in eo conueniat quod non plus possit, nisi in quantū ipsi fuerit expressè concessum, differūt tamen in eo, quod Generali causarū vniuersitas committitur. Vnde & censetur vnū tribunal seu consistorium cum Episc. & ab eo nō ad Episcopum sed ad Archiepiscopum seu Superiorem appellatur. *cap. 2. iun. gl. v. officiali. de consuet. in 6.* & est doctrina communis. Foraneo autem non nisi certus locus Diœcesis & certæ causæ demandantur, & ab ipso ad Episcopū seu ad Vicariū generalē appellatur, sicut & à quolibet alio delegato: nec censetur vnū tribunal cum Episcopo. *gl. communiter recepta. in Clem. 2. v. foraneo. de rescript. Card. ib. DD. communiter. in c. Romana. de off. ord. in 6. Calder. cons. 2. de appell. Feder. cons. 302. Mohed. decis. 153. alias. 5. de appell.*

17. Laicus autē Vicarius Episcopi esse nō potest *c. decernimus. de iudic. ibiq; Felin. num. 6. Rip. num. 34. & alij communiter.* Imò neq; vna causa spiritualis laico committi, neq; in i. sum compromitti potest. *cap. contingit. iun. gl. de arbitr.* causa tamen pecuniaria inter Clericos committi & cōpromitti posset laico. *c. exposita. iun. gl. v. compromisit. loc. cit.* similiter & pro assessore in Iudicijs Spiritualibus laicus licitè adhibetur. *Abb.* 18.
in cit. cap. contingit. nu. fin. nisi quod de honestate potius sit adhibēdus Clericus, si habeatur idoneus. *Fel.. lo. sup. cit. Dec. ib. à nu. 37.* vbi etiam haberet Episcopus iurisdictionem temporalē, licitè ad eam exercendā posset cōstituere Vicariū laicum. *c. fin. ne Cler. vel mon. in 6. DD. ab. Dec. in cit. c. decernimus. de iudic. nu. 125.*

Locare autem Vicariatū seu exercitū iurisdictionis suæ Episcopus non potest. *c. præterea & seq. ne præl. Vic. suas. Abb.* 19.
in c. dudū. 2. n. 37. de elect. imò Simoniā committit vendēs vel emens iurisdictionem spiritualem. *Innoc. Host. in cap. præterea. cit.* non tamen incidit in excommunicationē. *Nau. cons. 68. de Sim. in antiq.* iurisdictionem etiā in temporalibus si locet Episcopus non incurrit quidē Simoniā, sed abstinere debet à locatione, cū huiusmodi lucrū sit turpe, & grauiter peccet locans etiā hanc iurisdictionē. *Abb. in cit c. præterea. n. 1.* iustitiā enim non debet venalē exponere Episc. *c. vendentes. 27. 1. q. 3.* & lata ab ipso sententia pro pretio ipso facto esset nulla. *c. ei qui. §. venales, 2. q. 6.* similiter locare seu pretio concedere facultatem nominandi Vicarium prohibet Conc. Trid. *sess. 25. c. 11. de ref. ad hoc. Abb. in cap. 1. ne præl. Vic. suas.*

Et de Vicario Episcopi ipsiusq; facultatibus consuli potest Sbroz qui satis accuratè hæc omnia colligit, nobis plura de istis congerere videtur superfluū, cum satis sit dicere, omnia Vicariū posse quæ potest Episcopus si ipsi specialiter committantur, præter ea tamen quæ sunt Ordinis Episcopalis, illa enim ipsi 20.
committi nō possunt nisi sit Episc. *c. quorundam.*

rundam. 23. dist. c. quanto. de consuet. Host. in sum. de off. deleg. nu. 6. Rebuff. loc. sup. cit. num. 168. & si fuerit Episcopus adhuc non potest exercere ea quæ sunt ordinis Episcopalis vigore generalis mandati, nisi ipsi expresse concedatur. *Calder. cons. 3. de off. Vic. & alij allegati per Sbroz. in cit. de Vic. Episc. quæst. 6. lib. 2.*

Iudicat item Episcopus non solum iurisdictione ordinaria, sed etiam delegata quam ipsi iura aliquando concedunt, & nouissimè Conc. Trid. circa correctionem morum & visitationem exemptorum in multis locis illam concessit, vt suis locis annotatur. Generaliter autem de huiusmodi allegationibus iuris aduertendum est, quod vbi Canon vtitur in delegando verbo Episcopi vel Diœcesani delegatio pertinet ad solum Episcopum, Diœcesani enim & Episcopi nominibus non veniunt alij, licet habeant ordinariam iurisdictionem. vt notat *gl. in Clem. 1. v. Diœcesanis. de vit. & hon. Cler. Abb. in cap. cum olim. num. 1. de præscript.* præterquam Archiepiscopus, iste enim comprehenditur in dispositione loquente de Episcopis. *gl. pen. in cap. quia periculosum. de sent. excomm. in 6. Gemin. Franch. ibid.* Si autem Canon vtitur nomine Ordinarij, iam non solum Episcopo competit delegatio, sed cuiuscunque habenti iurisdictionem ordinariam; sub verbo enim Ordinarij veniunt omnes habentes iurisdictionem ordinariam. *Abb. in cap. post cessionem. num. 1. de probat. Gemin. in cap. 2. de Constit. in 6.* Vnde & Vicarius generalis venit sub nomine Ordinarij, censetur enim quasi Ordinarius cum habeat delegationem ad Vniuersitatem causarum. *Abb. in cap. si quis contra. num. 30. de fo. comp. Gemin. in cap. Romana. nu. 5. de appell. in 6. Anchar. ib. Paris. de resig. lib. 3. quæst. 11. num. 20.* vbi ex hac ratione deducit Vicarium posse exequi ea omnia quæ Conc. Trid. committit exequenda Ordinario.

Iudicat item Episcopus iurisdictione delegata si superior aliquam ipsi causam specialiter delegat. *vt toto tit. de off. deleg. Host. in sum. eod. tit.* Et hæc delegatio transit etiam in successorem, si dignitati fuerit delegatum, licet non transeat si personæ delegatur. *cap. quoniam. Abb. tit. cit. de off. deleg. Abb. Felin. Dec. & communiter DD. ib. Rot. decis. 200. p. 1. diuers.* Delegatio tamen facta Vicario Episcopi secundum communiorem opinionem non transit in successorem in Vicariatu, quia Vicarius non dicitur propriè habere successorem, præsertim apud eos qui tenent Episcopum non teneri habere Vicarium, de quibus diximus supra. ad hoc Dec. *in cap. quoniam. Abb. cit. num. 61. vbi testatur de communi per rationes ibi adductas. & Caccialup. in l. voce maiorem. num. 35. de iurisd. omn. iud.* nisi tamen appareret delegationem fuisse intuitu Tribunalis Episcopi. *Rot. decis. 200. par. 1. diuers. Gambar. de potest. Leg. lib. 8. quæst. 97. ib. alleg.* vel nisi consuetudo probaretur in contrarium. *Achil. de Graß. decis. 5. alias. 3. de off. Vic.*

Causam etiam delegatam Episcopo non potest iudicare Vicarius ipsius, etiamsi habuerit mandatum ad causas generale. *Innoc. in cap. eam te. de rescript. Card. in Clem. 2. de rescript. quæst. 9. Felin. in cap. at si Clerici §. fin. num. 21. de iudic. Fed. de Sen. cons. 130. Bertach. de Episc. lib. 4. p. 7. quæst. 4.* & etiamsi haberet mandatum ad causas tam ordinarias quã delegatas. Hoc enim mandatum non posset extendi ad causas quæ inposterum delegarentur. *Felin. loc. cit.*

de off.

de off. deleg. cap. fin. num. 8. limit. 4. Rot. decis. 846. incip. Episcopus constituit Vicarium. in antiq. Bisign. decis. 3. de offi. Vic. iurisdictio enim quæ nondum competit cõmiti non potest. *Rot. decis. 984. in antiq. Paulin. de pot. cap. p. 2. quæst. 10. num. 35.*

Neq; è contra Episcopus causam Vicario suo delegatam, licet ille ob officio fuerit remotus iudicare potest. *Anchar. Card. Imol. in cit. Clem. 2. de rescript. Franch. in cap. statutum. de rescrip. in 6. Nau. cons. 5. de offi. deleg. in no. Achill. de Gras. decis. 17. seu 1. de rescript.* hoc enim casu separatum censetur Auditorium Vicarij & Episcopi. *Dec. in cap. quoniam Abbas. num. 62. de offi. deleg. Card. Imol. & alij in Clemen. cit.* Et etiamsi esset commissa alternatiuè Episcopo seu Vicario, nam postquam vni eorum fuerit præsentata, alter se de ea intromittere non potest. *cap. cum plures. de offi. deleg. in 6. Franch. Imol. ib. & alij communiter.*

Subdelegari tamen potest causa delegata. *cap. vlt. de offi. deleg. Host. Innoc. Felin. ib.* Sed non extra Diœcesim, nisi de 25.
partium consensu, & non nisi personis in dignitate constitutis. *cap. statutum. §. in nullo. de rescript. in 6.* & dignitatum 26.
appellatione quoad capacitatem delegationis huiusmodi, veniunt etiam Canonici Cathedralis Ecclesiæ, imò semper veniũt appellatione dignitatis. *Rot. decis. 445. nu. 5. in no.* & dicũtur Coadiutores, Consiliarij, Senatus membra Episcopi. *Felin. in cap. Pastoralis. num. 12. de off. deleg. Paleot. in Archiep. Bononien. p. 7. fol. 513.*

Vbi tamen delegatur simplex ministerium, amplius subdelegari non potest, vt si delegatur absolutio, inductio in possessionem. *cap. fin. de off. deleg. Abb. ib. in §. cæterum. num. 1. Alexand. cons. 10. num. 7. Pauin. de pot. cap. p. 2. princip. q. 10. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 68.* quæ ratione si per literas in forma vt dicitur dignum, committitur institutio, non potest subdelegari, nisi quod tunc posset committi actus aliquis causæ absque iurisdictione, vt capiendæ informationis super vita, moribus promouendi, vel post delatum testibus iuramentum & admissum, committi posset eorundem testium examinatio. *Abb. in cap. cum Bertoldus. à num. 19. de rc. iud. Felin. in cap. fin. cit. de offi. deleg. num. 8. Ioan. Andr. in cap. super. de offi. deleg. in 6. Rot. decis. 751. in antiq.*

Similiter non potest subdelegari, vbi delegans elegerit industriam personæ. *cap. 15. cui. de rescrip. in 6.* vt si dicat præcipimus, mandamus, vel secundum tuam conscientiam decidas: sed vbi diceretur conscientiam tuam oneramus, non intelligeretur electa industria personæ. *Felin. lo. cit. Nau. de offi. deleg. cons. 6. in no.*

Subdelegatus etiam à delegato, vel delegatus Episcopi amplius sublegare non potest, sed tamen posset committere aliquem actum causæ absque iurisdictione, vt supra diximus *cap. super quæstionum. de offi. deleg. Felin. ib. num. 19. Rot. decis. 368. in no.* Et ex hac ratione Vicarius quoque Episcopi cum reputetur delegatus, vt supra diximus, non potest substituere loco sui alium Vicarium. *Hostien. Abb. in cap. Clericos. de offi. Vic. Anchar. Gem. Archid. Ioan. Andr. in cap. 1. de offi. Vic. in 6. Card. in Clem. vn. de offi. Vic. & in Clemen. 2. de rescript. Put. decis. 224. num. 9. lib. 2. Card. Paris. cons. 80. num. 4. & 15.* quia nimirum infinitas in delegationibus est vitanda. *arg. tex. c. cum in multis. de*

rescrip. in 6. Potest tamen committere alicui vices suas, ad aliquam certam causam. *Abb. lo. sup. cit.* vel etiam dare potestatem exercendi aliquam partem iurisdictionis suæ, dummodo totam iurisdictionem non committat. *Alex. Iaſ. in l. à iudice. C. de iudic. Put. lo. sup. cit. Pariſ. de resig. lib. 7. q. 24. num. 75.* Potest & substituere alium loco sui ad modicum tempus. *gl. in Clem. 1. v. locum aliorum. de regul. Card. Abb. ib.*

27. Vlterius delegati iurisdictio expirat morte delegantis re integra. *c. relatum. cap. licet vndiq. de off. deleg.* si tamen fuerit perpetuata iurisdictio, non expirat morte. *c. si delegatus. de off. deleg. in 6.* & perpetuatur sola citatione, in qua etiã inseri debet tenor delegationis, alioquin esset nulla. *l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. Innoc. in c. præterea. de dilat. Abb. in cit. cap. relatum. num. 1. & fin. & in c. præterea. num. 4. de dilat. Pet. Duen. de Reg. iur. Reg. 93.* expirat & postquam delegatus fuerit functus officio suo. *Host. in sum. de off. deleg. num. 11. & alij communiter.*

28. Iudicare autem debet Iudex, siue Ordinarius, siue delegatus secũdum leges, & secundum allegata partium, non autem secundum quod ipse particulari sua scientia cognoscit. *cap. iudicet. 3. quæst. 7. cap. 1. de off. ord. iun. gl. & alia gl. v. & contra in c. 1. de re. iud. in 6. Abb. in proœm. decret. num. 18. Dec. in rub. de iudic. num. 15. lect. 2.* & hanc quæstionem latissimè tractat, *Couar. lib. 1. var. res. c. 1.* & tandem concludit affirmatiuè, dicitque hanc opinionem esse magis cõmunem, tam apud Canonistas, quam apud Theologos, *vt S. Th. 2. 2. quæst. 67. art. 2. Caiet. ib. Sot. de iust. & iur. quæst. 4. art. 2.* posse tamen iudicẽ decidere causam per rationem à partibus non allegatam, tenet Abb. *in c. peruenit. num. 6. de empt. & vend. Rot. decis. 77. lib. 2. p. 5. diuers.*

In notorio quoque quod constat ex actis, etiã parte non opponente supplere potest: vt si viderit testem inhabilem repellere illum potest. *Abb. in cap. intimauit. de testib. Fel. ib. Dec. in c. ex insinuatione. num. 24. de appell.* Et si notoriè cõstaret parti non competere actionem, reijcere ipsam posset iudex etiam parte non opponente. *Abb. in c. exceptionem. de except. & in c. ad aures. num. 5. de præscript. Dec. lo. cit. sup. Marant. de ord. iud. p. 6. decis. iud. act. 1. num. 68.* Potest allegare falsitatem instrumenti, si falsitas sit euidens. *cit. Abb. in cap. cum venerabilis. num. 19. de except.* potest supplere ex officio suo, vbi agitur de vtilitate Ecclesiar. *Abb. in cap. cum venissent. num. 9. de instit. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 3. de constit.* Item & substantialia iudicij, & quibus non seruatis, sequeretur nullitas sententiæ, ex suo officio supplere seu aduertere potest, ne iudicium reddatur illusorium. *Rot. decis. 666. p. 1. diuers.* vnde potest repellere Procuratorem non habentem mandatum etiam parte non petente. *cap. causam. de iudic. & gl. in cap. 1. v. absentia. de elect. in 6. Dec. in cit. cap. causam. num. 2.* Et de hac quæstione satis controuersa, cessat: iam omnis dubitatio stante praxi vulgatissima, omnimodè iudicium reddi nullum ob defectum mandati, ita quod neque refectis expensis reintegrari, neque Principis authoritate talis defectus sanari possit, *vt testatur Gomez. in 6 comp. vtr. sing. §. & quod dictum est.* Plures autem casus quibus Iudex officium suum exercere potest non requisitus, videri possunt apud Socin. *in Reg. 245. Viuium. comm. opin. lib. 1 op. 145.*

Iudex item non debet ferre sententiam super non petitis, alioquin reputare-

rearetur vt fatuus. *Abb. in cap. cum inter. de consuet. & in cap. grauis. de rest. spol. Rot. decis. 474. incip. suppositio. in no.* nisi in condemnatione expensarum, has enim adiudicare potest, licet non petantur. *id. Abb. in c. significauerunt. à num. 9. de except. Iac. Nouel. de Reg. iur. Reg. 43.* non tenetur tamen adiudicare non petitas, nisi ipse velit, *vt idem.*

29. Ad Iudicis item institutionem pertinet, vt in dubio, vel vbi lex loquitur generaliter, iudicet secundum loci consuetudinem. *cap. cum dilectus. de consuet. Abb. in cap. certificari. num. 2. de sepult.* Et si hæc non adsit, verborum proprietas est attendenda. *l. non aliter. ff. de leg. 2.* quam proprietatem Iudex interpretari potest, cum ipse possit interpretari iura in causis coram se vertentibus. *Innoc. in cap. cum specials. de appell. Dec. in cap. intimasti. num. 3. eo. tit. & in cap. 1. lect. 1. num. 91. de constit. & in cap. adhæc. num. 70. de post. præl.* In interpretando autem in dubio benigniorem & fauorabilior intellectus est tenendus, vel ad similia recurrendum. *l. sed Iulianus. §. mutui. ff. de Senat. Maced. cap. translato. de constit. Abb. ib. Dec. ibid. vtraq; lect.*

In dubio item in causis grauioribus, ad superiorem est recurrendum. *cap. inter. alia, de sent. excomm. l. Diuus. ff. de off. præsid. Abb. in cap. 1. nu. 3. de fid. instrum. & in cap. 1. num. 14. de constit. Dec. ib. vtraq; lect. & in cit. cap. intimasti. num. 1.* vel potest committi causa consulenda peritioribus. *id. Dec. lo. cit. num. 5. & per eum allegati.*

Ad extremum communior Doctorum sententia est sequenda. *cap. in Canonicis. distinct. 19. cap. de iudicys. iun. gl. v. plurimi. 3. q. 3. Felin. in cap. ad aures. num. 3. de rescript.* vel vbi deficit ius scriptum, rationes naturales sunt attendendæ. *Abb. in cap. cum sint. num. 4. de decim.* Et plures modos gradatim in dubijs procedendi recenset. *gl. in c. consuetudo. dist. 1. DD. ib.*

Iudicis officij quoque est inducere partes ad amicabiliter componendum. 30.
cap. 1. de mut. pet. iun. gl. v. concordia. & alij. gl. in cap. venerabilem. v. fauere. de elect. cap. fin. de transact. Abb. Imol. ib. Imò & cogere potest Iudex partes ad concordiam vel arbitros eligendum. *Abb. in cap. cum pridem. num. 8. de pact.* præsertim si subsit causa grauis, vt si lis fuerit diuturna & intricata, vel si imminueret armorum periculum seu timerentur graues inimicitiæ. *cap. studendum. cap. placuit. 90. distinct. Abb. in cap. si quando. & in cap. Pastoralis. §. quia verò. num. 9. de offi. deleg. Felin. in Rub. de treug. & pace. num. 5. Lanfran. de arbitr. quæst. 95. Rom. cons. 126.* maximè si lis vertatur super rependete à potestate sua, vt si lis vertatur super beneficio, cuius ipse est collator. *Abb. in cap. cum inter. 1. num. 9. de elect.* alioquin si res non penderet à voluntate iudicantis, vel si non subsit legitima causa, hortari quidem Iudex possit ad componendum, sed cogere non posset, cum ipse teneatur potius vnicuique reddere ius suum per sententiam. *gl. in l. 1. §. & post. ff. de nou. op. nunt. & Abb. lo. cit. ad hoc. Pet. Duen. de Reg. iur. Reg. 30. & Reg. 36.* vbi ad hoc adducuntur plures pulchræ limitationes.

Præterea Iudicis est occurrere litigatorum artibus quibus causas prolongare conantur. *Conc. Trid. sess. 25. cap. 10. de ref.* Præcipuè verò laborare debet ne veritas opprimatur. *Dec. in cap. quoniam. num. 5. de probat.* vnde & potest ipsemet inuestigare innocentiam rei accusati, *Abb. in cap. veniens. à num. 19. de accusat.* 31.

Iudex item potest interrogare partes circa merita causæ etiam post conclusionem in causa, dummodo interroget circa ea quæ fuerunt acta ante conclusionem. *Abb. in cap. cum Ioannes. num. 1. de fid. instrum. Felin. ib. num. 11.* Testes quoque etiam post publicationem interrogare potest ex officio suo, licet id facere non teneatur ad instantiam partis. *cap. cum clamor. cap. per tuas. iun. gl. v. audiendum. de testib. Felin. ibid. nu. 5. Rot. decis. 86. lib. 1. par. 5. diuers.*

32. Potest interlocutoriam suam quandocunque ante sententiæ definitiuæ prolationem reuocare, maximè si ab ea fuerit appellatum, *iuxta communem DD. opinionem*, de qua testatur *Felin. in cap. qualiter & quando. num. 6. de accusat. Franch. in cap. cum cessante. de appell.* Nisi detulerit appellationi ab illa interpositæ, cum enim ea concessa iurisdictio transferatur in Superiorem, non potest amplius se intromittere in causa. *vt notat Felin. loc. cit. num. 14.* vbi dicit hoc casu ne quidē de consensu partium redire posse causam ad primū iudicem, nisi illam superior remittat, propter translatam iurisdictionem. Similiter non posset reuocare interlocutoriam quæ fuit mandata executioni, vel qua pronunciauit se esse iudicem competentē. *Dec. in cit. cap. cum cessante. num. 14. Grauat. super cap. 1. lib. 7. Vestr. nu. 33.*

Sententiam autem definitiuam regulariter reuocare non potest. *Felin. loc. cit. à num. 23. Dec. in cap. litteris. nu. 8. de off. deleg. DD. in l. actorum. ff. de reb. iud.* nisi in cōtinenti antequam habeatur pro absoluta. facit *gl. in cap. predicator. v. imò vero. 16. q. 1.* vel per modum declarationis, declarare enim potest & interpretari suam sententiam. *gl. in cap. locum nostri. v. errorem. 25. q. 9.* Item & per viam restitutionis in integrum reuocari posset sententia. *Felin. loc. cit. à numero 23.* vbi numerat plures casus in quibus Iudex reuocare posset suam sententiā definitiuā. Cauti autē Iudices reseruare sibi solent moderationē diminuationemue pœnæ appositæ, seu declarationē sententiæ, ne postea dubitare sit necesse de facienda declaratione, quod & facere possunt, *vt notat Couar. lib. pract. quæst. cap. 34.* præsertim verò in causis criminalibus. *Auffer. de potest. Eccl. in laic. casu 12.* Iudicis item est facere citari partes, nec potest quis citari, 33.
nisi ex aliqua commissione iudicis. *Dec. in cap. de quouldeo. num. 93. de iudic.* citatio enim pertinet ad iurisdictionē. *Abb. in cap. super quæstionum. §. verum. de off. deleg.* potest autem citare per quēcunque dummodo constet quod alicui commiserit. *id. Abb. in cap. cum sit Romana. nu. 29. de appell.* citare potest & per se prefigendo partibus terminum, & hæc citatio habet vim peremptoriæ. *Dec. in cap. in nomine Domini. num. 8.*

Iudex item munera etiam sponte oblata recipere non potest, præterquam comestibilia paucorum dierum, vel expensas moderatas in itinere forte propter causam suscepto. *cap. statutum. §. insuper de rescript. in 6. Abb. in cap. cum ab omni. de vit. & hon. Cle.* Sportulas etiā vsu alicuius loci vsitatas proferenda 34.
sententia licitè exigit. *Abb. loc. cit. à nu. 8.* Pœna autem pecuniaria si quando veniret imponenda, licet sanctius faceret Iudex si illam ad pios vsus conuerteret, tamen & sibi illam applicare potest, *vt latius videre licet apud Couar. lib. 2. Var. res. cap. 9. num. 9.*

Notariorum quoq; salaria moderari debet, ne nimiū grauent partes, & absti- 35.
nere debet ne participet ipse ex huiusmodi salarijs. *cit. cap. statutum. §. notarium.*

rium.de reſcript.in 6. Et quòniã facta eſt mentio notariorũ, plura hic de hoc officio attingi poſsũt ſub perſona Iudicis, cũ Notarius ſit Miniſter iudicis & perſona publica. *l. orphanotrophos. C. de Epiſ. & Cler.* & dicitur iudex Chartularius. *Marant. inprax. p. 4. diſt. 18 num. 2.* & Iudex ipſum elegit vel mutat pro libitu. *Dec. in c. quoniam. à num. 10. de præb.* ſed poteſt à partibus recuſari vt ſuſpectus probata ſuſpicione etiam ſolo iuramento. *Aem. Veral. deciſ. 64. p. 3.*

Vnde in Notario in primis requiritur quod ſit legitimè creatus, *vt DD. communiter in c. 1. de fid. inſtrum.* præſumitur tamẽ ex lõgiſsima tẽporis poſſeſſione notariatus creatio legitima. *Dec. l. cit. n. 44. Boër. deciſ. 76. Rot. deciſ. 193. p. 2. diuerſ.* vel ex eo quod reperiatur deſcriptus in matricula. *Bald. & alij in l. Scriniarios. C. de teſtam. milit. Rot. deciſ. 103. n. 33 p. 2. cit. diuerſ.* vel etiam creditur iudici atteſtanti quem eſſe notarium præſertim cum antiquitate 30. annorũ *Rot. cit. deciſ. 193.* Signum etiam notariale vt habeat Notarius obtinuit conſuetudo. *Abb. in cit. cap. 1. de fid. inſtrum. num. 3. Dec. ib. num. 37.*

Creatur autem à Papa, Imperatore, Rege, vel Principe non recognoſcente Superiorem. *Innoc. in cap. cum P. de fid. inſtrum.* Hoſt. verò tenet quod poſsit creari etiam ab Epiſcopo in ſua Diœceſi. *vt in eius ſumine Cler. vel mon. nu. 5.* cuius ſententiam communiter eſſe receptam teſtatur *Imol. in cap. 1. de fid. inſtrum. adhoc Pauin. de pot. cap. q. 10. nu. 12.* vbi hanc poteſtatem trahit ad capitulũ ſede vacante. Similiter & quilibet alius habens iuriſdictionem ordinariam ex ijſdem rationibus poſſet pro ſuo territorio creare Notarios. *cit. Hoſt. in ea. ſum. de fid. inſtrum. num. 3. Abl. in c. cit. cum P. nu. 7. & 8. eo. tit.* Imò acta per quemcunque deputatum à Iudice confecta, faciant fidem. *textus expreſſe. cap. quoniam. cit. de probat. DD. ibid.* Magiſtroque generali & prouinciali Ord. Prædicatorum vt poſsit creare fratres ſui Ordinis in Notarios ad effectum publicandi & exequendi mandata Apoſtolica pro ipſorum publica ſeu priuata neceſsitate, indulſit Pius V. priuilegio ſuo. *Dat. anno 1571. die 21. Martij.* quod refert Confect. *in ſuo compend. fol. 220.*

Quoad exercitium autem officij Notariatus in foro ſpirituali requiritur vt Notarius ſit creatus non à Principe Sæculari ſed Eccleſiaſtico. *Hoſt. loc. ſup. cit. ne Cler. vel Mon.* Creatus enim à Principe Sæculari non poteſt exercere officium ſuum niſi in rebus ſpectantibus ad creantis iuriſdictionem, vel niſi ex admiſsione alterius Ordinarij, ſeu de conſenſu partium. *Abb. in cit. cap. cum P. num. 9. de fid. inſtrum.* & Notarius creatus ab Ordinario ſeu alio habente poteſtatem, non poteſt conficere inſtrumenta niſi intra territorium conſtituentis, ſed tamen inſtrumentis per illum confectis in proprio territorio vbique creditur. *Rot. deciſ. 291. in no.* Ipſe tamen Notarius pro cauſis Eccleſiaſticis poteſt eſſe laicus. *cit. Abb. in cap. decernimus. nu. 14. de iudic. ibiq; aly communiter.* magis tamen conueniret vt ſit Clericus. *arg. tex. cap. vt iuxta. de off. ord.* & licet Clericis prohibitum ſit exercitium tabellionatus. *cap. ſicut te. ne Cler. vel Monach.* hoc tamen intelligendum de exercitio notariatus in foro laicorum, non autem in foro Iudicis Eccleſiaſtici. *vt gl. in c. ſicut te. cit.* vel intelligendũ de Clericis maioribus & habentibus ſufficientem prouiſionem; iſti enim abſtinere debent ab exercitio talis officij, quod eſt per ſe vile, & relinquere illud minoribus Clericis. *Abb. in cit. c. ſicut te. n. 6.*

Notarius etiã debet esse persona bonæ famæ, neq; illegitimus. *Arm. v. tabellio. num. 5.* debet iurare in ingressu officij sui quod fideliter exercebit officium suũ, & quod requisitus conficiet instrumentum sine diminutione veritatis, & sine admixtione falsitatis. *Arm. loc. cit. Silu. eo. q. 6. Abb. loc. cit. n. 19. Calder.* 41. *cons. 2. de præb. Mohed. decis. 168. alias 2. de Sm.* & nõ nisi super illis super quib. fuerit rogatus. *Abb. in cap. 1. num. 4. de fid. instrum. Bald. in Rub. C. de fid. instrum. nu. 10. Rot. decis. 248 p. 1. diuers.*

Omnia pertinentia ad exercitium artis suæ scire tenetur alioquin teneretur ex imperitia. *Abb. loc. cit. num. fin.* & debet intelligere clausulas quę in instrumento ponuntur, alioquin si interrogatus nesciret explicare clausulas instrumenti sui, inualidum esset instrumentũ. *Alberic. in l. fin. § penult. ff. ad Velleianũ.* Plura de notariorum requisita qualitate & peritia, videri possunt in libro de 42. erroribus notariorum. *ab Ant. Tassara curiosè satis collecto.* Quoad sufficientiã autem doctrinæ notariorum fori Ecclesiastici prouidè ordinauit S. Concil. Trid. *sess. 22. cap. 10. de ref.* vt Notarij huiusmodi nulla exemptione obstante ab Ordinarijs locorum etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis super sufficientia examinentur, & vt debeant suspendi vel repelli ab exercitio officij sui, si fuerint reperti minus sufficientes.

Scribere etiam debet Notarius manu propria instrumenta *Host. in cap. inter dilectos. de fid. instrum. Abb. ib. num. 7.* & habere debet protocollum eorũ quæ scribit, seu originalia acta ad quæ recurri possit. *arg. tex. cap. cum P. cit. iun. gl. fin. de fid. instrum. Dec. in cap. quoniam.* 43. *num. 54. de prob. Rot. decis. 671. p. 1. diuers.* Debet exprimere annum, diem, indictionem, an. Pont. PP. in instrum. & nomina testium. *Host. Abb. Dec. & alij in cap. 1. de fid. instrum.* Nomina testiũ præsentium & qui actum intellexerunt, scribi debent, alioquin si actum non intelligerent, sequeretur nullitas instrumenti ob defectũ testiũ, cum adhibiti & præsentes dici non possint, qui rẽ ad quã debent esse præsentes, ignorãt. *Io. Andr. in c. pastoralis. de off. deleg.* Circa iudicialia tamẽ crederetur scripturæ Notarij, etiamsi in ea non adhibeantur testes. *gl. in cap. quoniam. cit. de probat.* 44.

Vniuersa aũt acta Iudicij scribere debet. *cap. quoniam. cit.* nisi sit causa parui momẽti, talis enim etiã sine scriptura ex simplici informatione Iudicis expediri posset. *Dec. in cap. quoniam. cit. nu. 27. de prob.*

Non potest recipere productiones instrumentorum nisi in præsentia Iudicis. *Dec. lo. cit. n. 117.* nec debet edere acta iudicialia, nisi de mandato Iudicis. *DD. in l. 15. apud. quem. C. de eden. Vestr. lib. 7. c. 1. num. 20. in annot.* vel de mandato 45. Superioris, vt Iudicis ad quem appellatur, tunc enim tenetur edere acta appellantibus ad minus intra mensem accepta congrua mercede, alioquin si in exhibitione actorum moram fecerit, posset suspendi ab officio Ordinarij, & ad dupli pœnam, quanti lis de qua agitur inter appellantes æstimata fuerit condemnari. Imò si ipse Iudex retardationis 46. circa extraditionem huiusmodi actorum conscius vel particeps fuerit, vel obstiterit aliqua ratione, quo minus integrè acta appellantibus extradantur, teneretur & ipse ad pœnam dupli prædiam. *Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de ref.*

ARTI-

ARTICVLVS II.

De Persona Actoris.

1 AGere potest quilibet qui lege non prohibetur.
2 Excommunicatus agere non potest.
3 Agere qui iure prohibentur.
4 Actor venire debet paratus.
5 Reus an teneatur actori edere instrumenta quibus probet intentionem suam.
6 Procuratorem quis constituere possit.
7 Nemo cogitur per procuratorem litigare.
8 Procuratores plures si constituantur, quis eorum agit.
9 Procurator in quibus præiudicat principali.
10 Contra procuratorem quæ possint opponi.
11 Procurator habere debet sufficiens mandatum.
12 Mandatum quomodo probetur.
13 Acta per procuratorem ante receptum mandatum, sunt nulla.
14 Procurator tenetur iurare in animam propriam cum iurat de calumnia.
15 Iuramentum calumniæ omitti potest taciturnitate partium.
16 Procurator quando possit iurare in animam principalis.
17 Procurator non debet reuelare Scripturas sui principalis.
18 Procurator non potest paciſci de quota litis.
19 Procuratoris potestas quando finiatur.
20 Procurator reuocari potest non obstante iuramento de non reuocando.
21 Reuocatio procuratoris intimari debet iudicio.
22 Mandatum an lapso alicuius temporis finiatur.

AGere potest in foro Eccle. quicũque lege non prohibetur, siue fuerit ex Diœcesi seu ex territorio
1. iudicantis, siue non, dũmodo reus ad illud forũ pertineat, rei enim forum actor sequitur. *c. si Clericus. de fo. com. & l. iuris ordinem. l. in criminalis. C. de iurisd. omn. iud.*

Prohibentur autem iure agere. Primò
2. excommunicatus. *cap. intelleximus. de iudic.* ita vt neque contra alium excommunicatum agere possit. *Dec. cap. intelleximus. cit. num. 18.*

3. Prohibetur etiam agere Collegium vel Capitulum sine assensu sui Prælati & Monachus sine permissione Abbatis, siue Superioris sui. *cap. causam. quæ. l. loc. cit. de iudic.* Item & minorennis sine tutore agere non potest. *l. cum & minores. C. si aduersus rem iudicat.* Item nec filius contra Patrem, vel seruus contra Dominum. *l. lis. nulla ff. de Iudic.*

Ad extremum ciuiliter nemo agere potest nisi qui fuit principaliter læsus, vel qui læsum habet in potestate, vt si Pater agat pro filio, Dominus pro iniuria serui, maritus pro vxore. *videri potest latius apud Maran. p. 6. de inquis. nu. 60.*

In criminalibus autem vltra prædicta prohibetur agere mulier. *cap. prohiben-*

hibentur. 2. quæst. 1. casu verò quo agere permitteretur, non teneretur inscribere se ad pœnam talionis. *l. mulier. ff. ad Senatusconsul. Turpil.*

Pupilli quoque & minorennes prohibentur agere in criminalibus. *cap. prohibentur. cit.* Et Laicus non potest agere per crimine contra Clericum. *cap. nullus. & seq. 2. quæst. 7.* imò nec Clericus accusat Laicum ad pœnam sanguinis, sed ex alia causa. *cap. sicut Sacerdotes. lo. cit.*

Criminosi præterea ab accusatione repelluntur. *cap. qui sine. 3. quæst. 7.* Item & suspectus de calumnia, vt si quis antea falsum testimonium fecerit, vel si quis videretur suspectus de corruptione propter paupertatem. *cap. prohibentur. cit.* Sitamen sua vel suorum iniuria prosequenda sit, etiam prædicti omnes agere possunt. *Abb. in cap. de cætero. de testib.* vbi sub fin. ponit quinam veniant nomine suorum. *ad hoc l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. DD. in Marant. lo. sup. cit. num. 62. Host. in sum. de Procurat. num. 13.* vbi ad quartum gradum affines in iudicio sine mãdato Procuratorio admitti posse docet, eosque coniunctorum nomine intelligi, sed in computandis hoc casu suorum gradibus sequendus est potius vsus cuiusq; regionis. *vt notat Abb. in cap. cum oporteat. num. 3. de accusat. Felin. in cap. cum dilectus. numero 7. eo. tit.*

Possunt etiam prædicti agere pro iniuria contra Religionem, vel patriam facta, talis enim iniuria censetur propria cuiusque, & eam quilibet tanquam propriam prosequi potest. *Abb. in cap. de cætero. cit. de testibus. Marant. lo. cit. num. 63.*

Item si ageretur per modũ denunciationis, seu per inquisitionem, & vbi non agitur ad pœnam ordinariam, sed tantum ad correctionem. *cap. quoniam. iun. gl. v. mulieres. de testibus.* tunc enim denuncians non agit in iudicio partem actoris, vnde neque se inscribit ad pœnam talionis. *Host. in sum. de denunt. n. 1.* Alioquin actor agens criminaliter ordinariè tenetur inscribere se ad pœnam talionis. *cap. super his. iun. gl. v. oportet. de accusat.* licet hæc inscriptio amplius nõ fit in vsu, sed iudex calũniose accusantẽ pœna arbitraria punire soleat, *de quo Couar. var. resol. lib. 2. c. 9. num. 1.*

Actor autem venire debet paratus ad 4
iudicium. *cap. fin. de dol. & cont. & l. si quando. C. de dilat.* Tenetur sumptibus proprijs dare copiam primi libelli reo. *Marant. cit. de act. edit. num. 55.* Reus 5
verò non tenetur edere instrumenta, vel rationes actori ad comprobandum intentionem ipsius. *cap. 1. de prob.* nisi instrumenta fuerint communia. *Abb. ec. tit. num. 26.* vel nisi agat fiscus, tunc enim teneretur reus edere instrumenta. *l. nec quisquam. ff. de eden.* si nimirum fiscus agat ciuiliter, alioquin si ageret criminaliter, vel ad mulctam pecuniariam, nõ teneretur reus ipse edere instrumenta. *Bart. & comm. DD. in l. 2. C. de eden.*

Teneretur etiã reus edere instrumenta, si ageret Ecclesia, hæc enim æquiparatur fisco. *Abb. lo. cit. & communiter DD. arg. l. fin. C. de Sacros. Eccl.* & in casibus in quibus publica vtilitas versatur, & in causa alimentorum vel dotis, hæc enim æquiparatur quoque fisco. *Dec. in cap. 1. cit. de probat. num. 75.* vbi plures limitationes cum suis circumscriptionibus inuenies.

E contra autem actor tenetur reo edere suas rationes & instrumenta reo ex communi opinione. *de qua Villalob. comm.*

comm. op. sub. lit. e nu. 15. Petr. à Duan. Reg. 20.

In persona Actoris siue rei interuenit etiam Procurator, quem quilibet, qui lege expresse non prohibetur constituere potest, tam in ciuilibus quam in criminalibus: nisi quod reus in criminali actione, si non fuerit carceratus per Procuratorem defendere se nō posset, præterquam absentiam excusare. *Marant. cit. p. 4. dist. iudic. 1. num. 42.* 6.

Nemo tamen cogitur per Procuratorem litigare, nisi ipse velit, præsertim in grauioribus causis, vnde si fuerit quis legitimè impeditus, sufficit quod mittat nuncium qui excuset ipsius absentiam. *cap. querelam. de Procurat. gl. princ. in cap. si ægrotans. 5. quæst. 3. Abb. in Clem. vn. num. 8. de fo. comp.* Si tamen longum esset impedimentum, & negotium esset leuis momenti, posset cogi per Iudicem ad constituendum Procuratorem si ipse adesse non posset. *Host. in sum. de Procurat num. 10.* 7.

Potest autem institui Procurator siue vnus, siue plures. *cap. si duo. de Procurat. in 6.* & si plures fuerint, vnus sine altero litem prosequi non potest. *lo. cit.* in causis tamen beneficialibus vsu receptum est in Curia, vt valeat processus cū vno Procuratore, licet fuerint dati plures, *de qua praxi testatur Vestr. lib. 4. c. 5. n. 18.* si verò fuerint cōstituti plures in solidū, præoccupās promouere debet causam; alias verò nonnisi in casu quo prior prosequi nollet, vel occupatus esset. *vt post. tex. cit. in 6. notat Dec. in cap. in nomine Domin. num. 38. de testib.* 8.

Procurator repræsentat in omnibus personam principalis sui, vnde & acta per ipsum afficiunt principalem. *cap. 1 de Procurat.* & confessio ipsius principali præiudicat. *Felin. in cap. si cautio num. 88. de fid. instrumen.* nisi tamen excedat fines mandati, excedendo enim fines mandati, nihil ageret, nec posset Domino præiudicare, cum mandata sint stricti iuris, nec possint excedi vltra quā sonant. *cap. qui ad agendum. de Procurat. in 6. Clemen. non potest. eo. tit.* Neque præiudicat Domino factum Procuratoris, si Dominus statim contradicat. *gl. in v. protinus. in cap. cum olim. de elect.* & quomodo per Dominum contradici possit, seu reuocari confessio Procuratoris, vel etiam per ipsummet Procuratorem, saltem cum iuramento super errore, consuli potest *Innoc. Abb. & DD. communiter. in cap. fin. de confes. Rot. decis. 260. in no. & decis. 613. par. 1. diuers.* 9.

Omnia quoque quæ contra principalem obijci possent, possunt opponi contra procuratorem, vt quod principalis ipsius sit excommunicatus, nec agere possit excommunicatione durante & similia. *Hostien. lo. cit. sup. nu. 15. vers. possunt tamen, Abb. in Clem. fin. de Procurat.* 10.

Opponi potest & contra personam ipsius Procuratoris, vt quod ipse sit excommunicatus. *cap. post cessionem. de probat. Rot. decis. 195. in no.* vel quid simile, propter quod locum standi in iudicio nō haberet, vt si esset infamis. *c. 1. 3. q. 7.* si sit impos mentis, furiosus. *L. 2 §. furiosus. ff. de Procur.* Regulariter autem quilibet potest constitui Procurator, nisi certa lege prohibeatur. *Host. in sum. lo. sup. cit. n. 8.* Et si prohiberetur aliqua lege esse Procurator, ad huc processus cum ipso factus esset validus, nisi excipieretur contra ipsum ante prolationem sententiæ. *vt deducit Felin. in c. post cessionem. cit. num. 22.* excipiendo

solum excommunicationis impedimentum, quod tamen æquè cum alijs impedimentis transire, nec vitiari processum ex eo quod fuerit factus cum excommunicato, nisi opponatur exceptio excommunicationis ante prolationē sententiæ, probat *Dec. eod. loc. à num. 17 sequutus Innoc. ibid.*

11. Debet autem Procurator habere sufficiens mandatum, alioquin potest contra ipsum opponi in quacunq; litis parte, & etiam per ipsummet Iudicem posset repelli à iudicio. *gl. v. absentia in c. 1. de elect. in 6. Abb. in cap. innotuit. eo. tit. num. 10. Achil. de Graß. decis. 253.* Imò facta per Procuratorem antequam recepit mandatum non tenent, quia ante susceptas litteras mandati, nondum est Procurator. *Rot. decis. 145. in no. Mohed. decis. 5. de procurat. alias decis. 101.* Sufficiens autem mandatum dicitur cū datur ad agendū & defendendum, nam datum ad agendum tantum non censetur sufficiens. *cap. constitutis. de procur.* Et quidem si Procurator voluerit sustinere partem actoris, nullo modo sine mandato est admittendus, nisi fuerit persona coniuncta principalis & caueat de rato. *cap. nonnullis. de rescript.* & coniunctorum nomine veniunt affines ad quartū gradum, *vt supra diximus ex Host.* si autem pro reo esset comparendum, Procurator sine mandato vel saltem vt defensor admitti debet, facta solum cautione de iudicato soluendo in casibus in quibus per ipsum solui posset. *Abb. in c. 1. num. 10. de restit. spol.* Et ratio pro citato militat, quia nimirum publicè interest absentes per quemcunq; defendi, *l. seruum quoque. §. publice. ff. de procurat. Host. loc. sup. cit.*

Mandatum probatur scriptura authentica, *de qua Dec. loc. sup. cit. à nu. 6.* Probatur & per testes. *Bald. decis. 190. Villalob. comm. opin. lit. P. nu. 331.* 12. Probatur item & per litteras priuatas ipsius constituentis, vt si principalis per litteras suas constituat quem in suum Procuratorem, talis enim constitutio procuratoris valet. *Veral. decis. 397. p. 2.* præsertim si litteræ recognoscantur per testes fuisse scriptæ seu subscriptæ manu propria constituentis. *Dec. lo. sup. cit. ad hoc Cæs. de Graß. dec. 115. alias 2. de præb.* Et quandoquè sufficit quod mandatum sit signatū sigillo constituentis si sit notum. *Rot. decis. 87. in antiq.* Vnde & mandatū cum solo sigillo Prælati & Capituli seu conuentus tenet. *ea. Rot. decis. 790. ibid. in antiq.*

A die autem recepti mandati & non 13. ante siue à vera notitia mandati acquiritur potestas Procuratori. *vt notat gl. v. receptis. in Clem. 1. de procurat.* ante receptionem autem seu notitiam mandati acta per Procuratorem non tenent. *vt notat Alex. in l. licet. nu. 1. C. de procurat. Felin. in cap. sciscitatus. num. 15. de rescrip. Vestr. cit. lib. 4. cap. 5. num. 26. in annot.*

Tenetur Procurator iurare de calumnia in animam propriam & non tantum in animam principalis. *gl. in cap. in appellationis. v. ab ipsis. de iuram. calum. in 6.* DD. *communiter in cap. præsentium. de testib. ibid. in 6.* hocque esse vsitatum in Curia Romana testatur *Rot. decis. 40. in no. Vestr. loc. sup. cit. num. 17.* Iuratur autem tum, quod lis instituta iusta videtur, quod dilationem nō petet qualis tardetur, quod falsis probationibus vel corruptionibus non vtetur. *l. cum & Iudices. C. de iure iuran. prop. calum. Authen. iubemus. col. 9. tit. 7. Host. in sum. de iur. calum. nu. 6. Spec. de iuram. calum. §. nunc dicamus.* Et potest exigi hoc iuramentum in

quacun-

quacunque litis parte etiam post conclusionem in causa. *Bald. in l. fin. C. de iuram. calum.* Omissum tamen hoc iu-
15. ramentum silentio partium non vitiat processum. *cap. 1. tit. cit. num. 6.* quin imo vix est in vsu, cum & parui æstimetur. *Bald. in l. si post perfectum. C. de eurtionib.* nec excusat iurantē, quo minus possit agi cōtra illū de calumnia euidenti commissa in iudicio, sed non de tacita vel præsumpta. *idem Bald. in l. si tibi seruitutis. C. de liberali causa.* In animam autem principalis tum demum iurare potest procurator, si ad hoc habet speciale mandatum, alias non. *Bart. in l. qui*
16. *bona. §. si alienoff. de damn. infect. & in l. 2. §. fi. C. de iuram. calum.* non tamen in casibus in quibus non potest iurare quis per alium, vt præiudicialibus vel vbi iuramentum requiritur pro forma, vel vbi eligitur qualitas personæ, vt accidit in testibus electis qui non possunt iurare per alium. Et quæ iuramenta possint expediri vel non per mandatarium, videri potest *apud Abb. Felin. in cap. licet ex quadam. de testib. Card. in Clem. 1. nu. 11. de iur. Bart. in l. nemo est. ff. de duob. reis. & in l. 1. ff. de var. & extraord. cogn. Bald. in l. 1. §. ne autem. C. de Cad. toll. Paris. de resig. lib. 9. quæst. 12. à num. 5.*

17. Procurator item reuelare non debet Secreta siue instrumenta principalis sui parti aduersæ, alioquin puniri posset tanquam prævaricator. *l. 1. §. si qui. ff. ad l. Corn. de falsi. & l. 1. ff. de prævaric.*

Non potest paciscí cum suo principa-
18. li de quota litis parte sibi danda, si vincat, puta tertia, quarta, dimidia. *l. item. C. de procurat.* alias enim daretur ipsi occasio vincendi per fas vel nefas, paciscí tamen potest de certo salario sine sportula si litē obtinuerit, vel non. *Nau. in Man. cap. 25. num. 30.*

Non potest item detinere scripturas principalis in pignus salarij sui, sicut neque Iudex, nisi pro expensis circa actus iudiciales factis. *Boër. decis. 15. à num. 1. Vestr. cit. lib. 3. cap. 4. num. 8. in annot.*

Finitur potestas ipsius morte man- 19.
dantis. *Host. in sum. de procurat. num. 15.* Finitur & reuocatione quam principalis semper facere potest, etiamsi iuraverit de non reuocando, isti enim facultati renunciari non potest etiam per iuramentum, sicut neque beneficio restitutionis in integrum. *gl. in cap. fin. de procurat. in 6. Felin. in cap. si diligenti.* 20.
num. 32. de fo. comp. Mohed decis. 189. alias. 28. de renunciat. Postquam tamen fuerit effectus litis Dominus, seu post litem contestatam, non potest reuocari nisi ex causa, vel ex ipsius & partis consensu. *cap. 2. de procurat. in 6. Felin. in cap. ex parte* Decani. *de rescript. Mohed. decis. 84. alias 4. de procurat.* minus tamen valet ipsius consensus, nam licet contradicat, tamen non debet ingerere se in causa stante reuocatione, ne videatur suspectus, sed solummodo posset facere cognosci an sit iusta reuocatio. *Rot. decis. 145. par. 1. diuers.*

Reuocatio etiam procuratoris iudi- 21.
cialis intimari debet iudici & parti, alioquin renunciatio non intimata non obesset parti, & gesta per procuratorem taliter reuocatum tenerent si vergant in præiudicium ipsius principalis, sed tamen si respicerent commodum ipsius non valerent, nec ratificari possent per ipsummet principalem in præiudicium partis. *Host. loc. sup. cit. de procurat. Felin. in cap. ex parte* Decani.

sup. cit. num. 25. vbi de reuocatione procuratoris iudicialis plura congerit conciliando. cap. vlt. de procurat. in 6. cum Clem. 1. de renunc.

Finitur item mandatum datum ad vnam causam, eo ipso quod in illa causa fertur sententia. vt notat gl. & DD. in l. inuitus. C. de procurat. Mohed. decis. 126. alias. 6. de procur. Rot. decis. 854. par. 3. lib. 3. diuers.

28. An autem lapsu temporis finiatur mandatū, disputari solet. Sed verior est doctrina quod solo temporis tractu non expirat; censetur enim durare constituentis voluntas donec de mutatione constet. cap. maiores. de Baptis. l. eum qui. ff. de probat. l. Lucius ff. de leg. 2. Cassad. decis. 1. num. 2. de renunc. Gig. cons. 11. num. 6. nec expirat etiam spatio viginti annorum, nisi sententia vigore mandati interceserit & transierit in rem iudicatam. Alex. cons. 189. num. 19. lib. 7. Put. decis. 444. lib. 2. Rot. decis. 797. p. 3. lib. 3. diuers. Vnde & cōsensum datū in resignando beneficio vigore mandati post quadriennium, postquam non constabat de mutata voluntate constituentis valuisse apud Rot. refert Mohed. decis. 219. alias. 31. de renunc. licet securius sit in talibus resignationibus habere recens mandatum, cum frequenter vocetur hoc in dubium, & in aliquibus locis practicatur, quod mandatum ad resignandum elapso anno expiret, vt de vsu Regni Franciæ testatur Rebuff. in prax. tit. de procurat. ad resig. num. 18. ad hoc Paris. de resig. lib. 9. q. 13.

ARTICVLVS III.

De Persona Rei.

1 FOrum ex quibus causis sortiatur quis.
2 Clericus coram Iudice laico conueniri non potest.
3 Clericus depositus non potest iudicari per Iudicem laicum.
4 Episcopus non potest subijcere Clericum iudicio laici.
5 Papa potest committere causam Clerici, laico.
6 Clericus non potest subijcere se iurisdictioni Laici.
7 Iudex Laicus extendens suam iurisdictionem in Clericos quas pœnas incurrat.
8 Clericus citatus coram Iudice laico non tenetur comparere.
9 Clericus ratione feudi coram Laico conueniri non potest.
10 Clericus quomodo reconuentri possit in iudicio laici.
11 Iudex laicus cum iudicat Clericum in casu licito, exequutionem in eum facere non potest.
12 Clericus apostata & exercens secularia negotia non defenditur per Ecclesiam.
13 Clericus deprehensus in rixa an possit detineri per Curiam secularem.
14 Clericus si monitus non desistat a seruitijs domini secularis, non gaudet priuilegio fori.
15 Clericus degradatus subiectus est iudicio seculari.
16 Iudex Laicus causas spirituales iudicare non potest.
17 Clericus non potest declinare Iudicium sui Ordinarij.

18 Forum

18 Forum quomodo quis sortitur ratione delicti.
19 Forum ratione contractus vel rei quod sit.
20 Forum ex domicilio est præcipuum.
21 Iudex domicilij an teneatur reum remittere ad locum delicti.
22 Laici in quibus casibus possint conueniri coram Iudice Ecclesiastico.
23 Fori mixti causæ quæ sint.

1. QVatuor modos quibus sortitur quis forum alicuius Iudicis, enumerat textus *cap. vlt. de fo. comp.* videlicet ratione delicti, contractus, rei, & domicilij. *idē in l. quain prouincia. C. vbi de crimin. & in cap. 1. de fo. comp. in 6. vbi gl. v. contrahentes.* explicat quomodo sortiatur quis forum ratione contractus.

Vltra autem hos modos attenditur etiam in sortitione fori status, & conditio personarum: vt nimirum miles coram Magistro militum conueniatur, &
2. similia *l. per iniquum. C. de iurisd. omn. iud. l. quoties. C. de Senat. & clariss. Abb. in cap. fin. num. 11. de fo. comp.* Hinc & Clericus coram iudice laico cōueniri non potest. *cap. si diligent. de fo. comp.* ne quidem pro crimine læsæ maiestatis, vt probat Thom. Gram. *cons. 1. nu. 30.* & in facto iudicatum fuisse in Curia Neapolitana, testatur Genuen. *in sua prax. cap. 90.*

Et ne quidem depositus Clericus iudicari debet ab alio quam ab Episcopo,
3. seu Iudice Ecclesiastico. *Dec. in cap. cum non ab homine. num. 22. de iudic.* si nimirum fuerit depositus, sine traditione Curiæ sæculari, quæ traditio non in omni depositione fit. *vt clare constat ex tex. cap. at si Clerici. in fin. de iudic. Host. in sum. de hæret. num. 10.*

Neque posset iudicari Clericus à Laico etiam de consensu proprij Ordina-
4. rij: *cap. quanto. cap. decernimus. loc. citat. de iudic. gl. singularis. in cap. significasti. v. Clerici de fo. comp. cit. Gram. cons. 29. num. 11.* vbi notat, quod neque Papa posset facere vt Clerici conueniantur coram Iudice sæculari, si nimirū permitteret hoc fieri generaliter; nam 5. alioquin causam singularis alicuius Clerici, siue ciuilem, siue criminalem in facto occurrentem, Papa committere potest iudicandam Laico. *cap. Mennam. 2. q. 4. iun. gl. v. arbitrio. & alia gl. in cap. decernimus. v. non præsumant. de iudic. Abb. in cap. Ecclesiæ S. Mar. nu. 6. de constit. Dec. ib. nu. 16.*

Neque ipsemet Clericus subijcere se
6. potest iurisdictioni laicali. *c. at si Clerici. lo. cit. de iud.* & si de facto se subijceret, iudicium esset nullū, & ipse Clericus esset grauiter puniēdus. *Gram. cit. lo. cit. n. 7.* Quinimò Iudex Ecclesiasticus posset tūc repetere Clericū à iudice laico, etiāsi ipse Clericus confiteatur se esse laicū, dūmodo constet contrariū. *Couar. pract. q. cap. 33. nu. 2.* Vltra quod Iudex ipse laicus iudicās Clericū incurrit pœnas Bullæ Mart. V. & plerūq; casus huiusmodi includitur Bulla Cœnæ Domini. Tenorem autem Const. Mart. V. allegatæ, cum ipsius vsus sit frequens hic ponendum voluimus, *vt sequitur.*

Ad reprimendas, & infra. Nos igitur aduersus talia præsumentium temeritatem remedia apponere, & super hu salubriter prouidere cupiētes, ac Conc. Mileuitani ac fe. re. Innoc. PP. III. prædeces. nostri Const. super hoc editu inhærentes, Auctor. Apost. ex certa scientia, hac nostræ irrefragabili Constit. perpetuò duraturæ

tenore præsentium statuimus, decernimus, ac etiam ordinamus, quod omnes & singulæ personæ Ecclesiasticæ, Seculares & Regulares ordinum quorumlibet quacunq; exemptione suffultæ, etiamsi Patriarchali & Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, quæ aliquā personā Ecclesiasticam personam, Collegium vel Conuentum in actione reali mixta vel personali, ciuili vel criminali, etiam occasione cuiuscunq; submissionis, etiam iuramento vallatæ, vel alias ad forū siue iudicium Laicale directè, vel indirectè (de qua in foro Ecclesiastico ordinari consueuerit, possit vel debeat, de iure vel consuetudine, aut alias cognosci) trahere præsumpserit, causam ipsam, & omne ius ei, siue eis in possessorio, vel petitorio, in re vel ad rem, causa vel occasione huiusmodi quomodolibet competens, eo ipso perdant penitus & amittant, & singulares personæ excommunicationis, Capitula verò & Conuentus suspensionis, & interdicti sententias incurrant ipso facto, & si personæ ipsæ & eis in præmissis adhærentes, & seruientes, in aliquo rebelles fuerint, & in continenti non obedierint, omnes illas per priuationem suorum beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunq; quæ obtinebunt, & in quibus, & ad quæ eis ius quomodolibet competit, & inhabilitationem ad alia in posterum obtinenda coërceri & compelli volumus ante dictas, & nihilominus omnes & singulos Iudices & Executores, communitates, Dominia, Laicos & Laicales personas, postquam exceptum fuerit, de non iurisdictione eorum, aut euidenter appareat huiusmodi cognitionem ad eos de iure non spectare, talia præsumentes, & ea fieri mandantes, seu eorum nomine & mandato facta rata habentes, vel eis faciendis dantes auxilium, consilium, vel fauorem, cuiuscunq; præeminentiæ, dignitatis, gradus, vel cōditionis existāt, Seculares personas, eorum videlicet singulos quocunq; nomine censeantur, & Consiliarios & priuatas personas, quæ præmissorum principales perpetratores existerent, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto, nullusq; ab eisdem sententijs per alium quā per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo absolui valeat siue possit, & præmissa omnia, non tantum ad futura, sed etiam ad præsentia & pendentia extēdimus auctoritate memorata, quodque etiam Procurator fiscalis causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ contra culpabiles in præmissis desuper summaria informatione præhabita, per se vel alium seu alios agere vel procedere possit & valeat, nihilominus concedentes. Non obstante si aliquibus communiter vel diuisim à Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de eorum propriis nominibus ac indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet constitutionibus, priuilegijs, indultis & literis Apostolicis, de quibus etiam plena & expressa, ac de verbo ad verbum in nostris literis habenda est mentio specialis, caterùq; contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ, Kal. Feb. ann. 1429. Pont. nostri ann. 12.

Vnde neque teneret processus apud Iudi-

Iudicem sæcularem contra Clericum factus, nec posset reputari Clericus contumax, si citatus non compareat coram Iudice sæculari, etiamsi citetur ad docendum de suo Clericatu, dúmodo vulgo habeatur pro Clerico, non enim potest licitè comparerè coram illo: neque bannum ad contumaciam huiusmodi latum illi præiudicaret, 8. *vt probat multis cit. Gramm. vbi supra.*

Dantur tamen aliqui casus in quibus regula huiusmodi non procedit, quos latissimè tractat Aufrer. per Reg. quatuor cum suis limitationibus *in tract. de potest. sæcul. in Ecclesiasticos.* nos singulariores tantum casus referemus.

Vnde primo ratione feudi, quod possidet à Laico Clericus, coram Domino 9. illius feudi conueniri potest. *c. verum. de fo. comp. Host. ib. in sum. num. 13. Felin. in cap. Cæterum. num. 3. de iudic.* vbi testatur de communi. Et potest tũc Dominus feudi sententiam suam exequi, dummodo non agatur ratione delicti, seu actione personali, nam pro hac non potest Clericus cõueniri, nisi apud proprium Prælatum, nec aliqua executio personalis in ipsum extendi potest. *vt latè Abb. in cit. cap. verum. præsertim nu. 23.*

Item ratione reconuentionis, vt si 10. Clericus ageret contra Laicum coram iudice Laico, & ibidem reconueniretur, teneretur ibidem respõdere, vt & è conuerso Laicus potest reconueniri coram Iudice Ecclesiastico. *cap. 2. de mut. pet. Host. in sum. eo. tit. num. 3. §. restat igitur. Felin. in cit. cap. verum. num. 4.* Reconueniri tamen non potest pro causa spirituali, cuius capax est Laicus: neque crimipaliter, neque si dolo fecerit se trahi Laicus ad Iudicem, vt reconueniri possit, huiusmodi enim dolus ipsi suffragari nõ deberet. *Maran. de ord. iudic. 4. part. dist. 6. num. 44.* neque demum coram Iudice appellationis, coram illo enim reconuentio fieri nõ potest. *Innoc. in c. 1. de mut. pet.*

Eiusdem reconuentionis virtute Cle- 11. ricus agens contra Laicum apud Iudicem sæcularem, si in causa succumbat, ab eodem Iudice condemnari potest in expensis. *Felin. lo. cit.* executionem tamen, tam in bonis quam in persona Clerici, tum Iudex Laicus facere non potest, sed est facienda per Iudicem Ecclesiasticum. *Abb. in cap. postulasti. num. 17. de fo. comp. Franc. in cap. sæculares. eod. tit. in 6.* & est communis DD. sententia.

Vlterius subijcitur Iudici Laico Clericus minorum Ordinum, si non habuerit requisita. *Conc. Trid. c. 6. sess. 23. de ref.*

Clericus item Apostata, qui pro Laico 12. se gerit & habetur communiter pro Laico, seu militiam, seu alia negotia sæcularia exercet, per Ecclesiam non defenditur. *cap. 1. de Apost.* vnde & Leo X. rescripsit Galliarum Regi, vt tales Apostatæ, postquam fuerint deprehẽsi per quatuor menses incedere sine habitu Clericali, possint capi à Curia sæculari; quod rescriptum *incip. Rom. decet Pont. de an. 1516. Kal. Octob. Pont. an. eius. 4.* refert Cassan. *in lib. constit. Burgund. tit. de iustit. num. 51.*

Præterea si Clericus deprehenditur in 13. crimine vel rixa, licitè potest capi & detineri per Curiam sæcularem, dũmodo sine mora tradatur iudici Ecclesiastico. *Abb. in cap. cum non ab homine. ænum. 11. de iudic. Dec. ib. ænum. 31.* & esse opinionem communem testatur. *Viuius comm. opin. v. Iudex Laicus.*

Item si Clericus assumat administrationem, officium seu seruitia apud Dominum sæcularem, si tertio monitus nõ desistit

desistit ab exercitio talis officij, puniri potest à Domino sæculari ratione præuaricationis in eodem officio. *cap. Sacerdotibus. ne Cler. vel Mon. ibiq;* Innoc. *Auffrer. lo. sup. cit. Reg. 1. fall. 17.* vbi probat trinam monitionē in tali casu præmittendam, debere esse specialem, non autem generalem contra quoscunque, nec sufficere vnam pro tribus, sicut neque in alijs omnibus casibus, in quibus ius expresse disponit præmittendam trinam monitionem. *per tex. cap. constitutionem. de sent. excom. in 6.*

Ad extremum Clericus degradatus & traditus Curiæ sæculari, subest Iudici
95. laico. *Abb. in. c. noumus. de verb. signif. Dec. in cap. cum non ab homine. cit. num. 68. & num. 22.* vbi colligi potest differentia inter depositionem & degradationem, nimirū quod depositionem non semper sequitur traditio Curiæ sæculari, degradationem verò semper.

Et quemadmodum Iudex Laicus personas Ecclesiasticas iudicare non potest, ita neque causas ad forum Ecclesiasticū
96. spectantes, vertentes inter personas sæculares, *cap. Ecclesia S. M. de constit.* ne quidem incidenter. *Abb. in eo. cap. Ecclesia S. M. nu. 2. Dec. ib. num. 46.* nisi quæstio incidat in possessorio, possessio enim censetur quid temporale. *Abb. in c. cum dilectus. num. 11. de elect. & in cap. Interv. num. 6. de iuram. calum. Afflict. in decis. Reg decis. 2. num. 5. Couar. pract. q. cap. 36. num. 1.* vnde possent coniuges compelli ad cohabitandum, non tantum per Ecclesiasticum, sed & per sæcularem Iudicem. *cit. Abb. in cap. tua nos. 2. nu. 2. de iureiuran. & in cap. ex publico de conuers. coniug. & in c. ex publico. nu. 3. de conuers. coniug.*

97. Ex præcedentibus itaque constat, directè ac propriè subesse Clericum Iudici Ecclesiastico, ac propterea reus in iudicio Episcopali merito censebitur Clericus, ita quod non possit declinare iurisdictionem proprij ordinarij, *vt testatur Host. lo. sup. cit. in sum. de for. com. nu. 14.* si nimirum siue ratione delicti, siue ratione contractus, domicilij, vel rei de qua agitur ipsi sit subiectus.

Ratione delicti, vbi enim quis deliquit, ibidem est puniendus. *cap. placuit. 6. quæst. 3. cap. 1. de raptor.* nec accusatur aliqua præeminentia quominus puniri 18.
possit, ita quod neque Episcopus delinquens in aliena Diœcesi excusetur, sed puniri potest ab ordinario loci, seu iudicari in causis, ex quibus corā ipso sortitur forum. *gl. in Clem. vn. v. procedant. de fo. comp. Abb. ib. in fin. & in cap. sane. n. 5. eo. tit. ext. & in c. cum inferior. de maior. & obed.*

Ratione contractus, prout contractus sumitur pro omni obligatione, in eo enim loco conueniendus est contrahens 19.
vbi contraxit, nisi solutio destinetur alibi. *Felin. in cap. fin. num. 19. de fo. comp. Abb. ib. num. 36.* vbi sufficienter explicat forum hoc ex contractu.

Ratione rei sortitur quis forum ibi, vbi sitæ sunt eius res, siue mobiles, siue immobiles pro quibus conuenitur. *Host. lo. sup. cit. num. 5.*

Ratione domicilij sortitur quoq; quis forum; quod quomodo constituatur diximus alias. Et ratione domicilij sorti- 20.
tum forum est præcipuum, & ordinarium, & illius ratione dicitur quis propriè subditus *Abb. in Clem. vn. num. 13. de fo. comp.* concurritque hic modus sortiēdi forum cum alijs omnibus, ita quod Iudex domicilij etiam ratione delicti alibi commissi, vel contractus alibi initi, siue rei alibi possessæ iudicare possit, & citare reum etiam extra territorium sunm existentem, & excommunicare alibi degentem, vt de non residente in

suo

suo beneficio ordinauit Conc. Trid. *sess. 23. cap. 1. de ref.* quod tamen Iudicibus ex reliquis modis sortiendæ iurisdictionis non est concessum. *Abb. in cit. cap. fin. num. 38. de fo. comp. & inc. meminimus. appell. Felin. lo sup. cit. n. 11. 23. & 24. Rot. decis. 464. in no.*

Teneretur tamen Iudex Domicilij
21. delinquentem, si ipsum nondum castigauerit, præmissa summaria cognitione super veritate inculpati delicti, requisitus remittere ad Iudicem loci delicti in criminibus grauioribus. *gl. in Clem. pastoralis. v. de more. de senten. & re. iud. Card. ib. Abb. ib. num. 12.* quinimò etiam non expectata requisitione ex vrbanitate remittere solent plerique. *vt Couar. lo. sup. cit. cap. 2. à num. 4.* Similiter & in casu, quo quis iuramento firmauerit, se certo loco soluturum, eodem remitti debet. *id. Couar. eo. lo. c. 10.*

Laici etiam licet proprium habeãt fo-
22. rum coram Iudice Laico. *cap. licet. c. ex tenore. de fo. comp.* in certis tamen casibus, subiecti sunt iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici, quos casus enumerat. *gl. in cap. cum sit generale. v. malefactores.* & alia gl. *in cap. licet. v. vacante.* & item alia. *in cap. ex tenore. v. in iustitia. lo. cit. de fo. comp.* qui casus comprehenduntur his versibus:

Hæreticus, Simon, Sæuus, periurus, adulter,
Pax, priuilegium, violentus, sacrilegusq;,
Si vacat imperium, si negligit, ambibigit, an sit,
Suspectus Iudex, si subdita terra, vel vsus,
Rusticus, & seruus peregrinus, feuda, viator.
Si quis pœniteat, miser aut sit, causaq; mixta,
Si denunciat Ecclesiæ, quis iudicat? ipsa.

Mixti autem fori sunt vsura, concubinatus, adulterij, Sodomia. *Clar. in pract. crim. q. 37.* Aufrer. autem *in suo tractatu de iurisdictione Ecclesiastica in seculares,* 23.
colligit 149. casus, in quibus Laici corrigi possunt per Iudicem Ecclesiasticum, quem consule: nobis sufficiat meminisse illius regulæ generalis, quod videlicet in omni delicto iure Pontificio inducto extendatur iurisdictio Ecclesiastica in Laicos. *c. 1. de off. ord. iun. gl. v. secundũ.* & testatur *Aufrer. lo. cit. num. 1. in princ.* Similiter & in omni casu nutritiuo peccati, vel saltem quoad salutarem pœnitentiam iniungendam. *c. nouit. de iudic. Abb. ib. num. 1.* Aliquæ etiam causæ Ecclesiasticæ in specie, quæ magis praxi quotidiana teruntur, necessario nobis sunt examinandæ. Vnde primo Matrimoniales videamus.

ARTICVLVS IV.

De Matrimonijs.

1 *Matrimoniales causas solus iudicat Episcopus.*
2 *Vicarius Episcopi ad Matrimoniales causas debet habere mandatum expressum.*
3 *Matrimonij impedimenta quæ sint.*

4 Bannorum omissio non facit Matrimonium nullum, sed clandestinum.
5 Episcopus potest remittere denunciationes, & ex quibus causis.
6 Diœcesani appellatione, an quilibet Ordinarius veniat.
7 Matrimonium sine præsentia Parochi contractum est nullum.
8 Matrimonium nullum non convalidatur subsequenti carnali copula.
9 Matrimonium nullum inter impuberes resolvitur in sponsalia de futuro.
10 Contrahentes nulliter, quid facere debeant.
11 Impedimentum superveniens post contractum Matrimonium quid operetur.
12 Parochus quis dicatur proprius.
13 Sacerdos substitutus in genere ad administrationem Sacram. potest interesse Matrimonio.
14 Episcopus dare potest licentiam Sacerdoti ad interessendum Matrimonio cõtrahendo loco Parochi.
15 Parochus nondum Sacerdos an possit interesse Matrimonio.
16 Episcopus non potest committere non Sacerdoti vt interfit Matrimonio loco Parochi.
17 Parochus circa Matrimonium adhibetur loco testis magnæ authoritatis.
18 Sponsalia de futuro non indigent præsentia Parochi.
19 Sponsalia de futuro quando inducant publicam honestatem.
20 Affinitas ex sponsalitijs de futuro ad quem gradum duret.
21 Sponsalia de præsenti æqualiter censentur cum Matrimonio non consumato.
22 Sponsalia de præsenti si fuerint nulla an inducant impedimentum.
23 Gradus consanguinitatis, quomodo computandi.
24 Contrahentes in gradibus prohibitis quas pœnas incurrant.
25 Matrimonij impedimenta quomodo probentur.
26 Sponsalia de futuro consensu contrahentium dissolui possunt.
27 Coniugis absentis mors quomodo probetur.
28 Metus iustus quis dicatur.
29 Iuramentum suppletorium an sit deferendum in Matrimonialibus.
30 Dotis actio potest intentari coram Iudice Ecclesiastico.
31 Dos quando amittatur.
32 Dotis actio maximè priuilegiata.
33 Dos quæ dicatur sufficiens.
34 Dos debetur, licet filia nubat contra voluntatem Patris.
35 Raptor tenetur dotare raptam.
36 Raptor quas pœnas incurrat.
37 Rapta quæ propriè dicatur.

MAtrimoniales itaq; causæ sunt fori spiritualis. *cap. 1 uam de ord. cogn. cap. causam. qui fil. sint legit.* quinimò nemo alius præter Episcopum causas Matrimoniales iudicare potest. *c. accedentibus. de excess. Prælat. Abb. ib. num. 1. & in cap. ex literis. num. 4. de cog. spec. & in cap. 1. nu. 11. de consang. & affi.* & easdem causas à iurisdictione Decani, Archidiaconi, & aliorum inferiorum iudicum reuocat Conc. Trident. *sess. 3. cap. 20. de ref.* adhoc *Nau. cons. 2. de for. comp. in antiq.* Imò ne Vicarius quidem Episcopi, nisi habeat adhoc speciale mandatum.

datum, causas Matrimoniales cognoscere potest. *Bertach. in tract. de Epis. lib. 4. p. 6. q. 20. Rebuff. de fo. Vic. Archiepis. n. 155. in prax.*

8. Et de his diuersis occasionibus aliqua supra retulimus, nunc videndū esset de impedimentis matrimonij, quæ duodecim impedientia contrahendum, & dirimentia contractum numerantur istis versibus.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si fis affinis, si forte coire nequibis.

Quæ quia à Summistis satis superque examinata reperiuntur, *vt à Syl. Ang. Armil. v. Matrimonium. Host. in sum. de spons. & Matr. Nau. in Man. c. 22. à nu. 30. Henriq. de matrim.* lectore ad eosdē remisso, circa ea solum quæ per Conc. Trid. *sess. 24. de ref. Matr.* circa Matrimonia contrahenda innouata sunt, aliqua referemus.

Et primo circa prohibitionem omissionis bannorum aduertēdum est, quod
4. illorum omissio non reddit Matrimonium nullum, sed clandestinum tantum, ita quod validum sit Matrimonium illis omissis, alijs tamen requisitis seruatis contractum, licet puniri possint sic contrahentes. *Rot. decis. 429. p. 1. diuers. Nau. lo. cit. in man.* Quinimò re-
5. mitti possunt banna per Episcopum, nō solum ex causa cum Matrimonium malitiosè impediri posset. in Conc. cit. *lo. cit. cap. 1.* expressa, sed etiam ex alijs iustis causis arbitrio ipsius Episcopi ponderandis, vt si adsit vicinitas temporis, quo nuptiæ prohibentur: si cōtrahendū sit cum persona quæ habet Parentes vel Tutores iniquos, de quibus verisimiliter dubitaretur, ne eam tradant ignobili vel simili, vel si constitutus in mortis articulo, vel contrahere cum concubina, vt legitimetur proles iam ante ex eo suscepta, vel si adsit inæqualitas inter contrahentes, vt quod diues ducat pauperē, nobilis ignobilem, senex iuuenem *Nau. lo. cit. Henriq. de matrim. cap. 5.* istis tamen casibus & similibus, quibus concedenda videretur denunciationum omissio, securius esset prius examinare testes ad minus duos, qui deponant se scire inter contrahentes, nullum adesse impedimētum Matrimonij. *vt notat Genuen. in prax. cap. 26. num. 4.* Tanto magis examen testium fide dignorum præmittendum est, si exteri constituto domicilio velint contrahere; & examinandum, an inter eos non adsit impedimentum: & tutius esset si in eorum patria curarētur proponi denunciationes, vt in Curia Neap. seruari testatur Genuen. *lo. cit. n. 9.* Parochi autem talium Matrimonio interesse omnino non debent, nisi inquisitione præmissa, re ad Ordinarium delata, & ab eodem licentia obtenta. *Conc. lo. cit. cap. 7.*

Potest autem remittere hæc banna siue denunciationes, non solum Episcopus, sed & alius quilibet habens iurisdictionem Ordinariam, cum Conc. vtatur verbo Ordinarij: quo nōmine comprehenduntur non solum Episcopi, sed & alij omnes iurisdictionē Ordinariam habentes. *gl. princ. in cap. Ordinarij. de offi. ord. in 6. Abb. in cap. post cessionem. num. 1. de probat. Dec. ib. num. 1. & cons. 121. Gem. in cap. 2. de constit. in 6. Bero. cons. 24. lib. 1.* vnde & Vicarium Episcopi comprehendi in Conc. cit. vbi vtitur verbo Ordinarij, docet Paris. *de resig. lib. 3. q. 11. num. 22. Sbroz. de Vic. Epis. q. 202. lib. 2.* 6.

Diœcesani autem nomine an veniat quilibet Ordinarius, an verò solus Episcopus, videri potest. *gl. sing. in Clem. 1. v. Diœcesanis de turep. Abb. ib.* alias vide eundem *in Cle. vn. de fo. comp. & in Clem. 1. de vit. & hon. Cler. num. 15.*

Non reddit item Matrimonium per se nullum clandestinitas orta ex eo quod stante inhibitione superioris de non contrahendo fuerit contractus, nisi aliquod aliud impedimentum grauius interuenerit, sed possunt puniri pœna arbitraria sic contrahentes. *cap. ex litteris de matr. contr. interdicti.*

Alia autem requisita circa matrimonium contrahendum ab eodem Concil. loc. cit. præscripta, nempe vt Matrimonium non nisi coram proprio contrahentium Parocho, & trium seu ad minus duorum testium præsentia contrahatur, si omittantur reddunt Matrimonium non solum clandestinum sed etiam nullum, vt est clarus textus Conc. cit. dummodo in loco contrahendi Matrimonij fuerit publicatum Conc. alioquin non afficeret personas eius loci in quo non esset publicatum. *vt aduertit Rot. in vna Calagurit. Matrimony coram Seraphino. 26. Ianua. 1523. posita decis. 429. sup. cit. par. 1. diuers.* vbi testatur eandem esse obseruationem in sacra pœnitentiaria. 7.

Matrimonium itaque contractum omissis requisitis prædictis præsentiæ Parochi & testium, erit adeo nullum, quod non debeat amplius per Episcopum annullari, cum iam ipso iure sit nullum, sed tantum possit declarari esse nullum, prout vidi rescripsisse S. Congregationem interpretum Concil. *in hæc verba.*

An contractum sit Matrimonium præsente Sacerdote alieno, absque Parochi vel Ordinarij licentia debeat Ordinarius illud irritare, vel irritum declarare.

Congregatio censuit irritū declarare non irritare, quia cum Concilio irritum fecerit, non est vlterius mortandum, sed opus esse sola declaratione quod irritum sit.

Sic etiam contrahentes adeo nulliter contrahunt, vt possint si velint ab inuicem separari, etiā non expectata Iudicis authoritate *Nau. de cland. desponſ. conſ. 5. & conſ. 1. desponſ. in no.*

Nec ratificatur sic nulliter contractū Matrimonium sequenti carnali copula: 8.
subsequens enim copula quoad sanandos defectus præsentiæ Parochi & testium, nihil operatur post Conc. Trid. *vt notat Nau. cit. conſ. 18. nu. 3. de ſponſ. in no.* licet quoad alios effectus remaneat in terminis iuris communis, vt quoad impediendam libertatem ingressus religionis, quæ ante copulam sequutam est libera. *cap. verum. cap. ex parte. cap. accedens. de conuerſ. conjug.*

Et in tantum quidem est nullum Matrimonium contra prædictam Concil. 9.
dispositionem contractum, vt ne quidem in sponsalia de futuro dissoluatur. *cit. Nau. conſ. 3. n. 3. de cland. desponſ.* Si tamen contrahatur inter impuberes, seu vnum puberem & alium impuberem; resolueretur in spōsalia de futuro *iuxta tex. cap. 1. de desponſ. impub. in 6. Couar. desponſal. p. 1. cap. 3.*

Sic itaque nulliter contrahentes si velint roborare contractum Matrimonium, debent contrahere de nouo seruatis prædictis requisitis, & hoc seruādum in alijs quoque defectibus, propter quos Matrimonium à principio fuit nullum, ita quod sublato defectu seu impedimento, debeat Matrimonium contrahi 10.

de no-

de nouo præstito consensu, *vt tradunt Summistæ sup. cit. de impedimento erroris, violentiæ*, & docet *Nauar. loc. cit. de sponsal. cons. 6. nu. 4. & cons. 12. num. 3.*

Vnde & stylus Curiæ seruat vt in concedendis dispensationibus super Matrimonio stante impedimẽto impediente, & contractũ dirimente facto, addatur semper in literis clausula (de nouo præstito consensu) *vt testatur Nau. cons. 6. cit. & Genuen. in prax. c. 25. nu. 9.* Vbi tamen impedimentum esset occultum, dummodo Matrimonium à principio fuerit in facie Ecclesiæ contractum, possent Sponsi priuatim tantum sibi mutuo præstare consensum absque Parochi & testium præsentia, quod sufficere declarauit. Pius V. *referente Nauar. cit. in man. cap. 22. num. 70.* & si fuerit sine Parocho & testibus contractum, possent secreto adhiberi Parochus & testes, & ita contrahi. *id. Nauar. cons. 6. cit. de spons. in antiq.*

11. Impedimentum autem superueniens post contractum Matrimonium hic non intrat, cum illud nihil obesse possit iam iam contracto Matrimonio. *cap. discretionem. de eo qui cog. consang. vx. & c. vn. de spons. in 5.* nisi fuerint sponsalia de futuro, hæc enim soluuntur perueniente impedimento. *cap sup. eod. de consang. & affin.* vel nisi agatur de exigendo debito, hoc enim impeditur subsequenti impedimento, saltem quoad eum qui daret causam impedimenti *c. transmissæ. cap. tuæ. de eo. qui cog. consang. vx. Abb. in cap. 1. eod. tit.*

Proprius autem Parochus quem Concilium requirit, est Parochus seu Sacer-
12. dos cui principaliter incumbit cura animarum loci, domicilij seu viri, si in Parochia viri contrahatur Matrimonium, siue mulieris, si in ipsius Parochia contrahatur. *Nau cons. 4. de cland. desponsat.* vbi testatur hoc idem declaratum fuisse à S. Congreg. Conc.

Locus autem domicilij intelligendus de domicilio quod sit fixum, vnde habens domicilium apertum in Ciuitate, si commoretur aliquando ruri in sua possessione recreationis causa, non poterit propterea dici illius proprius Parochus ruralis ad effectum contrahendi ritè Matrimonij, iuxta præscriptum *Conc. arg. tex. cap. is qui de Sepult. in 6.* & in specie tenuit Rot. *in vna Florent. Matrim. 26. Iun. 1579.* Coram vice com. *posita decis. 643. par. 1. diuers.* idem docet *Nau. cons. 2. nu. 1. de cland. desponsat. in antiq.* nil tamen obstat quominus aliquis dici possit habere plura domicilia, si vtrobique æqualiter commoretur. *cap. ex parte. de fo. comp. iun. gl. v. andegauen. & alia gl. in cap. cum nullus. v. domicilium. de temp. ord. in 6.* ad quod facit *l. labeo. l. assumptio. ff. ad municip. Nau. cons. 2. de cland. desponsat. in antiq.*

Proprij item Parochi nomine venit 13.
quilibet Sacerdos deputatus ab ipso Parocho. *gl. in Clem. 1. v. presbyteri. de priuil.* vel etiam ab Episcopo seu quolibet Ordinario aut eorum Vicario, isti enim dare possunt licentiam cuicunq; Sacerdoti ad interessendum Matrimonio in qualibet Parochia propriæ Diœcesis seu territorij, vt ipsemet Parochus, & quidem à fortiori: quia isti sunt Superiores Parochi, & ipsis incumbit principaliter cura animarum Diœcesis vel territorij. *cap. quæcunque. loc. q. 1. cap. præcipimus. 12. quæst. 1 Nauar. cons. 47. num. 1. de spons. in antiq.* Et satisfit concilio si contrahatur Matrimonium coram tali substituto, etiamsi generaliter tantum committeretur ipsi administratio Sacramentorum. *Nauar. loc. citat. cons. 11. in no.* & etiamsi verbaliter tantum ipsi de-

mandaretur. *id. Nau. consil. 27. de sponsal.* & hæc concessio posset probari per testes. *id. Nau. consil. 41. de sponsal. in antiq. Rot. decis. 750. num. 2. par. 1. diuers.* vbi testatur idem fuisse responsum à S. Congr. Conc. vel posset probari assertione ipsiusmet Parochi; creditur enim assertioni Parochi, in illis quæ spectant ad eius officium. *Aym. de antiq. temp. p. 1. §. quarto limitatur. num. 72. Rot. decis. cit.*

15. Si autem Parochus non fuerit actu Presbyter, licet de iure subsistere posset Matrimonium ipso præsente contractum, cum Parochus etiamsi nondum sit Sacerdos omnes functiones Parochi exercere possit, præter eas quæ sunt Ordinis. *arg. tex. cap. suffraganeis. c. transmissam. de elect.* conuenientius tamen est vt deleget alicui Presbytero qui loco ipsius interfit Matrimonio contrahendo. *vt consuluit Nau. consil. 1. de off. ord. in antiq.* vbi hoc idem respondisse Sacr. Congreg. Conc. testatur, & dato quod ipsemet Parochus posset interesse Matrimonio licet non fuerit Sacerdos, cõmittere tamẽ nõ posset vices suas ad hoc
16. alteri non Sacerdoti, *vt deducit id. Nau. consil. 30. num. 5. in fin. de sponsal. in antiq.* imò neque Episcopus posset committere tales vices alteri quam Sacerdoti, deducit *id. Nau. consil. 44. ib.*

Sufficit autem si Parochus adsit contractui siue inuitatus, siue casu, vt si forte adesset conuiuij aut confabulationis causa, dummodo ad ipsum actum contrahendi Matrimonij verè & formaliter adhibeatur. *Nau. consil. 20. num. 1. de cland. desponsal. in antiq.* quod etiam declarasse S. Congreg. Concil. refert Gonz. *super 8. Reg. Canc. glos. 48. num. 35.*

Similiter validum erit Matrimonium præsente Parocho contractum, licet ipse Parochus præsens non det benedictionem contrahentibus: benedictio enim nec auget nec minuit validitatem contractus Matrimonij. *cit. Nau. consil. 15. num. 2. de sponsal. in no. & consil. 2.* 17. *num. 4. de clandest. de sponsal. in antiq.* quia nimirum Parochus circa contractum Matrimonij adhibetur tantum pro teste magnæ authoritatis, neque ipsius voluntas aut consensus in illo requiritur sicuti neque aliorum testium. *Ledesma. de Matrim. quæst. 43. artic. 5. Genuen. loc. sup. cit. cap. 61. num. 5.*

Aduertendum præterea quod prædictæ solemnitates. *Conc. cap. 1. sess. 18.* *24. de ref. Matrim.* non requiruntur in sponsalibus de futuro, & valent sponsalia de futuro illis non seruatis celebrata. *Nau. consil. 3. de sponsal. in no.* nihil enim innouauit Concil. Trid. de istis sponsalibus. *vt notat id. Nauar. ib. consil. 18. num. 1.*

De eisdem sponsalibus de futuro aduertendum est prærerea, quod per illa 19. inducitur publicæ honestatis impedimentũ, licet fuerint postmodũ dissoluta ob superueniens aliquod impedimentum; dummodo tamen non adfuerit à principio defectus consensus, quia tum nullum impedimentum causarent. *cap. ad audientiam. de sponsal. & cap. vn. eod. tit. in 6.*

Et dummodo non fuerint à principio inualida ex aliqua causa, nam tum nullum inducerent impedimentum publicæ honestatis. *Conc. cap. 3. cit.* vnde & illa quæ sub conditione contrahuntur, non causabunt hoc impedimentum nisi purificata conditione. *Nauar. consil. 1. n. 4. de cond. appos. in antiq.*

Vlterius aduertendum quod impedi- 20. mentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus de futuro, cum antea afficeret

ceret vsque ad quartum gradum de iure antiquo. *cap. sponsam. de sponsal.* nunc non afficit vltra primum gradum post Concil. Trid. *loc. cit. cap. 3.* quod correxit quoad hoc ius antiquum. Impedimentum autem publicæ honestatis ortum ex sponsalibus de præsenti afficit vsque ad quartum gradum etiam nunc post Concil. Trid. nec continetur reductione eiusdem Concil. cit. *cap. 3.* sed remanet in terminis iuris antiqui, secundum quod causantur sponsalia de præsenti in omnibus æqualiter cum Matrimonio vero nondum carnali copula cõsumato. *vt Abb. in Rub. de spons. Felin.* a). *ib.* Quod autem non contineantur hæc sponsalia reductione Conc. cit. *cap. 3.* declarauit Pius V. Constitutione sua *quæ sequitur.*

Pius Episcopus.

AD Romanum spectat Pontificem sua sollicitudine diligenter prouidere, vt Sacrorum Conciliorum decreta ita sua declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla desuper dubitandi occasio cuiquam relinquatur. Sane ad aures nostras peruenit multos esse qui dubitant, an decretum Oecumenici Concilij Trident. sess. 24. de reformatione Matrimonij Capitulo tertio, quo cauetur impedimentum publicæ honestatis vbi sponsalia valida non fuerint prorsus tolli, vbi verò valida fuerint non excedere primum gradum, cum in vlterioribus gradibus non possit huiusmodi prohibitio seruari, de sponsalibus per verba vt aiunt de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiam Matrimonia per verba de præsenti contracta, non tamen consumata, quæ interdũ sponsalia appellantur comprehendant, ita vt etiam eo casu impedimentũ inde proueniens sublatum fuerit.

Nos itaque vt omnis facultas dubitatioq; tollatur, attendentes quod sponsaliorum appellatione qua dictum Concilium vtitur, non nisi impropriè Matrimonium verbis de præsenti conceptis contractum continetur, quodq; agitur de correctione iuris veteris, quo casu secundum proprietatem verborum duntaxat procedendum est, præsertim cum longè maiorem rationem prohibitionis in Matrimonio per verba de præsenti contracto, quã in sponsalib. de futuro vigore à nemine dubitetur. Idcirco motu proprio Authoritate Apostolica tenore præsentiũ declaramus & definimus, decretum Concilij huiusmodi omnino intelligendum esse & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in Matrimonio sic vt præfertur contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum Decretum Concilij introductum erat, & ita ab omnibus iudicari debere mandamus atq; statuimus. Non obstantibus, &c. Datum Romæ, ann. Incarnat. 1568. Kal. Iul.

Vnde etiam hæc sponsalia de præsenti cum remaneant in terminis iuris antiqui, inducent impedimentum publicæ honestatis, licet fuerint nulla à principio ex aliqua causa; iure enim antiquo inducunt etiam hoc casu, *vt patet ex tex. c. vn. de spons. in 6.* Nisi fuerint nulla ex defectu consensus vel conditionis appositæ. *vt tex. cit. & Io. Andr. ib. Arm. v. Matrimonium. num. 46.* Affinitatem tamen non inducunt hæc sponsalia, cum affinitas non oriatur sine carnali copula. *Host. in sum. de affinit. num. 9. circa fin. Nauar. cons. 33. num 1. in antiq.* 22.

Vlterius

Vlterius aduertendum in computandis gradibus consanguinitatis ad Matri-
23. monium contrahendum, non esse computandos ascendentes, vel descendentes quæ in istis non solum ad quartum gradum, sed in infinitum durat prohibitio de contrahendo, *vt notat Abb. in c. non debet. num. 8. de consang. & affin.* vnde gradus isti computandi erant inter collaterales, tantum vsque ad quartum gradum, & in illis computandis, remotior gradus attendendus, & ne aliquis contrahentium sit in primo gradu. *cap. fin. de consang. & affi.* & de huiusmodi computatione graduum. emanauit quoque Constitutio Pij V. *public. Romæ. 20. Aug. 1566.* tenoris sequentis.

SAnctißmus in Christo Pater, & D. N. Pius Diuina prouidentia PP. V. attendens per quandam constitutionem dudum per fel. rec. Pium PP. IV. Sanctitatis suæ Prædecessorem editam, qua cauetur, quod in dispensationibus Matrimonialibus pro diuersis cõsanguinitatu, seu affinitatis ex eodem stipite prouenientibus gradibus coniunctis, non remotioris solum prout olim fieri solebat, sed etiam propinquioris graduum, expressa mentio fieri debebat, alioquin dispensationes, ac desuper confectæ literæ nullius sint roboris vel momenti, prout in dicta Constitutione plenius continetur, à dispensatione iuris communis, & laudabili, ac antiquo Roman. Cur. stylo nimium recedit, ac fauorem Matrimonij debitum restringi. Volẽsq; propterea iuri & stylo præfatis, nec non piæ mem. Greg. X. & Clem. VI. Rom. Pont. etiam Sanctitatis suæ Prædecessorum vestigiis inhærendo, Sacramento & libertati Matrimonij, quantum cũ Deo potest fauere, statuit & ordinauit, quod de cætero in quibuscunq; dispensationibus, quas pro Matrimoniis contractus, aut contrahendis, inter viros & mulieres inuicem diuersis prohibitis cõsanguinitatis, seu affinitatis, aut mixtis, ex communi seu ab eodem stipite surgentib. quicunq; illi sint, dummodo primum quoquomodo non attingant, cum in eo Sanctitas sua nunquam dispensare intendat gradibus coniunctos, ab eadem Sanctitate sua, & pro tempore existente Rom. Pont. aut Sede Apostol. impetrari, vel alias concedi contigerit, ac literis commissionibusq; desuper etiam locorum ordinariis faciendis, gradus remotior attẽdatur, trahatq; secum propinquiorem: ac ob id sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen postea super proprinquiorem literis declaratoriis, iuxta Greg. & Clem. Prædeceſſ. huiusmodi Constitutiones, quas quoad hoc innouauit, ac inuiolabiliter obseruari mandauit, dispensationesq; seu dispensandi commissiones, ac desuper confectas literas & processus habitos per eosdem dispensatos, seu hos cum quibus dispensari mandatur, propterea proximioris gradus huiusmodi non expreßionem de subreptitionis, seu obreptitionis vitio, seu intentionis defectu notari non posse, sed in omnibus & per omnia suffragari, perinde ac si in literis seu commißionibus huiusmodi de proximiori seu vtroq; gradu, specialis & expressa mentio facta fuisset, sicq; per quoscunq; Iudices, &c.

Quas autem pœnas incurrant, contrahentes in gradibus prohibitis, exi-
24. stentes in Sacris, non in Religione professa, consuli possunt Doctores *in Clem. vn. de sponſ.* quam Clem. innouauerat, postquam

postmodum Clem VII. Const. *incip. quia plerumq; de ann. 1524. Kal. Sept. Pont. an. 1.*

In probandis verò impedimentis qui testes requirantur, omissis diuersorum opinionibus controuersis dicamus breuiter. Quod si agatur de dissoluendo Matrimonio iam cõtracto, requiruntur testes omni exceptione maiores *Abb. in cap. 1. de consang. & affi. Couar. in 4. decret. p. 2. cap. 8. quæst. 12. num. 7.* Et dicũtur testes omni exceptione maiores, quibus nihil obijci potest. *gl. v. maiores. in cit. cap. 1. de consang. & aff.* vel prout describuntur *in cap. licet. 2. de testib.* saltem quoad Matrimoniales causas, nimirum vt iurent, vt sciant enumerare gradus ab vtroque latere, quod recognouerint ad minus vltimi gradus consanguineos, & à senioribus bonæ famæ audierint, sintq; ipsimet viri graues, famæ bonæ, *ib.*

Et admittuntur etiam consanguinei, & pater, mater ad prohibendum testimonium hoc casu: imò & alijs præferũtur, quia præsumuntur scire suam genealogiam, *vt notant communiter DD. in cap. super eo. 2. de testib. ibiq; host. in sum. num. 3.*

Confessio autem vtriusq; coniugũ de impedimento, non sufficit ad dirimẽdum Matrimonium. *cap. super eo. de eod. qui cog. consang. vx.* nisi cõcurrat fama. *vt probat Abb. in eod. c. super eo.*

Vltra si sit probandum pro validitate Matrimonij sufficiunt testes Ordinarij. *Abb. lo. cit. Felin. in ca. licet causam. num. 18. de probat.* & tenuisse Rotam. *in vna Tullen. Matrimonij. 14. Ian. 1568.* coram Oradino, refert Genuen. *lo. sup. cit. c. 22. num. 24.* vbi multos ad hoc allegat authores. Vnde etiam, si quæritur an legitimè fuerit contractum Matrimonium, liber Parochi in quo annotantur nomina contrahentium, facit magnam probationẽ, vt tenuit Rot. *in vna Colonen. 20. Feb. 1581.* coram Robusterio *relata decis. 340. p. 1. diuers.* creditur enim dicto seu scripturæ Parochi in illis quæ spectant ad ipsius officium, vt alias diximus, *& facit ad hoc c. ad audientiam. de præscript. Felin. ib. Imol. in repet. l. admonendi. num. 132. ff. de iureiur.* maximè si adsint adminicula antiquitatis scripturæ, vel consuetudinis loci, quoad tali scripturæ seu libro credatur. *cap. cum dilectus. de fid. instrum. Abb. ib. nu. 5. Dec. in cap. 1. num. 6. eo. tit.* consuetudo enim potest dare fidem scripturæ, alias non authenticæ. *Rot. decis. 787. p. 1. diuers.*

Item si agatur ad impediendum Matrimonium contrahendum, sufficit vnus testis qui deponat iuxta normam *cap. licet. cit.* tunc enim minores probationes requiruntur. *Abb. in cap. super eo. cit. nu. 5.* vel saltem ad effectum suspendendi cõtrahendum Matrimonium, donec veritas indagetur. *arg. tex. cit. cum inhibitio. de clandest. desponsa.* vel ad effectũ obtinendæ dispensationis, si in contrariũ non probaretur. *c. super eo. de testib. & c. præterea. de desponsa.*

Demum si agatur de solutione sponsaliorum de futuro, sufficeret fama super impedimento. *cap. super. eo. de consang. & affin.* vel sufficeret sponsorum confessio, cum & mutuo illorum consensu sponsalia de futuro etiam iurata dissolui possint. *cap. 2. de sponsal. Abb. in cap. sup. cit. super eo. de eo. qui cog. cõs. ang. vx. num. 5. Nau. conj. 3. de desponsa. impub. i n antiq* 26.

In casu autem quo ob absentiam diuturnam alterius coniugum, alter prætendit transire ad secunda vota, nõ sufficiunt semiplenę probationes de morte absentis: nec sufficit expectare quinquẽ-

niũ, sed debet apparere certitudo mortis, saltem per violẽtas præsumptiones, vt quod in acie fuerit, in qua plurimi cẽsi sunt, quod nauis in qua nauigabat naufragiũ passa sit, & omnes cum ea perierint. *Arm. v. Matrimonium. num. 45.* vel Iudicis arbitrio in talibus standum, qui ex coniecturis adductis moderari debet arbitrium suum. *Nau. & per eum allegati cons. 1. de secun. nup. in antiq.*

28. Itẽ si sit probandus iustus metus, metus iustus ex parte mulieris probari debet, qui possit cadere in constantem mulierem, & metus iustus viri qui cadit in constantem virum. *Abb. in cap. cum locum. num. 6. de sponsal.* nec præsumendus metus iustus in præsentia patris, matris, vel consanguineorum. *Villal. comm. opin. sub lit. M. num. 56. Menoch. cons. 69. vol. 2.* nisi adsint in contrarium probationum adminicula, quæ Iudex debet arbitrari. *Rot. decis. 541. p. 2. diuers. Nau. cons. 36. num. 8. de sponsal. in antiq.* vbi etiam solam nimiam reuerentiam parentum quandoque sufficere ad annullandum Matrimonium.

29. Ad extremum, in Matrimonialibus vbi fuerit semiplenè probatum, iuramentum suppletorium deferri potest, consideratis personarum & causæ circumstantijs, præsertim si sit iurandum pro validitate Matrimonij. *Abb. in cap. mulieri. num. 6. & 7. de iureiuran. Host. ib.* iuramentum tamen hoc non obesset, si postmodum veritas in contrarium fuerit probata, cum nec res iudicata obsit in Matrimonialibus, & in alijs in quibus vertitur periculum animæ, dummodo postea appareat contrarium, *vt Latè Abb. lo. cit.* Vel potius probationes circa Matrimonialia inferendæ, prudentis Iudicis arbitrio sunt regulandæ, cum alioquin certa regula de illis dari non possit. *cap. cum dilectus. iun. gl. de his quæ vi metusuè. Abb. lo. sup. cit. & in c. in præsentia. de sponsal. Couar. in 4. decret. p. 2. c. 8 q. 12. num. 22.*

Subintrat in Matrimonialibus quæstio dotis, & ratione connexitatis cum 30.
Matrimonio, potest quoque iudicari apud Iudicem Ecclesiasticum. *cap. si annum. de iudic. in 6. gl. in cap. licet. v. vacante. de fo. compet. & cap. de prudentia. de donat. inter vir. & vx. Dec. in cap. quanta. num. 13. de iudic.* etiam de dote nudo facto promissa. *Innoc. in cap. de prudentia. cit. Bald. in l. 1. C. de promiss. dot. & de arru datis. Fed. de Sen. cõs. 163.* etiam post separatum Matrimonium. *cap. significauit. de iudic. Abb. ib.* imò de pœna de contrahendo Matrimonio, interposita cognoscere potest, & de alijs consequutiuis Matrimonij. *Abb. in cap. gemma. num. 5. & in cap. proposuit. de cõiug. ser. & in cap. per vestras. de donat. inter vir.*

De dote itaque notandum, quod mulier adulterans amittit dotem, Iudicis 31.
tamẽ præcedente sententia super adulterio, nam absque Iudicis authoritate ne quidem dimittere eam potest maritus ob adulterium. *cap. porro. de diuort.* nisi fuerit adulterium notoriũ, vel ipsamet adultera à viro discesserit. *cap. plerumq;. de donat. inter vir. cit.* Si autem separetur Matrimonium ex culpa viri, deberet vxori restitui dos vna cum donatione propter nuptias. *Abb. in cap. fin. de adult.*

Si etiam postmodum inter se reconciliantur, tunc dotem mulier recuperat ipso facto. *cit. cap. plerumq;. iun. gl.* similiter recuperat dotem, si iudex ex officio suo redintegret Matrimonium ob fornicationem viri commissam post diuortium, quod facere potest vt occurratur scandalo fornicationis, & in praxi seruari testatur Genuen. *lo. sup. cit. n. 14.*

Pro

Pro dote non soluta licite petitur interesse donec soluatur. *c. salubriter de vsur.* etiam post mortem viri donec dos restituatur. *Couar.var.res. lib.3. cap.5. num.3.* Et actio dotis maxime est priuilegiata, æquiparatur enim fisco. *Dec. in c. 1.num.75.de probat.* & præfertur omnibus creditoribus, licet confessio dotis fuerit posterior omnibus creditoribus. *Couar.lo.cit.lib.1. cap.7.* Et potest probari per coniecturas, præsumptiones, indicia. *Rot. decis.588.p.1.& decis.316.p.2.diuers.*

Tenetur autem pater dotare filiam. *l. qui liberos.ff.de rit.nupt.* vel mater, si pater sit inops. *Bart.Bald. in Auth. res quæ. C.comm.de leg.* nã vterque obligatur in solidum: vnde non procedit in illis excussio, præsertim si esset notoria egestas Patris. *Aem. Veral. decis. 275. alias 2.de oblig.p.2.* Et debet dari dos congrua ducta proportione Matrimonij, cum succedat loco Matrimonij & legitimæ. *l. denique. §. ergo etiam. ff. de minoribus. l. Pomponius.ff. fam. ercisc. Bald. lo. sup.cit. Rot.decis.538.p.1. diuers.* & posset coæquari filia cohæredibus, si appareret enormiter læsa; considerata tamen læsione ex facultatibus patris tempore constitutæ dotis, non autẽ postmodum auctis, tum & attentis dispositionibus statutarijs. *Bald.lo. cit. Ruin.in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 134.ff. de lib.& posth. Dec. cons. 181. Menoch.de arbitr. iud.lib.2.cent.2.cas. 149. Cas. de Graff decis.162.* Aequiparatur dos & alimentis. *Rot.decis.538.cit.* vnde etiam filiæ spuriæ debet dari, cum etiam spurijs debeantur alimenta. *c. cum haberet. in fin. de eo qui dux. in Matr. quam poll. Abb.ib. Dec.in c. Ecclesia. S. M.n.112.de Cõst. Petr.à Duen.Reg.366.limit.5.* Debet dari dos, etiãsi filia nubat contra voluntatem patris; præsertim si nubat anno ætatis 25. *gl.in cap.fin.32.q.1.& alia gl.in c.fin.36.q.1. Auth.sed si post viginti quinque.C.de inoffi. test.* sed maxime hoc procedit de iure Canonico, quod semper prospicit libertati nubentium. *Abb. in c.cum causa.de raptor.* Vbi tamen esset rapta, & contra voluntatem patris, & contra propriam voluntatem, raptor illam teneretur dotare decenter Iudicis arbitrio. *Conc.Trid.sess.24.cap.6.de ref. Matr.* idq; etiamsi eam non ducat postmodum in vxorem. *c. 1.de adult.* quinimò tum tanto maiorem dotem assignare tenetur. *Abb.in cit.c.1.num.4.*

Vltra autem hanc pœnam raptor ipso facto incurrit excommunicationem, tũ & cõsilium, auxilium, fauorem illi præbentes. *cap.eos qui.cap.de puella.36.q.2. Conc.Trid. lo. cit.* & inter raptorem & raptam nullum est Matrimonium, nisi rapta è potestate raptoris liberata, & in in loco tuto separata de nouo præstiterit cõsensum. *Conc.lo.cit.* & hoc propter libertatem consensus, qui requiritur in Matrimonio, & non præsumitur in domo raptoris. *Nau.cons.3.num.8.de consang.& aff.in antiq.* vbi ex eadem ratione deducit inter raptorem & raptam, dum est in raptoris potestate, non posse contrahi sponsalia de futuro, quia nimirum etiam in istis requiritur plena libertas consensus.

Dicitur autem raptus, cum puella de cuius nuptijs nihil ante actũ fuerat, abducitur de domo parentum, siue vi abducta fuerit, siue persuasa muneribus datis vel promissis; semper enim præsumitur consensus mulieris extortus, cum nullus tractatus præcesserit de Matrimonio. *Abb. in c. cũ causa. de raptor.* & dicitur rapta etiam volẽs, dummodo sit rapta inuitis parentibus vel tutoribus. *l.1. C. de rapt. virg. Abb. lo. cit. Nau.cons.1. de rapt.*

ARTICVLVS V.

De Iureiurando.

1 *Iurare facientes illicita quas pœnas incurrant.*
2 *Iuramentum de illicitis factum non tenet nec indiget dispensatione.*
3 *Iuramentum de soluendis vsuris, vel metu extortum ligat.*

1. COntra iurantes & iurare facientes illicita emanauit constitutio Greg. XIII. quam hic propter eius frequentem vsum inserendã putauimus, & sequitur.

Inter Apostolicas, & infra: Verum tamen multi infirmi cupidiq; sensus sese in huiusmodi iuramenta cum animarum suarum periculo præcipitant: Nos quoniam hac Sanctorum quoque Patrum institutis, & salubri rerum Ecclesiasticarum directioni aduersantur, & tanquam de radice ambitionis procedentia, omne bonum in Ecclesiis rebusq; publicis peruertunt, ea noua prouisionis subsidio prohibere volentes, præsentium authoritate innouamus prædictam Constitutionem Nicolai Papæ; itidemq; alias omnes Canonicas sanctiones sue de abusu & reprobatione huiusmodi iuramentorum promulgatas, volumusq; eas vbiq; ab omnibus etiã quoad præterita inuiolabiliter obseruari, ac etiam præcipimus & interdicimus prælatis, Canonicis & alijs supradictis, nec non Ecclesiarum Capitulis & Monasteriorum cæterisq; Conuentibus, Ciuitatum quoque, Castrorum, & Terrarũ cõmunitatibus, & personis quacũq; dignitate prædictis, ne vlla omnino iuramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel libertati Ecclesiasticæ, aut decretis Conc. Trid. obuiantia, siue ante, siue post electiones, confirmationes, prouisiones, receptiones, admissiones, aut alios actus, vbicunq; ac quocunq; tempore, etiã prætextu cuiusuis consuetudinis quandocũq; tempore obseruatæ, quæ potius corruptela est censenda, siue in genere siue in specie præstare, reddere vel exigere, neue super præstitis, redditis, vel exactis hucusq; quenquã in iudicio vel extra inquietare audeant quoquo modo vel turbare; illos enim qui iuramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel Ecclesiasticæ libertati, aut decretis dicti Concilij obuiantia exigere contenderint, Episcopos, videlicet alios quoscunq; Pontificali dignitate prædictos suspendimus à diuinis, Capitula verò & Conuentus eorumq; Ecclesias & loca omnia interdicto Ecclesiastico supponimus, ac singulares personas excõmunicationis sententia innodamus, inhabilesq; facimus ad obtẽta & alia obtinenda eo ipso: nobisq; & Rom. Pont. pro tempore existẽti relaxationes suspensionis, & interdicti, nec non absolutionẽ ab excommunicationis sententia huiusmodi perpetuò reseruamus: decernẽtes eos qui talia iuramenta scienter præstiterint, vsu & commodo res & gratia cuius causa iurauerint, eo ipso priuatos esse, alios verò ignorantes ad præstitorum iuramentorum huiusmodi obseruationem minimè teneri, nec non irritũ, &c. Non obstantibus, &c. Data Romæ Nonas Septemb. anno 1584.

Quacunq; autem forma præstetur iuramen-

ramentū tenet *Arm. ver. iuramentum. n. 6.* dummodo adsit intentio quæ si desit vt accidit in inuitis, vel si protestatur iurās coram alijs se non intendere iurare, non tenet. *cap. verum. de iureiuran.*

2. De illicitis autem vt disponitur extrauag. præmissa, & de illis quæ continent peccatū, iuramentum etiā cum intentione factum non tenet, nec indiget dispositione. *c. si verò. c. quanto. lo. cit. de iureiuran.* si tamen illicitum fuerit non ex parte iurantis, sed alterius in cuius fauorem iuratur, vt de soluendo vsuras, vel vi seu metu extortum, obligat & est seruandum, licet repeti possint vsuræ, 3. postquam iuramēto fuerit satisfactum. Vel antequam incurratur periurium, peti potest ab Episcopo absolutio à iuramento, qui, si iuratum fuerit per contractum nominatum, ex quo ius alteri fuerit quæsitum, non nisi citata parte absolutionem præstare debet; si autem ius alteri quæsitum non fuerit contractu nominato, absque vocatione partis absoluere potest. *Conar. loc. cit. lib. 1. cap. 4. à num. 5. ad 15.*

ARTICVLVS VI.
De Hæreticis.

1 *Episcopus est Ordinarius Inquisitor in sua Diœcesi.*
2 *Episcopus potest procedere contra Hæreticum, licet Inquisitor etiam procedat.*
3 *Hæreticus quis dicatur.*
4 *Testis quis esse possit in causa hæresis.*
5 *Hæretico an debeat concedi procurator.*
6 *Hæreticus condemnatus appellari non potest.*
7 *Inculpatus de hæresi causa pendente an admittendus ad Missam.*
8 *Hæresis præsumptiones quæ dicantur violentæ velleues.*
9 *Excommunicatus perseuerans per annum est suspectus de hæresi.*
10 *Confessarius sollicitans pœnitentem ad libidinem suspectus de hæresi.*
11 *Inquisitionis officium impugnans, quas pœnas incurrat.*
12 *Hæreticus quando tradendus Curiæ seculari.*
13 *Iudex tradens Curiæ seculari damnatum, si mors sequatur an incurrat irregularitatem.*
14 *Iudæi iudicari possunt ab officio Inquisitionis certis casibus.*
15 *Thalmud Iudæorum est prohibitum.*
16 *Iudæi compelli debent ad conciones audiendas.*

HAeresis quoque est crimen Ecclesiasticū *c. vt inquisitionis. de hære. in 6.* & Episcopus est Iudex Ordinarius causarum hæresis in Diœcesi sua, ita quod non impediatur formare præcessū, licet inquisitor adsit in Diœcesi & procedat. sed hoc casu vel separatim vel coniūctim cū inquisitore formare potest processū. *c. per hoc. lo. cit. Clem. 1. eo. tit.* si tamē seorsim procedunt, debent sibi communicare acta & vterq; simul proferre sentētiā: & si fuerint discordes remittere debent instructā causam ad Sedem Apost. *Siman. de Cath. inst. tit. 25. nu. 4.* Vnde & processū contra hæreticos, & super libris prohibitis, licet adsit Inquisitor, 2.

publicare potest Episc. collecti tamen libri prohibiti, Inquisitori consignari debent, vt respondisse S. Congr. Inquisit. testatur *Franch. Leo in sua prax. c. 37.*

2. Hæreticus autem dicitur, qui existens baptizatus errat pertinaciter in fide. *ex Sim. cit. tit. 31.* vbi multis explicat quis sit dicendus hæreticus, vel qui pertinaciter aliquid credit, quod est fidei catholicæ contrarium. *Nau. in manual. c. 11. num. 22.* Dummodo verbo, scripto, vel facto exprimat suum errorem, aliter enim, solus mentalis error quoad incurrendum excommunicationem, seu alias pœnas fori exterioris, non faciet hæreticum cum Ecclesia actum mentis nudũ non iudicet. *Arm. verb. Hæresis. num. 1.*

4. In causa hæresis potest esse testis idem qui denunciat. *c. in omni. de testib.* potest etiam esse testis quilibet, licet criminis fuerit particeps, infamis, periurus, dummodo non sit inimicus accusati. *cap. in fide. accusat. de hæretic. in 6. cit.* Duo tamẽ huius qualitatis testes non faciunt plenam probationem, sed tantum indicium ad torturam, vel ad imponendum pœnam extraordinariam. *Pegna in 3. par. direct. inquisit. quæstio. 64.* Alij autem testes fide digni & omni exceptione maiores, duo sufficiunt ad conuincendũ de hæresi. *Sim. cit. tit. 64. n. 36. Direct. inquis. 3. par. quæst. 71. Pegna. ib.*

Denuncians iurare debet, quod non ex odio vel animi passione denunciat, interrogari debet an verba hæretica prolata fuerint seriò vel iocosè, vel referendo aliorum opinionem. duobus enim casibus extremis prolatata, non causarent aliquem esse hæreticum. *Eymer. 3. part. direct. de form. examin. test.* grauiter tamen esset puniendus, verba hæretica etiam iocosè proferens, vbi adesset periculum scandali.

Examinandi sunt testes in causa hæresis adhibito Notario & duabus personis grauibus, quæ in defectu Clericorum possunt esse laici. *Pegna. loc. citat. quæst. 63.*

Non debet concedi procurator hæretico postquam conuictus est de hæresi, si autem esset tantũ delatus vel suspectus, 5. & negaret se esse hæreticum, non potest illi denegari procurator per quẽ se defendat. *Pegn. cit. 2. par. direct. commen. 10. Siman. loc. cit. tit. 5.* qui docet procuratorem huiusmodi prius iurare debere se bona fide iustis saltem medijs defensurum, & si cognouerit causam iniustam illam se deserturum.

Non debent etiam reuelari nomina testium, vel denunciatoris. *cap. statuta. lo. cit. in 6.* nisi fuerit socius criminis, vel si non adsit periculum vindictæ. *Pegna. cit. in 3. p. com. 348.*

Appellationis remedium hæretico condemnato non est concedendum. *c. vt inquisitionis. lo. cit. Siman. cit. tit. 6.* nisi ab interlocutoria. *Pegna. loc. cit. com. 31.* seu ante prolationem sententiæ. *Felin. in cap. sicut. de Simon. Maran. part. 6. de appellat. num. 288.* 6.

Causa pendente non est admittendus ad audiendum Missam neque illi concedi debet Confessarius, nisi in periculo mortis, si fuerit cõuersus. *Sim. loc. cit. tit. 16. num. 30.* 7.

Variè autem defertur aliquis pro crimine huiusmodi. aliquando enim defertur ex suspicione leui, vt quia semel dixit ex ira verba hæretica vel blasphema, vel sustinuit excommunicationem per annum, incurrit enim talis suspicionem de hæresi, non tamen est hæreticus. *Arm. loc. cit. num. 3. Eymer. in 2. part. direct. quæst. 46.* vbi & alias suspiciones huiusmodi refert, & pro talibus facta abiuratione de leui, imponitur pœnitentia salutaris, & regulariter non proceditur 8. 9.

ceditur ad torturam in talibus. *Genuen. in prax. cap. 84.*

Aliquando defertur quis ex ſuſpicione vehementi ſeu violenta, quas in caſu hæreſis, nil differre teſtatur. Genuen. *loc. cit. num. 7.* & violentæ ſuſpiciones ſunt, vt ſi quis ad omnem animi motum ſæpius blaſphemat, ſeu verba hæreticalia profert, qui inuocat Dæmones verbis deprecatiuis, qui in ſortilegijs ſacramenta vel ſacramentalia admiſcet, qui viuente vna vxore contrahit cum alia, qui vocatus ad reſpondendum de fide latitat, & propterea excommunicatus per annũ in excommunicatione perſiſtit. Quin imò perſeuerans in excommunicatione ex quacunq; cauſa cõtra ſe lata, non caret ſuſpicione hæreticæ prauitatis, contemnens nimirũ mandata Eccleſiæ. *c. excommunicamus 1. §. qui autem iun. gl. de hæret. Abb. in c. 1. nu. 27. de iudic. & in cap. poſtulaſti. de homicid.* & alios multos caſus enumerat *Eymer. loc. cit. p. 2. q. 47.*

10. Vehementer etiã ſuſpectus eſt de hæreſi qui in confeſsione pœnitentẽ ad libidinẽ ſollicitat, & talẽ puniendum eſſe vt hæreticũ & male de ſacramento pœnitentiæ ſentientem, patebit ex reſcripto Apoſtolico ſequenti.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Hiſpalenſi in Regno Hiſpaniæ hæreticæ prauitatis Inquiſitori Generali, Pius Papa IV.

VEnerabilis frater, ſalutem & Apoſt. benedictionem. Dum ſicut nuper nõ ſine animi noſtri moleſtia, accepimus, diuerſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum atq; etiam in ciuitatibus & Diœceſibus curam animarum habentes, ſiue eam pro alijs exercẽtes, aut aliàs audiendis confeſsionibus pœnitentium deputati in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confeſsiones abutantur, nec illi & qui id conſtituit Domino Deo & Saluatori noſtro Ieſu Chriſto iniuriã facere vereãtur; mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhoneſtos dum earum audiunt confeſsiones alliciendo, & prouocando, ſeu allicere & prouocare tentando & procurando, ac loco earũ per Sacramentũ huiuſmodi creatori noſtro reconciliationis, grauiorũ peccatorum mole eas onerando & in manibus Diaboli tradendo, in Diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum perniciem, Chriſti fidelium ſcandalum non modicum. Nos animum inducere nequiuntes, quod qui de fide Catholica rectè ſentiunt Sacramentis ab Eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, fraternitati tuæ de cuius eximia pietate, virtute atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præſentes committimus & mandamus, quatenus per te vel alium ſeu alios à te deputandum ſeu deputandos, contra omnes & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum ac illarum ciuitatum & Diœceſum, de præmiſsis quomodolibet diffamatos, tam ſæculares, quam quorumuis etiam exemptorum ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſub iectorum ordinũ Regulares, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis & præeminentiæ exiſtant, tam ſuper præmiſsis, quam ſuper fide Catholica, & quid de ea ſentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hæreticos, aut de hæreſi quouis modo ſuſpectos à Sede Apoſtol. conceſſarum continentiam, & tenorem

proce-

procedas, ac culpbailes repertos iuxta excessuum suorum qualitatem, prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, sæcularis iudicis arbitrio puniendos tradendo. Non obstan. &c. Dat. Romæ, Ann. 1561. die 16. April.

De hæresi item suspectus est vehemẽter, qui Officium inquisitionis quo minus contra reos procedat, impedit, Domum Inquisitionis inuadit, portas infringit, testes deponere volentes verberat, seu auxilium ad hoc præstat. *cap. vt inquisitionis in 6. cit.* & contra tales aggrauauit pœnas Pius V. *Constitutione sua, vt sequitur.*

Si de protegendis, & infra. Hoc igitur generali Constit. de fratrũ nostrorũ consilio sancimus, vt quicunq; siue priuatus, siue tota ciuitas, siue populus, siue dominus, Comes, Marchio, Dux vel potiore titulo Illustriss. quemuis ex Inquisitoribus, Aduocatu, Procuratoribus, Notarijs, aliusq; ministris prædicti officij, vel Episcoporum id munus in sua Diœcesi, aut Prouincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei, quomodocunq; productum vel euocatum occiderit, verberauerit, detecerit, seu perterrefecerit, quiuè Ecclesias, ædes, aliasuè res, siue publicas, siue priuatas officij, aut ministrorum expugnauerit, inuaserit, incenderit, expilauerit, aut libros, literas, auctoritates, exemplaria, regestra, protocolla, exempla, scripturas, aliauè instrumenta, siue publica, siue priuata vbicunq; posita cõbusserit, diripuerit, seu inuenerit, seu ex incendio aut direptione, aut alio quocunq; modo illa exportauerit, seu qui in conflagratione, expugnatione, aut direptione etiam inermis, siue capiendi, siue amburendi, siue surripiendi causa fuerit, siue res aut personas seruari defendiuè prohibuerit, quiuè carcerem aut aliam custodiam, seu publicam seu priuatam effregerit, vinctum extraxerit, seu emiserit, capiendum prohibuerit, captumq; eripuerit, receperit, occultauerit, seu facultatem effugiendi dederit, seu iusserit id fieri: qui cætum concursumuè fecerit, siue vt aliquid prædictorũ fieret, homines accõmodauerit, siue alias auxiliũ, consilium, aut fauorem, publicè vel occultè in quolibet prædictorum scienter præstiterit, licet nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum succensum, direptumuè, nullum deniq; damnum re ipsa sit secutum, nihilominus is sit anathemate præsentis Canonis auctoritate ligatus, idem quoque læsæ maiestatis reus, dominio, dignitate, honore, feudo, ac quocunq; alio beneficio temporali, & perpetuo eo ipso priuatus sæcularis iudicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipsas pœnas exigat, quæ damnatis primo capite dictæ legis per Constitutiones legitimas irrogantur, bonis rebusq; omnibus, fisci iuribus applicatis, vti etiam est de damnatis hæreticis per Sanctiones Canonicas institutum: eius filij paterna infamia omnis & cuiuscunq; hæreditatis, successionis, donationis & legati, siue propinquorum, siue extraneorum omnino sint expertes: eisdem præterea portæ nunquam pateant dignitatum. Nemo autem expurgationem habere, aut causam vllam proponere vel prætendere possit, qui tantum nefas in contemptum, & odium huius officij admiserit, nisi cõtrarium

riam per claras probationes docuerit feciſſe. Quod porro de prædictis eorum q̃, filiis ſtatuimus, illud idē de omnibus Clericis & Presbyteris ſæcularibus, & quorumuis Ordinum etiam exēptorum Regularibus, & quocunq; etiam Epiſcopali, & maiori dignitate præditis, ac etiam priuilegio quomodocunq; ſuffultis decernimus exequendum, ita vt ipſi beneficiis & officiis omnibus Eccleſiaſticis præſentium auctoritate priuati, per Iudicē Eccleſiaſticum hæreticorum more degradentur, demum poteſtati ſæculari traditi, pœnis prædictis Laicorum inſtar ſubÿciantur. Pontificū tamen cauſis nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſeruatis, vt requaſitæ, & nobis renunciata contra eos ad depoſitionem & alias pœnas prædictas procedamus, vti criminis atrocitas videbitur poſtulare. Quicunq; autem pro talibus veniam petere, aut alias intercedere tentauerint, in eaſdem illas pœnas, quæ in hæreticorum fautores à Sacris Conſtitutionibus inferuntur, ipſo facto ſe nouerint incidiſſe. Verum ſi quis etiam huiuſmodi criminum conſcius, vel affinis, ſiue Religionis ſtudio, ſiue pœnitentiæ ductus rem adhuc incognitam retexerit ſupplicio liberetur. Cæterum eā omnium & quarumcunq; abſolutionum rationem à prædictis criminibus, nec non habitationum & reſtitutionū etiam ad famam & honores ita deinceps habendam optamus, vt ſucceſſores noſtri nullas, niſi ſaltem ſeneſtri poſt cuiusq; aſſumptionem ad huius dignitatis faſtigium excuſſo, ac precibus apud ſupremum officium inquiſitionis hic inſtitutum verificatis concedant. Decernentes omnes & quaſcunq; huiuſmodi abſolutiones, habilitationes, & reſtitutiones quæ precibus ſic non verificatis de cætero fient, neminiprorſus prodeſſe, ſed nec præſentibus, niſi toto ipſarum tenore ad verbum inſerto, & gratia ex certa Rom. Pont. ſcientia facta, & propria manu ſubſignata, vlla in parte derogari vel derogatū cēſeri debere, & ſi illa ex quacūq; cauſa aliter derogari cōtigerit, derogationes huiuſmodi nullius prorſus foreroboris & momenti. Iubemus igitur vniuerſos & ſingulos Patriachas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſc. & cæteros Eccleſiarum Prælatos per vniuerſum orbem conſtitutos, vt per ſe vel aliū ſeu alios præſentes literas, aut eorum exempla in ſuis quisq; Prouinciis, Ciuitatibus, Diœceſibus, & locis ſolemniter publicari, & quantum in ſe eſt firmiter obſeruari procurent, contradictores, &c. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ, ann. Incarnat. Dom. 1569. Kal. April.

Proceſſu contra hæreticum formato, ſi ex eo conuincitur hæreticus formalis in caſibus à Paulo Papa IV. & deinde à Clem. VIII. prohibitis, etiam pro prima vice tradendus eſt Curiæ ſæculari. Conſtitutio Clem. eſt, vt ſequitur.

Dominigregis, & infra. Cum itaq; fel. recor. Paulus Papa IV. Prædeceſſor noſter ad quorundam hominum iniquitatem coërcendam, qui non ſolum diuerſas hæreſes profiteri, ſed etiam ipſius fidei fundamenta negare præſumebant, ſuoq; exēplo multos in interitum animæ trahebant, quadam ſua perpetuo valitura conſtitutione, quæ incipit: Cum quorundam hominum prauitas: vt huiuſmodi homines à ſuis erroribus intra certum eis tunc præfixum tempus reſipiſcerent, paterna monitione & requiſitione, nec

ne nec non cum ipsorum resipiscentium à quibuscunq; censuris & pœnis Ecclesiasticis & temporalibus plenissima absolutione, sanciuerit, vt quicunq; tam eatenus lapsi fuissent, & infra tempus præfixum non resipuissent, quam qui in posterum prolaberentur in hos errores, aut eorum aliquem, qui nimirum asseruissent, dogmatizassent, vel credidissent Deum Omnipotentem non esse trinum in personis, & incomposita omnino indiuisaq; vnitate substantiæ, & vnum vnamet simplici Diuinitatis essentia, aut Dominum nostrum Iesum Christum non esse verum Deum eiusdem substantiæ per omnia cum Patre & Spiritu Sancto, aut eundem secundum carnem non esse conceptum in vtero Beatissimæ semperq; Virginis Mariæ de Spiritu Sancto, sed sicut cæteros homines ex semine Ioseph, aut eundem Dominum & Deum nostrum Iesum Christum non subijsse acerrimam Crucis mortem, vt nos à peccatis, & ab æterna morte redimeret, & Patri ad vitam æternam reconciliaret, aut eandem Beatiss. Virginem Mariam non esse veram Dei Matrem, nec perstitisse semper in virginitatis integritate, ante partum scilicet, in partu, & perpetuo post partum, pro subuersis & relapsis in hæresim haberi, & vt relapsi Curiæ sæculari tradi, & per ipsam Curiam debitis pœnis in relapsos statutis puniri posse in omnibus, perinde ac si verè & realiter in hæresim relapsi essent, & eos relapsos esse constaret; prout in prædicta Constitutione sub Dat. Romæ apud S. Marcum. 7. Id. Aug. Pont. sui anno primo edita, plenius continetur. Eò tamen huiusmodi impiorum hominum prorupit temeritas, & prætextu ignorationis huiusmodi Constitutionis, ac pœnarum in eadem Constitutione inflictarum, se illis minimè subiacere, nec obnoxios esse putent, ac propterea se ab eisdem pœnis liberari & absolui posse prætendant. Nos igitur animaduertentes (vt idem quoq; Paulus prædecessor bene animaduertit) huiusmodi errores tã graues ac nefandos existere, vt illi qui in eos incidunt, nullam prorsus excusationẽ habeant, sed subuersi potius & immunes quam hæretici merito dici possint, propterea vt illi debita animaduersione omnino puniantur, nec à præfatis erroribus vlla excusatione de cætero se tueri valeant: Motu proprio & ex certa scientia ac matura deliberatione nostra, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Cõstitutione dicti Pauli prædecessoris vestigijs inhærentes, ac eius Constitutionem prædictam quoad pœnas in ea contentas innouantes, ac perpetuo cõfirmantes & approbantes, supra dictos omnes & singulos qui hactenus in similes errores, aut eorum aliquẽ lapsi sunt, aut in posterum prolabentur, aitẽta dictorum errorũ grauitate & enormitate cuiuscunq; dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existant, nulla illis etiã ignorantiæ supra dictæ Constitutionis excusatione suffragante, pro subuersis & relapsis in hæresim haberi, & tanquam relapsos Curiæ sæculari tradi, ac per eandem Curiam debitis pœnis in relapsos statutis puniri posse, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo statuimus. Non obstantibus, &c. Datum Romæ, die 3. Ferbr. 1603. Pontif. ann. vndecimo.

Qui

Qui item hæresim Principi persuadere tentauerit, similiter brachio sæculari statim tradi debet. *Siman. lo. cit. c. 47. nu. 68.*

In alijs autem criminibus seu erroribus conuictus hæreticus pro prima vice, si non sit pertinax, non traditur Curiæ sæculari, sed facta abiuratione, pœna arbitraria puniri debet. *c. ad abolendam. lo. cit. in 6.* de cuius moderatione videri potest *Siman. cit. c. 46. & 47. Pegna. lo. cit. com. 139.* qui dicit posse aliquando in huiusmodi delictis pœnam pecuniariã imponi in loca pia, vel pro custodia domus inquisitionis conuertendam.

Si autem reperiatur elapsus, vel in errore obstinatus, tradi debet Curiæ sæculari. *c. ad abolendam. cit.* & à Iudice sæculari igne cremari; quam pœnam antiquissimo more infligi solitam hæreticis deducit eruditè *Siman. lo. cit. tit. 46.*

3. Nec Iudex Ecclesiasticus ob huiusmodi traditionem, ex quo sequitur mors, incurrit irregularitatem. *Couar. in Clem. si furiosus. de homic. p. 2. §. 5. Siman. cit. tit. 34. num. 47.* Relapsus autem quoad propositum dicitur, qui post abiuratam hæresim iterum in eam incidisse conuincitur. *cap. accusatus. lo. cit. in 6. Siman. lo. cit. tit. 57. num. 3.*

Si vero non fuerit plene probatum, nec sit confessus, indicio tamen præcedente violenta, obiurare debet accusatus errorem de vehementi, & pro facto scandaloso, ex quo suspicio oriebatur, arbitrio Iudicis puniri. *Gen. loc. cit. n. 8.*

Quomodo autem euitandi sint hæretici, nec admittendi ad conuersationem fidelium, attingemus infra cum agemus de excommunicatione.

Hoc eodem loco recte aliqua dici
24. possunt de Iudæis, quippe quos ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, vel Episcopis puniri posse in certis casibus ordinauit Greg. XIII. *Constitutione sua, vt sequitur.*

Antiquæ Iudæorum improbitas, quæ Diuinæ bonitati semper restiterunt, tanto execratior consistit in filijs, quanto ipsi ad cumulandam patrum suorum mẽsuram in Dei Filio repudiando, eiusq; in mortem nefariè cõspirando grauius deliquerunt, qui propterea suis effecti maioribus nequiores propriis sedibus expulsi, atque in omnes dispersi orbis terrarum regiones, seruitutiq; perpetuæ mãcipati non maiorẽ in cuiusq; ditione clementiã, quam in Christianorũ Prouinciis, maximè verò in Apostolicæ pietatis gremio inuenerunt, quæ pro eorum conuersione laborans, eos misericorditer recepit, atque in cohabitatione vna cum filijs suis sustinuit, ad veritatisq; lumen allicere pio semper studio conata est, rebusq; ad vitã necessarijs iuuit, iniurijs & contumelijs prohibuit, multis deniq; beneficentiæ suæ priuilegijs circummunuit. Illi verò nullis beneficijs mansuefacti, nihilq; de suo pristino scelere remittentes, Dominum nostrum Iesum Christum in cælo triumphãtem, adhuc in Synagogis suis, & vbiq; persequũtur, Christi quoq; membris infẽsissimi, non desinunt in Religionem Christianam horrẽda facinora quotidie magis audere. Quibus nos ne pietatis nostræ puritas polluatur, aut à fœdis mancipijs Christo Christianorumuè nomini impunè illudatur, obuiare volentes. Statuimus ac etiam declaramus Inquisitores hæreticæ prauitatis liberè procedere posse in omnibus causis, & casib. qui sequuntur.

Si quis Iudæus aut Infidelis in ijs quæ circa fidem cum illis nobis sunt com-

munia veluti Deum vnum & aeternum, omnipotentem creatorem omnium visibilium & inuisibilium, & similia, non esse asseruerit, praedicauerit, vel priuatim alicui insinuauerit.

Si Daemones inuocauerit, consuluerit ue, aut eorum responsa acceperit, ad illosue sacrificia aut preces ob diuinationem aliamue causam direxerit, aut quid eis immolauerit, vel thuris alteriusue rei fumigationes obtulerit, aut aliae quauis impietatis obsequia praestiterit.

Si Christianos verbo, facto, vel exemplo aut alio quouis modo nefaria huiusmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, aut perducere attentauerit.

Si Saluatorem & Dominum Nostrũ Iesum Christum purum hominem vel etiam peccatorem fuisse, matremue Dei non esse virginem, & alias huiusmodi blasphemias, quae per se haeretica dici solent, in Christianae fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impiè protulerit.

Si cuiusuis eorum opera, auxilio, consilio, vel fauore aliquis Christianus à fide desciuerit, quãq; semel susceperat abnegauerit, vel ad Iudaeorum seu aliorum infidelium ritus, ceremonias, superstitiones vel impias sectas transierit, vel redierit, seu in haeresim aliquã inciderit, aut qui vt Christi fidem abneget, seu in haeresim incidat, opem, consilium, auxilium vel fauorem quomodocunq; praestiterit.

Si quis Catechumenum seu quemcunque ex Iudaeis aut infidelibus Deo inspirante ad fidem Christianam venire volentem, post declaratam nutu, verbo, facto aut quocunque alio modo eius voluntatem, à fide vel fidei instructione aut à sacri baptismi susceptione retrahere, auertere, vel dehortari, aut ne ad fidem veniat, neue regenerationis lauacro abluatur, quouis modo impediuerit.

Si quis Apostatas haereticosue scienter domi suae acceptauerit, aluerit, commeatu iuuerit, seu quouis modo cibaria vbicunque praebuerit, aut donae, vel munera dederit, vel miserit, aut de loco ad locum deduxerit, seu associauerit, vel deducendos seu associandos curauerit, aut sumptus ministrauerit, duces comitesue illis adiunxerit; vel ne ab eis perpetrata deprehendi aut inuestigari queant fecerit. Quiq; dictos Apostatas aut haereticos scienter aliquomodo receptauerit, occultauerit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium vel fauorem quomodolibet praestiterit.

Si libros haereticos vel thalmudicos aut alios Iudaicos quomodolibet damnatos, aut aliàs prohibitos tenuerit, custodierit vel diuulgarit, vel in quaecunque loca detulerit, aut ad eam rem operam suam accommodauerit.

Si Christianos deriserit, redemptionisq; nostrae hostiam salutarem in ara crucis immolatam, Christum Dominum, ludibrio & despectui habens, quandocunaue, maximè vero in sacro parasceues die agnum siue ouem aut quid aliud cruci affixerit aut appenderit, in eaue conspuerit, seu quodcunque contra ipsam fecerit.

Si nutrices Christianas contra sacrorum canonum statuta diuersorumque Romanorum Pont. praedecessorum nostrorum sanctiones adhuc retinuerit, aut eas retinens, die qua sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, lac

lac vno vel pluribus diebus in latrinas, cloacas vel alia loca effundere coëgerit.

In quibus casibus vniuersis & singulis omnes prædictæ prauitatis inquisitores, omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum & locorum vniuersi orbis Christiani Iudices, in suis quemque locis perpetuo delegamus, vt super his contra Iudæos atq; infideles quoscunque simul vel separatim, prout in causis fidei iuxta Sacrorum Canonum formam, nec non officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, diligenter inquirant & procedant, & quos in aliquo vel aliquibus horum flagitiorum excessibus culpabiles repererint, in eos pro culpæ modo ac etiam pro criminum numero vel multiplicatione, aut consuetudine delinquendi flagra, remigia, etiam perpetua, rerum quoque publicationes, exilia, aliaq; atrociora decernant, & alia de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab huiusmodi flagitijs imposterum admittendis. Hos enim Venerabilibus fratribus nostris, S. R. E. Cardinal. Inquisitoribus generalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Prælatis, ac etiã alijs prædictis Inquisitoribus in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus & mandamus, vt præsentes nostras litteras in ciuitatibus & locis cuiq; subiectis publicare & iuxta tenorẽ illarũ procedere, ipsasq; debitæ executioni mandare procurent. Decernentes irritũ & inane, &c. Non obstantibus Constit. & ordinationibus Apostol. nec non exemptionibus, &c. Dat. Romæ Ann. Incarn. 1581. Kal. Iun.

Et quod ad thalmudicos libros attinet, seuerius illorum detentores per Inquisitores seu Ordinarios puniri voluit Clem. VIII. *Ordinatione subinserta.*

Cum Hebræorum, & infra. Omnibus & quibuscunque vniuersitatibus Hebræorum, eorumq; singulis tam in temporali S. R. E. ditione, quam etiam extra eam vbiuis locorum, & quibusuis Christiani orbis partibus constitutis perpetuò prohibemus, ne quosuis libros, & codices impios thalmudicos sæpè damnatos, vanissimos Catholicos, atq; nefarios à prædecessoribus nostris prohibitos & condemnatos, nec non opera, commentaria, tractatus, volumina, & scripta quacunq;, tã lingua hebraica, quam quauis alia hactenus conscripta aut versa edita & impressa, ac inposterum conscribenda aut vertenda, edenda vel imprimenda, continentia, seu continẽtes tacitè vel expressè hæreses vel errores contra sacras veteris legis & testamenti scripturas: nec non contumelias, impietates, blasphemias contra Deum, Sanctissimã Trinitatem, & Saluatorẽ nostrũ Dominum Iesum Christũ, eiusq; sanctam Christianam fidem, ac Beatissmã ipsius Genitricem semper Virginẽ Mariã, & Beatos Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, alioq; Sanctos Dei, Sanctissimam Crucem, Sacramenta nouæ legis, sacras imagines, Sanctam Catholicam Ecclesiam & Sedem Apost. ac contra Christi fideles, præsertim Episcopos, Sacerdotes & alias Ecclesiasticas personas, atq; etiã contra nuper ad eiusdem Christi fidem conuersos ac Neophytos, & alias contra religionem Catholicã vel in quibus etiam impudicæ & obscenæ narrationes memorantur etiã sub pretextu quod expurgata fuerint, vel

donec expurgentur, siue quod de nouo typis excussa fuerint mutatis nominibus, vel etiam subobtenta seu tolerantia aut permissione (vt prætendunt) Secretarij aut cuiusuis personæ Sac. Conc. Trid. aut indicis librorum prohibitorum per rec. me. Pium PP. IV. Prædecessorem nostrũ editi, vel cuiusuis indulti Apostolici, aut licentiæ per S. E. R. Cardinales etiã Legatos, aut Camerarium seu Camerã Apost. vel Nuncios etiam cum potestate Legati de latere, aut locorum Ordinarios seu Inquisitores hæreticæ prauitatis forsan quomodolibet concessa aut quouis alio quæsito colore, legere, habere vel retinere, emere vel vendere, aut euulgare vllo modo audeant, vel præsumant; Omnes vero & quascunq; facultates, litteras, permissiones, indulta, tolerãtias legendi, tenendi etiã ad tempus certum vel incertum vel ad effectus prædictos, & sub similibus vel alijs prætextibus quæcunq; vt præfertur prohibita scripta volumina, libros, & alia supradicta quibusuis Iudæis in genere vel in specie à prædecessoribus nostris & dicta Sede Apost. seu eius Legatis etiã de latere vel Nuncijs, aut Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, aut locorum Ordinarijs, vel quibusuis alijs quauis dignitate vel auctoritate fungentibus, etiam S. R. E. Cardinalibus eiusq; Camerario seu Camera prædicta sub quibusuis verborum formis & conceptionibus & quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, ac vim contractus inducentibus irritantibusq;, & alijs decretis etiã motu proprio & ex certa scientia, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, seu ad quorumcunq; Principum etiam Regali, Ducali, vel alia quucunq; præeminẽtia fulgentium instantiam, vel eorum intuitu concessas, auctoritate & tenore præmissis reuocamus, irritamus, & annullamus, ac pro reuocatis, irritis, & penitus infectis in perpetuum haberi volumus. Districtius inhibentes tam quibuscunq; ex prædictis quauis authoritate, & facultate suffultis personis, ne huiusmodi licentias, tolerantias, indulta quoquo modo concedere, quamIudæis, ne illis sic per præsentes reuocatis, aut posthac forsan de facto concedendis vti, aut earũ prætextu se alias quomodolibet libros prædictos retinere, legere, deferre emere, vendere, de nouo edere præsumãt.

Quin imò si quos ad præsens habent eos statim intra decem dies Romæ in officio sanctæ Rom. & Vniuersalis Inquisitionis, extra vrbem verò intra duos menses à die publicationis præsentiũ numerandos, locorum Ordinarijs seu Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, à quibus postmodum absq; alio mandato nostro nulla interposita mora comburãtur, exhibere, tradere, & consignare omnino teneãtur & debeant. Præcipientes tã ipsis Iudæis, quam quibuscunq; Typographis, Bibliopolis seu Mercatoribus & alijs quibuscunq; Christi fidelibus, etiam cuiuscunq; status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus sub pœnis amissionis librorũ, & publicationis omniũ bonorũ fisco eius Principis, in cuius ditione libri reperti fuerint applicandorum, ac alijs etiam grauioribus & corporis afflictiuis arbitrio Diœcesani, ac etiam Inquisitoris si inibi fuerit, statuendis ac moderandis; nec non quoad Christianos etiam excommunicationis maioris latæ sententiæ per vnumquemq; contra facientem, eo

ipso

ipso incurrenda, ne huiusmodi libros & alia scripta superius prohibita vt præfertur, retinere, habere, legere, edere, typis excudere, seu imprimere, describere, vel exemplare, aduehere, emere vendere, donare, commutare, aut alias quomodolibet distrahere vel alienare. Neuè quisquam etiam sub prædictis & alijs pœnis contra fautores Apostatarum à fide & hæreticorum à sacris Canonibus & Constitutionibus Apostolicis inflictis ipsis Hebræis pro habendis, scribendis seu imprimendis huiusmodi libris, vel vndecunq; afferendis seu transuehendis, aut pro eorundem legendorum licentia de cætero impetranda opem, consilium, auxilium vel fauorem præstare aut impendere quoquomodo audeat. Quocirca Venerabilibus fratribus nostris tã S. R. E. Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem in toto terrarum orbe generalibus Inquisitoribus, quam etiam Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisq; locorum Ordinarijs & Inquisitoribus quibuscunq; eiusdem hæreticæ prauitatis, in quibusuis Regnis, Prouincijs, & ciuitatibus pro tempore existentibus per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, & eorum singuli in ciuitatibus, terris & locis, vbi Iudæi commorantur, tã in eorum Synagogis, & locis publicis, quam priuatis domibus aut officinis, & alias vbiq; locorum etiam apud Bibliopolas Christianos prædictos sic prohibitos libros & scripta per se vel aliũ seu alios ab eis deputãdos diligentissime perquirãt, & cõtra eos qui super retentione huiusmodi culpabiles reperti fuerint, ad prædictarum, & aliarum etiam grauiorum eorum arbitrio pœnarum executionem procedant, Contradictores, nec non inobedientes quoscunq;, eisuè auxilium, consilium vel fauorem præstantes per opportuna iuris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam adhoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus, &c. Dat. Romæ, Anno Incarnat. Domin. 1592. prid. Kal. Mart.

Eosdem Iudæos compellendos esse ab Ordinarijs accedere ad concionem seu lectionem ipsius ex sacra veteri lege faciendam, post antiqua Pontif. decreta ordinauit Gregor. XIII. *sequenti Constitutione.* 16.

Sancta Mater Ecclesia, & infra. Præsenti Constitutione generali præcipimus omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, & alijs Ecclesiarum prælatis etiam Cardinalibus honore prædictis, vt in suis quisque ciuitatibus, terris, & locis in quibus competens aliquis numerus Iudæorum qui Synagogam constituat commoratur, curent Sabbathi vel alio cuiusuis hebdomadis statuto die, ad Iudæos ipsos in locũ præstitutum, non tamen sacrum nec vbi sacra confici solent, conuocatos, per aliquem Magistrum in Theologia aliumuè idoneum virum ab eis eligendum cum mercede congrua illi ex ipsorum hæbreorum collatione, aut alias prout commodius ei videtur hæbraicè si fieri poterit linguæ peritum sermones vel lectiones haberi, in quibus illis exponantur scripturæ veterij testamenti Moysis scilicet & Prophetarũ, præsertim verò quæ eo Sabbatho leguntur seu lecta sunt in eorum Synagogis, iuxta sanctorum tamen Patrum interpertationes, & verum Catholicæ Ecclesiæ sensum, ac in eis disseratur de veritate Christianæ fidei, de:

certo

certo Aduentu, & Incarnatione Filij Dei, illiusq; natiuitate, vita, miraculis, passione, morte, sepultura, descensu ad infernos, resurrectione, in cœlum ascensione, de eius Euangelio in tototerrarum orbe per Apostolos eius & alios sanctos prædicato, innumeris atque clarissimis virtutibus, & illustrium miraculorum gloria confirmato, ac de eius spirituali & vero regno, & de impio idolorum cultu sublato, & gentium vocatione, de perpetua Hierusalem, & terræ eorundem Iudæorum desolatione, tum ipsorum vbique terrarum dispersione & captiuitate, & de alijs similis argumenti dogmatibus & articulis ex lege & Prophetis, de Diuina præterea & irrita Iudæorum aduentus Messiæ, & carnalis illius Regni expectatione, de vana eorum quæ sæpè quinimò quotidie eos frustrata est, spe reditus in terram promissionis & restaurationis tertij templi, & demum de multiplicibus & varijs erroribus & hæresibus eorum, in quas miserrimè se dejecerunt, postquam Christum Dominum in carne venientem agnoscere noluerunt, & de falsa per eorum Rabinos tradita, sacrarum scripturarum interpretatione, quarum literam & sensum, fabulis, mendacijs, & varijs dolis & modis torquentes, corruperunt & deprauarunt, & hactenus corrumpere & deprauare non sinũt, deq; omnibus aliis quæ eos possint ad agnitionem fidei, ad errorum suorum correctionem, ad orthodoxamq; fidem conuertere, pro loci, temporis, sumptiq; argumenti ratione prudenter agant, veris & ex sacra scriptura deprõptis demonstrationibus, nullacum obtrectatione aut iracundia, sed magna cum charitate & modestia veritatis lumen illis aperire conentur. Ad quos sermones & lectiones volumus vniuersos & singulos vtriusq; sexus, Iudæos à duodecim annis supra, infirmitate aut alia legitima causa, de qua Ordinarios docere debeant, non impeditos, in ciuitate & locis, vt præfertur, habitantes, vel aliunde aduenientes, etiamsi inibi domicilium non habeant, ita per circuitum conuenire, vt tertia saltẽ eorum pars, nec vnquã minor semper adsit. Quod si facere neglexerint, interdicti cum fidelibus cõmercij, & alijs pœnis arbitrio Ordinarij pro contumacia modo imponendis, donec satisfecerint competenter, ad ipsos sermones audiendos compellantur. Si quis verò de numero fidelium ita fuerit salutis, aut suæ aut proximi sui, de quo vnicuiq; mandatum est, immemor, qui eos à salutaribus huiusmodi sermonibus seu lectionibus directè vel indirectè abduxerit, aut impediuerit, seu contẽderit quoquomodo, excõmunicationis sententia sit eo ipso ligatus, & contra eum ad alias pœnas Ordinarij arbitrio omnino procedatur. Caterũ Imperatorẽ, Reges q; & Principes omnes, nec non Respublicas, Magistratus, & Dominos temporales, seculares rogamus & obtestamur in Domino, vt Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & aliis Ordinariis prædictis, eorumq; Vicarijs & ministris suum in præmissis auxilium præstent, &c. Datum Romæ, Ann. Incarn. Dom. 1584. 3. Cal. Septemb. Pont. ann. 13.

ARTI-

ARTICVLVS VII.

De Simonia.

1 Simonia comparatur idololatriæ & crimini læsæ maiestatis.
2 Simoniæ non nisi per Iudicem Ecclesiasticum iudicari debent.
3 Simonia quid sit?
4 Nulla Simonia præterquam in ordine & beneficio inducit excommunicationem.
5 Vicariatum emens quam Simoniam incurrat.
6 Simonia mentalis non inducit pœnas Simoniæ.
7 Simonia conuentionalis quid operatur.
8 Simoniacus in ordine amittit executionem ordinum ante Simoniam susceptorum.
9 Beneficium Simoniacè obtentum vacat ipso iure.
10 Simoniam ignoranter committens debet dimittere beneficium per eam quæsitum.
11 Simoniacus etiam in foro conscientiæ tenetur ad dimittendum beneficium.
12 Simoniacus est inhabilis ad alia beneficia in posterum obtinenda.
13 Simoniacus beneficijs obtentis ante Simoniam commissam non est priuatus ipso iure, sed potest priuari per sententiam.
14 Simoniacus in beneficio an incurrat suspensionem ab Ordine.
15 Recipientes quid à promissis circa traditionem possessionis beneficiorũ, quas pœnas incurrant.
16 Simonia confidentialis grauior cæteris, & grauiores habet pœnas.

1. Simonia comparatur idololatriæ. *cap. sunt quidam. 1. quæst. 1.* comparatur sceleri homicidij. *Innoc. in cap. fin. de purg. can.* æquiparatur crimini læsæ maiestatis. *Bald. in l. si quenquam. C. de Epis. & Cler. Diaz. in pract. crim. cap. 85.* estq; species hæresis. *cap. altare. 1. quæst. 3. cap. præsentium. 7. quæst. 1. c. quoties. de Sim. Rebuff. in prax. de Sim. in resig. num. 12. Paris. de resig. lib. 4. q. 2. num 10.* & in comparatione ipsius, omnia alia crimina pro nihilo reputantur. *c. sicut. c. per tuas. 1. lo. cit. de Sim.*

2. Iudicatur autem à Iudice Ecclesiastico. *gl. in c. cum sit generale. de fo. comp. sicut. ib. Aufrer. de potest. sæcul. Reg. 4. fallen. 17. Iul. Clar. lib. 5. §. Simonia.*

3. Est autem Simonia voluntas studiosa emendi vel vendendi spirituale vel spirituali adnexum. *princ. gl. 1. quæst. 1. S. Th. 2. 2. quæst. 100. art. 1. Nau. in Man. c. 23. num. 100.* Quotuplex vero sit Simonia, & quomodo contrahatur, consuli possunt Summistæ. *vt Ang. Arm. Sylu. v. Simonia. Nau. lo. cit. Tolet. in sum. lib. 1. c. 49. Vgolin. in suo tract. de Sim. Redoan. de Sim.*

4. Nos breuiter notemus in nulla Simonia, præterquam contracta in ordine & beneficio incurri excommunicationem vel suspensionem: de istis enim solum

solũ iura loquuntur, & notat Sylu. lo. cit q. 19. Nau. lo. cit. n. 106. & cõs. 68. de Sim. in antiq. ad quod facit quod pœna in iure apposita nunquam trahitur ad similia ex identitate rationis, vt notat
5. Abb. in cap. fin. de iurep. num. 8. vnde emens Vicariatum, seu aliquam administrationem seu officium spirituale Episcopi, Parochi, seu alterius beneficiati, licet committat Simoniam punibilem à Iudice priuatione officij & similium. Abb. & DD. in cap. 1. & 2. ne Prælati. vic. suas. istam tamen Simoniam non incurrit quæ secum trahit excommunicationem, cum hæ administrationes licet sint spirituales, non possint dici propriè Ecclesiastica beneficia. Nau. lo. cit. in Man. num. 111. Similiter & emens absque authoritate Papæ pensionem super beneficio Ecclesiastico impositam, licet non excusetur à labe Simoniæ, non tamen incurret excommunicationem prædictam, quæ per Simoniam super ordine vel beneficio inducitur, quia pensio non est propriè beneficium, sed quid dependens à beneficio, & potius quid temporale. Abb. in cap. ad audientiam. 2. num. 2. de rescript. Felin. ib. Gig. de pens. q. 71. Nau. cit. cons. 16. & cons. 52. in antiq. de Sim.

Item per Simoniam mentalem licet contrahatur peccatum mortale iuxta
6. intentionis modum, non incurritur tamen pœna à iure contra Simoniacos assignata, neque censura aliqua. cap. fin. de Sim. neque tenetur ad restitutionem vel dimissionem beneficij per eam acquirens. Nau. in cit. Man. cap. 23. num. 103. & cons. 12. de Sim. num. 2. in antiq.

Conuentionali quoque Simonia non
7. incurritur excommunicatio, vel aliqua pœna à iure expressa, licet puniri possit illam committens pœna arbitraria, etiam pœna priuationis beneficij & inhabilitatis ad alia beneficia in futurum obtinenda, cum sit multo grauior quam mentalis, distincta tamen à reali Cassad. decis. 5. de Constit. Rebuff. lo. sup. cit. num. 9. Nau. lo. sup. cit. in Man. num. 104. Veral. decis. 201. p. 1.

In Simonia tamen confidentiali sufficeret conuentionalis ad incurrendas pœnas Const. Pij IV. & Pij V. Nau. lo. cit. in Man.

Aduertendum præterea quod Simoniacus in ordine incurrit & excommu- 8
nicationem & suspensionem, vt patebit ex verbis Constitutionis Pij V. infra referendæ, & amittit executionem, nõ solum ordinis malè suscepti, sed etiam aliorum ante legitimè susceptorum, vt notat Diaz. lo. sup. cit. cap. 85. Simoniacus autem in beneficio incurrit excommunicationem, tum & pœnam priuationis beneficij quæsiti per Simoniam, & inhabilitatis ad illud & similia in posterum obtinenda. extrauag. cum detestabile. de Sim. comm. Felin. in c. de Simoniacè. concl. 3. de Sim. Redoan. de Sim. p. 2. c. 10. num. 33. vbi adhoc propositũ refert verba Conc. Cõstantien. vt sequitur.

Electiones autem, postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones Simoniacæ, Ecclesiarum, Monasteriorum quorumcunq; deinceps factæ, nullæ sint ipso iure, nullumq; per illas ius cuiquã acquiratur, nec promott, confirmati, prouisi, faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem tãquam indigne ablata percipientes teneantur. Statuentes insuper quod dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiamsi Pontificiali aut Cardinalatus præfulgeant dignitate, &c.

Ipso iure itaque nulla erit collatio beneficij Simoniaci. Abb. in c. cum vniuersorum. num. 6. de rer. permut. Felin. in 9
cap.

cap. insinuatum. de Sim. & beneficium tali ter collatum vacabit ipso facto. *Redoan. lo. sup. cit. num. 37. & p. 2. c. 9. nu. 30. ib. Card. Paris. cons. 135. vol. 4. Caccialup. de pēs. q. 19. col. 1. Rodriquez in sua sum. p. 2. c. 56. à num. 16.* esseque communem opinionem testatur Paris. *de resig. lo. sup. cit. quæst. 2. num. 12.* Ita quod beneficium huiusmodi possit impetrari absque alia declaratione, sed sufficit, vt declaratio fiat post impetrationem. *Rebuff. lo. sup. cit. num. 11.* vt nimirum impetrans expeditis bullis, præsentet eas Ordinario, & coram illo probet crimen, vt immittatur in possessionem beneficij impetrati. *Paris. lo. cit. & Boër. per eum allegat. decis. 117.*

10. Nulla quoque erit collatio beneficij per Simoniam, licet ignorāter commissam, facta, vt si amici vel consanguinei dederint aliquid temporale pro obtinēdo beneficio in personam amici ipso ignorante, talis enim assecutio beneficij est omnino nulla. *cap. nobis fuit. de Sim. Abb. in c. penult. num. 1. de elect. Maiol. de irreg. lib. 5. c. 45. num. 2.* vnde Simoniacum etiam ignorantem, si spolietur non esse restituendum, quia non habet titulū coloratum, tenuit Rot. *in vna Ireman. Parochialis* coram Aquen. *20. Nouembr. 1538.* teste Sarnen. *in Reg. de trien. q. 12. col. vlt. Paris. lo. cit. q. 7. n. 38.* ad hoc *Veral. 245. p. 3.* Talis tamen Simoniacus ignorans non amittit alia beneficia, nec incurrit pœnas Simoniacæ, dummodo habita notitia Simoniæ, statim dimittat beneficium per illam quæsitum. *Vgolin. in cit. tract. de Sim. tab. 4. Gomez. in Reg. de trien. q. 12. Paris. lo. cit. sup. q. 7. num. 40.* alioquin priuari posset tali beneficio *Nau. cit. cōs. 10. n. 4. de Sim. in antiq.*

11. Simoniacus item in beneficio in tantum nō acquirit ius in beneficio per Simoniam quæsito, quod etiam in foro cōscientiæ, licet non præcesserit sententia declaratoria, tenetur ad dimissionem ipsius, & restitutionem fructuum inde perceptorū. *Tolet. in sum. lib. 5. c. 93. Rodriquez in sum. c. 58. Vgolin. cit. tab. 4. cap. 6. §. 1.* & pœnitentiarius non potest ipsum absoluere, nisi velit dimittere beneficium, vt patet ex verbis Constit. Pij IV. super reformatione pœnitentiariæ. *incip. In sublimi. de an. 1562. Non. Maij* vt sequitur.

Caueat etiam pœnitentiarius, ne in absolutionibus à Simonia reali, vel conuentionali etiam occulta, vnquam concedat, vt ipsi Simoniaci beneficia, super quibus Simoniam commiserunt, seu pecunias vel alia pro illis accepta, aut fructus exinde post cōmissam Simoniam perceptos, in toto vel in parte retinere possint, quinimo in absolutionibus huiusmodi apponatur clausula, quod vterq; ad beneficium, super quo fuit cōmissa Simonia perpetuo inhabilis existat, &c.

12. Non solum autem pœnis prædictis punitur Simoniacus, sed vltra hæc redditur ad alia beneficia obtinenda prorsus inhabilis ex Constit. Pij V. *incip. Cum primum.* ex qua aliqua supra circa reuerentiā Diuinorum retulimus, quoad vitium autem Simoniæ verba Constitutionis illius sunt, *vt sequitur.*

Et vt Simoniacæ prauitatis labes prorsus aboleatur, Constitut. antecessorū nostrorum contra Simoniacos editas, & præsertim Pauli II. inuiolabiliter obseruari mandamus, delinquentes tam in sacrorum Ordinum receptione, quā in beneficiorum assequutione, statutis etiam inferius pœnis nostra authoritate affici volumus. Quicunq; igitur detestabile crimen Simoniacæ prauitatis commisisse, conuictus fuerit, in consequendis Ordini-

bus eo ipso sit ab illorum exequutione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceri b. mancipetur.

Qui dignitates Ecclesiasticas Simoniacè acquisiuerit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas & quascunq; alias obtinendas. Qui beneficium aut officium Ecclesiasticū Simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus & ad fructuum omnium quos perceperit restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea & quæcunq; alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem talè crimen pluries commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio eiciatur. Qui verò ordines & beneficia simoniacè contulerint, pœnis à iure statutis puniatur, cuiuscunq; gradus, conditionis, & dignitatis, etiamsi Episcopi, Archiepiscopi, vel maiores fuerint. Caueant præterea quicunq; ne in Sacramentorum exhibitione Simoniacum aliquid faciant, alioquin grauissimè puniantur per locorum ordinarios, qui huiusmodi criminis reos cum maxima seueritate coercere procurent, iuxta Conc. Tridentini statuta, &c.

Vnde Simoniacus etiam ad fructuum ex beneficio simoniacè quæsito perceptorum tenetur restitutionem, *vt patet ex tex. Const. præmissa.* & ad hoc *Rebuff. loc. sup. cit. num. 15.* Beneficijs tamen quæ ante commissam Simoniam legitimè obtinuit, non priuatur ipso iure, cum hoc in dicta Const. non appareat plene expressum, & pœnæ non possint trahi ad non expressa. *gl. communiter recepta. in cap. fin. de iurep. Abb. ib. num. 7. Selu. in tract. de benef. 3. p. q. 2. col. 4. Nau. cons. 34. de Sim. in antiq.* quia nimirum odiosæ & restringendæ *cap. pœnæ. de pœnit. dist. 1.* Quare poterit Simoniacus beneficia obtenta ante Simoniam resignare, vel impetrare dispensationem à Papa super illis retinendis, cum alioquin absq; dispensatione illa retinere non possit, & posset illis priuari. *Rebuff. loc. cit. num. 13.* quam dispensationem etiam per Episcopum posse concedi vult Achil. de Grass. *decis. 2. de Simonia alias 341.* Simoniacus verò ignoranter, licet vt supra diximus debeat dimittere beneficium Simonia ignorata quæsitum, alijs tamen beneficijs legitimè obtentis non priuatur, nec priuari potest, nec aliquam censuram incurrit. *cap. de Simoniacè. cap. de regularibus. de Sim. Paris. loc. sup. cit. q. 7. nu. 40.* imò posset illud ipsum beneficium per dispensationem Episcopi obtinere. *Nau. cons. 35. num. 4. in antiq.*

§3.

Aduertendum præterea quod licet Simoniacus ipso facto incurrat pœnam excommunicationis & priuationis, suspensionem tamen ab executione sui ordinis non incurrit ipso facto, cum hoc non reperiatur in iure expressum: vnde talem obtenta absolutione super excommunicatione, & beneficio dimisso, posse exercere suum ordinem & celebrare *tenet Nau. loc. cit. in man. nu. 111. & cons. 34. cit. & cons. 97. num. 11. de Sim. in no. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 37. §. 5.* contra Lambert. *de iurep. p. 1. lib. 2. q. 9. art. 10. Maiol. de irreg. lib. 5. cap. 45. num. 1.*

14.

De recipientibus quoque aliquid à prouisis de beneficijs circa eorundem beneficiorum possessionem in executionem decreti Conc. Trid. *sess. 24. cap. 14. de ref.* emanauit Const. Pij V. *tenoris sequentis.*

15.

Pium nimis, & infra. Quare nos pro

Diui-

Diuini cultus exercitio, simulq; euocatorum ad illud auxilio plenius euidentiusq; consulendum fore rati reuocamus & abolemus omnia, & quæcunq; priuilegia, consuetudines & statuta quarumcunq; Ecclesiarum Cathedralium Metropolitanarum ac maiorum, necnon Collegiatarum etiam iuramento confirmatione Apostolica aut alio quouis præsidio munita, ac etiam supra hominum memoriam & longissimo ac quantocunq; tempore etiam continuò obseruata, siue pro soluendis Ecclesiarum, vel prælatorum debitis, siue pro supportandis illorum oneribus, siue aliis etiam maioribus maximis & vrgentissimis causis concessa, & approbata ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extensa, & moderata, quod vacantibus ipsarū Ecclesiarum dignitatibus, Canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficij & officij fructus, ac etiam quotidianas distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione anno, aut longiore vel etiam breuiore tempore prouenturi mensæ Episcopali seu capitulari alioue loco integrè vel partim remaneant seu applicentur, aut in communes vsus cedant, seu inter alios canonicos & personas Ecclesiæ seu capituli diuidantur. Quodq; nullus etiam Apostolica authoritate prouisus in Canonicum recipi aut ad dignitatem seu portionem, beneficium vel officium admitti, vel aliàs in eius possessionem induci possit, nisi prius de obseruandis huiusmodi priuilegijs, consuetudinibus & statutis iuramentū præstiterit & obtentæ illorum derogationi ac fructuum & distributionum perceptioni renunciauerit, seu capitulo & personis prædictis cesserit seu (vt appellant) dulciaria aut quid aliud præstiterit. Quorum omnium tenores, causas & effectus habemus præsentibus pro expressis, quibuscunq; illa concepta sint formulis, nec non irritantibus & alijs decretis roborata, volentes ea omnia vires & effectum de cætero non habere. Præcipimus igitur & interdicimus omnibus Episcopis, Capitulis, Collegijs & personis ad quas id pertinet, ne post hac fructus aut distributiones huiusmodi, nec prorsus vllam eorum partem retineant neue ipsorum cessionem vel renunciationem aut dulciaria vel alia quandocunque petant vel exigant, aut quenquam siue ordinaria, siue Apostolica authoritate prouisum ad præstandum huiusmodi iuramentum inducant, aut illi prædicta non facienti possessionem impediant vel remorentur. Quicunq; contrafecerint, si Ecclesiarum Antistites tam diu à Pontificalis officij exercitio sint suspensi, donec satisfactione præuia illis per Sedem Apostolicam suspensio relaxetur. Capitula verò & Collegia quæcunq; Ecclesiastico subiacent interdicto, ac singulares personæ in excommunicationis sententiam incurrant, à qua nisi in mortis articulo constituti, ab alio quam à Rom. Pont. absolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes huiusmodi præstita iuramenta non tenere, nec quęquam illis obligari, quinimò iurantes in huiusmodi censuram incidere, necnon irritum & inane quidquid secus super his per quoscunq; scienter vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus statuimus, vt vbicunq; huiusmodi fructus, & distributiones, fabricæ, vel Sacristiæ, vel alterius

pij loci vsibus vltra semestre tempus reperiuntur concessi, horum duntaxat dimidia pars ipsi Sacristiæ, vel fabricæ aut pio loco deinceps tribuatur, alteram verò beneficiati prædicti integrè percipiant. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostol. contrarijs quibuscunque, &c. Cæterum per prædicta non intendimus illis præiudicare Capitulis, Collegijs, mensis, aut personis, fructus & distributiones inter vacationem beneficiorum, & eorum collationem siue possessionis apprehensionem prouenientes ex statuto consuetudine vel priuilegio huiusmodi percipientibus, vel retinentibus, quo minus ipsi illos interim vel antea exigere valeant & habere, &c.

Datum Romæ anno Incarn. Dom. 1570. prid. Kalend. Iul. Pontificat. ann. 5.

Si tamen consuetudo sit, vel statutum à Sede Apostolica approbatum, vt aliquid detur conuertendum ad pios vsus, seu pro fabrica Ecclesiæ, seruari debet, vt *Conc. loc. cit.* & dicemus infra alia occasione.

Contra aliam autem Simoniæ speciem circa beneficiorum assecutiones, quę confidentialis appellatur, tanto grauiores pœnas Pius IV. Constit. sua, *incip. Romanum. de anno 1564. Kal. Nouem.* & postmodum Pius V. alia sua Constit. ordinarunt, quanto facilius tam damnoso crimine delinquebatur. In eo autē grauiores sunt pœnæ huius criminis, quia nimirum illo peccans, etiam beneficijs antea obtentis priuatur, & beneficium tali Simonia quæsitum, remanet Sedi Apostol. reseruatum, & quod solis præsumptionibus crimen huiusmodi probari possit: quarum præsumptionum argumenta, & alia plura videre licet in ipsarum Constitutionū contextu, explicata apud Suarez *de cens. disp. 22. sect. 6. à nu. 15. & Paris. in tract. de consid. benef. præcipuè. q. 58. à num. 31.* Nobis sufficiat retulisse Constitutionem Pij V. qua etiam contenta Const. Pij IV. prætactæ continentur, *& sequitur.* 16.

Intolerabilis multorum, & infra. Benè quidem & prouidenter fe. rec. Pius PP. IV. prædecessor noster ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Ecclesiasticorum corruptelam statuit, & decreuit, vt ipso iure vacarent Ecclesiæ, Monasteria, cæteraq; beneficia Ecclesiastica in confidentiam à quibuscunq; etiam San. Roman. Eccles. Cardinalibus, cuiusuis personæ contemplatione vel intuitu recepta, liberam illorum dispositionem sibi & Apostolicæ Sedi reseruando.

Nec valerent ipsorum collationes, seu concessiones, nec fructuum nec pensionū reseruationes, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi seu accedendi ad Ecclesias, Monasteria, beneficia supradicta, illaq; recipientes, fructus, pensiones & alias res eorūdem indebitè perciperent. Prohibens quibuscunq; etiam sub censuris Ecclesiasticis, ne quid huiusmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit omnes & quascunq; prouisiones, præfectiones, collationes, commendas, & alias dispositiones de Ecclesiis, Monasterijs & beneficijs, necnon reseruationes fructuum, pensionum, rerum & iurium, ac etiam transferendi, regrediendi, accedēdi & ingrediēdi, aliasq; facultates, siue per se, siue futuros Rom. Pont. etiā motu proprio ac Consistorialiter, siue etiam per ordinarios Collatores, etiam ad patronorum præsentationem cum interuentu confidentiæ huiusmodi, siue expreßè,

preſſè, ſiue occultè ac de iure præſumpto & aliàs contra prædicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam ſuffragari, ſed Eccleſias, Monaſteria, & beneficia huiuſmodi ipſo iure vacare, ac prædictæ diſpoſitioni reſeruata eſſe, ficq; per quoſcunq; etiam per præſumptiones & coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo (cum alioqui confidentias huiuſmodi in lucem erui & probari non poſſe, conſtaret) iudicari & definiri debere; nec non irritum & inane quicquid ſecus contigerit attentari, quemadmodum confectis ſuper his literis ſuis plenius continetur. Veruntamen propter improbas multorum cupiditates, prædicta quæ ad purgandã hac pernicie Eccleſiam, & animarum ſalutem ab ipſo prædeceſſore edita ſunt in multis deprehendimus viam aperuiſſe grauius delinquendi. Siquidem cum frequentibus plurium querelis pridem concitati, quod Iudices in cauſis huiuſmodi confidentiarũ expediendis remiſſiores eſſent oẽs, & ſingulas cauſas ipſas vbicunq; & inter quoſcunque motas ad nos aduocauiſſemus, ac omnimodã huiuſmodi cauſarũ præſentium & futurarũ rerumq; omnium ex ipſis reſultantium cognitionem nobis & ſucceſſoribus noſtris reſeruauiſſemus, & ſuper quibuſdam coram nobis proceſſum fuiſſet, varijs inde nec leuibus coniecturis intelleximus, vitium quidẽ confidentiæ occultè irrepſiſſe, ſed in pleriſq; cauſis præſumptiones & coniecturas quæ ad illud probandum deducuntur minimè ſufficere, eiuſq; rei cauſa plarimos qui ante literarum prædictarum editionem huiuſmodi confidentiam exercebant, vbi cognouerunt obſtructam veritatem propter difficultates probandi in iudicijs, confidentias ipſas contempta Conſtitutione prædicta, Eccleſias, Monaſteria & beneficia ſic recepta vt prius retinere, alios fructus, penſiones & alias res percipere, alios eorum exemplo ad ſimilia & grauiora fidentius commoueri. Multi enim ipſa beneficia iure retinere nequeũtes, alij ne cogantur ad ſacros ordines ad reſidentiam, ad incedendum in habitu Clericali, vt ad bellum proficiſcantur, vt inimicos occidant: alij vt alieno nomine lites agant, aut defendant, alij propter crimina incapaces, quidam vt purgato delicto vel abſolutione conſequuta illa repetãt, eadem in alios deponunt, & in pleriſq; fructus ipſorum aut eis miniſtrantur, aut quibus ipſi ſtatuunt, ſæpè Laicis & inhabilibus. Pleriq; vel ſenes vel infirmi vt beneficia in domibus ſuis perpetuent, illa renunciarunt & renunciant in alios, qui vel profanam familiã cedentiũ de fructib. Eccleſiſt aicis alãt, vel illæ etiã num infantibus, aut naſcituris aſſeruent, facto interdum circuitu retroceßionis, cum reſeruatione fructuum, & aliarum rerũ, aut acceſſu, præſertim ab illis qui præſtandorũ iuriũ Cameræ Apoſtolicæ ſunt immunes: alij aut incapaces, aut alijs beneficijs Eccleſ. onuſti, aut Eccleſiaſtico ordini ſeſe mancipare refugientes, aut more laici beneficia Eccleſiaſtica alijs conferenda procurant, vt de illis poſtmodum ad libitũ ſuũ diſponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc pleriq; Ordinarij & alij Collatores, ac etiã Patroni laici curant deponenda beneficia, vt fructus ſeu penſiones capiant eorundẽ, alijſq; faciant miniſtrari. Alia item permulta eiuſcemodi admittun-

tur, quibus immaculata rerũ Diuinarum puritas impiè violatur, disciplinæ Ecclesiasticæ neruus dirumpitur, & imminens patratur exitium animarum. Quare nos volentes periculosam talium audaciam noui iuris subsidio cohibere, præsentium auctoritate statuimus, vt si quis quacunque auctoritate Ecclesiam vel Monasterium, aut aliud beneficium Ecclesiasticũ qualecunq; ex resignatione vel cessione cuicunq; personæ simpliciter aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu vel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit, vt illa vel illud etiam in euentum regressus vel accessus eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur, aut illius fructus vel eorum pars alij vel alijs concedantur, vel pensiones soluantur ex eisdem, hæc confidentia censeatur. Itidẽ si Ordinarius vel alius collator contulerit ante hac aut conferat in futurũ beneficium Ecclesiasticum quouis modo vacans, ea conditione tacita vel expressa, vt postea in alterum pro arbitrio collatoris seu alterius cuiuscunq; contra iuris communis ordinationem disponatur, siue vt de eo prouisus, fructus illius vel partem ad vtilitatem vel libitum conferentis vel cedentis, aut alterius relinquat, & remittat, seu pensionem illi vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens per se vel alium scripto aut verbo iusserit seu significauerit, persoluat, & pariter si à Patrono etiam Laico, vel alteri Præsentatori seu Electori contigerit aut contingat id fieri. Adhæc si Clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius à solutione iurium ipsius Cameræ, vel etiam Cancellariæ Apostolicæ exemptus, post resignationem vel cessionem alicuius extranei de Ecclesia, Monasterio vel alio beneficio Ecclesiastico, in se Apostolica vel alia auctoritate factam & admissam, illam vel illud etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa, in eundem resignantem vel cedentem modico spacio interiecto, veluti duorum aut triũ mensium retrocesserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus Ecclesiæ seu Monasterij aut beneficij, vel eorum pars seu pensio seu quid aliud super illis reseruatum, aut regressus seu accessus, & ingressus ad illam vel illud, ipsi Clerico vel Cardinali aut alij exempto sit fuerit ue concessus. Postremo si quis crimine aliquo absolutus, aut cũ quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit quacunq; authoritate Ecclesiam, Monasterium, vel aliud beneficiũ Ecclesiasticum, quod ante vel post commissum delictum aut contractam irregularitatem dimiserit, in quouis horum casuum confidentiæ prauitas sit contracta, casusq; huiusmodi literis prædictis comprehendãtur, ac si illis speciatim expressi fuissent, licet ipsum cõfidentiæ crimen alterius tantum partis conscientiæ sit admissum. Ad probandum vero plenè confidentiarum abusum, inter alia etiam hæ præsumptiones & coniecturæ habeantur legitimæ, videlicet si quis post cessam ab se Ecclesiam vel Monasterium aut beneficium, & publicatam resignationẽ, seu cessionem, captamq; à successore possessionem, sese in illa vel illo, seu rebus illius per se vel alium seu alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit, aut quicunq; successor illi vel eius propinquis ipsos, aut partem aliquam remiserit eorundem; si recipiens beneficium constituerit

uerit dimittentem vel eius parentes aut propinquos procuratores ad percipiendū, vel locandum fructus beneficij dimissi, & illi vel illis de fructibus perceptis aut percipiendis donationem fecerit. Si vel sola procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis expeditio, quæ personam recipientis concernit prosecuta sit; simulq; expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. Denique si quis pro concessione alicui facta quacunque authoritate de beneficio Ecclesiastico, per se vel alium seu alios intercesserit, vel alias in negotio concessionis sese immiscuerit quoquomodo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto etiam per manus possessoris ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quandocunq;. Testes autem de quaq; re singulares, singulas probare valeant præsumptiones & cōiecturas, pluresq; huiusmodi præsumptiones & coniectura plenā probationē faciant in prædictis. Cæterū criminosi & ceteri omnes qui ad perhibendū in casibus Simoniæ testimoniū recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur. Sedne quisquā etiā vana fiducia fretus nō intendendi contra se iudicij in crimine perseueret, vtq; hoc malum grauioris censuræ stimulo vsq; quaque prohibeatur, omnes & singulos qui hucusq; Ecclesias, Monasteria, beneficia, fructus, pensiones, aliasue res intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt ac retinent, nisi statim ad se reuersi & respicientes, celeri dimissione sibi prospexerint, & quidquid tale admiserint in futurum, etiam omnibus & singulis alijs Ecclesijs, Monasterijs, dignitatibus, administrationib. officijs, & beneficijs obtentis, quæ pariter subdita reseruatione comprehendi volumus, nec non fructibus, pensionibus, & alijs rebus Eccles. ac etiam Rom. Curiæ & alijs officijs temporalibus, præsentium auctoritate priuamus & ad futura inhabiles decernimus: & in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus, à qua nullus nisi in mortis articulo constitutus ab alio quam à Roman. Pontif. absolutionis beneficium valeat obtinere. Nos enim aduocatione causarum huiusmodi, & reseruatione cognitionis illarum rerumq; omnium inde emergentium nobis & prædictis successoribus vt dictum est facta, (causis illis duntaxat exceptis quæ iam coram nobis pendere noscuntur, ac etiam ijs quas ratione Ecclesiarum & Monasteriorum quorum dispositio in Consistorio fieri consueuit aut debet, itemque contra Ordinarios collatores Episcopos & alios Superiores, Prælatos, etiam Cardinales haberi contigerit, vti iam alys nostris litteris statutum est audiendis, decidendis & terminandis) harum serie prorsus relaxata, decernimus ita deinceps quoscunque iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici auditores, ac prædictæ Rom. Ecclesiæ Cardinales sublata eis & ipsorū cuicunq; quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & authoritate vbiq; iudicare, interpretari & definire debere, nec non irritū & inane quicquid secus in prædictis per quoscunque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca omnibus locorum ordinarys districtius iniungimus vt in suis quisque Ecclesiis, Ciuitatibus, Diœcesibus, & locis etiam exemptis, ad prædicta studiosè attendant, & quatenus illis relaxauimus, in delinquentes seuerè animaduertant, si Diuinæ maiestatis iudicium, dictæq; Sedis censuram voluerint euitare. In cæteris verò causis & negotijs (nobis & prædictis successoribus exceptis) eosdem locorum Ordinarios præsentium auctoritate delegamus, vt gratia & fauore postpositis,

pro se quisq; cum venerit vsus cõtra prædictos omnes sub ipsa exceptione comprehenso s diligenter inquirant, suoq; inquisitiones omnes sigillo obsignatas, ad prædictam sedem quamprimum transferant, vt nos & prædicti successores in casibus huiusmodi procedentes, quod iustum fuerit decernamus. Nos enim singulis ordinarijs ipsis prædictos omnes & quoscunque alios etiam exemptos, etiã per edictum publicum, constito prius Summariè & extraiudicialiter de non tuto ad alios accessu citandi, monendi, eisq; ac iudicibus Ordinarijs & delegatis, aliisq; personis quibuscunque ne prædictorũ executionem quoquo modo impediant, vel alias in illis sese interponant, etiam per simile edictum inhibendi, eosdemq; alios contradictores & rebelles, quoscunq; per censuras & pœnas Ecclesiasticas, ac omnia alia iuris & facti remedia opportuna compellendi, auxilium brachij secularis quandocunque opus erit inuocandi, cæteraq; in prædictis omnibus & singulis necessaria faciendi & exequendi, plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus, &c. Datum Romæ anno Incarnat. Dom. 1569. Kalen. Iun. Pontif. anno 4.

ARTICVLVS VIII.

De immunitate Ecclesiastica.

1 IMmunitas Ecclesiastica in quibus attendenda.
2 Ecclesia nondum consecrata an gaudeat immunitate.
3 Confugientes rei ad Ecclesiam quomodo tractandi.
4 Clerici non tenentur ad onera imposita à Principe sæculari.
5 Clerici an gaudeant immunitate ratione bonorum Patrimonialium.
6 Clericos obtinens feudum eius ratione tenetur ad onera imposita per Dominum feudi.

CAVSAE immunitatis Ecclesiasticę pertinent quoque ad iudicem Ecclesiasticum. *cap. conquestus. de fo. comp.* Immunitas autem Ecclesiastica consistit primo in reddenda debita reuerentia ipsi Ecclesiæ, vt quod in Ecclesia causæ sanguinis & negotia sæculari tractari non debent. *cap. cum Ecclesia. de immuit. Eccl. cap. accusatio. 2. q. 7.* & sententia à Laico in Ecclesia lata est ipso iure nulla. *c. decet. cit. tit. in 6.*

Ecclesia præterea incastellari non debet, nec muniri vt in ea defensiones, vel militum receptacula parentur: instante tamen necessitate graui posset hoc concedere Episcopus, dummodo cessante necessitate incastellatio quoq; cesset. *Host. in sum. tit. cit. nu. 6.*

Et non solum Ecclesia consecrata, sed & nondum consecrata in qua tamẽ Diuina peraguntur, & etiam interdicta gaudet hac immunitate. *c. Eccl. tit. cit. ibiq; DD. communiter.* Similiter & Palatium Episcopi si fuerit ædificatum intra quadraginta passus ab ipsa Ecclesia. *Couar. var. res. lib. 2. cap. 20. num. 5.*

Quo-

Quoad hospitalia autem & oratoria priuata, attendendam esse loci consuetudinem docet Abb. *in cap. Ecclesiæ. cit. Couar. lo. cit. num. 4.*

Vel proprium autem est immunitatis Ecclesiarũ priuilegium, quod ad eas cõfugientes inde extrahi non possunt. *cap. inter alia. tit. cit. de immun. Eccl.* Circa quod multas & in dies plures nascentes controuersias, sopiuit Greg. XIIII. constitutione sua circa protectionem ad Ecclesias confugientium perpetuo obseruanda, *cuius tenor sequitur.*

CVm alias nonnulli Prædecessores nostri, & præsertim fel. re. Sixtus PP. V. & infra. Hac igitur nostra perpetua valitura constitutione, omnia & quæcũque priuilegia, indulta & gratias, tam per prædictum Six. ac Pium V. quam alios quoscunq; nostros prædecessores, aut nosmetipsos, Sedemq; Apostolicam, eiusue Legatos, super abducendis vel extrahendis ab Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis, domibus Regularibus & Sæcularibus, locisue sacris aut religiosis, aliasq; in casibus à iure permissis, hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex causis vrgentissimis ac necessarys & æquipollentibus casibus in iure expressis, atque ex parilate, identitate, aut maioritate rationis, extẽsis perpetuo vel ad certũ nondũ elapsum tẽpus, seu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitum, seu alias quomodolibet concessa, etiam iteratis aut multiplicatis vicibus approbata & innouata, ac vsu recepta, literasq; Apostolicas sub plumbo, aut in forma Breuis, seu alias quomodocunq; desuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sublata penitus omni differentia, ita ad vnam tantum formam reducimus & moderamur, vt Laicis ad Ecclesias, locaq; sacra & religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumq; grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsidẽt, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quiuè homicidia & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, eorumuè cœmeterijs committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassini vel hæresis, aut læsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragatur; sed vniuersis & singulis Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisq; Ecclesiarum & Monasteriorum Prælatis, tam sæcularibus, quam cuiusuis ordinis Regularibus districtè præcipiendo mandamus & præcipimus, vt Laicos in casibus prædictis delinquentes ad eorum Ecclesias, Monasteria, domos, & alia loca supradicta sacra seu religiosa respectiuè confugientes, & in eis se recipientes atque morãtes, qui prædicta delicta eorumuè aliqua iudicio suo commississe videbuntur, quando à Curia sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, ministris & Officialibus Curiæ sæcularis absque irregularitatis nota, aut alicuius cẽsuræ Ecclesiasticæ incursu, tradi & consignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet & faciat. Ne autem Curiæ sæcularis ministri prædicta facultate illos per se & propria authoritate extra-

hendi & abducendi sibi olim vti præfertur attributa, & per præsentes reuocata abutantur. Volumus dictaq; authoritate decernimus & declaramus, vt Curia sæcularis eiusq; Iudices & Officiales ab Ecclesiis, Monasteriis, locisq; sacris prædictis Laicum aliquem, vt præfertur delinquentem in vllo ex casibus supra dictis sine expressa licētia Episcopi vel eius Officialis & interuentu personæ Eccles. ab eo authoritatem habentis, ad quos solos & non alios Episcopis inferiores, etiamsi alias Ordinarij sint, aut nullius Diœcesis, aut conseruatores ab hac sede specialiter vel generaliter deputati, prædictam licentiam dāndi facultas pertineat; occurrente autem casu in loco excepto & nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluatur hac cognitio & non ad alios: capere, extrahere aut incarcerare non possint, nisi eo casu quo ipse Episcopus & dicta persona Ecclesiastica requisita, carcerationi interuenire & assistere recusauerint, tūcq; reuerentia Ecclesiæ & locis sacris debita memores, prædictos delinquentes minori quo id fieri poterit cum scandalo & tumultu extrahere curent, quodq; delinquentes Laici prædicti postquam vt perfertur ab Ecclesiis, locisue sacris extracti & capti fuerint, ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi & inibi sub tuto & firmo carcere, ac opo. tuna custodia, data illis si opus fuerit per Curiā sæculare, detineri debeāt, nec inde extrahi Curiaq; sæculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi vere crimina superius expressa commiserint; tuncq; demum de mandato Episcopi, per Iudicem Ecclesiasticum Curiæ sæcularī quacunq; appellatione postposita consignentur. De crimine verò hæresis, cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea Curia sæcularis se quoquomodo intromittat; sicuti etiā prohibemus, ne contra Ecclesiasticas personas sæculares, aut cuiusuis ordinis vel militiæ etiam S. Ioannis Hierosolymitani Regulares quoquomodo, etiam vigore prædictorum priuilegiorum, indultorum, concessionum, quæ omnia ad terminos iuris per præsentes reducimus, procedāt, aut se intromittant, illaſuè ab Ecclesiis, Monasteriis, domibus, locisq; sacris, aut Religiosis etiam in casibus in hac constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, alias quam de iure & per priuilegia eisdem ordinibus, aut militijs cōcessa permittitur, quomodolibet præsumant. Quod si quis quacunque dignitate & authoritate præditus, præmissorum aut alio quouis prætextu quidquam præter aut contra huius nostræ constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto censuras & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis iuris & immunitatis Ecclesiasticæ violatores, per sacros Canones, & Conciliorum generalium, nostrorumq; prædecessorum constitutiones sunt promulgatæ, sicq; per quoscunque Iudices, &c. Non obstantibus, &c. Datum Rom. An. Incarn. Dom. 1591. Kal. Iun.

Immunitas Ecclesiastica seruit quoque pro ipsismet personis Ecclesiasticis: qua ratione vt supra vidimus, Clerici exempti sunt à iurisdictione Laicorum.

Non

Non tenentur etiam ad onera more personalia per Laicos imposita, & personalia onera dicuntur quæ animi prouisione, & corporali labore absoluuntur. *l. fin. ff. de mu. & hon.* Et ne quidem ad ea tenentur, quæ sunt honesta non sordida, vt ad officia sæcularia, legationes, curas, tutelas. *cap. generaliter. 16. q. 1.* nisi spõte velint recipere tutelam legitimã. *c. peruenit. 86. dist.* nec tenentur ire ad bellũ vt pugnẽt, etiam instãte necessitate, *Abb. in c. peruenit. 1 it. cit. de imm. Eccl.* 4.

Eodem modo libri sunt ab oneribus realibus, siue qua ratione bonorum per ipsos possessorum præstãda viderentur: neq; tenẽtur ad tallias, seu collectas Laicorum. *c. non minus. tit. cit. c. 1. eo. tit. in 6.* Imò seculares magistratus imponentes Clericis huiusmodi collectas, si sint singulares personæ, excommunicationem, si verò sint Collegia vel communitates, interdictum ipso facto incurrunt. *c. quanquam. de censib. in 6.* Quomodo autẽ diuersa sit hæc cẽsura ab alia simili Bulla *Cœnæ Domini*, videri potest Suarez *de cens. disp. 23. sect. 4. n. 21.*

5. Non tenentur etiã ad gabellas de frumento, vino & alijs fructibus ex fundis seu fructibus præbendarum collectis. *Abb. in cit. c. non minus. Bald. in l. placet. C. de sacros. Eccl.* An autẽ ratione bonorum patrimonialium gaudere debeant hac immunitate, videndus est Abb. *in c. ex literis. n. 1. de vit. & hon. Cler.* vbi hãc immunitatẽ quoad bona patrimonialia seu propria Clericorum non Ecclesiæ restringit ad casus in iure tantũ expressos. *adhoc Dec. in c. Episcopus. num. 19. de præb.* vbi solum patrimonium Clerici ad quod ordinatur vult gaudere ista immunitate.

Non tenentur itẽ Clerici cõtribuere pro reparatione murorum, seu fortificatione ciuitatis, vel dare albergũ, seu hospitium militibus. *Innoc. in c. 1. tit. cit. de immun. Eccl. Abb. ib. nu. 1. Sicul. ib. & cons. 3. Aufrer. in repet. Cle. 1. de off. ord. not. 3.* & non solum ipsi Clerici, sed & ipsorum familiæ & coloni gaudent hac immunitate. *c. generaliter. 16. q. 1. cit.*

Si tamen Ecclesia vel Clericus obtineret feudum à laico, teneretur ad omnia prædicta & alia omnia onera, quæ ratione illius feudi solerent præstari, & cogi possent per dominum feudi ad eadem onera præstanda. *Innoc. in cap. verum. de fo. comp. Host. loc. sup. cit. nu. 4.* & quibus alijs casibus non suffragetur ipsis hæc immunitas Ecclesiastica, videri potest apud Summistas. *vt Ang. Sylu. Arm. v. immunitas. Host. loc. cit. Aufrer. de potest. Sæcul. in Cler. latè.* 6.

ARTICVLVS IX.

De Decimis.

1 *Decimarum causæ spectant ad forum Ecclesiasticum.*
2 *Decimarum causæ expediendæ summariè.*
3 *In causis decimarum quomodo non appellandum.*
4 *Decimas soluere quilibet obligatur.*
5 *Decimæ soluendæ non deductis expensis.*
6 *Consuetudo attendenda in decimationis modo.*
7 *Decima propriè pertinet ad Parochum.*

8 *Episcopus est Parochus Vniuersalis Diœcesis.*
9 *Episcopus habet fundatam intentionem super quarta decimæ.*
10 *Clerici tenentur dare decimam de bonis Patrimonialibus.*
11 *Iudæi tenentur ad decimas dandas de eorum prædijs.*
12 *Ecclesia contra Ecclesiam potest præscribere ius percipiendi decimas.*
13 *Regulares non possunt præscriuere ius decimandi.*
14 *Decens sustentatio Parochi quæ dicatur.*
15 *Consuetudine potest induci vt nõ Clerici non teneantur ad decimas de bonis Patrimonialibus.*
16 *Priuilegio potest quis liberari à solutione decimarum.*
17 *Societatis Iesu fauore derogant Greg. XIII. cap. nuper de decimis.*
18 *Ecclesiæ inter se possunt componere super decimis.*
19 *Laici possunt obtinere priuilegio vt decimas habeant.*
20 *Decimæ in fundum dari non possunt post Concil. Lateranen.*
21 *Clericus locare potest decimas & alios fructus sui beneficij,*
22 *Consuetudine reduci potest decima ad aliquam quotam & certas fruges.*
23 *Decimæ personales sunt sublatæ consuetudine.*
24 *Laici componere possunt cum Ecclesia de non soluenda decima.*
25 *Alimenta debentur Clericis iure naturali & diuino.*

CAVSAE decimarum cùm sint de iure spirituali spectant quoque ad iudicem Ecclesiasticum. *cap. peruenit. cap. tua nobis. de decim.* cùm videlicet quæstio fundatur in articulo iuris, seu agitur petitorio. *Dec. in cap. decernimus. à num. 24. de iudic. Felin. in cap. causam quæ. nu. 15. de præscrip.* nisi contemnant censuras Ecclesiasticas obligati ad soluendum decimas, nam tum per Sæcularem iudicem distringi possunt. *gl. fin. in Clem. fin. de decim. Abb. ib. in fin.* & si quando iudex laicus iudicare posset has causas, semper datur iudici Ecclesiastico præuentionis locus. *Fed. de Sen. conf. 245.*

Debet aũt expediri sũmariè causa decimarũ. *Clem. dispendiosa. de iudic.* neq; in ea appellatur. *cap. tua nobis. cit. Abb. ib. nu. 8. Marant. p. 6. de appell. nu. 293.* Quoad effectum videlicet suspensiuum, vt cũ quis fuit in possessione decimæ & agit possessorio, quo minus vtatur possessione appellatione impediri non potest, secus quoad effectum deuolutiuum, & vbi agitur de proprietate seu iure percipiendi decimas, nam tum appellare licet. *gl. in cit. cap. tua nobis. v. tributa. Marches. de commiss. cap. 4. num. 5.*

Obligatur autem quilibet ad solutionem decimarum. *vt latè Innoc. in c. vlt. de Paroch.* & asserentes contrarium Regulares in concionibus, vel dicentes aliquid quo populus abstrahatur à soluendis, decimis incurrunt ipso facto excommunicationem. *Clem. vlt. de pœnis. & diximus alias.*

Debent solui decimæ licet Ecclesia fuerit diues ex alijs prouentibus, non enim releuatur debitor à soluendo ex eo quod ipsius creditor sit opulentus. *Con. lib. 1. var. res. cap. 17. num. 4.*

Solui debent non dednctis expensis aut semine. *c. non est. c. tua nobis. de decim. Abb. ib. num. 1.*

Deferri debent ad horrea Clericorũ vel si fuerit loci consuetudo contraria,

illa

illa seruanda est. *Couar. loc. cit. num. 8.* Eadem consuetudine regulari oportet circa ipsam decimationem, vt nimirum laici non colligant fructus nisi in præsentia Clerici seu ipsius procuratoris, & decima soluta; vel è contra prius fructus liberè in horrea condant, & postmodũ soluant decimas secundum quod fuerit loci consuetudo. *Guid. Pap. cons. 285. nu. 1. Couar. loc. cit.*

7. Soluendæ autem sunt Ecclesiæ Parochiali intra cuius limites prædium est situm. *cap. cum contingat. de decim. Host. in sum. tb. num. 4.* In dubio autem seu

8. vbi locus nulli appareret subiectus Parochiæ, pertinet decima ad Episcopum ille enim cum sit vniuersalis Parochus Diœcesis suæ. *Abb. in c. Apostolicæ. nu. 2. de Donat. Imol. in Clem. fin. nu. 14. de priuil. Veral. decis. 340. p. 3.* concurrit quoque in emolumentis cum Parochis, & est dispensator decimarum. *cap. quoniam. de decim. cap. in sacris. 16. q. 1. c. decimas ea. 16. q. 7.* Imò & ex qualibet

9. decima Parochiali debita, quartam sibi retinere potest, & habet intentionem fundatam super quarta decimarũ. *cap. quatuor. 13. q. 2.* nisi contra ipsum Parochus longa consuetudine præscripserit. *cap. quoniam. cit.*

10. Et debentur decimæ non solùm à Laicis, sed etiam à Clericis de eorum prædijs, siue Ecclesiasticis si intra alienam Parochiam fuerint sita, siue patrimonialibus. *cap. si quis laicus. cap. quæsti sunt. 16. quæst. 1. cit.*

11. Et à Monachis de eorum fundis. *cap. commissum. de decim.*

Et à Iudæis si prædia colant ex quibus decima debetur. *cap. de terris. loc. cit.*

12. Potest tamen consuetudine præscriptione legitima induci, vt decima vni Ecclesiæ debita, alteri Ecclesiæ soluatur. *cap. ad aures. de præscrip. cap. ad Apostolicæ. cum contingat. de decim. Rot. decis. 433. in no.*

Non tamen vt debeatur Regularibus, 13.
isti enim decimam Ecclesiæ Parochiali debitam acquirere aliqua consuetudine seu præscriptione non possunt, cum de iure sint incapaces decimarum, nisi habeant vnitam Ecclesiam Parochialem. *c. peruenit. 16. q. 1. cit. c. nuper. de decim. iun. gl. v. componendum. Host. loc. sup. cit. num. 10.* Et si Ecclesia non haberet vnde sustentari, tunc non obstante præscriptione posset à Regularibus allegã tibus præscriptionem super decima, repetere sustentationem *cap. 2. §. vbi autem. de decim. in 6.* hocque tenuisse 14.
Rot. *in vna Burgen. iurisdictionis.* coram Ant. August. *in ann. 1549.* refert Achil. de Grass. *decis. 310. aliàs. 5. de decim.* vbi addit sustentationem Ecclesiæ Parochialis sufficientem computari, vt habeat victum duarum personarum ex prouentibus annuis computatis oblationibus spiritualibus. *ad quod Abb. in c. cum sicut. num. 4. de consecr. Eccl.*

Possunt item Clerici eadem consuetu- 15.
dine seu præscriptione obtinere libertatem à solutione decimarum de eorum prædijs etiam patrimonialibus. *Couar. loc. cit. num. 9.*

Priuilegio quoque Ecclesia siue Cle- 16.
ricus liberari potest à solutione decimarum. *cap. ex. parte. ad audientiam. de decim.* Similiter & Regulares. Vnde mendicantes varijs Summorum Pontificum priuilegiis fuerunt liberati à solutione dicimarum de terris ab ipsis excultis. Item & multi alij Regulares, & sæpè ipsorum quoque coloni, de his tamen non potest dari certa Regula, sed in casu occurrenti informatio est peten-

dacx

da ex inſpectione priuilegiorum ipſorũ regularium, & iuxta præſcriptum illorum exceptio hæc moderanda. *vt etiam notat gl. in Clem. 1. v. excolendas, de decim. ibidemq́, Anchar. Immol. Card. Abb. ibidemq́, in c. ex parte. num. 5. de decim.*

17. Derogationem ſolùm. *cap. nuper de decim.* à Greg. XIII. in fauorem Religionis Patrum Societ. Ieſu factam, hic per extenſum ponere libuit, vt in hac materia ſingularem, & in praxi ſæpius neceſſariam, *& ſequitur.*

Greg. Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam

PAſtoralis officij & infra. Exponi ſiquidem nuper nobis fecit filius Euerardus Mercurianus Præpoſitus generalis Soc. Ieſu, quod licet alias fe. rec. Paulus PP. III. prædeceſſor noſter volens dictã Soc. per eum authoritate Apoſtolica inſtitutam & approbatam, illiuſq́, Socios fauore proſequi gratiæ ſpecialis, inter alia eidem Soc. & Socijs dicta authoritate conceſſit ac indulſit, vt de ijs quæ in ornamentis, aut pro eis aut libris, fabrica, luminaribus, vel victu aut indumentis eorum, nec non annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ domus ipſius Societ. obligatæ forſan exiſtebant, ac de domibus & collegijs eorumq́, prædijs, hortis, & alijs locis eiſdem Sociis iuxta eorum viuendi inſtitutum habere conceſſis, aut de ijs quæ pro huiuſmodi rebus, domibus, collegijs, prædijs, locis & hortis emendis per quaſcũq́, perſonas pro tẽpore legari aut relinqui contigerit, & alijs bonis quibuſcunq́, per dictã Soc. & illius collegia poſſeſſis & obtentis, antequã decimam etiam Papalẽ ſoluere ſeu Canonicam portionẽ exhibere, aut ad præſtationem procurationum legatorum dictæ Sedis, vel nunciorum ipſius, ſeu Ordinariorum locorum, aut exactionũ, collectarum vel ſubſidiorum ſeu prouiſionũ quarumcunq́, minimè tenerentur, nec ad id per litteras ſedis vel Legatorum ſeu Nunciorum aut Diœceſanorum prædictorum cuiuſcunq́, tenoris fuerint vllo vnquam tempore compelli poſſent, niſi ipſæ literæ Apoſtolicæ plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbũ de indulto & conceſſione huiuſmodi ac de eorum ordine mentionem facerent; & ſi fortè per ipſum Prædeceſſorem vel dictam Sedem de his legatis diſpoſitis & relictis in genere vel ſpecie, decima vel altera portio ſeu quarta alteri piæ vel non piæ cauſæ quomodolibet eatenus conceſſa eſſet, vel illam impoſterum concedi ſeu ſolui aut dari mandari contingeret, ſocios prædictos aut illorum domos & bona quæcunque, nec non eis legata & relicta aut alias in eorum fauorem diſpoſita, in conceſſionibus & mandatis huiuſmodi decreuerit & voluerit minimè cõprehendi, niſi de ipſis ac ſuis decreto & voluntate huiuſmodi, non per clauſulas generales idem importantes. Sed vera, expreſſa & ſpecifica mentio fieret in eiſdem, & ſucceſſiuè piè me. Pius PP. IV. etiã prædeceſſ. noſter, exemptionẽ aut cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis literas ipſius Pauli prædeceſſ. deſuper confectas, nec non inde ſequuta quæcunq́, per ſuas literas ex certa ſcientia confirmauerit, approbauerit, & etiam plenariè innouauerit, ac pro potiori cautela vniuerſam Soc. prædictam, omniaq́, & ſingula illius

domos

domos etiam probationis & Collegia vbilibet consistentia præsentia & futura, eorũq; personas, fructus, redditus, & prouentus etiã bonorum Ecclesiast. Sæcularium & Regulariũ quorumcunq; illis pro tempore vnitorum, aliasq; res & bona quæcunq; à quibusuis decimis etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus & alijs fructuum partibus, subsidijs etiam charitatiuis & alijs Ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, & defensione patriæ, ac alias quomodolibet, etiam ab Imperatorum, Regum, Ducum & aliorum Principum instantiam pro tempore impositis, etiamsi in illorum impositione caueretur quod nulla prorsus exemptio cuiquam aduersus illa suffrageretur, ita quod Societas eiusque domus etiam probationis, Collegia, fructus, res, & bona præfata semper ab illis absq; declaratione desuper facienda excepta essent, & esse censerentur perpetuo liberauerit, & exemerit, prout in singulis literis prædecessorũ huiusmodi plenius continetur. Nihilominus quia in illis nulla de Constitutione recolendæ me. Innoc. PP. III. Similiter prædeceſſ. nostri in Concilio generali super decimis edita, quæ incipit. Nuper expressa & specifica mentio facta, nec eis specialiter & expreßè derogatum fuit, idem Præpositus dubitat singulas literas prædictas de subreptionis seu nullitatis vitio notari, ac Societati illiusq; domibus, Collegiis, & personis, prædictis minus vtiles reddi, aut illa super exemptione molestari vel perturbari posse tempore procedente. Nos igitur qui votiuum ipsius Societ. profectum sincero paternæ charitatis affectu libenter prosequimur, eidem Soc. illiusq; domibus etiam probationis Collegijs & personis ne propterea dictarũ literarum frustrentur effectu oportunè prouidere volentes, ipsumq; Præpositum & singulares personas Soc. huiusmodi à quibusuis excommunicationis, suspẽsionis & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectũ præsentium duntaxat consequendum harum seriè absoluentes, & absolutos fore censentes, nec non singularum literarum prædictarum veriores tenores ac quarumcunque litium & causarum super præmißis iam forsan motarum statũ & merita nominaq; & cognomine iudicũ, & Collitigantiũ, ac titulos & iura eorum præsentibus pro sufficienter expreßis habentes, ipsius Præpositi supplicationibus in hac parte inclinati, volumus ac Societati illiusq; domibus etiam probationum, Collegijs & personis prædictis eadem authoritate concedimus, quod singulæ litteræ prædictæ cum exemptionibus cæterisq; & singulis omnibus in eis contẽtis clausulis & decretis, processusq; habiti per easdem, ac inde sequuta quæcunq; valeant, plenamq; roboris infirmitatem obtineant, & eis quibus concessæ existunt perpetuo suffragentur in omnibus & per omnia, perinde, ac si in illis de Constitutione Innocentij prædecessoris seu Cooncil. generalis huiusmodi, specifica & expressa mentio facta, eique specialiter & expreßè derogatum fuisset, prout nos eidem Constitutioni ad effectum promissorum specialiter & expreßè harum seriè derogamus.

Decernentes ita in quibuscunque causis pendentibus, & futuris, per quoscunque Iudices & Commissarios quauis authoritate fungentes iudicari & definiri debere. Irritū quoque & inane quidq; secus super his in quoquam quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus litis pendentijs, si quæ sint, & alijs præmissis, ac Innoc. Prædecess. nostri, seu generalis Conc. huiusmodi, aliisq; Apostolicis nec non in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus; ac omnibus illis quæ in singulis literis prædictis expressum fuit non obstare, cæteriscque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod earundem præsentium transsumptis, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscat. die 1. Ian. 1578. Pont. an. 6.

18. Item & conuentione seu translatione liberatur quandoque Ecclesia à soluendis decimis alteri Ecclesiæ debitis. Ecclesia enim cum alia Ecclesia & Clerici inter se super decimis licitè cōponere possunt, *c. suggestum. c. nuper. de decim.* compositio tamē ab eis facta, nō perpetuatur vltra vitam componentiū, nisi fuerit roborata authoritate Episcopi, *vt notat gl. v. eandem conuentionem. in c. ex multiplici. lo. cit. Abb. ib. num. 2.*

19. Laici quoque obtinere possunt priuilegio vt præcipiant decimas, vel vt ab earum præstatione sint liberi siue ad vitam, siue ad aliquod tempus, nimirum priuilegio Papæ, qui hoc concedere potest. *Abb. in cap. cum venissent. num. 8. de iudic.* ita videlicet vt habeant liberā perceptionem fructuum decimarum, eosque percipiant nomine Ecclesiæ non suo. *gl. in c. à nobis. v. exemptus. de decim. & alia. gl. ib. in cap. quamuis. v. concesserit. Abb. in eo. cap. quāuis. num. 4. Host. Anchar. ib.* estque communis doctrina. Ipsum tamen ius decimandi habere non possunt, quia hoc est quid spirituale, spiritualium autem sunt incapaces Laici. *c. 2. de iudic. cap. causam de præscrip.* nisi reddantur capaces per Papam, qui hoc facere potest. *c. Adrianus. cap. in Synodo. 63. dist. Abb. in c. causam. cit.* Et hac ratione Laicis decimæ in feudum dari nō possunt. *cit. cap. quamuis. cap. prohibemus. cap. ad hæc. de decim. cap. vestra. in fin. de locat. Host. in sum. de feudis. §. quis possit. vers. sed nunquid decimas.* quia nimirum in feudo transfertur vtile dominium. *Abb. in cap. ad hæc. num. 4. de decim. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 63. num. 5.* Et licet decimæ Laicis ante Conc. Lateranen. sub Alexan. III. in an. 1189. *vt ponit Veral. decis. 241. p. 1.* infeudatæ, licitè ab eisdem detineantur. *Abb. in cap. cum Apostolica. num. 11. de his quæ fiunt à prælat.* titulusque hic longa præscriptione acquiri & probari possit. *Abb. lo. cit. Franc. Gem. in cap. 2. de decim. in 6. Veral. cit. decis. 242.* Eædem tamen decimæ postquam fuerint ad Ecclesiam reuersæ, iterum infeudari non possunt. *Ioan. Andr. in cap. prohibemus. de decim. Imol. in cap. 2. de feud. Felin. in cap. causam quæ. cit. de præscrip. Calder. cons. 1. de decim.* nec possunt a possidente trāsferri in alium Laicum simili feudo, seu alio titulo præterquam in Ecclesiam. *cap. cum Apostolica. cit. Abb. in cap. prohibemus. cit. à num. 17.* vbi hanc doctrinam dicit esse communem. 20.

Ex concessione autem seu locatione Clerici, licitè possunt Laici habere decimas pro tempore quoad Clericum spectant. *cap. vestræ de locat. cap. querelam, ne præl. vic. suas. Innoc. Abb. ib. Couar. lo. sup. cit. num. 5.* Potest enim Cle- 21.

ricus

ricus locare decimas seu fructus sui beneficij. *Clem. 1 de reb. Eccl. non alien.* nã locare non est alienare. *vt notat gl. in ea. Clem. v. locationes.* dummodo locatio fiat ad modicum tempus, quod reputatur annorum septem. *gl. in ea. Cle. v. ad tempus.* vel ne excedat decennium, excedens enim decaniũ censetur longũ tempus. *Abb. in cit. querelam. n. 6.* Tempus etiam ad vitam reputatur modicũ, propter præsumptionem breuitatis vitæ. *id. Abb. in cap. quamuis. nu. 4. de decim.* vbi soluit contraria, vnde non posse improbari locationes ad vitam, licet improbentur locationes diuturnæ. *deducit Mohed. decis. 248. alias 7. de locat.* Verum in his attendendus est potius text. *extrauag. ambitiosæ*, qua expressè taxantur prohibitiones quarumuis alienationum & locationum vltra tres annos. Imò & ad tres annos facta locatio anticipata solutione nulla esset, nec præiudicaret successori in beneficio. *Concil. Triden. sess. 25. cap. 11. de ref.* & si fieret etiam non anticipata solutione ad annos plures, vt triginta & similia, etiamsi esset approbata à Sede Apostolica, sed appareret damnosa Ecclesiæ, posset per Synodum Prouincialem, vel ab ea deputandos rescindi, *id. Conc. lo. cit.*

Potest etiam consuetudine reduci
22. decima ad vicesimam, tricesimam, *Guid. Pap. cons. 284. Nau. consi. 1. nu. 4. de decim. in antiq.* & est doctrina communis.

Consuetudo quoque sustineri potest, vt de aliquibus fructibus decima non soluatur, vt de fœno, vino, oliuis, herbis, quod per totum fere Christianum orbem seruari testatur *Paul. Castren. cons. 17. lib. 2.*

Eadem consuetudine vel præscriptione tolli possunt decimæ personales. *Felin. in cap. causam quæ. de præscrip. Hostien. lo. supra cit.* & propterea licite in tota fere Christianitate non soluuntur. *vt Nau. in Man. cap. 21. num. 31.* quare & nos plura de illis dicere consulto omisimus, ad solas prædiales directo præsenti tractatu. 23.

Item Laici possunt cum Ecclesia de 24.
decimis cõponere, vel earum præstationem aliqua iusta compensatione redimere, vt prædio, fundo, seu alijs rebus vtilibus. *gl. in cap. vt super. v. possessiones. de rebus Eccles. non alienan. Azor. instit. moral. lib. 7. cap. 37. Afflict. in constit. Reg. constit. quanto cæteris. num. 11.* vbi refert quod communitas Neapolis consignauit turrim Græcam Archiepiscopo Neapol. pro decimis. Requireretur tamen in hac permutatione Papæ consensus, sicut de alijs permutationibus suo loco dicemus.

An autem aliqua consuetudine vel præscriptione obtinere possint Laici, vt sint liberi à præstatione actuali decimarum, & quomodo toleretur talis consuetudo in aliquibus locis Galliarum, & Hispaniarum, videri potest *Couar. lo. cit.* vbi hanc materiam copiosè tractat. Sed qualiscunque vigeret consuetudo de non soluendis decimis, vbi Ecclesia non haberet dotem sufficientem, posset cogi populus ad dandam decimam, seu ad præstandum alimenta Clero, & necessaria Ecclesiæ. *Conc. Triden. sess. 21. cap. 4. de ref.* alimenta 25.
enim debentur Clericis iure naturali & Diuino legis Euangelicæ, nec aliqua præscriptione induci potest quo minus saluantur. *Couar. lo. cit. & facit doctrina S. Tho. 2. 2. quæst. 87. artic. 1.*

ARTICVLVS X.
De Ordine Iudiciorum.

1 *Causæ omnes hoc tempore summariè expediuntur.*
2 *Summarius processus quid importat.*
3 *Nullitas Iudicij ex quibus attendenda.*
4 *Iudex in Notorijs non tenetur seruare iudiciarium processum.*
5 *Stylus Rom. Curiæ facit ius & seruari debet pro lege.*

CIrca ordinem in iudicijs seruandum parum nobis immorandum est, postquam hæc materia satis accuratè tractata habetur *apud Maran. par. 6. de ordine iudic. Vestr. præsertim à lib. 5. Salust. Tiber. in suo tract.* de modo procedendi in causis coram Aud. Cam. & postquam antiquum iudiciorum cursum, ad diffugia & cauillationes malitiosas, causidicorum passim vsurpatum, nostri temporis iudicia vix seruant, cognitionem ipsam æquitatis, terminorum captionibus præferendo, & communiter summariè expediuntur.

Et in primis quidem *Clem. dispendiosam. de iudic.* in causis electionum, postulationum, prouisionum quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum, & decimarum, Matrimonij, vsurarum summariè procedendū ordinauit. Nunc vero iam non tantum in istis, sed & in alijs omnibus causis, processus hic summarius tenetur, & de tali communi vsu testatur Maran. *cit. p. 4. dist. 9. num. 1.* Alberic. Olina. *tit. 23.* Imò & signatura iustitiæ committendo curas, passim summariè procedendum rescribit, ita quod licet hoc addere aliquando omittat, errore Regentis potius fieri, & nihilominus iudicem summariè procedere solere testatur Vestr. *cit. lib. 5. cap. 1.*

Quid autē importet processus summarius, docet Felin. *in c. dilecti. de iudic.* Alex. *cons. 6. lib. 3.* nimirum in processu summario omnes iuris solemnitates esse sublatas, præter citationem quæ est iuris naturalis. *Abb. in c. inter quatuor. de maior. & obed.* & præter necessarias probationes, quæ prætermitti non possunt, ita quod cum agitur processu summario possit iudex expedire causas sola facti veritate inspecta, prout olim tempore iurisgentium tractabantur. *Maran. lo. cit.*

Amplius autem *Clem. 1. de verb. signif.* circumscribit summarium processum, vt videlicet in summarijs iudex bellum vel litis contestationem necessario non exigat, etiam tempore feriarum ob necessitates hominum inductarum procedat, appellationes frustratorias reijciat, dilationum materiam amputet, testium multitudinem superfluam refrenet, ita tamen vt probationes & defensiones legitimæ non impediantur; Iuramentum item de calumnia in summarijs tum demum præstandum, si petatur, si vero nō petatur, omissum non vitiet processum. *Vestr. loc. cit. c. 2. & late Lanfranc. in repet. ad dictam Clem. per 16. concluſ.*

Et nouissime Pius Papa IV. & Clem. VIII. prouidit, ne aliquis solemnitatum iuris seu terminorū defectus vitiet processum in quacunque causa, nisi fuerit defectus citationis, mandati, aut iurisdi-

dictionis. Constitutionem Clem. VIII. quæ praxi forensi est plurimum necessaria, hic referēdā putauimus, vt sequitur.

Litium dispendijs & ambagibus, præsertim inter personas curæ & iurisdictioni nostræ, etiam in temporalibus subiectas occurrere quātum in nobis est cupientes statutum fel. rec. Pij PP. IV. Prædecessoris nostri, ne iudices. Almæ vrbis nullitates attendant, nisi ex defectu citationis, iurisdictionis, aut mandati, sed illis non obstantibus ad expeditionē causarum procedant; ad omnes & quoscunque Iudices Ordinarios, & magistratus, & Officiales, in quibus suis ditionis nostræ temporalis Ecclesiasticæ Prouincijs & Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & locis quamcunque iurisdictionem exercentes, & quauis authoritate & dignitate fungentes, hac nostra perpetuo valitura constitutione extendimus & ampliamus, atque in quocunque Tribunali aut Curiæ seculari, vel Ecclesiasticæ firmiter & inuiolatè seruari, sicq; & non aliter per quoscunque ex ipsis Iudicibus, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, etiam Sanctæ Rom. Eccl. Cardinales, ac legatos etiam de latere, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, in quacunque causa & instantia etiam nunc pendente, aut in futurū mouenda, Ecclesiastica, prophana, ciuili, & criminali, aut mixta, iudicari, & definiri, & quibuscunq; nullitatibus præter superius expressas nequaquam attentis, ad expeditionem causarum earundem procedi debere præcipimus & mandamus. Decernentes irritum & inane, si secus super his per quoscunq; quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, &c. Dat. Rom. Ann. Incarn. Dom. 1592. Idib. Febr.

Vnde neq; termini quos in summarijs requiri vult Vestr. *lo. sup. cit.* videlicet ad ponendū, ad articulandum, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, erunt omnino de substantia, ita vt omissi vitient processum, sed tum demum adhibendi sunt, cum status causæ hos requiret, vel præsuppositā materia, vt in notorijs possent omitti, cum in notorio non requiratur, nisi citatio & iudicis sententia, vel potius exequutio. *Innoc. in c. ex parte. de verb. signif. Abb. in c. ad nostram. n. 4. de iureiuran. & in c. ex ratione. n. fin. de appell.* & in notorijs seruare ordinem iudiciarium vanum & superfluum. *Rot. decis. 340. in no.* Vnde in istis potius requiritur prudens Iudicis arbitriū, qui debet dilationes opportunas partibus indulgere, vel etiam rescindere superfluas, dummodo de veritate ipsi constet. Quod & in praxi iudiciorū Aud. Cam. facile obseruari potest, in quib. pro obligatione Camerali, quæ pro manifesto habetur, nullæ solemnitates terminorū seruantur, sed facta citatione ad soluendum, & præmissa intimatione, expeditur mādatū exequutiuū contra debitorē; & alias prout subiecta materia exigit, diuersus in diuersis causis, & breuissimus modus procedendi practicatur. *videri potest breuis prac. termin. Rota Flam. Paris. & Salust. Tyb. lo. cit. c. 32.*

Licet autem dicta Const. Clem. VIII. ad solos iudices Dominij tēporalis Eccl. Rom. directa videatur, tamen cū Rom. Curiæ (quæ omnium Ecclesiarum mater est. *cap. vlt. de so. comp.*) stylum omnes aliæ Eccl. sequi & seruare teneantur. *Card. in Cle. quāuis. de appel. Gomez. in proœm. Reg. canc. q. 2.* cum nimirum

Stylus Romanæ Curiæ faciat ius, *per notata apud Abb. in c. bonæ. 1. nu. 12. de postul. prał. & in cap. ex literis. num. 6 de constit. Dec. ibid. num. 27. & in rub. de consuet. nu. 15. Rot. decis. 564. in antiq.* 5. & seruari debet pro lege. *Gig. de pens. q. 58. num. 3.* idcircò meritò eadem Ordinatio in Iudicijs quoque aliorum omnium Iudicum Ecclesiasticorum est seruanda.

ARTICVLVS XI.

De Pœnis & primo de Interdicto.

1 *INterdictum quid sit.*
2 *Interdictum fertur contra locum vel contra personas, vel contra vtrumq; simul.*
3 *In interdicto quædam Sacram. excipiuntur.*
4 *Clerici qui causam non dederunt interdicto, possunt sepelire interdicti tempore.*
5 *Interdictus sepultus in loco sacro non est exhumandus.*
6 *Sepeliens interdictum incidit in excommunicationem.*
7 *Interdicti tempore potest celebrari Missa clauso templo semel in hebdomada.*
8 *Interdicti possunt intrare Ecclesiam orationis causa & concionis.*
9 *Interdictos vitare non tenemur in humanis.*
10 *Matrimonium potest contrahi tempore interdicti citra benedictionem.*
11 *Interdictum violans Clericus quomodo incurrat irregularitatem.*
12 *Interdictum, ferri non debet pro debito pecuniario.*
13 *Interdictum potest suspendi.*

Pœnæ quas Iudex Ecclesiasticus infligere potest, aliæ sunt spirituales, aliæ corporales, & quasi corporales seu eorum quæ circa corpus, spirituales sunt primo.

1. Interdictum est, censura Ecclesiastica, qua prohibentur Diuina officia, sepultura, & Sacramenta Ecclesiastica actiuè & passiuè respectu alicuius loci aut personarum. *Sot. in 4. dist. 22. q. 3. art. 1. Calder. in tract. de interd. nu. 2. Nau. in man. c. 27. nu. 164. Suarez de cens. disp. 32. sect. 1. num. 3.*

2. Fertur autem ob graue peccatum Principis, vel populi, vel etiã personæ particularis, quando aliter de facili corrigi non potest. Et fertur aliquando contra certum locum tantum, aliquando contra certum populum tantum seu collegium, vel contra personam particularem tantum, vel contra locum & personas simul secundum diuersitates delictorum ob quæ fertur. *Authores. cit. & Couar. lib. 2. var. res. c. 9.* & quoddam dicitur generale, quando vniuersitas loci alicuius interdicitur, siue locus sit paruus, siue magnus, quoddam particulare, cum aliqua Ecclesia vel plures nominatim specificatæ interdicuntur. *Abb. in c. cum in partibus de verb. signif.* Et fertur communiter ob contumaciam non autem in pœnam. *Suarez. loc. cit. disp. 36. sect. 3. num. 3.*

Si locus tantum fuerit interdictus, personæ loci illius si causam nõ dederũt interdicto, in alio territorio nõ interdicto licitè possunt participare Diuina. Quod si populus solũ fuerit interdictus, ex-

externi licitè ibi audient diuina exclusis interdictis: ipsi autem interdicti neque ibi, neque alibi possunt adesse Diuinis, nam cum illis deambulat interdictum. *cap. si sententia. de sent. excomm. in 6. Abb. in cap. non est, de sponsal. num. 8.*

3. In interdicto excipitur Baptismus, Chrismatio, Pœnitentia sanorum si causam interdicto non dederunt & satisfacere sint parati, pœnitentia infirmorum & morientium. *cap. non est vobis. de sponsal. c. responso de sent. excomm. c. quoniam. eo. tit. in 6.* ita nimirum vt hæc Sacramenta ministrari possint in Ecclesia interdicta si interdictum sit generale, alioquin si interdictum sit partiale quoad vnam Ecclesiam deberet recurri ad Ecclesiam non interdictam. *Couar. in c. alma Mater. de sent. excomm. in 6. p. 2. §. 2. nu. 7. Suarez loc. cit. disp. 33. sect. 1.*

Extrema autē vnctio morientibus in interdicto denegatur, & sepultura Ecclesiastica. *cap. quod in te. de pœnit. & remiss. cap. responso. cit.* Denegantur & solemnitates conducēdi corporis, nempe cum orationibus, comitatu Cleri superpellictati, & processionaliter vt mos est incedentis Clerici tamen qui causam interdicto non dederunt possunt sepeliri in loco sacro tempore interdicti, sine solemnitatibus & pulsu campanarum. *cap. quod in te. cit. de pœnit. & remiss.* Et Clericorum appellatione omnes personas Ecclesiasticas quo ad hunc effectum intelligi debere, deducit *Suarez loc. cit. disp. 35. sect. 1. nu. 6.* Si tamen etiam alij sepeliantur tempore interdicti non debent exhumari. *gl. in cap. à nobis. 2. v. forma. de sent. excomm. & alia. gl. in c. si ciuitas. v. sepelire eo. tit. in 6. Ang. v. interdictum. 6. n. 33. Suarez lo. cit. n. 20.* Sed sepelientes interdictos nominatim, incurrunt excommunicationem ipso facto, à qua non possunt absolui nisi satisfactione præmissa iniuriam passis arbitrio Episcopi. *Clem. 1. de sepult.* sepeliens autem 6. interdictum non nominatim licet peccet, non incurret tamen hanc pœnam. *Abb. in cit Clem. num. 8. Suarez loc. cit. sect. 3. num. 6.* Et sepeliens non in loco sacro, sed in campo, non incidit in excommunicationem. *Abb. loc. cit. num. 3.*

Cessante etiam interdicto, sepulti extra Ecclesiam possunt ad eam transferri seruatis solemnitatibus, si in eis apparuerint signa contritionis, seu mortui sint pœnitentes. *gl. in cit. Clem. 1. de sepult. v. eis quibus. Abb. ib. nu. 17. Arm. v. interdictum. num. 47.*

Conceditur præterea interdicti tempore vt saltem semel in hebdomada Missa celebretur propter conficiendum SS. Corpous Domini pro infirmis pœnitentibus decedentibus; dummodo celebretur ianuis clausis, interdictis exclusis, & sine sonitu campanarum. *cap. permittimus. de sent. excomm.* Diebus item Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, Natiuitatis B. M. V. solemniter officia Diuina celebrari possunt, etiam in præsentia interdictorum excomunicatis exclusis. *cap. alma Mater. de sent. excomm. in 6.* 7.

Licitè etiam interdicti ingrediuntur Eccl. orationis causa, dum ibi Diuina officia non peraguntur, vel ad audiendā concionem. *cap. responso. de sent. excom. Abb ibi. num. 2.* & potest ad eum finem pulsari campana, & pro Aue Maria vt moris est. *Nau. lo. cit. num. 177. Couar. loc. sup. cit. §. 1.* quoad ingressum tamen orationis causa, videri potest Suarez *loc. cit. sect. 4. num. 23. & per eum allegati contrarium sentientes.* 8.

Interdictos etiam nemo vitare tenetur in humanis, nisi in Diuinis postquā fuerit denunciatum interdictum. *Arm.* 9.

loc.

loc. cit. num. 1. Nauar. loc. sup. cit. num. 170.

10. Contractus quoq; matrimonij tempore interdicti non est prohibitus. *Abb. in cap. non est. num. 8. de sponsal. Arm. loc. cit. num. 53. & notat gl. in cap. fin. v. sacramentis. de sent. excomm. in 6.* Solemnis tamen benedictio sponsi tunc dari non debet. *Abb. loc. cit. Nau. loc. cit. in man. num 179. & authores. cit.*

11. Celebrans vel aliquē actū ordini sacro deputatum sciēter eo modo quo à laicis exerceri non potest exercens in loco interdicto, vel pro personis interdictis, præterquā in casibus cōcessis, vel ipsemet interdictus existens, incurrit irregularitatem non nisi per Papam dispensandam, & inhabilitatis pœnam ad electiones. *cap. is qui. loc. cit. in 6.* Item & sepeliens interdictum cum officio & pompa & exequiali solita in Ecclesia: censetur enim tum exercere actum ordini sacerdotali deputatum, & incurrere irregularitatem. *Sylu. loc. sup. cit. v. interdictum. 5. §. 8.*

Interdici non potest locus, ciuitas vel vniuersitas pro debito pecuniario, 12.
sine speciali mandato Papæ. *Extrauag. prouidè. §. præsentis. de sent. excomm. comm.* quā postea innouauit Clem. VII. *Const. sua incip. Licet ea. de ann. 1530. Cai. Iuny.* ad hoc *Felin. in cap. sanè 2. num. 3 de off. deleg.* An autem hæc prohibitio comprehendat tantum interdictum generale, & non interdictum locale particulare, videri potest Couar. *loc. sup. cit. Suarez. loc. sup. cit. disp. 36. sect. 3. num. 8.* apud quem copiosissimè disputatam inuenies hanc materiam. Hoc vnum hic addamus, quod interdictum non solum in totum potest relaxari, sed etiam potest suspendi ad tempus. 13.
vt notat gl. in cap. ad hæc. v. interdictum. de appell. & alia gl. in cap. præsenti, de sent. excomm. in 6. licet excommunicatio suspendi non possit, nisi per Papam. *vt notat Abb. in cap. dilectis. num. 23. de appell.*

ARTICVLVS XII.

De Suspensione.

1 *Svspensio quid sit.*
2 *Suspensio non fertur nisi monitione præmissa.*
3 *Iudex quas pœnas incurrat ferendo suspensionem contra formam iuris.*
4 *Suspensio non suspenditur appellatione.*
5 *Suspensus ab vno ordine, non censetur suspensus quoad reliquos.*
6 *Suspensio in tantum ligat in quantum exprimitur in sententia.*
7 *Suspensus quomodo incurrat irregularitatem.*
8 *Episcopus suspensionem non incurrit, nisi de eo expressa sit mentio.*
9 *Suspensiones contra Episcopos in iure expressæ.*
10 *Suspensio an iure ipso incurratur, quomodo cognosci possit.*
11 *Suspensus ad tempus lapso tempore ipso facto absoluitur.*
12 *Suspensio quando indiget absolutione.*
13 *Suspensio per quem absoluenda.*

SVSPEN-

1. SVSPENSIO est censura Ecclesiastica qua alicui personæ Ecclesiasticæ inhibetur exercitium officij sui Ecclesiastici. *Nau. in man. cap. 27. num. 151.* quandoque autem imponitur pro pœna, quandoque pro contumacia, quandoq; ab exercitio ordinis, quandoque ab exercitio iurisdictionis. *Sylu. v. suspensio. num. 1. Nauar. loc. cit. Suarez de cens. disp. 25. sect. 1. & seq.* vbi plures distinctiones suspensionis earumque causas & diuersarum suspensionum diuersos effectus videre licet.

Cum aût fertur à Iudice, ferenda est
2. monitione præmissa, sicut & excõmunicatio & interdictũ. *Innoc. in c. 1. de excess. præl. Abb. in c. reprehensibilis. de appell.* præsertim si fertur ob contumaciam, nam si feratur in pœnam, non indiget præuia monitione. *Abb. in c. si quis presbyter. nu. 2. de Cler. excom. Suarez loc. cit. disp. 3. sect. 10. num. 3.*

Ferri debet in scripto & cum expres-
3. sione causæ rationabilis propter quam fertur, aliter iudex incurreret ipso facto suspensionem à Diuinis, & ab ingressu Ecclesiæ per mensem. *c. cum medicinalis. de sent. excomm. in 6.*

Non suspenditur suspensio appellati-
4. one, sicut neq; excommunicatio. *c. is cui. loc. cit. in 6.* Idq; siue suspensio sit in pœnam siue pro contumacia, *secundum doctrinam Suarez loc. cit. disp. 28. sect. 5. num. 3.*

Suspensus ab exercitio alicuius certi
5. ordinis, non intelligitur suspensus ab exercitio ordinis inferioris: vt suspensus ab ordine Sacerdotali nõ censetur suspẽsus ab ordine Diaconatus, & potest exercere officium Diaconi, & suspensus ab exercitio Pontificalium, solùm est suspensus ab illis quæ dependent ab ordine Pontificali, sed officium Sacerdotale licitè exercere potest: è contra autem suspensus ab inferiori ordine etiã quoad omnes ordines superiores manet suspẽsus; vt suspensus à Diaconatu, Sacerdotale officium exercere non potest, & suspensus à Sacerdotio, Pontificalia exercere non debet. *Ang. v. suspensio. Arm. eod. num. 9. & 12. Nau. loc. cit. num. 163. Suarez loc. citat. disp. 27. sect. 4. num. 6.*

Suspensus ab administratione aut à
6. beneficio, non censetur suspensus ab ordine nec ab alijs quæ non sunt connexa actui à quo est suspensus. *Nauar. loc. cit. num. 160.* in tantum enim suspensio ligat in quantum exprimit iudex in sententia, vnde semper exprimere debet à quibus actibus suspendat. *Diaz in pract. crim. cap. 122.*

Suspensus item ab ingressu Ecclesiæ
7. efficitur irregularis si in ea exerceat actum aliquem Ordini Sacro deputatum. *c. is cui. cit.* si tamen celebret domi, vel in oratorio priuato, seu aliquem actum Ordinis Sacri exerceat, nullam contrahet irregularitatem. Similiter suspensus ab ingressu vnius Ecclesiæ, licitè in alia Ecclesia exercere potest officium suum. *Ang. v. suspensio. 3. num. 3. Arm. eod. num. 8.*

Nullus etiam suspensus præterquam
ille qui suspenditur à Diuinis siue absolutè, siue in aliquo loco incurrit irregularitatẽ cõtraueniendo suspensioni licet peccet. *Felin. in cap. apostolica. num. 13. de except. Suarez lo. sup. cit. disp. 27. sect. 3. nu. 6.* Et suspensus à Diuinis tum demum incurrit irregularitatem, si exerceat actum alicui ordini sacro specialiter deputatum. Dicitur autem actus ordini deputatus, cuius faciendi specialis potestas datur in Ordinatione. *Nauar. loc. cit. num. 163.* vbi etiam actum prædicandi vult esse deputatum

Ordine sacro, nempè Diaconatui, & suspensum à prædicatione, licet non efficiatur irregularis celebrando, efficitur tamen irregularem prædicando: cui tamen oppositum tenet Arm. *lo. cit. num. 15.* Sot. *in 4. distinct. 1. quæst. 5. art. 6.* quinimo & ipse Nauar. videtur sibi contrarius. *conf. 2. de temp. ord. in antiq.*

Quæ autè crimina digna sint suspensione certa regula dari non potest, vt testatur Diaz. *lo. cit.* à iure autem latæ suspensiones enumerantur apud Sylu. *ver. suspensio. §. 6. num. 40.* Arm. *lo. cit. num. 39.* Suarez *lo. cit. disp. 31. qui consulantur.*

8. Illud adhuc annotari potest, Episcopum nunquam incurrere suspensionem vel interdictum, nisi de ipso fiat mentio expressa. *cap. quia periculosum. de sentent. excomm. in 6. Suarez lo. cit. sect. 1. num. 53.* secus autem est de excommunicatione, nam ea ligatur etiam Episcopus, licet de eo non fiat mentio specialis. *vt gl. in eo. cap. quia periculosum. ver. suspensionis. Gemin. Archid. Franch. ib. Suarez lo. cit. disp. 18. sect. 2. num. 5.* Vbi etiam procedit aliqua censura in Episcopo, procedit etiam in Archiepiscopo, licet de eo non fiat mentio expressa, comprehenditur enim Archiepiscopus sub dispositione loquente de Episcopo, *vt notat gl. in cit. cap. quia periculosum. v. de Episcopis. Franc. Gemin. ib.* Casus autem in quibus expressè suspenditur Episcopus, quorum etiam sparsim aliquos suis locis retulimus, *sunt vt sequuntur.* alij autem contra inferiores Episcopis peti possunt à Summistis citatis.

9. Ordinans aliquem sine literis dimissorijs propriij Ordinarij, suspenditur à collatione eorum ordinum per annum. *conc. Trid. sess. 23. c. 8. de ref.*

Pontificalia exercens, vel etiam solos calices, corporalia benedicens in aliena Diœcesi sine licentia loci Episcopi, efficitur suspensus ipso iure ab exercitio Pontificalium. *id. concil sess. 6. c. 5. de ref. Nau. conf. 69. de sent. excomm. in antiq.*

Ordinans infantem, illiteratum, bigamum, solemniter pœnitentem, vel indignum, suspenditur per annum à collatione ordinum, in quibus peccauit. *c. nullus. 55. dist. c. si qui Episcopi. 1. q. 1. cap. fin. de temp. ord. in 6.*

Ordinans aliquem vno die ad duos sacros Ordines, vel die Sabbathi ad vnum, sequenti vero Dominica ad alterum, licet continuato ieiunio, suspenditur à collatione eorundem Ordinum quousque dispensetur à Papa. *cap. literas. de temp. ord. quod & Conc. cit. prohibuit. sess. 23. c. 13. de ref.*

Ordinans Religiosum non professum sine titulo vel prouisione, suspenditur à collatione eorundem Ordinum ex *Bulla Pij V. sup. à nobis relata.*

Ordinans aliquem accepta ab eo promissione de non repetenda prouisione ad quam promouetur, suspenditur à collatione ordinum per triennium. *cap. si quis. de Sim.*

Cogens aliquem minis, seu alio quouis modo vt resignet suum beneficium, si fuerit Prælatus à perceptione fructuũ suæ Ecclesiæ per triennium suspensus efficitur ipso iure, inferior vero beneficijs priuatur. *Clem. multorum. de pœnis.* qua dispensione quomodo comprehendantur Episcopi, licet *Clem.* vtatur tantum nomine Prælatorum, non vero expressè ponat Episcopos, videri potest. *cit. Suarez disp. 36. sect. 5. nu. 10. & 17.*

Occupans fructus beneficij vacantis cuius collatio ad ipsum spectat, vltra moderationem *Extrauag. suscepti. de elect. Ioan. 22.* suspenditur à Pontificalibus

bus & ab ingressu Ecclesiæ, non absoluendus donec accepta restituat. Similiter occupans res derelictas Clerici, nisi aliquo priuilegio vel consuetudine legitime præscripta hoc sibi competat, suspenditur ipso facto donec ablata restituat. *c. præsenti. de off. ord. in 6.*

Persistens in crimine concubinatus Episcopus, & non se emendans post monitionem Synodi Prouincialis, efficitur ipso facto suspensus, & nihilominus si perseuerauerit in delicto, deferri debet ad sedem Apost. etiam per priuationem si ita visum fuerit puniendus. *Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de ref.*

Non visitans limina Apostolorũ iuxta præscriptum Constitutionis Six. V. supra relatæ, suspenditur ab ingressu Ecclesiæ ipso facto, & ab administratione spiritualium, & temporalium, donec à Sed. Apost. meruerit absolutionem.

Negligens procedere contra inculpatos de hæresi, odij, amoris, aut commodi temporalis causa; vel aliquem maliciosè inculpans de hæresi, si fuerit Episcopus, suspenditur ab officio ipso facto per triennũ, alij vero inferiores incurrunt excommunicationẽ ipso facto Papæ reseruatam. *Clem. 1. de hæret. §. verum quæ nimis.*

Non conuocans Clerum suæ Diœcesis, vt ipsi publicet gesta in Synodo Prouinciali intra sex menses post ipsius Synodi celebrationem, suspenditur per duos menses. *cap. vlt. 18. dist.* Hanc tamen suspensionem non esse in vsu dicit *Suarez loco sup. cit. disp. 31. sect. 5. nu. 7.*

Suspẽditur item ipso facto Epis. à Pontificalibus & ingressu Ecclesiæ, si percipit annalia contra præscriptum *Extrauag. 2. de elect. Ioan. 22.* & si non restituit accepta eis ad quos pertinet intra mensem. *eadem extrauag.*

Similiter recipiens munera in visitatione etiam sponte oblata, vel recipiens procurationem pro visitatione non impensa, nisi infra mensem Ecclesiæ à qua receperit ablata restituat, ab ingressu Ecclesiæ suspenditur Episcopus ipso facto, inferiores vero ab officio & beneficio, nec iuuari possunt remissione dantium. *cap. exigit. de censib. in 6. Ioan. And. Gem. ib.*

Aliam etiam suspensionem colligit Suarez *loc. cit. num. 23. ex extrauag. 1° de elect. comm.* de Episcopis & Prælatis promotis apud Sedem Apostolicam & sine eius literis beneficiorum suorum administrationem recipientibus. Sed ibi potius abdicantur beneficijs quæsitis, Capitula verò vel Conuentus, & alij quicunque recipientes sine literis prædictis prouisos suspenduntur ab eorum beneficijs, donec à Sede Apostolica fuerint absoluti.

10.

Multæ aliæ iuris suspensiones inueniuntur contra Episcopos *per totam distinct. 30.* quas tamen non esse latæ sententiæ sed ferendæ. *notat gl. in cap. 2. de fo. comp.* & regulariter vbi præcipitur quid sub pœna suspensionis vel excommunicationis, vel canon vtitur verbo futuri temporis, censura eius est comminatoria nec incurritur ipso facto, sed mediante sententia & monitione præmissa. *gl. sing. in cap. vn. de sagitt.* Et verbum sit excommunicatus, nouerit se excommunicationi subiacere pro verbo futuri temporis reputat. *gl. in c. si quis. 23. dist.* & alia *gl. in cap. si quis ex Clericis. de vit. & hon. Cler.* itemq; alia *gl. in cap. excommunicat. in fin. de raptor.* Sed hoc procedere potest ad casus ibi expressos, in alijs enim vt patet ex multis locis Conciliorum, præsertim Concil. Trident. non potest accipi nisi

pro censura latę sententiæ decretū quod vtitur tali aduerbio. *ad quod videri potest Suarez loco sup. cit. de cens. disp. 3. sect. 3. præsertim num. 4.* Præter omne dubium autem censura erit latæ sententiæ, si canon vel iudex vtatur verbo præsentis temporis, vt si dicat suspendo vel excommunico, si ad ordines furtiuè accesserit, vel ipso facto excommunicationem incurrat. *gl. allegat. in ca. vn. de Sagit. Abb. in c. cum & plantare. in fin. de priuil. Nau. loc. cit. num. 12. Suarez late lo. cit. de censuris. disp. 3. sect. 3.*

XII. Illud præterea circa suspensionis materiam aduertendum, quod suspensio ad aliquod certum tempus lata, lapso tempore tollitur, & suspensus non indiget aliqua absolutione, licet in excommunicatione vltra satisfactionem requiratur semper absolutio. *gl. in cap. sacro. v. per mensem. de sent. excomm.* Similiter & suspensio lata ob non satisfactionem præstitam, satisfactione præstita eo ipso tollitur, nisi quod super satisfactione præstita posset obtineri declaratio, sed absolutio non est amplius necessaria *gl. communiter recepta. in Clem. 1. v. donec. de decim. Card. Imol. ib. Abb. ib. n. 14. & in cap. 1. num. 6. de iudic. Sylu. v. suspensio. num. 8. Nauar. loc. sup. cit. num. 161.* in contrarium tamen adfert multa argumenta Suarez *loc. cit. sup. disp. 29. sect. 2. à num. 6.*

Vbi verò suspensio esset lata in pœnam absque temporis præfixione, indiget absolutione, *per DD. cit.* & si quidem fuerit lata ab homine, ab eo tantum absolui potest qui eam tulit, vel ab eius superiore; si verò lata sit à iure & sit seruata, ab authore iuris seu ab eo cui reseruatur erit absoluenda; si verò nemini fuerit reseruata, per ordinarium absolui potest, *per gl. in cap. nuper. v. non retinuit. de sent. excomm. & DD. ib. & in cap. at si Clerici. §. de adulteriis. de iudic.* & præsertim *Felin. in cap. pastoralis. num. 9. de off. ord.* vbi sex limitationes circa hoc posuit.

ARTICVLVS XIII.

De Excommunicatione.

1 *Excommunicationis quis sit effectus.*
2 *Excommunicatio non fertur nisi propter peccatum mortale.*
3 *Excommunicatio quando requirit monitionem præcedentem.*
4 *Excommunicationem quis ferre possit.*
5 *Declaratio excommunicationis debet ferri monitione præmissa.*
6 *Monitio personalis requiritur in ferenda excommunicatione.*
7 *Monitio quando possit fieri alia quam personalis.*
8 *Iudex excommunicans monitione non præmissa quas pœnas incurrat.*
9 *Excommunicatio lata sine monitione an teneat.*
10 *Excommunicatio quando sit nulla.*
11 *Suspensus à iurisdictione, excommunicare non potest.*
12 *Excommunicatio in contractu apposita an sit per iudicem decernenda.*
13 *Excommunicatio non ferenda nisi ex graui causa.*
14 *Monitoria ad finem reuelationis quomodo danda.*

15 Testi-

15 *Testificari aliqui de iure non tenentur.*
16 *Monitoria ad finem reuelationis non concedenda nisi quando aliter veritas haberi non potest.*
17 *Reuelationum copia an sit tradenda actori.*
18 *Monitorijs ad finē reuelationis an ligentur existentes extra territorium monentis.*
19 *Excommunicatio an ferri possit contra existentes extra Diœcesim.*
20 *Excommunicatum non declaratum vitare nemo tenetur.*
21 *Notorium in facto vitandi excommunicatum quod dicatur.*
22 *Hæretici non denunciati quomodo vitandi.*
23 *Excommunicatus licet non declaratus vitare debet actus prohibitos.*
24 *Excommunicari an possit vniuersitas vel Collegium.*
25 *Episcopus non incurrit excommunicationem sui statuti.*
26 *Excommunicatus in vno loco vbiq; debet vitari.*
27 *Excommunicatus quando incurrat irregularitatem.*
28 *Excommunicationes conditionales quando afficiant.*
29 *Excommunicatio nunquam transit in rem iudicatam quominus absolui possit.*
30 *Excommunicatus absolutus non præsumitur nisi probetur.*
31 *Excommunicationem quis possit absoluere.*
32 *Absolutio ab excommunicatione dari potest ad tempus, cum reincidentia.*
33 *Absolutio ab excommunicatione ad cautelam quando concedenda.*
34 *Excommunicatio an tolli possit partis consensu sine interuētu authoritatis iudicis.*

1. EXcommunicatio quoque est censura & pœna Ecclesiastica, eo grauior præcedentibus, quod priuat non solùm participatione in Diuinis, sed etiam in humanis cum fidelibus, vt definit excommunicationem maiorem *Host. in sum. de sent. excomm. num. 1.*

Fertur alia à iure propter futurum delictum, seu propter inobedientiā præ-
2. cepto legis Ecclesiasticæ, & quidem propter grauem contumaciam & quæ sit cum peccato mortali. *cap. nemo 11. q. 3.* excommunicatio enim nunquam incurritur nisi propter peccatū mortale. *S. Tho. in 4. sent. dist. 18. q. 1. art. 2. Abb. in cap. 2. de maior. & obed. Felin. in Rub. de excomm. Suarez de cens. disp. 4. sect. 5. num. 6.* vnde si quis excusaretur à mortali, excusaretur etiam ab excommunicatione. *id. Suarez loc. cit. disp. 18. sect. 3. nu. 7.* Et in hac excommunicatione nulla requiritur præcedens monitio, sed ipse Canon facit pro monitione. *Innoc. in cap. sacro. de sent. excom.*

Alia fertur ab homine propter contumaciam & inobedientiā in aliquid non faciendo. *Abb. in c. significauit. nu. 1. de off. ord. Dec. in c. de quouultdeo. n. 193. de iudic.* imò nullam excommunicationem incurri nisi propter contumaciam tenet communior tam Scholasticorum, quam Canonistarū sentētia. *per tex. c. 1. de iud. c. Odoardus. de solut. gl. sing. in c. Episc. 11. q. 3. S. Tho. Sot. lo. cit. Abb. in c. P. & H. nu. 7. de off. deleg. Cou. in c. alma mater. p. 1. §. 9. à n. 4. de sent. excom.* Et hæc etiā nonnisi propter mortale peccatū incurritur, non obedire enim iudici iusta monenti est mortale peccatum. *vt Abb. in cit. cap. 2. in fin. de maior. & obed.*

Fertur autem hæc excommunicatio 3.
ab habente iurisdictionem fori contentiosi, nam ab habente beneficium tantum sine iurisdictione, vel cum

sola iurisdictione fori pœnitentialis, qualem habent de iure Parochi, non potest excommunicare. *Sot. loc. cit. dist. 22. q. 2. art. 1. Abb. in cap. si quis contra Cler. num. 51. & in cap. cum contingat. n. 30. de fo. comp.* nisi quis consuetudine legitimè præscripta in hoc iuuetur. *gl. in cap. nemo. 2. q. 1.* consuetudo enim dat quandoq; iurisdictionē non habenti. *Abb. in cap. si Sacerdos. num. 9. de off. ord.*

4. Ferri non debet nisi monitione præmissa. *cap. sacro. cit. cap. statuimus. cap. Constitutionem. iun. gl. eod. tit. in 6.* nec sufficeret vna monitio peremptoria. *Abb. in cap. Sacerdotibus. in fin. ne Cler. vel Mon. Felin. in cap. cum sit Romana. nu. 19. de appell.* Sufficeret tamen si in vna monitione ponerentur tria interstitia, videlicet primo pro prima, secundo pro secunda, & tertio pro tertia, cum suis interuallis terminorum ad minus sex Septimanarum pro quolibet, vt in praxi Curiæ quotidiana obseruatur. *& facit tex. in cap. Constitutionem. cit.*

5. Similiter & declaratoria excommunicationis incursæ, non debet ferri nisi monitione præmissa. *gl. in Clem. præsenti. v. Constituerit. de censib. Sot. loc. sup. cit. q. 1. art. 2. Nauar. cons. 4. de sent. excomm. in antiq.*

6. Monitio autem debet esse personalis. *Innoc. in cap. fin. de eo. qui mitt. in poss. Couar. loc. sup. cit.* præsertim prima *Abb. in cap. causam. num. 5. de do. & cont. Rot. decis. 271. & 367. in no.* nisi reus malitiosè latitaret, quod præsumitur de Clerico non residente: vel si impedit quo minus conueniri possit, seu non patet ad ipsum tutus accessus. tunc enim sufficeret citare ipsius procuratorem, si ipsum reliquit. *Abb. in cap. causam. cit.*

7. *num. 13.* & si non habuerit procuratorem, posset citari in domo solitæ mansionis, vel in propria Ecclesia. *cap. quoniam frequenter. vt lit. non contestat. Abb. ib. 5. porro. num. 6. & in cap. fin. nu. 12. de eo. qui mitt. in poss.* His tamen casibus non sufficeret si constaret iudici de aliqua causa præmissarū priuatim, sed debet hoc constare in actis, & ꝙ exequutor monitionis seu Nuncius, primo faciat diligentiam de inuenienda persona citanda, & facta relatione ad acta quod non potuerit inuenire personam citandū cum attestatione duorum testiū, denuo citet in domo solitæ habitationis citati. *Abb. & authores. cit. Marant. de ord. iudic. p. 6. de cit. nu. 126.* Et sufficit si prima tantum citatio fuerit personalis. *Abb. in cap. causam. cit. & allegati per Genuen. in prax. cap. 29. num. 12.*

Et in tantum quidem monitiones necessariò sunt præmittendæ ante prolationem excommunicationis, quod iudex excommunicans illis non præmissis, ipso facto incurrit suspensionem ab ingressu Ecclesiæ per mensem. *c. sacro cit.* Nisi esset periculum in mora si præmitteret monitionem *Felin. loc. sup. cit. nu. 21.* vel nisi excommunicaret in defensionem iuris proprij, vt cum turbatur ipsius iurisdictio. *cap. dilecto. de sent. excomm. in 6. Innoc. in cap. Venerabili. de censib.* vltra autem suspensionem prædictam, excommunicans contra formam. *cit. cap. sacro,* teneretur ad interesse, siue ad damna, quæ solo iuramento excommunicati liquidari possent, & quidem ad damna non secundùm verum illorum valorem æstimanda, sed secundum affectionem excommunicati. *Abb. in cit. cap. sacro. num. 16.* 8.

Debet item ferri excommunicatio ex iusta causa & manifesta, & non quæ tantum ipsi iudici sit nota. Et debet exprimi ista causa in ipsa sententia excommunicationis; quæ etiam ferri debet in scripto

scripto & eius copia tradenda est reo si petatur, & contra faciens iudex suspenditur quoque ipso iure per vnum mensem ab officijs Diuinis & ab ingressu Ecclesiæ. *cap. 1. loc. cit. in 6.* hac tamen suspensione non videtur ligari Episcopus, neque præcedenti, cum in iuribus allegatis non fiat de eo specialis mentio. *arg. tex. quia periculosum. cit. tit. in 6.*

9. Tenet tamen excommunicatio lata sine monitione vel non seruato iuris ordine licet puniatur iudex vt diximus. *gl. in v. probari & v. iusta in cap. sacro. cit. Abb. in cap. Apostolicæ. num. 5. de Cler. excomm.* nisi quod excommunicatio maior lata contra participantes cum excommunicatis, ab excommunicatore sine præuia monitione, est omnino nulla. *c. statuimus. tit. cit. in 6. Abb. in cit. cap. sacro. nu. 9.* similiter sententia declaratoria excommunicationis incursæ, si illam non præcesserit monitio est nulla. *Felin. in cap. Rodulphus. num. 41. de rescript. Alber. Oliua Rit. 3. num. 8.* vel excommunicatio delegati. *Rot. per Besign. decis. 3. de priuil. contr. Abb. in c. illud. num. 10. de Cler. excomm.*

10. Nulla item est excommunicatio si feratur à iudice non suo. *cap. nullus de Paroch. Abb. in c. P. & G. nu. 4. de off. deleg.* vel si feratur post appellationem interpositam. *cap. ad præsentiam. de appell.* vel si cõtinet intolerabilem iuris errorem; vt si quis excommunicetur quia nõ fecit peccatum mortale. *c. qui resistit. 11. q. 3.* Vel vbi prælatus excommunicat subditum contra priuilegij sui tenorem. *cap. cum capella. c. quanto. de priuil.* Vel si iudex ferens sententiam non intendit ligare; excommunicatio enim sumit vires ab intentione, & magis regulatur à mẽte proferentis quam à verborum contextu. *Abb. in cap. præterea. num. 13. de Appell. Ang. v. excommunicatio. 3. num. 16. Arm. eo. num. 16.*

11. Item nulla est excommunicatio si feratur à delegato in casu sibi non permisso, vel contra delegantis intentionem. *cap. fin. de præb.* vel si feratur à iudice interdicto, suspenso, vel excommunicato. *Fed. de Sen. conf. 137. in fin. gl. in cap. præsenti. v. ad cautelam. de sent. excom. in 6.* quæ colligit plures casus nullitatis excommunicationis, & suspensum intellige, vt sit suspensus à iurisdictione, nam ab ordine tantum suspensus, potest facere ea quæ sunt iurisdictionis & tenet ipsius excommunicatio, quia hæc venit ex vi iurisdictionis non ex vi ordinis. *Abb. in cap. canonica in fin. de sent. excomm.* suspensus etiam à iurisdictione licitè facit ea quæ sunt ordinis. *Arm. loc. sup. cit.*

12. Pœna excommunicationis in contractu etiam sponte apposita iudex non debet punire, aut declarare excommunicatum contrauenientẽ contractui. *quod etiam ordinauit Pius V. in reformatione officij Auditoris Cameræ,* his verbis.

Neuè quisquam ratione sui consensus in contractu seu quasi contractu, aut alias in iudicio, vel extra iudicium per se vel alium quocunq; modo etiã in susceptione quam vocant censurarũ de cætero præstiti purè aut sub conditione, aut in diem, censuris Ecclesiasticis innodetur aut innodatus declaretur.

Obligationes tamen in forma Cameræ communiter fiunt sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ & in defectu satisfactionis præmissa monitione declarantur in illo officio debitores, *vt videre licet in quotidiana praxi, & testatur Suarez lo. cit. disp. 20. sect. 2. num. 7.*

13. Præter præmissa quoad modum fe-

rendæ

rendæ excommunicationis, salubriter ordinauit *Conc. Trid. sess. 25. c. de ref.* vt videlicet iudex excommunicationem non ex quauis causa vel leui ferat, sed contumaces potius puniat alijs pœnis, & ad excommunicationem non procedat, nisi tum demum, cum exequutio realis vel personalis haberi non potest.

14. Præterea vt monitoria ad finem reuelationis cum pœna excommunicationis dari solita, non concedantur de facili, & nonnisi pro re graui, & nonnisi per ipsummet Episcopum. Posse tamen illa concedi etiam per Vicarium generalem Episcopi, si ad hæc facultas ipsi fuerit expressè ab Episcopo concessa, respondit sæpius S. Cong. Conc. *vt testatur Genuen. in prax. cap. 1. num. 1.*

Et de istorum vsu & publicationis modo emanauit ordinatio Pij V. *tenoris sequentis.*

Sanctissimus in Christo Pater & D. N. D. Pius Diuina prouidentia Papa V. volens super expeditione mandatorum quæ fiunt in forma, significauit, pro rerũ subtractarum aut deperditarum restitutione seu illarum & illas subtrahentium reuelatione modum & formam statuere (manente in alijs reformatione officij correctoris literarum contradictarum à sanctitate sua edita) præsenti quod perpetuò obseruari vult scripto ordinat, vt mandata pro restitutione seu reuelatione huiusmodi dentur (modo super illis supplicationes in præsentia sua sanctitatis signatæ fuerint) ad eorum duntaxat instantiam, quorum ciuiliter interest: quæ supplicationes rem ipsam de qua agitur reiq; valorem nominatim & specificè exprimant, nisi fortè sint pro Ecclesiis, locis pijs, communitatibus, Vniuersalibus Collegijs, aut Vniuersalibus successoribus, quos verisimile est certam rerum notitiã non habere: tunc etenim hac ipsa personarum qualitate expressa ita demũ ferri poterit quædam in genere designatio rerum, si designatio neq; nimis vaga & incerta, atque adeo inuerisimilis sit, & tamen ostendat res ipsas (id quod præcipuè in omnibus attendendum est) minimè vulgares existere, &c.

Publicata Romæ in Cancell. Apost. An. Incarn. Dom. 1570. die 27. Iun.

Illud præterea in istis monasterijs aduertendum est, vt formentur contra detentorem non restituentem, & contra scientes & non reuelantes. Si enim contra scientes & non reuelantes tantũ ponatur, dubium esset an ligarent ipsum detentorem, stante inter Doctores quæstione controuersa & indecisa, an aliquis teneatur reuelare contra se ipsum. *de qua Genuen. loc. sup. cit. cap. 2.* quem etiam consule quibus casibus non teneatur quis reuelare. *ad hoc DD. in l. Iulia. ff. de testib.* vbi tractant communiter, qui de iure testificari nõ teneantur, vt priuilegiati, proximi, propinqui, vt filius cõtra patrem, & vxor contra maritum, & similia, quæ etiam tanguntur per Nauar. *in man. cap. 25. à num. 47. Sylu. Nupt. Neuiz. in v. monitoriæ. lib. 3. ad hoc. Abb. in cap. dilectorum. de testib. cog. Felin. ib. num. 3. Suarez loc. sup. cit. disp. 20. sect. 3.*

Non sunt autem concedenda nisi in subsidium & quando veritas aliter haberi non potest, vnde si sciretur detentor & posset contra illum agi via ordinaria, non deberent concedi monitoria nisi deessent testes ad probandũ: tunc enim possent moneri qui scirent, vt testimonium perhibeant. *Sylu. Nupt. loc. cit.* Et cum non sint concedẽda nisi agatur pro re graui, quænã censenda sit res grauis, iudicis

iudicis arbitrio manet, qui considerata loci consuetudine, vel paupertate petentis hoc iudicabit: respectu enim personæ pauperis, posset dici summa viginti vel triginta ducatorum sufficiens ad concedendum monitorium, quæ tamen in alia persona diuite pro leui reputaretur. Romana autem Curia & plerique alij loci seruant, vt non concedantur monitoria nisi pro súma ad minus ducatorũ quinquaginta, *vt testatur Genu. lo. cit. c. 1. n. 3.*

Receptis autem reuelationibus, si quidem nihil contineant infamatorium vel criminale, tradenda est ipsarum copia actori, vt ex illis probet suam intentionem coram iudice competenti. Si autem contineant quid infamatorium, vel ex quo institui posset actio criminalis, non debet ipsarum copia tradi propter periculũ irregularitatis, quæ sequi posset sequuta forte pœna mortis vel mutilationis mẽbri ob criminalitatẽ huiusmodi infligẽda: sed moneri potest detẽtor & repetitis testimonijs cũ iuramento, si pertinaciter non restituat posse excõmunicari. *Sylu. Nupt. lo. sup. cit. Genu. loc. cit c. 1. n. 7.* vbi dicit in criminalibus & infamatorijs, vel vbi explicatis reuelationibus sequeretur scandalum, tutius esse vt non concedantur monitoria prædicta. *adhoc Abb. in c. dilectorũ. sup. cit.*

Ad extremum notandum est monitorijs istis non ligari existentes extra territoriũ iudicis ea concedentis iuxta cõmuniorem doctrinam, quæ tenet vires statuti & sententiæ non extendi vltra territorium statuentis. *cap. vt animarum. de constit. in 6.* & de communiori testatur *Abb. in cap. à nobis. 1. nu. 11. de sent. excom.* nisi contra proprios subditos & propter delictũ instituentis territorio commissum seu propter delictũ aliqua ratione pertinens ad forũ statuentis seu ferentis sententiam. istis enim casibus afficiet statutum vel sententia existentes in alieno territorio, DD. *in cit. c. vt animarum. Abb. in c. fin. de fo. comp. Felin. in cap. postulasti. eod. tit. num. fin.* alias videri possunt *Cou. loc. sup. cit. in c. alma mater. §. 10. p. 1. Vgòl. cit. de cens. c. 9. §. 2. Nau. in Man. c. 27. nu. 6. Suarez de cens. disp. 5. sect. 5.* apud quos videre quoq; licet differentiam inter statutum & sententiã quoad eorũ efficaciã. Et excõmunicationes huiusmodi monitorijs inflictas expirare, si antequã incurrerentur finiatur iurisdictio morte naturali vel ciuili iudicis ea concedentis, *ad notata Abb. lo. cit. n. 12. & gl. ib. v. non nisi.*

Quod autem attinet euitationem excommunicatorũ, aduertendũ est, quod nemo tenetur vitare excommunicatum nisi fuerit declaratus & publicatus. *Fel. in c. Rodulphus. n. 35. de rescript. Cou. in c. alma mater. sup. cit. p. 1. §. 2. n. 7.* pro quo facit Const. Leo. X. *in Conc. Later.* cõcordatorũ Galliæ in qua habẽtur *hæc verba.*

Ad euitanda scandala & multa pericula, subueniendũq; conscientijs timoratis constituimus, vt nemo deinceps à cõmunione alicuius in Sacramentorũ administratione vel receptione aut alijs quibuscũq; Diuinis, vel etiã prætextu cuiuscunq; sententiæ aut censuræ Eccles. seu suspensionis aut prohibitionis ab homine vel à iure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquẽ vitare, vel interdictũ Eccles. obseruare, nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura huiusmodi fuerit vel contra personã, collegiũ, vniuersitatẽ Ecclesiasticã aut locum certum aut certã à iudice publicata & denunciata specialiter & expressè, aut si notoriè in excommunicationis sententiã constiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffra-

gio excusari, cũ à communione illius abstinere volumus iuxta Canonicas sanctiones. Per hæc tamẽ huiusmodi excõmunicatos, suspẽsos, interdictos seu prohibitos non intendimus in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari.

21. Vnde patet solos excommunicatos, suspensos, interdictos declaratos & notorios esse euitandos. Nomine autem notorij hoc loco solum percussorem Clerici notorium euidentia facti, quod tergiuersatione celari non possit, intelligendum esse communis Doctorum interpretandi vsus obtinuit, ita quod alij notorij etiamsi euidenter constet ipsos esse excommunicatos, vitari non debent, antequam fuerint denunciati. *Sot. in 4. dist. 22. art. 4. Couar. lo. sup. cit. Guttier. lib. 1. Can. quæst. cap. 1.* eamq; extrauag. esse vsu receptam cum ista interpretatione, vt notorium intelligatur, de solo percussore Clerici, concedit. *Nau. lo. sup. cit. num. 27. num. 35. & in cap. 1. 6. laboret. de pœnis. distinct. 6.* nempe iuxta determinationem Decreti Concil. Constantiensis, cuius contraria Concil. Lateranen. extensio, supra relata, non apparet vsu recepta secundum authores allegatos. Verba autem dicti decreti Concil. Constantiensis diuersè à diuersis relat. *apud Felin. loc. sup. cit.* leguntur *tenore sequenti.*

Insuper ad euitanda scandala & multa pericula, quæ conscientijs timoratis contingere possent, misericorditer indulgemus, vt nemo deinceps à communicatione alicuius, Sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscunq; diuinis intus vel extra prætextu cuiuscunque censuræ à iure vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia vel censura huiusmodi fuerit publicata, vel denunciata specialiter & expresse, non obstantibus Constitutionibus, &c. saluo si quem pro sacrilegæ manuum in Clericos iniectione sententiam latam à Canone adeo notoriè constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excusari, nam à communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstineri iuxtæ Canonicas sanctiones, &c.

22. Hac ratione excusari Gallos, Germanos, qui communicant cum Hæreticis contrahendo, conuersando cum illis, licet sciant esse hæreticos, dicit *Nau. lo. sup. cit. in Man.* quia videlicet vsu receptum est apud illos vt non vitentur excommunicati notorij, præter percussores Clericorum, nisi fuerint denunciati, tum & propter multitudinem hæreticorum in illis partibus & necessitatem communicandi cum illis, vt deducit idem Nau. *cons. 16. de hæret. in antiq.* Ex eadem quoq; ratione Leo X. in Con. Lateranen. *Constit. sua incip. Sacrosanctæ vniuersalis Ecclesiæ. de ann. 1515. Idib. Aug.* Regno Poloniæ & Prouincijs illi subiectis indulsit, vt non teneantur vitare excommunicatos non denunciatos etiam Schismaticos, hæreticos. 23. Aduertendum tamen est prælallegatas Extrauag. nil prodesse ipsi excõmunicato, nam ille tenetur euitare omnes actus prohibitos, licet nõ fuerit declaratus, & in illo declaratio non est de substantia excom. sed excommunicationem trahit secum exequutionem. *Felin. in cap. pastoralis. §. verum. de appell. Cæs. de Grass. decis. 191. Nau. cons. 24. de sent. excomm. in antiq.*

Notan-

24. Notandum item, debere esse semper aliquam personam singularem quæ excommunicatur, vniuersitas enim, communitas, Collegium vel Capitulum excommunicari non possunt, alioquin esset inualida excommunicatio. *c. Romana. §. fin. de sent. excom. in 6. Dom. Ioan. And. ibid. Nauar. consil. 22. & consil. 24. de senten. excommu. antiq. Suarez Io. sup. cit. disp. 18 sect. 2.* si tamen mentio fiat in excommunicatione singularum personarum, vt excommunicamus Capitulum, & singulas ipsius personas quæ fuerint culpabiles, tenet excommunicatio, sed afficiet illos tantũ qui fuerint in culpa. *authores. cit. & Couar. lib. 2. Var. ref. cap. 8.* Similiter & suspensio licet possit ferri in totum Collegium, afficiet tamen illos tantum qui fuerint in culpa. *Nau. cons. 22. in fin. sup. cit.*

Non potest etiam aliquis excommu-
25. nicare seipsum, neque æqualem, neq; superiorem. *c. cum inferior. 21. dist.* vnde Episcopus licet delinquat contra propriũ statutum habens annexam excommunicationem, non erit excommunicatus. *Host. in sum. hoc tit. nu. 6. Abb. in c. vniuersitatis. nu. 13. de sent. excom. Arm. Io. sup. cit. nu. 25. Nau. Io. cit. in man. c. 27. num. 6.*

Semel autem excommunicatus & denunciatus, semper euitari debet, donec constiterit de absolutione. *gl. in c. proposuit. v. de absolutione. de Cler. excõ. Abb. in c. dilect. num. 10. de appell. Arm. Io. cit. num. 62.* & si fuerit excommunicatus ex pluribus causis, vel pluribus excommunicationibus, ab omnibus excommunicationibus, vel pro pluribus causis absolutionem obtinere debet, alioquin ma-
26. neret excommunicatus quoad reliquas. *c. ex parte. de off. ord. c. cum pro causa. de sent. excom. Abb. Felin.* vtrobique vitari autem debet, vbiq; etiam ab alienis subditis, etiam extra territorium excõmunicantis. *c. si quis à proprio. c. cur. 11. q. 3. c. 1. de raptor.* Suspensus autem à beneficio in vno loco quomodo dicendus sit suspensus quoad alia loca, videri potest Abb. *in c. pastoralis. §. verũ. n. 20. de appel.*

Notandum quoq; quod excõmunicatus monitus, vt exeat è templo tempore Diuinorum, si non exit incurrit excommunicationem Papæ reseruatam. *Clem. grauis. de sent. excom. Abb. ib.* 27.

Et si exercet aliquem actum sacro alicui ordini deputatum excõmunicatus, contrahit irregularitatem, à qua nõ potest absolui nisi per Papã. *c. 2. de Cler. excom. c. is qui. de sent. excom. in 6. Abb. in cap. cum pro causa. cit. Nauar. cons. 28. à n. 10. sup. cit.* multis deducit excommunicatum, exercentem functiones minorum ordinum, non incurrere aliquam irregularitatem, & eadem ratione excõmunicatum, si faciat se promoueri ad minores Ordines, non effici irregularẽ. huic tamen secundo obstat *Const. Six. V. alias à nobis relata*, quã vide. Non incurrit quoq; irregularitatem excõmunicatus, si recitat horas Canonicas, nã ad has recitandas tenetur saltem priuatim etiã degradatus. *Abb. in c. 2. de Cler. excom. n. 8. Card. in Cle. 1. de regular.* imò ad omnia tenetur quæ spectant illius incommodum. *arg. tex. c. pro illorum. iun. gl. v. in Canonicam. de præb.* vnde tenetur etiã soluere charitatiuum subsidiũ. *Bellenc. de subsid. charit. q. 33. ad hoc Felin. in cap. ante leximus. de iudic. Bart. in l. tutela. §. item ff. de cap. dimin. Gig. de pens. q. 64. n. 7.* & quælibet debita ab eo licite exigi possunt. *Abb. in c. si verè. de sent. excomm.*

Minori autem excõmunicatione ligatus, nullã incurrit irregularitatem, licet celebret *c. fin. de Cler. excom.* vltra quod hæc excom. minor parum est in vsu. *Nau. Io. cit. in man. nu. 25.* Sed in dubio præ-

sumitur de excommunicatione maiori nō de minori. *c. penult. de sent. excomm.* licet alias in pœnalibus mitior pœna sit præsumenda. *c. in pœnis. de reg. iur. in 6.*

Neq; ille incurrit irregularitatem qui appellat à sententia excōmunicationis, quam probabiliter dubitat esse validam, licet postea declaretur male appellasse. *Felin. in c. Rodulphus. cit. num. 43. Nau. in man. c. 25. n. 104.* Neque ille incurret irregularitatem qui probabiliter ignorauit latam excommunicationem, excōmunicatio enim quo ad hūc effectū non ligat, nisi à tempore verisimilis notitiæ. *c. vt animarū. de const. in 6. ibiq; Gem. D. Ioan. And. Vgolin. de cens. c. 9. §. 8. Couar. lo. sup. cit. in c. alma mater. p. 1. §. 10. Suarez lo. sup. cit. disp. 4. sect. 11.*

Neq; in casibus in quibus cōmuni sensu subintelligitur, tum demū incurrere excom. si non paruerit absq; iusta causa, in talibus enim non censetur quis pro excommunicato, nisi postquam per Iudicem fuerit declaratum, eū ob non paritionem excommunicationem incurrisse, quales sunt omnes excōmunicationes latæ eo tenore sit excōmunicatus nisi paruerit, seu excommunicationes cōditionales quæ ferri possunt. *Abb. in c. præterea. n. 2. de appell. Felin. cit. in c. ad probādum. n. 6. de re. iud.* Vnde & obligatus ad soluendam pensionem sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, si non soluat tempore præfixo, ex quo credit excusatum se fore impotentia soluendi, futura concordia, vel bonitate pensionarij, excusatur ab excommunicatione & irregularitate forte inde sequuta, donec ille cui debetur pensio, declaret per Iudicem, an sit incursa excommunicatio, nā nunquam incurritur talis excommunicatio, nisi principalis declaret esse incursam, *sicq; praxi cōmuni teneri testatur Nau. lo. cit. in man. c. 23. n. 104. & c. 27. nu. 15. & Suarez lo. sūp. cit. disp. 28. sect. 2. num. 10. & seq.* vbi videri potest, an excommunicatio hæc retro trahatur ad præteritum tēpus sequuta declaratione, *ad quod Abb. in c. præterea. nu. 3. de appell.*

Notandū præterea quod non suspenditur excommunicatio appellatione interposita post latam sententiam. *c. is cui de sent. excom. in 6. c. pastoralis. iun. gl. de appel. ib. §. verū. n. 2.* sicut neque interdictum, nec aliæ censuræ quæ concernunt animam. *ad. Abb. in c. adhæc. tit. cit.* declaratio tamen excōmunicationis suspēditur vbi opponitur quem non incidisse in excōmunicationem. *gl. in c. cupientes. v. priuatos. de elect. in 6. Felin. in c. Rodulphus. sup. cit. nu. 43. Abb. in c. peruenit. n. 8. de appell.* & excommunicatio lata sub conditione suspēditur, si appelletur ante tempus adimplendæ conditionis. *c. præterea. cit. de appell. Abb. ib. num. 1.* per appellationem autem interpositam ante prolationem sententiæ, quælibet excōmunicatio non tantum suspenditur, sed etiam est nulla, etiamsi appellatio fuerit extraiudicialis tantum. *Abb. cit. in c. cum parati. nu. 14. lo. cit.* nam etiam appellatio extraiudicialis suspēdit iurisdictionem iudicis, à quo & attentata post eam sunt nulla, etiam ante inhibitionem. *c. dilecti. de appel. Abb. ib. nu. 2. & in c. consuluit. 2. num. fin. ib. Achil. de Graff. decis. 258.* licet postquam fuerit lata excommunicatio, non possit appellari extraiudicialiter. *id. Abb. in c. an sit deferendum. nu. 7. lo. cit. de appel. Dec. in c. bonæ memoriæ n. 29. eo. tit.*

Nunquam etiam transit excommunicatio in rē iudicatam quo minus absolui possit, quin imò si Iudex videret excommunicationem temere contemni, posset ipsemet absoluere talē, & alijs pœ-

nis

nis temporalibus illum punire. *Abb. in cap. ad exprimendam. num. 6. de off. ord.*

30. Quod autem absolutionem excommunicationis attinet, hæc non præsumitur nisi probetur, nec creditur asserenti se fuisse absolutũ nisi probet; præterquã in foro animæ, nam tum creditur pœnitenti quicquid asserit, cum agatur solum de ipsius præiudicio. *Abb. in c. significasti. num. 7. de homicid. & in c. sicut nobis.*

31. *de sent. excom.* Et quidem ab excommunicatione minori absoluere potest quilibet Sacerdos approbatus. *cap. nuper. de sent. excom. DD. ib.* Ab excommunicatione autem maiore à iure lata, si conditor legis ipsius absolutionem sibi non reseruauit, absoluere debet Episcopus. *DD. communiter. in cit. cap. nuper. Nau. lo. cit. in man. cap. 27. num. 39. Suarez lo. sup. cit. disp. 7. sect. 3. à num. 2.* Ab excommunicatione demum lata ab homine nullus alius absoluere potest, nisi ille qui eam tulit, vel ipsius superior aut successor. *cap. pastoralis. de off. ord. Host. in sum. lo. sup. cit. de sent. excomm. num. 12. sub. §. si vero. Abb. in cap. ex frequentibus. num. 6. de institut.* & est communis doctrina.

32. Absolutio item ab excommunicatione potest concedi ad tempus cum reincidentia, vt si velit Iudex absoluere aliquem ad effectum ferendi testimonium, in casu cum aliunde non possunt haberi

33. idonea testimonia. *gl. fin. in c. veniens. 2. de testib. Abb. ib. num. fin.* Vel si concedenda sit absolutio ad cautelã, & hæc nonnisi in sententijs ab homine latis, cum sententia allegatur esse nulla ex aliquo dubio probabili facti vel iuris, præstita cautione de standoiuri conceditur. *cap. super eo. cap. venerabili. de sent. excom. cap. solet. eo. tit. in 6. Abb. in cit. cap. venerabili. Dom. Ioan. Andr. Franch. in cit. cap. solet.* & datur communiter per superiorem excommunicantis, vel etiam per ipsummet excommunicantem, nec requiritur partis citatio ad eam dandã, sed aliquæ probationes debent deduci de nullitate sententiæ antequam præstetur; nec danda nisi cum reincidentia: *quæ omnia latius videri possunt apud Authores. cit. & apud Felin. in cap. Apostolicæ. de excep.* Couar. *in cit. cap. alma mater. p. 1. §. 12.* Henr. Bott. *de Synod. Epis. p. 3. conclus. 13.* Quaran. *in sum. Bull. v. Archiepiscopi authoritas. num. 14.* Genuen. *in prax. cap. 5.* & ad hoc propositum seruiet in parte rescriptum S. Cong. Episcoporum infra de appellat. ponendum.

Ad extremum excommunicatio tolli potest de consensu partis antequam in- 34.
curratur, alioquin postquam fuerit incursa non tolletur superuenienti partis consensu, nec posset differri, ita vt lapso termino de partis consensu, iterum in alio termino arbitrio partis incurratur, nisi in talibus interueniat iudicis authoritas; excommunicatio enim non potest nasci ex pacto, sed ex iudicis authoritate, neq; tolli potest alia ratione, nisi per absolutionem excommunicãtis, seu habentis potestatem. *Abb. in c. 1. num. 6. de iudic. Ang. v. excommunicatio. 1. nu. 21. Nau. lo. cit. in man. c. 27. num. 15.* ad hoc Bald. *in l. tale pactum. ff. de pactis.* iure nimirum ordinario excommunicatio nõ tollitur, nisi per absolutionem, alias de extraordinarijs excommunicationibus, & earum absolutionibus videri possunt exempla apud Suarez *lo. sup. cit. disp. 19. sect. 1. n. 9.* & quid dicendũ sit de excõmunicationibus latis in ea forma, excommunicatus sit donec satisfecerit, cõsuli potest Couar. *lo. sup. ci. in c. alma. mater. p. 1. §. 11. & cit.* Suarez *lo. cit. à n. 4.*

ARTICVLVS XIV.

De Pœnis Corporalibus.

1 *Carceris pœna quando infligenda Clericis.*
2 *Carceratio infert grauamen irreparabile.*
3 *Carcerans Clericum inuſtè, incidit in canonem, ſi quo ſuadente.*
4 *Laici poſſunt carcerari per iudicem Eccleſiaſticum.*
5 *Laicorum opera vti poteſt iudex Eccleſiaſticus in captiuitate Clericorum.*
6 *Verberum pœna eſt vſitata in Canonibus.*
7 *Tortura quando adhiberi poſsit.*
8 *Damnati ad triremes quando degradantur*
9 *Depoſitionis pœna quæ ſit & quando infligenda.*
10 *Degradatio quid ſit & qualiter fiat.*
11 *Hæreticus degradari debet.*
12 *Celebrans non ordinatus degradari debet.*
13 *Degradatio in atrocibus delictis iudicis arbitrio infligi poteſt.*
14 *Exilij pœna recepta in iure Canonico.*
15 *Priuari nemo debet niſi in caſibus in iure expreſsis.*
16 *Priuatus iure an teneatur dimittere beneficium ante iudicis declarationem.*
17 *Priuatus reſignare poteſt appellatione pendente.*
18 *Non reſidens in beneficio quomodo priuari poſsit.*
19 *Fœnam in contractu appoſitam Clerici petere non poſſunt.*
20 *Purgatio Canonica quando indici poſsit.*
21 *Purgatio Canonica vix eſt in vſu.*
22 *Iuramentum litis deciſorium quomodo deferendum.*
23 *Pœna contra blaſphemos.*

1. CORPORALES pœnæ ſunt. Carceris perpetui: & hæc pœna non debet infligi Clericis niſi in caſibus à iure expreſsis. *cap. penult. & vlt. de hæret.* & non niſi in caſibus in quibus de iure ciuili eſſet imponenda pœna mortis, eaque non ſimplex, ſed cum aliqua qualitate atroci, vt ignis membrorum laccrationis. *Diaz in pract. cit. in cap. 129.* Et in tali pœna prouidendum eſt de carcere cõpetenti, & ne ex defectu neceſſariorum carceratus moriatur; ſequuta enim morte quam arctitudo carceris, ſeu defectus cibi cauſaret, non excuſaretur Iudex incarcerans ab irregularitate. *Abb. in cap. à nobis. de Apoſtat. Card. in Clem. 1. q. 7. de pœnit.*

Carcerari autem poteſt Clericus non tantum in pœnam, ſed etiam cauſa cuſtodiæ ſi ſit ſuſpectus de fuga. *cap. dilectus. de appell. cap. ſi Clericos. de ſent excom. in 6.* Carcer tamen tum non debet eſſe corporis afflictiuus: & cauendum ne carceratio paſsim fiat, nec leui de cauſa, ſed habita prius informatione & indicijs de ſuſpicione fugæ, cum carceratio ipſa infamet & generet præiudicium irreparabile. *vt notat Felin. in cap. cum ſuper de re. iud. num. 17. Iaſon. in l. ſi ſe non obtulit. §. condemnatum. ff. de re. iud.* 2.

iud. quin & sola accusatione opinio hominis grauatur. *Archid. in cap. tantis. 85. dist.* vbi iudex carcerans iniustè pœ-
3. nam canonis si quis suadente non effugit. *cap. si Clericos. cit Abb. in cap. cum non ab homine. in fin. de iudic. Genuen. in prax. cap. 34.*

4. Possunt autem etiam laici carcerari à iudice Ecclesiastico in criminibus Ecclesiasticis. *Clem. 1. de hæret. Aufrer. de potest. Eccl. in Laic. sub principium.*

5. Et ad capturã carcerandorũ, potest vti iudex Ecclesiasticus ministerio laicorũ. nec tunc incurrent laici pœnam excommunicationis capiendo Clericum vel etiam percutiendo si se defendat, vel si aliter apprehendi non possit. *Host. in sum. de sent. excomm. num. 4. Ang. v. excommunicatio. 5. nu. 6. Suarez de cens. disp. 22. sect. 1. à num. 40.*

6. Verberum quoque pœna est vsitata. *cap. fin. 35. dist. cap. 1. de calumn. cap. vniuersitatis de sent. excomm. Abb. ib. nu. 4.* ipsemet tamen Episcopus abstinere debet ab infligendis verberibus. *c. nõ liceat. 86. dist.* Caueri etiã debet vt citra mortis periculum & membrorum læsionis verbera infligantur, & citra sanguinis effusionem. *c. in archiepiscopatu. de raptor.* si tamen casu succederet sanguinis effusio, non propterea sequeretur irregularitas, cum hæc non inducatur nisi morte vel membri abscisione causata. *Diaz loc. cit. cap. 125.*

Abstinere item debet iudex ab huiusmodi pœnis corporalibus, & nonnisi in grauissimis culpis illis vti, & facilius contra minores Clericos quam Sacerdotes, vt monet Archid. *in c. vlt. cit. 35. dist.*

7. Huc pertinet quod Clericus pro crimine torqueri potest. *Diaz loc. cit. cap. 117.* dummodo tamen prius habeantur contra ipsum magna & violenta indicia, ad minus per duos testes probata, & quod fuerit infamatus de eo crimine. *Dec. in cap. at si Clerici. num. 113. de iudic. Siman. de cathol. instit. tit. 65. nu. 14.* nã propter testimoniũ vnius qui fuit particeps criminis, nemo torquendus est nisi aliquid aliud suffragetur. *Boër. decis. 319.* neque ad vnius testis bonæ famæ si reus etiam habeat adminicula integræ conuersationis: alioquin si fuerit infamatus & suspectus ad vnius testis bonæ famæ relationẽ torqueri posset, cum hæc faciat semiplenam probationem. *Simanc. loc. cit. num. 25.* Confessio autem extraiudicialiter facta licet regulariter in Clerico non sufficiat ad tonsuram. *Diaz. loc. cit. Aufrer. cit. de potest. Sæcul. in Eccl. Reg. 3. fall. 4.* contrariũ tamen vsu seruatur, *vt refert Boss. de iudic. num. 103. Genuen. loc. cit. cap. 70. num. 17.* alias manet iudicis arbitrio quando oriatur iudicium ad torturam. *Dec. loc. sup. cit. num. 119.* Ad eandem torturã non posset adhiberi ministeriũ laicorũ, contrariũ tamen vsu seruari dicit *Abb. in c. Vniuersitatis. cit. nu. 5. Aufrer. vbi sup. Suarez loc. sup. cit. nu. 44.*

Pœna corporalis quoque est damnatio ad triremes in Italia vsitatissima. *de qua Diaz. cit. cap. 135.* Et hac damnati Clerici, si damnentur ad viram degradantur prius: si verò ad tempus, deponũtur tantum verbaliter & vtroque casu licitè vapulantur à ministris triremium. 8.

Depositionis pœna est qua remouetur Clericus ab altaris ministerio, *de qua in c. at si Clerici. de iud. Abb. ib. nu. 7. Dec. ib. num. 45.* depositio videlicet verbalis quæ fit sine solemnitatibus vt infra, & de hac intelliguntur iura in dubio, cum loquuntur de depositione, quia est mitior. *Abb. cit. in c. ad abolendã. de hæret.* 9.

Nemo

Nemo autem deponi debet nisi in casibus in iure expressis, vel in illis tantũ in quibus ius ciuile imponeret pœnam mortis. *Felin. in cap. qualiter. 2. nu. 25. de accusat.* vel est arbitrarium iudici quando debeat reportari delictum graue, & quando debeat imponi hæc pœna. *Dec. loc. sup. cit. num. 222. & 226.* vbi enim pœna non est expressa, semper est iudici arbitraria. *l. 1. §. expilatoris. ff. de offect. DD. in l. sanctio legum. ff. de pœnis. Abb. in Clem. vn. nu. 12. de testam.* Imò hoc tempore omnes pœnas iudici esse arbitrarias, ita quod arbitrio suo possit eas augere vel minuere, tenet *Couar. lib. 2. var. res. cap. 9. nu. 8. Marant. 4. p. dist. 1. num. 65.*

Sic autem depositi deberent detrudi in Monasterium vt ibi lugeant commissa. *c. Sacerdos 81. dist. c. omnis vtriusq; de pœnit.* vbi hæc pœna imponitur reuelantibus confessiones. *Abb. ib. nu. 8.* detrusi tamẽ in Monasteriũ debent ali de beneficijs suis, vel si sint pauperes, debent illis prouideri alimenta per Episcopum. *c. de lapsis. 15. quæst. 6. Felin. loc. sup. cit. nu. 27.* sed his temporibus hæc detrusio in Monasterium non vsitatur, cum Monasteria tales recipere passim recusent, nec ab Episcopo vt recipiant cogi possunt, cum fere vbique sint exempti. *Diaz loc. cit. cap. 128.*

10. Degradatio est alius modus depositionis, quo delinquens deponitur cum solemnitatibus & traditur Curiæ Sæculari. *cap. degradatio. de pœnis in 6.* ad quam degradationem cũ antiquo iure debuerit adhiberi certus numerus Episcoporum, vt in depositione Presbyteri sex Episcopi, in depositione Diaconi tres Episcopi debeant adesse. *cap. felix. 15. q. 7.* pro his tamen temporibus Concil. Trid. *sess. 13. cap. 4. de ref.* pro faciliori executione huius pœnæ ordinauit, vt loco Episcoporum adhiberi possint totidem Abbates vsum mitræ & baculi habentes; vel si & isti commodè haberi nó possent, aliæ personæ quæuis graues in dignitate Ecclesiastica constitutæ, & iuris scientia cõmendatæ. Solus aũt Episc. degradare non potest, licet solus ordines conferat. *vt notat Abb. in cap. inter corporalia. num. 1. de transl. Episc. Bertach. in tract. de Episc. lib. 4. p. 8.*

Pœna huius degradationis infligitur pro hæresi. *c. ad abolendam. de hæret. cit. pro crimine falsi. cap. ad falsariorum. de crim. fals.* quod Abb. *in cit. cap. ad abolendam. num. 11.* restringit ad fallantes literas Apostolicas. Item propter calũniam seu contumeliã illatam Episcopo. *c. si quis Sacerdotum. 11. q. 1. & gl. in c. ad abolendam. cit. v. relinquatur.* Similiter & pro crimine læsæ maiestatis contra Papam commisso, vt in facto iudicatum fuisse refert Felin. *in c. Rodulphus. de rescript. num. 37.*

Non ordinatus celebrans, eadem pœna puniendus est, *ex Ordinatione Clem. VIII. vt sequitur.*

Et si alias fe. re. Paulus PP. IV. & infra. Nos igitur animaduertentes huiusmodi perditos & nefarios homines ad sacrum presbyteratus ordinem non promotos missarum celebrationem vsurpare præsumentes, non solum actus idolatria saltem extrinsecè, seu per externa & visibilia religionis & pietatis signa exercere, sed etiam quantum in ipsis est efficere, vt Christi fideles qui credunt eos ordinatos esse & ritè conficere Sacramentum Eucharistiæ, idolatriæ crimen ignoranter incurrant, purum videlicet panem & vinum tanquam verum Christi Domini nostri corpus & sanguinem eisdem adorandũ proponentes; confessiones autem

autem audientes non solum Sacramenti pœnitentiæ dignitatem contemnere, verū etiā Christi fideles decipere, dum scilicet iniquè sibi assumant gradū Sacerdotalē, & authoritatē absoluēdi à peccatis magno cum periculo & scandalo plurimorū. Propterea vt grauissima hæc scelera cōmittētes post hac debito supplicio puniātur, motu proprio & ex certa nostra sciētia, ac matura deliberatione, deq; Apost. potestatis plenitudine S. Inquisitionis iudicū conscientiæ consulere, & ne in futurum de pœna hisce delinquentibus imponenda dubitari possit prouidere volentes, supradictorū Prædecess. nostrorū vestigijs inhærētes, hac perpetuo valitura Const. decernimus atq; statuimus, vt quicunq; non promotus ad S. Præsbyteratus Ordinem repertus fuerit missarum celebrationem vsurpasse, vel Sacramentalem confessionē audiuisse, à iudicibus S. Inquisitionis vel locorum Ordinarijs tanquā Ecclesiæ misericordia indignus à foro Ecclesiastico abijciatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis si quos habuerit ritè degradatus, statim Curiæ Sæculari tradatur, per Iudices sæculares debitis pœnis plectēdus. &c. Dat. Romæ die 1. Decēb. 1601.

Crimen nefandū contra naturā eadem pœna degradationis & traditionis Curiæ Sæculari puniri voluit Pius V. cuius Constitut. verba refert *Nau. in man. c. 27. nu. 249.* cuius declarationem vide.

83. In delictis item atrocibus pro iudicis arbitrio pœnam hanc infligi posse tenet *Diaz loc. sup. cit.* & pluries in facto iudicatum fuisse in crimine parricidij & alijs testatur *ib. c. 27.* Nemo tamen degradari debet nisi directè accusatus & conuictus vel confessus. *latè Dec. in c. at si Clerici. sup. cit. & præsens.* contra absentem enim non proceditur ad hanc pœnam. *Innoc. in c. qualiter. 2. de accus.*

Exilij pœnæ meminit. *c. accedens. 50. dist. c. 1. de calum.* estq; hęc pœna recepta in iure Canonico. *Abb. in c. ad audientiā n. 3. de cri. falsi.* eamq; ferre plurimū cōducit vbi delictū puniendū cohæret loco, & vbi loci mutatione leuaretur scādalū & occasio iterū delinquendi criminoso. *c. valet 81. dist. Abb. in c. ex literis. de homicid. Diaz loc. cit. c. 136.* exilij tamen bannū non extenditur vltra territorium iudicantis. *Felin. in c. postulasti. n. 7. de fo. comp.* vel vltra Prouinciā si Archiepiscopus banniuit, ille enim ex tota sua Prouincia bannire potest. *c. 2. de arb. c. tuarū de priu. Quarā. v. Archiepis. authoritas. n. 59.* Hæc etiam pœna relaxari potest ex causa per iudicē. *Diaz lo. cit.* Potest autē bannitus priuari beneficijs quæ obtinet, præsertim si bannum fuerit perpetuum, cum non possit deseruire illis beneficijs. *Rebuff. in prax. de mod. amitt. benef. nu. 57. Paris. de resig. lib. 5. q. 6. nu. 93.*

Priuationis quoq; pœna est vsitata in iudicio Eccles. priuari tamen nemo debet nisi in casibus in iure expressis. *Inn. in c. bonæ. de elect. Felin. in c. quærelā. n. 1. & 2. de iureiur. & in c. ex parte. nu. 2. de rescrip. Dec. ib. nu. 12.* & si imponatur à lege, non intelligitur incurri ipso iure nisi lex hoc dicat expressè: in odiosis enim in dubio cōstitutio semper intelligi debet vt sit ferendæ sententiæ non latæ. *gl. in c. in pœnis. de Reg. iur. in 6. Abb. in cap. ex diligenti. nu. 6. de sim.* hancq; doctrinam esse communem & seruatam in Rot. *testatur Achil. de Graff. decis. 366.* 15.

In casibus etiā in quibus priuatur quis ipso iure, requiritur sēper sententia iudicis declaratoria, & ante ipsā nō tenetur quis dimittere beneficiū. *Felin. in c. Rodulphus. cit. nu. 38.* licet possit impetrari tale beneficiū & postmodū obtineri sententia declaratoria. *Achil. de Graff. lo. cit.* 16.

Causæ aūt priuationis in iure expressæ

præcipuæ sunt Crimẽ Simoniæ *c. insinuatũ. de Sim.* quod aliquando priuat etiã nõ expectata iudicis sentẽtia vt suo loco dictum est. Concubinatus, si concubinarius monitus, & punitus primo sequestratione partis fructuum, deinde pœna suspensionis ab administratione officij, concubinam nõ dimittit *c. sicut. c. siantẽ. de coh. cler. & mul. Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de ref.* Periurium item punitur pœna priuationis. *c. tua nos. c. querelam. de iureiuran.* non tamen hoc intelligitur de quocunq; periurio, vel de non tenente promissum. *Felin. in cit. c. querelã. n. 7.* imò signatura non concedit priuationẽ p periurio, nisi fuerit iudiciale. *vt testatur Staph. de lit. grat. tit. de mod. priuan.*

Homicida voluntarius priuari quoq; debet beneficijs. *c. 1. & 2. de Cler. pugn.* non tamen est ipso iure priuatus, sed est priuandus iudicis sententia. *Abb. in c. cũ nostris. de conces. præb. num. 22.* hocque communiter sentire DD. testatur Felin. *in c. inquisitionis. n. 3. de accus.* Et in tantum quidem requiritur iudicis sententia ad huiusmodi priuationem, quod licet lata fuerit sententia condemnatoria de homicidio, si in ea non fiat mentio priuationis expressa, non cẽseretur talis homicida priuatus, sed debet exprimi specialiter. *Innoc. in c. qualiter & quando. de accusat. Diaz. lo. sup. cit. c. 133.* quia nimirum præsumi posset Episcopũ voluisse cum ipso dispensare in retentione beneficij, cum in omnib. casibus quoad retentionem beneficij dispensare possit. *Staph. Diaz. locis cit. Innoc. Abb. in c. ex literis. de Cler. non ord. min.*

17. Si etiam in sentẽtia exprimatur pœna priuationis & cõdemnatus appellat, durante appellatione non censetur priuatus, & si resignaret interim teneret resignatio, etiamsi beneficium iã fuisset impetratum ob priuationm. *c. ex literis. c. fin. de. excess. prel. Ant. de Butr. cons. 43. n. 2. Crescent. decis. 6. nu. 3. de renunc.* & hoc pro indubitato practicari in Rota Rom. testatur Genuen. *lo. sup. cit. c. 65. n. 18.* & Rebuff. *lo. sup. cit. n. 52. & 64.* Paris. *de resig. lib. 3. q. 16. num. 30.* Idem dicendum etiamsi quis esset damnatus ad perpetuos carceres; sententia enim carceris perpetui non inducit priuationẽ beneficij, nisi hoc fuerit expressum in sententia; & tanto magis si ab hac sententia fuerit appellatum. *Butr. in c. dudum. 2. n. 11. de elect. Bisign. decis. 5. de renunc. Put. decis. 233. lib. 2. Paris. lo. cit.* Plus autem dicit Mohed. *decis. 150. alias 11. de præb.* quod collatio beneficij vacãtis per priuationem facta antequã sententia priuationis transisset in rem iudicatam, est nulla; si nimirum fiat intra terminum iuris ad appellandum, etiamsi postmodum non appellaretur ab huiusmodi sententia.

Vltra priuationem autem, homicida puniendus est pœna depositionis verbalis & detrusionis in Monasterio ad quinquennium vel septennium *c. cum non ab homine. de iudic. c. sicut dignũ. §. vlt. iun. gl. v. cõsilium. de homicid. c. tuæ. de pœnis.* vel alias secundum enormitatem facti, & scandali procedere debet Iudex, *vt in superioribus dictum est.*

Priuari demum debet non residens, & 18.
se absentans à beneficio requirente residentiam vltra tempus licitum. Priuationem tamen debet præcedere monitio, & deinde pœna censurarum, deinde subtractionis fructuum, ita quod post quẽlibet terminũ pœnæ, expectatur absens ad minus per sex menses. *c. quantam frequenter. vt lit. non contest.* & demum si pertinaciter adhuc se absentauerit priuandus est. *Conc. Trid. sess. 23. c. 1. de ref.* Et quidem debet citari absens personaliter si scitur vbi sit; si autem nescitur vbi

sit.

sit, vel de facili conueniri nō potest, potest citari in sua Ecclesia ter successiuè in quolibet gradu pœnæ *gl in c. quontā. cit. v. Canonibus. Abb. cons. 67. lib. 1 Feli. in c. consuluit. n. 13. de off. deleg.* neq; teneret sententia qua priuaretur non residens non præmissa trina citatione. *Abb. lo. cit.* vel non seruata forma Concilij. *lo. cit.* si videlicet non residens nō fuerit primo sequestratione fructuum, censuris, alijsq; iuris medijs ibi expressis antequam priuaretur, pro non residētia punitus, vt fuisse decisum in Rot. *coram Seraphino die 5. Decemb. 1567. in vna Salamātinen. refert Genu. lo. sup. cit. c. 112.*

De pœnis pecuniarijs habes textum. *c. statuimus. 16. q. 1. iun. gl. v. biennium. c. venerabilibus. § denique. de sent. excom. in 6. Conc. Trid. sess. 25. c. 3. de ref.* & quid de eis sentiendum consule Felin. *in cap. irrefragabilis. nu. 6. de off. ord.* Pius quoq; V. Const. sua. *incip. ad abolendam.* supra alia occasione à nobis relata, pro diuersis criminibus, præsertim pro blasphemijs ibi expressis ordinauit exigi pœnas pecuniarias, *vt videre licet in ea. Cōst.*

Pœna autem pecuniaria quæ vulgo solet apponi in contractibus, licet de iure exigi possit, *vt Felin. in c. 1. de constit. nu. 43.* de consuetudine tamen non exigitur, nisi quatenus concurrit interesse. *arg. tex. c. tuam. iun. gl. fin. de pœnis. Anchar. in c. peccatum. de reg. iur. in 6. Nau. in man. c. 23. n. 68.* & si apponeretur pro euentu damni, damno non probato, non haberet locum. *Dec. cons. 53. num. 10. & cons. 138. nu. 7. & cons. 151. nu. 22. Ias. cons. 9. nu. 8. vol. 1.* neque incurritur solo temporis lapsu sine interpellatione. *Veral. decis. 233.* vbi etiam deducit Episcopum & Clericum non posse petere pœnam in contractu appositam, *ad quod allegat Ioan. Rim. cons. 253. lib 2.* 19.

Loco pœnæ succedit quoq; purgatio Canonica, est enim iuramentum oneris. *Abb. in c. 1. n. 4. de purg. Can.* & imponitur, cum crimē de quo orta est infamia, non potest probari per testes, neque per alia documenta; alias si posset probari per testes, seu aliquo alio modo, non esset iudicāda purgatio. *c. nos inter. tit. cit. Abb. ib. n. 1.* nec imponitur quando adest accusator, sed tantum quādo Iudex procedit ex officio suo, seu ad instantiam sui Fiscalis. *Abb. lo. cit.* accusatore autē apparente, purgatio nō imponitur, sed absoluitur simpliciter reus actore nō probante. *Rot. decis. 773. p. 1. diuers.* Imponitur quandoq; cum pluribus compurgatoribus iuxta iudicis arbitrium, est enim arbitrarium iudici etiam indicere ipsam purgationem. *cit. Abb. in c. iuramentum. § sane. nu. 5. de iureiuran.* & cōpurgatores sufficit quod iurent de credulitate. *cap. quoties. iun. gl. fin. de purg. Can. Abb. ab. nu. 2. Host. lo. sup. cit.* quem vide quales esse debeant cōpurgatores. Deficiens etiam in tali purgatione, habetur pro convicto. *Host. lo. cit. Abb. in c. cum P. eo. tit. Felin. in c. accedens. de accusat.* & est cōmunis sententia. *vt Summistæ, Ang. Sylu. v. purgatio.* quos etiam consule, quomodo possit quis accusari de crimine super quo se purgauit. Sed est in rarissimo nunc vsu hæc purgatio, & nonnisi ex magna causa adhibenda. *authores. cit. Diaz. lo. sup. cit. c. 150. & 151.*

Simile autem est huic iuramentum litis decisorium, quod Iudex quandoq; deferre potest in sublimentum probationum, vel etiam pars parti, & si deferatur tenetur pars illud acceptare vel referre offerenti. *l. manifestæ. ff. de iureiuran.* dummodo tamen à iudice approbetur, alioquin non teneretur illud pars acceptare aut referre. *Bart. in l. manifest. cit. & in l. generaliter. C. de reb. cred. & iureiuran. Abb. in c. fin. nu. 4. & sequenti-*

20.

bus de testib. quem consule quomodo possit recedi à iuramento tali post probationes nouiter repertas, & quomodo possit agi pro periurio ex tali iuramento. *vide Marant. de ord. iudic. par. 2. art. 9.*

ARTICVLVS XV.

De Appellationibus.

1 *Appellationis in admissione apud Iudicem ad quem quæ seruanda.*
2 *Iudex à quo potest procedere in causa, si Iudex ad quem admittit appellationem iuris ordine non seruato.*
3 *Sententia definitiua ab interlocutoria quomodo differat.*
4 *A sententia cæteris appellari potest quoad effectum deuolutiuum.*
5 *Iudex non terminans causam intra biennium quando amittat iurisdictionem.*
6 *Decretum S. Cong. Conc. de admittendis appellationibus.*
7 *Appellari non potest in notarijs.*
8 *Appellatio non concedenda in rebus parui momenti.*
9 *In appellatione quando sit exprimenda causa.*
10 *Appellatio in quanto tempore interponenda.*
11 *Appellans Apostolos petere tenetur.*
12 *Iudex qualem terminum præfigere possit appellanti.*
13 *Appellatio extraiudicialis deuoluit causam ad superiorem.*
14 *Sequestrum quando sit concedendum.*

DIffusam appellationum materiam de qua copiosissimi extant varior ũ tractatus, pro nostro more in ijs tantum quæ circa eas recenter, & maxime post Conc. Trid. fuerant innouata breuiter attingemus.

1. Vnde primo cit. Conc. *sess. 22. c. 7. de ref.* ordinauit, vt ab omnibus Legatis Nuncijs S. Sedis Apost. Metropolitanis, alijsq; superioribus Iudicibus Const. Innoc. IV. relata *in c. Romana. de appell. in 6.* in admittendis appellationibus seruetur. In illa autem Const. ordinatur, vt Archiepiscopus appellationẽ ab interlocutoria, si in ea causa legitima non exprimitur non admittat: cum appellationem admittit, antequam cognoscatur partibus citatis num fuerit bene appellatum vel non, iudicẽ à quo ne inhibeat quo minus procedere possit in eadem causa, nisi obijciatur appellationẽ fuisse interpositam à definitiua in casibus iure prohibitis, tunc enim inhibere posset, ne sententia exequutioni mandetur, antequã de appellatione cognoscat: Itẽ ne vindicet sibi iurisdictionem in personas non appellantes, nec in appellãtes, nisi quoad causam pro qua appellatur; Censuras in aliquem appellantium latas ne reuocet, nisi partibus vocatis, & appellantẽ ab interlocutoria facta cognitione super re appellata, in reliquo remittat ad Iudicem à quo.

2. Quod si non seruarentur isti termini, videretur quod Iudex à quo non teneretur obedire, & inhibitione nõ obstãte pro-

procedere ad vlteriora. *ad not. gl. in eo.c.Romana.v. citent.* & quia Conc. *lo. cit.* annullat ipso facto inhibitiones & processus aliter factos. *vt etiam notat Quarã.v.Archiepiscopi authoritas. n.20.*

3. Idem Conc.Trid. *sess. 24. c. 20. de ref.* prohibet appellationes admitti, nisi à definitiua sententia, vel ab habente vim definitiuæ, vel ab interlocutoria grauamẽ irreparabile continente. Quæ aũt sit differẽtia inter has sentẽtias, tradit Host. *in sum. de re. iud. n. 2. Felin. in rub. eo. tit.* Nimirũ quod definitiua est quæ decidit negotium principale iniudiciũ deductũ. Vim definitiuæ habens est, quæ definit vnum articulum causæ substantialẽ, vel etiam totũ negotium perimit, licet per indirectum, vt si quis repellatur ab agẽdo per aliquam exceptionem. Interloquutoria verò pura est, omnis alia pronunciatio Iudicis super incidẽtibus ante definitiuam. Grauamen demum irreparabile est omnis actus irretractabilis, & quo mandato executioni, pars grauata amplius non subleuaretur appellatione à definitiua, vel non sine difficultate & præiudicio subleuaretur; vt est carceratio, tortura, excõmunicatio, suspensio, interdictum, quia hæ trahunt secum executionem. *c. pastoralis. §. verum. de appell.* vel earum denũciatio, præsertim si post denunciationem aliqua hæc censura fortior redderetur, vt si reseruaretur Papæ postquam fuerit denunciata. *Abb. in c. sup. eo. 2. n. 3. de appell. Franch. ib. & in c. pastoralis. §. verum. ib. Duen. Reg. 52.* vbi videri possunt 14. singulares casus in quib. ab interlocutoria appellare licet. *Rebuff. in concor. tit. de friu. appell.* Et quoad carcerationem declaratũ fuisse à S. Cong. Con. quæ declaratio refertur apud Quaran. *lo. sup. cit. in addit. sub finem his verbis.*

An quod decreto Sacri Conc. Trid. *sess. 13. c. 1. de ref.* & alia *sess. 24. c. 20. de ref.* dicitur de grauamine quod per appellationem à definitiua reparari non potest, intelligi possit & debeat de grauamine indebitæ incarcerationis.

S. D N. audita relatione Congregationis Concilij, declarauit ita esse intelligẽdum, & ideo ab huiusmodi grauamine appellari posse, & ordinarium teneri huic appellationi deferre, & teneri processum trãsferre ad Iudicem appellationis: interim tamen reo manente in carceribus, donec Iudex appellationis causa cognita aliud iusserit.

Idem Conc. *sess. 23. c. 1. de ref.* ordinat ne vlla appellatio vel inhibitio superioris, impedire possit ordinarium quo minus suam sententiam circa residentiam curati latam exequatur.

Sess. verò 13. c. 1. & sess. 24. c. 10. de ref. similiter vult ne in causis visitationis, correctionis morũ & criminalibus exequutio sẽtẽtiæ appellatione suspẽdatur.

Eadem sess. 13. cap. 2. de ref. statuitur vt causæ ad Rom. Curiam per appellationem deuolutæ committantur in partib. Archiepiscopo, seu eius Vicario, siue ex causa alteri viciniori Episcopo, seu eius Vicario & non inferiori.

Sess. 25. c. 13. de Regul. decreuit, vt causæ præcedentiæ remota omni appellatione terminentur.

Eadem sess. c. 14. de ref. ordinatur vt contra concubinarios Ordinarius procedere possit, appellatione nõ obstante.

Sess. 24. c. 20. de ref. ordinatur vt omnes causæ saltem infra biennium à die motæ litis terminentur, nec auocari 5. possint per appellationes antea nisi à definitiua interpositas; lapso autem biennio, quod partes possint adire Iudices superiores, & coram eis terminare causas incæptas. Dummodo tamẽ steterit per Iudicem quominus terminauerit

causam aliquam intra biennium; secus enim si non steterit per ipsum, vt si non potuerit expedire tanto tempore proessum ob qualitatem causæ, vel ob cauillationem partium, *per notata apud Abb. in c. venerabilis. n. 10. de iudic.* & ita censuisse S. Cong. Conc. testatur Quarant. *lo. sup. cit.* & Gen. *in prax. c. 88. n. 5.*

Circa eandem appellationum materiam, decreuit quoque S. Episcoporum Congregatio, ea quæ sequuntur *in ann. 1600.* relatata apud Quarant. & Genuen. *locis cit. huiusmodi tenore verborum.*

Ad tollendas ambiguitates & controuersias iurisdictionales quæ inter appellationum & prioris instantiæ iudices non sine partium dispendio, cursusq; iustitiæ impedimento, & sæpè cum scandalo oriuntur, S. Congr. causis Episcoporum præposita facta prius relatione S. D. N. Clem. Papæ VIII. ac de Sanctitatis suæ mandato viuæ vocis oraculo desuper habito, in hunc qui sequitur modum, ab omnibus ad quos spectat in posterum seruari debere mandauit, & mandat.

5.

6.

Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchæ, Suffraganeos eorũq; subditos non iudicent, nisi in casibus à iure expressis.

Idem & alij quiuis Superiores etiam Nuncij vel Legati de latere specificam facultatem maiorem non habentes causas in Curijs Ordinariorum vel aliorum inferiorum iudicum pendentes ad se non aduocent, nisi per viam legitimæ appellationis ad ipsorum tribunalia deferantur: tuncq; appellantes ab inferiorum iurisdictionibus quoad alias causas eximi non possint.

Appellationes nunquam recipiantur nisi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, constiterit appellationem à sententia definitiua vel habente vim definitiuæ, aut à grauamine quod per definitiuam reparari non possit in casibus à iure non prohibitis per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam ac prosequutam.

Dum causæ coram inferioribus iudicibus pendent ante definitiuam sententiam vel vim definitiuæ habentem, de grauamine illato superiores cognoscere non valeant, licet citra præiudicium cursus causarum se id facere contestentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare vt ipsis copia processus transmittatur etiam expensis appellantis.

Inhibitiones post appellationem vt præmittitur receptam, non concedantur nisi cum insertione tenoris sententiæ aut decreti definitiui, aut vim definitiui habentis, vel damnum per definitiuam irreparabile continentis; alias inhibitiones & processus, & inde sequuta quæcunq; sint ipso iure nulla, eisq; impunè non parere liceat.

Si appellans asserat sententiæ aut appellationis exemplũ culpa iudicis, à quo vel actuarij haberi non posse, non ideo recipienda erit appellatio aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantum ad quas pertinet iniungi poterit, vt soluta condigna mercede actorum exemplum authenticum appellanti intra breuem aliquem competentem terminum tradatur.

Caueat tamen iudex à quo, ne si verè appellatum fuerit in casu appellabili, interim aliquod in præiudicium appellantis attentet; & si per actum publicum

blicum aut per testium depositiones constiterit, acta denegari appellanti, iudex appellationis mandato tradēdi acta possit adijcere, ne interim aliquid noui contra appellantem attentetur.

A sententia autem definitiua contra verum contumacem prolata appellatio non recipiatur, nec inhibitio aut alia quæuis prouisio, quamdiu appellans in huiusmodi vera contumacia perstiterit, concedatur.

Ab executione decretorum Sac. Conc. Trid. aut Visitationis Apostolicæ, appellationes à Metropolitanis non recipiantur, neq; etiam quando Episcopi virtute eiusdem Sac. Concil. Trid. procedunt vti Sedis Apostolicæ Delegati in causis quæ subeorum iurisdictione Ordinaria non comprehenduntur; salua tamen in hoc casu Legatorum & Nunciorum Apostolicorum authoritate.

In causis verò Visitationis Ordinariorum aut correctionis morum, quoad effectum deuolutiuum tantum appellationes admittantur; nisi de grauamine per definitiuam irreparabili agatur, vel cum Visitator citata parte & adhibita causæ cognitione iudicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit. Etiam quoad effectum suspensiuum.

Cum à grauamine quod per definitiuā reparari nequit, vt indebitæ incarcerationis, vel torturæ, aut excōmunicationis etiam comminatæ appellatur, non nisi visis actis ex quibus euidenter appareat de grauamine, appellatio admittatur aut inhibitio vel prouisio aliqua concedatur.

Causa appellationis pendente, appellans in eodē quo reperitur carcere permanebit quoad iudex ad quem appellatum est, visis actis & causa cognita aliter decreuerit. & tunc si à iudicis ad quem decreto vim definitiuæ habente fuerit appellatum, is nihil mandare, aut pro sui decreti exequutione attentare poterit, donec per iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

Acta originalia processuum primæ instantiæ ad iudicem appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa & suspicio incidat, quæ iudicialiter obijciatur, & tunc terminata causa, remittenda sunt ad ordinarium vt in suo archiuio conseruentur.

Censura Ecclesiastica contra appellātem prolata relaxari aut nulla declarari per Iudicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & causæ cognita; tūcque si constiterit eam iustam esse ad iudicem qui excommumcauit appellans remittendus est, vt ab ipso iuxta Sacros Canones beneficium absolutionis, si humiliter petierit, debitamq; emendationem præstiterit, obtineat: si verò iniustam esse clarè appareat, superior absolutionem impendat. Si autem dubitatur, honestius est vt ad excommunicatorem intra breuem aliquem competentem terminum eidem præfigendum absoluendus remittatur, licet etiam superior hoc casu id ipsum per se præstare iure possit.

Absolutio ad cautelam non nisi parte citata & visis actis cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ vel à iure si occurrat dubium facti, vel probabile dubiū iuris concedenda erit, tumq; ad tempus breue cū recedentia, & præstita per excommunicatum cautione de standō iuri, & parendō

endo mandatis Ecclesiæ tantum: & si iuxta formam à iure præscriptam apparebit aliquem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitam etiam satisfactionem præstare. Si verò ob contumaciam manifestam, expensas quoq; reficere, ac insuper cauere de iudicio sisti coram excommunicatore quis teneatur, priusquã ad cautelam absoluatur. Romæ in Sacra Congregatione die 16. Octobr. 1600.

Alex. Card. Florent.

Hieron. Agutius Secret.

7. Vltra præmissa autem circa appellationis materiam notari potest vtiliter, appellationem non esse concedendam in notorio manifesto ex ipsa facti euidentia, vt si quis fuerit conuictus & confessus, nec confessio fuerit excusata, *cap. cum speciali. §. porro. de appell.* Idq; tam in ciuilibus, quam in criminalibus. *Abb. in §. cit. num. 5. Dec. in cap. at si Clerici. de iudic.* & procedit hoc quandoque propter confessionem alterius, vt si hæres conueniatur ex confessione defuncti. *Vestr. lib. 7. cap. 3. num. 17.*

Ex eadem fere ratione non conceditur quoque appellatio cum quis obligauit se apud acta ipsius iudicis, vel obligatione Camerali, habetur enim pro manifesto. *Vest. loc. cit.*

8. Seruat quoque Curiæ Rom. stylus vsitatus, vt non deferatur appellationi in rebus parui momenti, vt si pro summa non maiori decem ducatorum agatur. *Vestr. loc. cit.* & quæ dicenda sit causa parui momenti, videri potest Abb. *in c. de appellationibus. num. 5. de appell.* vbi dicit causam parui momenti esse, quando sumptus litis maiores sunt quam ipsa causa.

Notandum item quod in appellatione à definitiua vel definitiuæ vim habente nulla causa est exprimenda, quia ius ipsum concedit appellare, nisi in casu quo de iure est prohibita appellatio à 9.
definitiua, nam tum si appellatur, debet exprimi necessario causa. *Abb. lo. sup. cit.* in appellatione verò ab interlocutoria, necessario causa. exprimi debet, aliter esset appellatio nulla causa autem exprimitur, vt Iudex causa considerata possit si velit reuocare sententiam suam à qua appellatur, potest enim reuocare interlocutoriam. *cap. cum cessante. de appell.*

Appellans item si intra decem dies à 10.
prolatione sententiæ computandos non appellat in scripto, appellatio censetur deserta. *cap. 1. de appell. in 6. Rot. decis. 385. in no. Maran. p. 6. de appell. num. 202.* nisi grauamen esset permanens & habens causam continuam, vt est carceratio, vel nisi iusta excusaret ignorantia. Potest etiam appellari sine scripto, si fiat in continenti, & à sententia definitiua. *Franch. in c. vt debitus. de appell. Achil. de Graff. decis. 228. alias. 2.* 11.
de appell. Veral. decis. 36. p. 1. Alius autem terminus dierum triginta ad petendum Apostolos, non appellanti, sed Iudici concessus est à iure, vt interim deliberare possit an debeat deferre appellationi. Illo tamen durante debet appellans petere Apostolos ter seu vno contextu pro primo, secundo, & tertio. *Clem. quamuis. de appell.* seu etiam in ipsa schedula appellationis apponi potest nota petitionis Apostol. & si Iudex assignauerit terminum ad redeundum pro Apostolis, semel redire sufficeret pro petendo responso super Apostolis, & si non datur, non amplius redeundum. *Vest. loc. sup. cit. à num. 35.* non petens autem Apostolos, censetur deserere appellatio-

pellationem, nam Apostoli sunt de substantia appellationis. *cap. ab eo. de appell. in 6. Rot. decis. 366. in no.* vnde & signatura Iust. non censuit dare commissiones pendente termino petendi Apostolos; nisi in appellatione à definitiua. *Rot. decis. 733. in antiq.* in ea enim non multũ curatur de Apostolis Iudicis, quia lex ipsa defert appellationi. *Vestr. lo. cit. num. 37. in fin.* vel semper præsumuntur reuerentiales de stylo Palatij, licet petens non redierit pro eis in termino assignato. *Veral. decis. 157. p. 1. & decis. 115. p. 2.* Et de Apostolorum quadruplici differentia videri potest. *Abb. in cap. bonæ memoriæ. num. 9. de appell.* ille autem est potissimus effectus distinctionis istius, quod Iudex à quo cum dat Apostolos reuerentiales vel remissorios seu defert appellationi, abdicat à se omnem iurisdictionem, & Iudex ad quem cognoscere potest de tota causa & non de solo articulo appellationis. *c. cum appellationibus. de appell. in 6. Mohed. decis. 321. alias 10. de appell.* nisi pars opponat. *Rot. decis. 774. p. 1. diuers.* si autem dederit Apostolos, refutatorios cognito de appellatione Iudex ad quem, remittere debet causam in reliquo ad Iudicem ad quem. *cap. cum appellationibus cit. Gem. Ioan. Andr. 16.*

Tempus prosequendæ appellationis
12. annus est præfinitus à iure, & ex causa biennium. *cap. cum sit Romana. cap. personas de appell.* Potest tamen Iudex à quo præfigere breuiorem terminum appellanti, intra quem appellationem suã prosequatur & doceat de prosequutione facta. *c. ad aures lo. cit.* sed non potest assignare terminũ intra quẽ appellatio finiatur, quia esset imponere legem superiori. *c. ex insinuatione. lo. cit. de appell. Abb. ibid. nu. 2. Franch. in c. personas cit.*

Non solum autem per appellationem ordinariam sed etiam per extraordinariam 13.
deuoluitur causa ad superiorem Iudicem, de qua appellatione extraordinaria videri potest. *cap. 1. de elect. in 6. & cap. cordi. c. concertationi. de appell. lib. in 6. Abb. in cap. bonæ memoriæ. à num. 7. eod. tit.* vbi plures differentias inter hanc & ordinariã adducit, & quomodo sit facienda habetur. *in c. vt circa. de elect. in 6. cit. & in Clem. causam. eod. tit. Franc. Archid. in cit. c. vt circa Card. Imo. Vitalia. in Clẽ. Cõst. de elect. Rot. decis. 468. p. 1. diuers.* Quomodo etiã possit adiri superior per viam quærelæ, videri possunt *DD. in c. 1. de sent. excom. in 6. gl. in c. ad reprimendã. v. suspendatur. de off. ord. Abb. lib. à n. 7 ad 13.* Regulariter autẽ Archiepiscopus non potest adiri per viam quærelæ nisi in casu excommunicationis prolatæ, *vt cit. c. 1. de sent. excom. in 6. & per DD. ib.*

Notandum item quod Iudex ad quem in concernentibus ordinem procedendi in causis, tenere debet vsum sui tribunalis. *Dec. in cap. Ecclesia. S. M. num. 44. de Constit. Iason. in l. cunctos populos. cap. de sum. Trin.* & tenuisse Rot. *in vna Roman. vineæ.* coram Augustino. *in an. 1548.* testatur Achil. de Grass. *decis. 238.* Quod ad merita autem causæ, & modum decidendi sequi debet vsum statutorũ loci in quo lata est sententia. *gl. in cap. licet. canon. v. decreto. de elect. in 6. Innoc. in Rub. de consuet. Abb. in cap. quod Clericis. num. 27. de fo. comp. Felin. cit. cap. Ecclesia. S. M. num. 19. & in cap. super his. num. 13. de accusat. Rot. decis. 330. p. 2. diuers.*

Finaliter sciendum quod quando appellatur à sententia contra possessorem 14.
lata, sequestrari possunt res tam mobiles quã immobiles de quibus agitur si teneatur de distractione seu de dilapidatione. *c. 2. de sequestr. iun. gl. v. sequestrari.*

quæ colligit causas sequestrationis, & *latius Abb. & alij ib.* Specialiter autem in beneficialibus de sequestris ordinatum est, vt si à prima sententia in Rom. Curia lata contra detentorem, nisi sit triennalis possessor, appellatur, etiam Ordinarius possit sequestrare huiusmodi beneficium. Qui casus est singularis quo inferior potest se intromittere in causa ad Rom. Curiam deuoluta. *ad hoc Clem. vn. de sequestr. Cassad. decis. 5. num. 3. eo. tit.* si nimirum feratur sententia contra professorem, vt pro eo qui petit sequestrum: si autem pro possessore fuerit sententiatum, deneganda esset sequestratio. *gl. in cit. Clem. vn. v. contra possessorem. Vestr. to. sup. cit. cap. 2. num. 6.* Si etiam Iudex Rom. Curiæ seu superior prævenerit in decernendo sequestro, inferior amplius illud decernere non potest. *Marant. par. 6. de appell. num. 177.*

DE IVRISDICTIONE EPISCOPI VOLVNTARIA

CAPVT V.

De Collatione beneficiorum.

VLtimo demum loco considerandа nobis venit potestas Episcopi iurisdictionis voluntariæ, ad quam reducemus bona, fructus, prouentus, qui Episcopo ratione officij & dignitatis debẽtur, ab eoq; disponi possunt. Et primo quidem de potestate ipsius in beneficijs conferendis videbimus, hæc enim est iurisdictionis voluntariæ. vnde *gl. in c. nouit. verb. terminos. de potest. leg.* recensetur beneficiorum collatiõ inter ea quę sunt voluntariæ iurisdictionis, & quæ extra proprium territorium Episcopus seu Ordinarius exercere potest. *hoc idẽ docet Innoc. in c. quia diuersitatem. de cõcess. præb. in fine. Abb. in c. cit. nouit. de postest. leg. & in c. accepta. n. 8. de restit. spol. Rot. in antiquior. b. per Bisign. de off. Vic. decis. 5. Selua. in tract. de benef. p. 3. q. 40. Couar. lib. 3. var. res. c. 20. nu. 8. Rebuff. in prax. benef. de form. Vic. Archiep. n. 227.* Et eadem collatio beneficiorũ inter fructus Episcopo debitos computatur. *c. hoc qui. c. cum olim. tun. gl. v. capitulo. de maior. & obed. Abb. in c. 2. nu. 6. ne sed. vac. Mohed. decis. 310. alias 29. de præb. nu. 2. Staphil. de expectat. verb. intra formas. n. 50.* Vnde etiã hæc potestas in beneficijs conferendis censetur singularis, nec intelligitur cõcessa concessione generali, nisi expressè concedatur. *c. fin. de off. Vic. in 6. Paris. de resig. lib. 7. q. 21. num. 8.*

ARTICVLVS I.

Quæ beneficia conferre non possit Episcopus.

1 *Episcopus habet fundatã intentionem super collatione beneficiorũ suæ Diœcesis.*
2 *Papa reseruare sibi potest beneficiorum collationem.*
3 *Reseruationes regularum Canc. expirant morte Papæ.*

4 Re-

4 Reseruationes Reg. Canc. quæ sint.
5 Beneficia vacantia propter hæresim, sunt Papæ reseruata.
6 Beneficia Simoniacorum sunt Papæ reseruata.
7 Beneficia collata contra formam Conc. Trid. sunt reseruata Papæ.
8 Beneficia quæ dicuntur affecta.
9 Beneficium litigiosum quomodo prouideri debeat.
10 Beneficia in Curia vacantia sunt Papæ reseruata.
11 Papa derogare potest iuri patronatus Laicorum.
12 Iuri patronatus Principum nunquam derogatur.
13 Papa potest præuenire Ordinarium in collatione beneficiorum.
14 Beneficia quomodo deuoluantur ad collationem Papæ, propter negligentiam Ordinariorum collatorum.
15 Beneficia vacantia per execrabilem quando possint conferri per Ordinarium.
16 Beneficium Iurispatronatus si conferat Episcopus collatio est nulla.
17 Beneficium Iurispatronatus potest resignari sine consensu patroni.
18 Patroni consensus requiritur in permutatione beneficij patronati, vnione, commenda, pensionis impositione.
19 Patrono quæ debeantur in Ecclesia patronata.
20 Patronus non potest præsentare instituendum alteri quam Ordinario.
21 Iuspatronatus quomodo acquiratur.
22 Iuspatronatus quomodo probandum.
23 Possessorium non requirit altiorem indaginem.
24 Scriptura authentica quæ dicatur.
25 Episcopi literis quando creditur.
26 Libri Notariorum an probent.
27 Libri Chronicorum an probent.
28 Libri censurales an probent.
29 Consuetudo dat fidem scripturæ non authenticæ.
30 Fundatione probata censetur probatum Iuspatronatus.
31 Iuspatronatus quomodo quæratur ex dotatione vel constructione.
32 Præscriptio quæ sit vtilis in quærendo Iurepatronatus.
33 Iuspatronatus Magnatum præsumitur ex vsurpatione.
34 Patroni inter se facilius possunt probare Iuspat.
35 Iuspatronatus quomodo deuoluatur ad successores.
36 Iurispatronatus donatio sine consensu Episcopi, an sit valida.
37 Iuspatronatus vendi non potest.
38 Iuspatronatus transit cum vtili dominio.
39 Iuspatronatus quibus ex causis committitur.
40 Iuri patronatus an aliquando derogari possit.
41 Legatus vel Nuncius an possint conferre beneficia.
42 Prælati inferiores vel Capitula possunt habere ius conferendi beneficia.

OMnium itaq; beneficiorum Ecclesiasticorum collatio & institutio spectat ad Epis. in sua Diœcesi. c. nullus omnino. 16. q. 7. c. conquerente. de off. ord. c. ex frequentibus. de instit. Innoc. in c. postulasti. de Iurepatr. Felin. in c. cum ve-

nerabilis. nu. 31. de excep. Abb. in c. Abbatem. nu. 1. de rescrip. Des. cons. 117. Staph. de lit. grat. in proœm. Mandos. in Reg. 14. Canc. q. 2. nu. 2. & habet fundatam intentionem in iure communi super collatione beneficiorum Episcopus in sua Diœcesi *c. regenda. 10. q. 1. Mohed. decis. 136. alias 9. de restit. spol.*

Limitatur tamen huiusmodi potestas ipsius primo reseruationibus Papæ, qui cum sit Ordinarius Ordinariorum, & illi soli sit data plenitudo potestatis in Ecclesia. *c. qui se scit. 2. q. 6.* licet hanc potestatem in Episcopos trãstulerit, penes ipsum tamen maior remanſit. *c. dudum. de præb. in 6.* & potestati Episcoporum prædictæ derogare, collationesq; beneficiorũ ad seipsum reuocare & aliqua reseruare sibi potest. *c. præsẽti. c. licet Io. cit. in 6. gl. singularis. v. reseruamus. in extrau. execrabilis. Ioan. 22. de præb.* 2.

Vnde Papæ reseruantur beneficia per extrauag. *execrabilis. cit.* & extrauag. *ad regimen. eo. tit. comm. & cap. licet. cap. præsenti. cit.* Quas tamen reseruationes 3. sublatas postmodum fuisse vult Rebuff *in prax. tit. de reseruat. n. 33. Zecchus de benef. c. 5. nu. 5.* Sed quidquid sit de istis, successerunt earum loco reseruationes Regularum Cancellariæ, quas quilibet Summus Pontifex immediate post suam creationem ordinare solet; quæ tamen expirant morte ipsius, *vt notat Gomez. in proœm. Reg. Canc. quæst. 1. num. 2. Put. decis. 92. lib. 2.* hancque opinionem esse communem & praxi vsitata receptam testatur Paris. *de resig. lib. 11. quæst. 2. nu. 31.* Iterum autem reassumuntur à successore, & denouo publicantur Pauli R. P. V. feliciter moderni Reg. Canc. 4. reseruationes beneficiorum concernentes sunt, *vt sequuntur.*

Reseruationes generales & speciales.

In primis fecit easdem reseruationes quæ in constit. fel. rec. Benedicti Papæ XII. qua incipit. Ad regimen. continentur & illas innouauit, ac locum habere voluit, etiam si Officiales in eadem constit. expressi Apostolicæ Sedis Officiales ante obitum eorũ esse desierint, quoad beneficia quæ tempore quo Officiales erant, obtinebant. Declarãs nihilominus beneficia, quæ dicta Sedis Officiales, qui ratione officiorum suorum huiusmodi eiusdem Sedis Notarij erant, etiam dimissis ipsis officijs, & quandocunq; assecuti fuerint, sub huiusmodi reseruationibus comprehendi. Ac reseruauit beneficia quæ per cõstitutionem Ioannis XXII. quæ incipit. Execrabilis, vacant, vel vacare contigerit. Et ea etiam beneficia omnia de quibus ordinarij & alij collatores, contra Conc. Trid. Decreta disposuerunt, & disponent in futurum.

Reseruatio Cathedralium Ecclesiarum & Monasteriorum, ac tempore vacatio. Episcopatuum vacaturorum beneficiorum.

Item reseruauit generaliter omnes Ecclesias, Patriarchales, Primitiales, Archiepiscopales, Episcopales, nec non omnia Monasteria virorum valorem annuum ducentorum florenorum auri communi existimatione excedẽ. Et voluit quod excessus huiusmodi in literis exprimatur. Ac etiam reseruauit dignitates & beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcunque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, nec non Abbatum & aliorum quorumcunque collatorum & collatricum Sacularium & Regularium quomodolibet, non tamen ad collationem cum alio vel alys, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionẽ pertinentia, quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum seu Monasteriorum, vel aliarum dignitatum suarum dimissionem, seu amis-

amissionē, vel priuationem, vsq; ad promotionem successorum ad easdem Ecclesias, aut Monasteria, vel dignitates Apostolica authoritate faciēdam, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem, quomodocunq; vacant, & vacabunt in futurum.

Reseruatio dignitatum, nec non suorum & S.R.E. Cardinalium familarium beneficiorum.

Item reseruauit generaliter dispositioni suæ omnes dignitates maiores post Pontificiales in Cathedralibus, etiā Metropolitanis & Patriarchalibus, nec non valorem decem florenorum auri communi extimatione exceden. principales in Collegiatis Ecclesiis. Reseruauit etiam Prioratus, Præposituras, Præpositatus, ac alias dignitates conuentuales & præceptorias generales ordinum quorumcunq; sed non militiarum: Ac quæcunq; beneficia quæ sui etiam dum Cardinalatus fungebatur honore existentes, ac S.R.E. viuentium nunc, & qui erunt suo tempore Cardinalium familiares continui commensales obtinent, & in posterum obtinebunt, eorū familiaritate durante; ac in quibus seu ad quæ ius eis competit, aut cōpetierit, etiāsi ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem vel alias recesserint. Declarās dignitates quæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales non maiores existunt, & quæ ex Apost. Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel alias quouis modo in Collegiatis Ecclesiis principalem præeminentiam habere noscuntur, sub reseruatione prædicta comprehendi debere.

Reseruatio Beneficiorum Collectorum & Subcollectorum.

Item reseruauit generaliter omnia beneficia Ecclesiastica quorumcunq; collectorum & vnicorum in quacunque ciuitate vel Diœcesi, qui suo tempore officia exercuerint, subcollectorum fructuum & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum; illa videlicet beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio obtinebunt, & in quibus seu ad quæ ius tunc eis competebat.

Reseruatio Beneficiorum Curialium, dum Curia transfertur.

Item reseruauit omnia & singula beneficia Ecclesiastica quorumcunq; Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur eam sequendo decedere contigerit in quouis loco, quantumcunque etiam à dicta Curia remoto.

Reseruatio Beneficiorum, Cubiculariorum & Cursorum.

Item reseruauit generaliter idem D. N. Papa dispositioni suæ omnia beneficia Cubiculariorum, & Cursorum suorum.

Reseruatio Beneficiorum Ecclesiarum S. Ioan. Lateranen. & S. Petri ac B. Maria Maioris de vrbe & beneficiorum titulorū Cardinalium Curia absentium.

Itē reseruauit dispositioni suæ generaliter quæcunq; Canonicatus & Prebendas ac dignitates, personatus, & officia in S. Ioannis Lateranen. & Principis

Apostolorum, ac Beatæ Mariæ Maioris de vrbe Ecclesiis. Nec non ad collationem, prouisionem & præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium à Rom. Curia absentium ratione suorum Episcopatuum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum & Diaconiarum spectantia, quamdiu absentia sua durauerit, Canonicatus & præbendas, dignitates, personatus administrationes, & officia, cæteraq; beneficia Ecclesiastica cum cura vel sine cura vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem Vrbe quam in Ecclesiis, Ciuitatibus, & Diœcesibus dictorum Episcopatuum consistentia, ac decreuit irritum, &c.

Reseruatio Mensium Apostolicorum & de Alternatiua pro Episcopis residentibus

Item cupiens idem D.N. Papa pauperibus Clericis & alijs bene meritis personis prouidere omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura sacularia & quorumuis ordinū regularium qualitercunq; qualificata, & vbicunq; existētia, & singulis Ianuarij, Febru. Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris & Nouembris mensibus vsq; ad suæ voluntatis beneplacitum, extra Romanam Curiam alias quam per resignationem quocunq; modo vacatura, ad collationem, prouisionem præsentationem, electionem & quamuis aliam dispositionem quorumcunq; collatorum & collatricum secularium & quorūuis ordinum Regularium (non tamen S.R.E. Cardinaliū) aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam & quoscunque alios initis, & per eos qui illa acceptare & obseruare debuerant, acceptatis & obseruatis quæ ledere non intendit comprehensorum, quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ generaliter reseruauit. Volēs in supplicationibus seu concessionibus gratiarum quæ de dictis beneficijs tunc vacantibus etiam motu proprio fient, de mense in quo vacauerint dispositiuè mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse. Ac consuetudines etiā immemorabiles optandi maiores & pinguiores præbendas, nec non priuilegia & indulta Apostolica circa ea ac etiam dispōnendi de huiusmodi beneficijs, aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, & forcioribus, efficatioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus & alijs decretis quibusuis personis & collegijs cuiuscunq; dignitatis, & status, gradus, ordinis & conditionis existentibus quomodolibet concessa, aduersus reseruationem huiusmodi minimè suffragari. Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Epis. intenta, ipsis quādiu apud Ecclesias aut Diœceses suas verè ac personaliter residerint duntaxat, de omnibus & quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis cum cura & sine cura Sæcularibus & Regularibus ad liberam ipsorum duntaxat non autem aliorum cum eis dispositionem seu præsentationem vel electionem, nec etiam cum concilio vel consensu seu interuentu Capitulorum vel aliorum aut alias pertinentibus quæ in antea in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris & Decembris extra Curiam ipsam vacare contigerit (dummodo alias dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta

non

non fuerint) liberè disponendi facultatẽ concessit. Ac etiam voluit, vt si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorũ in alijs sex mẽsibus videlicet Ianuarij, Martij, Maij, Iunij, Septembris & Nouẽbris vacaturorũ, (quæ etiã dispositioni suæ vt præfertur reseruauit) seu etiã aliorũ dispositioni suæ & dictæ Sedis alias quomodolibet reseruatorum vel affectorum sese intromiserint, aut quominus prouisiones & gratiæ Sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur impedimentum quoq; modo præstiterint, vsu & beneficio prædictæ facultatis eo ipso priuati existant, ac collationes & aliæ dispositiones de beneficijs illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris vel momenti. Illi verò qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes literas manu propria subsignatas, suoq; sigillo munitas, & in sua quisq; ciuitate vel diœcesi datas declarare, & literas ipsas huc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis & recognitis, tunc demum & non antea vti incipiant gratia supradicta. Decernentes sic inpræmissis omnibus per quoscunque, &c. iudicari debere ac irritum, &c.

De literis in forma rationi congruit expediendis.

Item voluit idem D. N. Papa quod concessa per fel. re. Gregorium Papam XIV. & Innoc. IX. Prædecessores suos, & de eorum mandato expediantur in forma Rationi congruit, sub die coronationis suæ, vt moris est, & idem quoad concessa per piæme. Greg. XIII. Sixtum V. & Vrbanum VII. etiam Prædecessores suos ad sex menses duntaxat, ab ipso die coronationis incipiendos obseruari voluit.

Declaratio reseruationis Ecclesiarũ &beneficiorum per prædecessores reseruatorum.

Item declarauit omnium & singularum Ecclesiarum Cathedralium & Monasteriorum prouisiones, quas prædicti Prædecessores sui ordinationi vt dispositioni eorum, nec non omnia & singula beneficia Ecclesiastica quæ dicti Prædecessores etiam prædictæ dispositioni cum interpositione decreti reseruauerant (quæ quidem Ecclesiæ & Monasteria nec non sic reseruata beneficia tempore obitus eorundem Prædecessorum vacabant, aut Ecclesiæ ipsæ vel Monasteria huiusmodi, si commendata vel eis administratores deputati non fuissent etiam tunc vacassent) remansisse & remanere per huiusmodi reseruationem & decretum affecta, nullumq; de illis præter Roman. Pontificem ea vice se intromittere vel disponere potuisse siue posse quoquomodo. Decernentes irritum & inane si secus super illis attentatum forsan erat tunc, vel inposterum contingeret attentari.

Renalidatio literarum Prædecessoris gratiæ & iustitiæ infra annum concessarum.

Item prædictus D. N. omnes & singulas ab ipsis Vrbano VII. & Gregorio XIV. ac Innoc. IX. Prædecessoribus suis infra annum ante diem obitus eorum concessas gratiæ vel iustitiæ literas, temporibus debitis eorum exequutoribus seu iudicibus non præsentatas omnino renalidauit in statum pristinum in quo videlicet ante fue-

fuerant, vel quibus erant obtenta quo ad hoc plenarie restituit, ac decreuit per exequutores seu Iudices prædictos vel ab eis subdelegandos, ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi posse & debere, iuxta illarum formam.

Reuocatio vnionum.

Item rationabilibus suadentibus causis ipse D. N. omnes vniones annexiones, incorporationes, suppressiones, extinctiones, applicationes, & dismembrationes etiam perpetuas de quibusuis Cathedralibus nec non alijs Ecclesiis, Monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis eorumuè domibus, prædijs & locis per cessum vel decessum, aut quamuis aliam dimissionem vel amissionem qualiacunq; fuerint inuicem, vel alijs Ecclesiis, Monasterijs & mensis etiam capitularibus, dignitatibus, personatibus, officijs, beneficijs, ac pijs & alijs locis, vniuersitatibus etiam studiorum generalium, & Collegijs etiam in fauorem S.R.E. Card. seu Ecclesiis, Monasteriis, & beneficijs, per eos obtentis quomodolibet Apostolica vel alia quauis (non tamen Concilij Tridentini) authoritate, nec non pro fundatione seu dotatione, augmento vel conseruatione collegiorum, & aliorum piorum & religiosorum locorum, ac fidei Catholicæ defensionem & propagationem, bonarumq; artium cultum institutorum factas, quæ suum non sunt sortitæ effectum; Ac quacunq; concessiones, & mandata, super vnionibus, annexionibus, incorporationibus, & alijs præmissis taliter faciendis reuocauit, cassauit, & irritauit, nulliusq; decreuit existere firmitatis: nec alicui quascunq; clausulas vel adiectiones aut decreta quæ Sanctitas sua pro expresso haberi voluit, in quibusuis Apostolicis, etiam quæ motu proprio aut ex certa scientia & consistorialiter processerunt & emanauerunt litteris, etiamsi in eis decretum esset illas extunc effectum sortitas esse, aut ius quæsitum fore, quomodolibet contenta, aduersus reuocationem & irritationem huiusmodi voluit aliquatenus suffragari.

Reuocatio facultatum quibusuis concessarum.

Item reuocauit quascunq; facultates concessas quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Prælatis, & personis, nec non Apostolicæ Sedis Nuncijs, ac fructuum & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum collectoribus, de dispensando cum quibusuis personis super matrimonio contracto vel contrahendo in gradu prohibito, ac natalium & etatis defectibus, & de incompatibilibus beneficijs Ecclesiasticis insimul retinendis, nec non de notarijs publicis creandis ac didisponendo quomodolibet de quibusuis beneficijs Ecclesiasticis: & alias præmissis officia ipsorum nunciorum & collectorum directè non concernentes, etiãsi in literis desuper confectis sint clausulæ restitutoriæ & derogatoriarum derogatoriæ, & aliæ efficaciores, quas pro expressis haberi voluit quoad omnia in quibus facultates ipsæ non sunt sortitæ effectum, etiamsi Nuncius eisdem dictæ Sedis Legatis de latere competens sit concessa potestas. Decernens irritum, &c.

Reuocatio facultatum conferendi beneficia reseruata.

Item

Item reuocauit quascunq; facultates & literas desuper confectas per quas quicunq; sui Prædecessores Romani Pontifices quibusuis personis ordinariã collationem seu aliam dispositionem beneficiorum Ecclesiasticorum de iure vel consuetudine habentibus, & quauis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali vel alia dignitate vel alio, non tamen Cardinalatus, honore fungentibus. quauis consideratione vel intuitu, etiam motu proprio & ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesserant, aut quamdiu viuerent, vel suis Ecclesiis siue Monasteriis præessent, aut ad aliud tempus de beneficijs Ecclesiasticis generaliter reseruatis seu affectis ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionẽ & quamuis aliã dispositionem, communiter vel diuisim spectantibus, disponere liberè & licitè valerent, aut etiam ad id per eosdem Prædecessores Vicarij perpetui vel ad tempus constituti forent.

De dictionibus numeralibus

Item vt in Apost. literis committendi crimen falsi per amplius tollatur occasio, voluit, statuit, & ordinauit, quod dictiones numerales quæ in dictis literis ante Nonas Idus & Calend. immediatè poni consueuerunt per literas & syllabas extensè describantur, & illæ expræfatis literis in quibus huiusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint ad bullarium nullatenus mittantur.

De concurrentibus in data.

Item voluit quod de concurrentibus in data eiusdem diei super vacantibus seu certo modo vacaturis beneficijs, illi quibus gratiæ motu proprio conceduntur, cæteris simili modo gratias non habentibus, alia graduati non graduatis, aut inter graduatos magis graduati, ac inter æquales graduatos prius graduati, nec non colorato titulo possessores non possessoribus, ac inter personas alias in Curia præsentes absentibus ab ea, aut inter præsentes non beneficiati beneficiatis, & similiter inter absentes cæteris paribus oriundis non oriundo, & diœcesanus non diœcesano, in reliquis verò singuli qui prius Apostolicas desuper literas eorum exequutoribus præsentauerint, alijs in ipsorum de quibus agi contigerit beneficiorum assecutione præferantur.

De non tollendo ius quæsitum.

Item ne per varias quæ pro commissionibus seu mandatis & declarationibus habendis in causis plerumque fiunt suggestiones iustitia postponatur, idem D. N. decreuit & declarauit sua intentionis fore, quod deinceps per quamcunque signaturam seu concessionem aut gratiam vel literas Apostolicas pro commissionibus seu mandatis aut declarationibus huiusmodi, etiamsi motu proprio & ex certa scientia ac etiã ante motam litem à sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

Regula de Viginti.

Item voluit quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod

beneficium, siue simpliciter, siue ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis dum esset sanus signatæ, & postea infra viginti dies à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quauis authoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi sit nulla, ipsumq; beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

De Idiomate.

Item voluit, quod si contingat ipsum alicui personæ de Parochiali Ecclesia, vel quouis alio beneficio exercitium curæ animarum Parochianorum quomodolibet habente prouidere, nisi ipsa persona intelligat, & intelligibiliter loquisciat idoma loci, vbi Ecclesia vel beneficium huiusmodi consistit, prouisio seu mandatum & gratia desuper quoad Parochialem Ecclesiam, vel beneficium huiusmodi nullius sint roboris vel momenti.

De non impetrando beneficium per obitum viuentium.

Item si quis supplicauerit, sibi de beneficio quocunque tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuentis vacante prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouisio & quæuis dispositio dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuo faciendæ nullius sint roboris vel momenti.

De vnionibus & vnionum confirmatione.

Item voluit quod petentes beneficia Ecclesiastica alicui vniri, teneantur exprimere verum annuum valorem secundum communem extimationem, tam beneficij viuendi, quam illius cui vniri petitur, alioquin vnio non valeat, & semper in vnionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest: & idem voluit obseruari in quibusuis suppressionibus perpetuis, concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuscunque fructibus & bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus vnionum, singularumq; dispositionum huiusmodi.

De mendicantibus transferendis.

Item de mendicantibus transferendis, qui ad alios Ordines transierint pro tempore, voluit Constitutionem fel. rec. Martini Papæ Quinti, Prædecessoris sui desuper factam, & in lib. Cancellariæ Apostolicæ descriptam, quæ incipit: Viam ambitiosæ cupiditatis, &c. firmiter obseruari.

De male promotis.

Item de Clericis extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, aut absque dimissoriis literis ad sacros Ordines se promoueri facientibus pro tempore etiam voluit Constitutionem piæmem. Pij Secundi similiter Prædecessoris sui desuper editam, & in dicto Cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit: Cum ex sacrorum Ordinum, &c. pari modo obseruari.

De Moneta.

Item declarauit idem D. N. quod libræ

libra Turonen. paruorum & florenus auri de Camera pro æquali valore in concernentibus literas & Cameram Apostolicam computari & extimari debeant.

De beneficijs vacaturis per promotionem ad Ecclesias & Monasteria.

Item prædictus D. N. Papa voluit, decreuit, & ordinauit, quod quæcunque concessiones, gratiæ & mandata, etiam motu proprio & cum derogatione huiusmodi Constitutionis, quæ ab eo pro quibusuis personis emanauerint de prouidendo eis de quibusuis beneficijs vacaturis per promotionem quorumcunq; ad Ecclesiarum & Monasteriorum regimina, si huiusmodi concessiones & mandata diem promotionis promouendorum ipsorum præcesserint, nec non quæcunque collationes, prouisiones & dispositiones pro tempore faciendæ de præmissis, ac quibusuis alijs beneficijs Ecclesiasticis, Sæcularibus & Regularibus, quæ per promouendos vel assumendos ad quascunque Prælaturas inter illarum vacationes, & huiusmodi promotionis vel assumptionis tempore, vel ex causa permutationis vbicunque resignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde secutis pro tempore sint cassæ & irritæ, nulliusq; roboris vel momenti.

De non iudicando iuxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum.

Item cum ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, & ordinauit idem D. N. quod Iudices in Romana Curia, & extra eam pro tempore existentes, etiamsi sint S. R. E. Cardinales, causarum Palatij Apostolici Auditores, vel quicunque alij, non iuxta supplicationum signaturam super quibusuis impetrationibus (nisi in dicta Curia duntaxat sint commissiones iustitiam coercentes per placet, vel per S. R. E. Vicecancellarium iuxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ) sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus & concessionibus confectarum tenores & formas, iudicare debeant. Decernens irritum, &c. & si literæ ipsæ per præoccupationem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum quorum interest instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt, per eius Officiales quibus huiusmodi tenores & formas restringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.

De regulis Cancellariæ producendis.

Item attendens D. N. Papa, quod super habendis de Cancellaria Apostolica Regulis, & Constitutionibus imbi descriptis, faciliter per eos qui in Romana Curia indiguerint ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec consultum foret, quod super earundem Regularum & Constitutionum, quæ iuxta varietatem occurrentium causarum & negotiorum aliquoties immutari conuenit, probando tenorem vel effectum testium plerumq; tenacem, desuper memoriam non habentium depositionibus stari deberet, voluit, statuit & ordinauit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus causarum Palatij Apostolici, & aliis (etiamsi S. R. E. sint Cardinales) in ipsa Curia pro tempore

deputatis auctoritate Apostolica Iudicibus, etiam in causis actu pendentibus super huiusmodi tenore vel effectu probando duntaxat stet, fidemq; adhibeat scedulæ, seu scripturæ desuper à duobus de maiori parte, quod danda sit, à tergo signatæ, & etiam à duobus alijs literarum Apostolicarum Abbreuiatoribus in ipsa Cancellaria auscultatæ, & D. Vicecancellarij, seu dictam Cancellariam Regentis manu subscriptæ, vt moris est. Quicquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris vel momenti.

De subrogandis Collitigantibus.

Item D. N. cupiens litium succindere anfractus, & ne noui collitigantibus aduersarij dentur prouidere, voluit, statuit, & ordinauit, quod quoties deinceps aliquem super quouis Ecclesiastico beneficio collitigantem, in iure vel ad ius, si quod forsan eius aduersario in dicto beneficio competierit, surrogari concesserit, (dummodò prædictus collitigans in dicto beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contra dictum aduersarium postquam illud per triennium pacifice possederit, lis tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de præmisso iure, siue tunc vacet, vel cum vacauerit, impetrationes vel concessiones etiam motu proprio intra mensem ante concessionem huiusmodi factæ, nullius sint roboris vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentium beneficia, illorum præsertim, quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum impetrant, vt illis decedentibus tanquam collitigantes in eorum iuribus facilius subrogentur, voluit vt deinceps nullus in iure, vel ad ius in beneficio defuncti, quod illo viuente in casibus præmissis, vel similibus impetrauerit, aliquo modo subrogetur, ac subrogatio, vel gratia, si neutri, si nulli, seu nouæ prouisionis, aut perinde valere, taliter impetranti nullatenus suffragetur: Quod etiam strictissimè obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem & amotionem ex quibusuis criminibus & excessibus forsan perpetratis, etiamsi vsque ad diffinitiuam sententiam, quæ tamen in rem non transiuerit iudicatam, processum foret.

Præter has autem reseruationes reperiuntur plurimæ aliæ. Vnde primo beneficia vacantia propter crimen hæresis reseruata sunt Sedi Apostolicæ, Constitutione Pij V. *incip. Cum ex Apostolatus. de anno 1566. Kalend. Febr.* & beneficia collata personis prohibitis propter genus, hæresin, vel à fide Apostasiam, ex Constitutione Greg. XIII. *incip. In Ecclesiis. de anno 1580. Pont. ipsius ann. 9.* 5.

Reseruata etiam sunt Sedi Apost. beneficia vacantia ob commissam Simoniam confidentialem, *ex Const. Pij IV. & Pij V. supra à nobis relatis.* 6.

Reseruata item sunt eidem sedi beneficia contra formam Concil. Trident. collata ab Ordinarijs Collatoribus, ex Constitut. Pij V. incip. *In conferendis.* quam infra referemus. Similiter & beneficia per resignationem vacantia, si non conferantur secundum præscriptũ Constitutionis Greg. XIII. *incip. Humano vix iudicio.* de qua etiam inferius. 7.

Affecta etiam beneficia per appositionem manus Papæ ipsi sunt reseruata, nec inferior pro ea vice de eis aliqua ratione disponere potest. *extrauag. Ad Romani de præb. comm. cap. vt nostrum. de appell. Innoc. Abb. num. 1.* Vt si Papa 8.

det beneficium in commendam, cessante commenda, censetur eo modo vacare quo vacabat eo tempore cum commendaretur, videlicet si fuit collationis Papæ, nonnisi ab ipso conferri possit. *Dec. in cit. cap. vt nostrum. Rom. consil. 333. & cons. 350.* & è conuerso si beneficium fuerit dispositionis & iuris Ordinarij cum commẽdaretur in casu quo commendare potest Ordinarius, cessante commenda censendum erit iuris Ordinarij, etiamsi vacauerit in Curia Romana, vel aliqua alia superuenienti affectione reseruatum videretur dispensationi Papæ. *ita Fed. de Sen. in tract. permut. quæst. 15. Sarnen. in Reg. de trien. quæst. 1.* quod etiam fuisse resolutum in Rot. Rom. testatur Mohed. *decis. 99. alias 4. de præb. Aemil. Verall. decis. 144. par. 1. Archil. de Graff. decis. 272. num. 6.*

Similiter erit beneficium affectum, si Papa in prouisione de beneficio quam facit apponat decretum, vt in manibus ipsius resignetur, cum enim fuerit resignatum, à nullo poterit alio conferri, quam à Papa. Item si Papa confert inhabili, si beneficium collatum vacat propter inhabilitatem, pertinet ad dispensationem Papæ: Et si mandat alicui prouideri de primo vacante, primum vacans efficitur affectum & reseruatum. *Aen. de Falcon. de reseru. prælud. 3. Mandos. in Reg. 4. Canc. quæst. 4. Rebuff. in prax. sub tit. de reseruat. à num. 30. Gonz. super 8. Canc. gl. 52.* vbi viginti affectionis modos enumerat cum decem limitationibus.

9. Litigiosa beneficia Papæ etiam sunt reseruata, quoad subrogationem nimirum, nam cum morienti vno ex collitigantibus non possit ab Ordinario alter subrogari. *cap. fin. vt lit. pen. in 6. Franc. ib. not. 2. Cancell. de attentat. 1. par. cap. 3. à num. 93.* Papa tamen gratiosè subrogare potest alium eius loco. *Sarnen. in reg. de subrog. Gomez in reg. de impetr. benef. per obitum. Mandos. in eadem Reg. quæst. 9. à num. 5.* & vt plurimum subrogat alterum collitigantem superuiuentem, *iuxta regulam Canc. 28. de subrogan. collitigantibus* supra à nobis relatam, præter casus in eadem Reg. expressos. Si etiam vterque collitigãtium moriatur in Curia, Rom. beneficium illius litigiosum solus Papa confert: *Clem. 1. vt lit. pend. Couar. pract. quæst. cap. 36. num. 7.* alioquin si non decedunt in Curia vel vnus collitigantium tantum ibi decedat, poterit collatio adhuc spectare aliqua ratione ad Ordinarium, iuxta distinctionem *Clemen. cit.* Imò licet Ordinarius non possit subrogare alium in locum collitigantis mortui, potest tamen suscipere defensionem litis defuncti, maximè si agatur de ipsius iure conferendi, eligendi, præsentandi & similibus, & postmodum si litem obtinuerit libere conferet beneficium huiusmodi, *vt sunt clari textus cit. c. fin. in 6. & Clem. 1. vt lit. pend. cit.* quia nimirum non adimitur potestas Ordinario conferendi beneficium litigiosum cum prohibetur subrogare in locum mortui *per cit. c. fin. vt lit. pen. in 6.* sed suspenditur donec litis sequatur euentus, *Simonet. de reseruat. q. 10. nu. 5. Gomez. in reg. de trien. q. 31. nu. 9. Gonzal. super 8. Canc. §. 7. proœm. nu. 118.*

Beneficia vacantia in Curia Rom. reseruata sunt quoque dispositioni Papæ. *c. 2. de præb. in 6.* idque etiamsi fuerint iurispatronatus. *Doct. cõmuniter in c. 2.* vt etiã Laicorũ, derogat enim quandoq; derogare potest Papa iurispat. Laicorũ. *gl. in Cle. si plures. v. Apostolicis. de præb. Innoc. in c. cum dilectus. de iurep. Abb. ib. num. 11.* dummodo tamen id exprimat.

Abb. loc. cit. Lambert. de iurep. lib. 3. p. 3. q. 9. art. 2. Couar. pract. q. cap. 36. Tanto magis exprimere debet, si ius patronatus fuerit nobilium personarum;
11. istorum enim iuri difficilius derogatur. *Rebuff. in prax. in 5.p. sign. nu. 61.* Imò derogationes huiusmodi iurispatronatus non admittuntur in Gallia & Hispania, eorumque executionem impediunt regia tribunalia, *vt testatur Rebuff. loc. cit. num. 36.* præterquam si beneficium patronatus conferretur ex dispositione
12. execrabilis. *id. 16. num. 37.* hocidem docet Couar. *pract. quæst. c. 36. cit. Paris. de resig. lib. 2. quæst. 4. num. 43.* Iuripatronatus autem Regum & Principum etiamsi beneficium vacet in Curia per mortem, nunquam derogatur, etiamsi illud fuerit ex priuilegio, præscriptione siue ex vsurpatione vt plerumque sunt iurapatronatus supremorum in Prouincijs Principum. *Ioan. Andr. Gemin. & comm. Doct. in cit. cap. 2. de præb. in 6. Rebuff. loc. cit. num. 64. Couar. loc. cit. Paris. loc. cit. num. 47. idem Selu. de benef. p. 2 q. 13. Lambert. de iurep. lib. 1. p. 3. q. 9. art. 11. Staphil. de sign. grat. de modo & form. impetr.*

Reseruatum præterea censetur bene-
13. ficium Papæ si ipse præueniat in collatione ordinarium, datur enim ipsi præuentioni locus. *cap. si à Sede. cap. dudum. loc. cit. de præb. in 6.* sicut & Episcopus licitè potest præuenire suum vicarium generalem cui dederit facultatem cõferendi beneficia. *gl. in cap. constitutus. de præb. v. canonicè. Rebuff. de Vicar. num. 89. in prax.*

Reseruãtur quoq; Papæ beneficia Curialiũ & accedentium ad Curiã si decedant in locis vltra duas dietas à Curia nõ distantibus. *extrauag. ad regim. com. de præb.* sed hæc reseruatio ex maiori parte continetur in reseruationibus Regularum Cancellariæ supra relatarum Item reseruata sunt beneficia exemptorum & immediatè subiectorum Sedi Apostolicæ. *cap. fin. de renunc.*

Deuoluuntur demum gradatim ad 14.
collationem Papæ beneficia de quibus collatores ordinarij non prouiderint intra tempora statuta sex mensium. *cap. postulastis. de conces. præb.* tempore tamen computato non a die vacationis, sed à die notitiæ. *cap. licet. de suppl. negl. præl. Abb. in cap. ex parte nu. 13. de conces. præl.* & decisum fuit in Rota, *in vna Toletan. beneficij. 18. Nou. 1578.* coram Seraph.

Similiter si Ordinarius præsentatum à Patrono non restituat intra tempus debitum, deuoluitur potestas instituendi ad superiorem. *Abb. loc. cit. num. 17.* Et quidem si præsentatum ad curatum beneficium non instituat intra duos mẽses à data præsentationis, liberum est patrono recurrere pro institutione ad superiorem intermedium, vel etiam immediatè ad Papam ex Constit. Pij V. *incip. in conferendis.* quam infra referemus. 15. Quod autem diximus supra reseruatis per execrabilem, ita demum censentur reseruata, si vacent ob non dimissionem spontaneam, alioquin enim si sponte dimittantur post assecutionem incompatibilis alterius, possunt conferri per collatorem ordinarium. *vt notat gl. in eadem extrauag. v. vt præmittitur.*

Vltra autem reseruationes Apostolicas limitatur secundo Episcopi facultas in beneficijs conferendis Iurepatronatus, quo alicui competit ius nominandi personam idoneam instituendam in aliqua Ecclesia, vt definitur. iuspatronatus ab Hosti. *in sum. tit. de iurep.* in princip. Huiusmodi itaque iurepatronatus impeditur libera Ordinarij collatio, adeò vt beneficium patronatum nemini con-

ferre

ferre posit, præterquam præsentato à Patrono, alioquin collatio esset nulla. *cap. decernimus 16. q. 7. cap. ex insinuatione. iun. gl. v. contulisset. de iurep.* 16. idque procedit quocunque modo vacauerit beneficium Patronatum, & etiamsi vacauerit per resignationem. nam licet iuxta visitatorem doctrinam beneficium patronatum resignari posit, absque consensu patroni. *vt docet Calder. cons. 6. de renunc.* & fuisse decisum in Rota, *in vna Hispalen. 2. Dec. 1598.* testatur Mohed. *decis. 268. alias 6. de iurep.* 17. adhuc tamen vacans post resignationem non posset conferri sine consensu Patroni. *cap. decernimus. cit. Abb. in cap. quod in dubys. num. 6. de renunc. Franc. in cap. 1. n. 8. de rer. perm. in 6. Put. decis. 412. lib. 1. Mohed. decis. 267. alias 5. de iurep.* communemque opinionem hanc esse testatur Mandos. *cons. 7. num. 4.* Imò ne quidem permutari possunt beneficia patronata sine consensu patroni. *Fed. de Sen. in tract. permut. q. 30. Couar. pract. quæst. cap. 36. num. 9.* 18. neque vniri. *Abb. in cap. cum accessissent. num. 5. de Constit. Lambert. de iurep. lib. 3. q. 6. art. 2. Couar. loc. cit.* neque commendari possunt beneficia patronata inscio patrono. *gl. in cap. nemo de inceps. v. commendare. de elect. in 6. Paris.* & per eũ allegati *de resig. lib. 2. q. 4. num. 13.* neque pensio imponi potest beneficio patronato sine consensu patroni. *Gig. de pens. q. 23.* hæcque omnia procedunt etiam in patronis fœminis, illæ etenim sunt etiam capaces Iurispatronatus & præsentandi, *vt patet ex tex. cap. dilecto. de testibus. Abb. ib. nu. 2.* & æqualiter reputantur.

19. Vltra prædicta autem multas prærogatiuas alias habet Patronus in sua Ecclesia patronata. Potest enim denunciare beneficiatum si dilapidat bona beneficij sui, vel si scandalosè viuit, habet ius defensionis Ecclesiæ suæ: debetur illi honor præcedentiæ & locus primus in Ecclesia sua: si vergat ad inopiam, debet ipsi subueniri ex prouentibus Ecclesiæ, si nimirum superfit aliquid detractis expensis necessarijs pro Ecclesia. *cap. nobis. de iurepatr. Abb. ib. à num. 5. Mohed. decis. 340. alias 10. de iurep.* Possunt illi circa fundationem reseruari aliquæ honorantiæ siue fructus annuatim percipiendi in recognitionem patronatus. *c. piæ mentis. 16. q. 7. cap. Eleutherius. 18. q. 2.* quos fructus etiam vendere posset. *Abb. in cap. præterea 2. de iurepatronatus.* non potest tamen illi reseruari conditio vt Eccl. diruta reuertatur dos ad ipsum. *Lambert. de iurep. p. 1 lib. 1. q. 5. art. 8. Anchar. cons. 297. num. 7.* Quia nimirum semel Deo dicatum ad vsus humanos non est amplius reuocandum. *c. semel Deo. de reg. iur. in 6. Innoc. in Rub. de iurep. num. 2. Roch. de iurep. verb. Ecclesiam fundauit. q. 3. Rot. diuers. 695. p. 1.* nec potest reseruari conditio vt beneficiatus sit ad nutũ patroni amouibilis. *Lambert. p. 1. lib. 1. q. 9. art. 2. de iurep.* sed de his videatur *idem Lambert. Roch. Curt. Paul. de Citad. de iurep.* nostrum propositum non sinit diutius in istis immorari, quæ indigerent peculiari tractatu.

Sicut autem Episcopus non potest instituere alium quam præsentatum à Patrono in beneficio patronato, ita & patronus nõ potest præsentatũ suũ præsentare alteri instituendum quam proprio Episcopo, *vt notat Abb. in cap. nobis nu. 5. de iurep.* & nouissimè idem ordinauit Concil. Trid. *sess. 14. cap. 12. & 13. de ref.* & si institutio ad tale beneficium patronatum ex aliquo speciali iure spectaret ad inferiorem Episcopo, & esset curatum beneficium, adhuc ius examinandi præsentatum super sufficientia, pertinet 20.

net ad Episcopum, qui etiam repellere posset præsentatum huiusmodi, si videretur minus sufficiens. *id. Conc. sess. 25. cap. 9. de ref.*

21. Acquiritur autem patronis iuspatronatus ex fundatione, constructione, vel dotatione Ecclesiæ. *cap. quoniam. iun. gl. v. fundatores. de iurep. cap. piæmentis, iun. gl. 16. q. 7.* alios autem modos quærendi iuspatronatus, sustulit Conc. Trid. *sess. 24. cap. 12. & sess. 25. cap. 9. de ref.* vbi etiam præscripsit modum probandi iuspatronatus, vt videlicet probetur per scripturas authenticas, vnde non sufficeret probare patronatus ius per testes, vt 22. declarasse Sacr. Congr. Conc. testatur Gonz. *super 8. Canc. gl. 18. num. 79.*

Si tamen ageretur possessorio tantũ, non requirerentur tam exactæ probationes, nec teneretur possidens probare titulum. *Aem. Veral. decis. 69. p. 1.* nec posset remoueri à sua possessione licet non deduceret probationes à Concilio Tridentino, vt supra præscriptas, cum possessionis sit magnum commodum. *Instit. de interdict. §. retinendæ.* nec ab ea de facili quis remouetur. *cap. consultationibus: de iurep.* Vnde in Curia Archiepisc. Neap. resolutum fuisse, quod existente aliquo in quasi possessione iurispatronatus, si post præsentationem moueatur sibi lis, non debeat præsentato ipsius retardari institutio, testatur Genuen. *in prax. cap. 63. num. 21. & nu. 3.* vbi idem fuisse dicit responsum à Sacr. Congr. Conc. Et sufficeret hoc casu possessionem probare per testes, cum possessorium adhorreat altiorem indaginem. 23. *Mohed. decis. 306. alias 4. de fide. instrum. in fine.* & quidem sufficeret probare vnicum actum præsentandi sequuto effectu, hoc est institutione sequuta, alioquin enim non sequuta institutione ex solo actu præsentandi non quæreretur possessio. *Roch. de iurep. v. competens. num. 38. Caputaq. decis. 337. & 339. par. 2. Calder. cons. 12. de iurep. Nau. cons. 3. num. 4. de iurep. in antiq. Rota. diuers. decis. 318. p. 2.* alioquin vnicus actus præsentandi sufficit sequuto effectu ad quærendam possessionem, nisi constaret illum actum præsentandi vi, aut clam, aut precario vsurpatum. *c. cum Ecclesia. iun. gl. v. trium. de causa poss. & propr. Abb. ib. anum. 20.* vbi ponit vtiles circa hoc distinctiones.

Sed vt ad propositum Concilij redeamus quod in probatione iurisp. requirit 24. scripturas authenticas: Scriptura authẽtica dicitur, quæ conficitur per actuarium publicum seu Iudicem cum duorum vel trium testium subscriptione præsentiauè. *cap. cum à nobis. de testib. iun. gl. & alia gl. in c. 1. de fide. instrum. v. si scripturam.* Quoad propositum autẽ scriptura authentica censeretur Bulla Episcopi, seu consensus in scripto datus ad fundandum, construendum siue dotandum: facit enim plenam fidem in his quæ fiunt sine figura iudicij sola scriptura cum sigillo Episcopi, præsertim in his 25. quæ pertinent ad officum ipsius, & vertuntur inter eis subditos. *cap. cessionem. iun. gl. v. literas. de probat. Felin. Dec. ib. Nau. cons. 1. de fid. instrum. in antiq. Gram. cons. ciuil. 24. col. 2. Cas. de Graff. decis. 168. alias. vn. de Paroch. Mohed. decis. 128. alias. 21. de renunc. Aem Veral. decis. 87. p. 3. Rom. sing. 341.* vnde creditur Episcopi literis attestantibus de præsentatione oblata & institutione facta. *Bullam. decis. 211. Mascard. de prob. concl. 991.* creditur etiam literis Episcopi narrantibus vnico contextu renunciationem in eius manibus & collationem factam, certo in eisdem literis expresso tẽpore. *Put. decis. 284. l. 1. Caputaq. decis. 87. p. 3. Mascard. de prob. conclus. 488. num.*

num. 1. Gemin. cons. 57. col. 3. Sic etiam probatur Clericatus solis literis Episcopi, gl. in cap. inter quatuor. de Cler. pereg. Mohed. decis. 128. aliàs 21. de renunc. quæ autem requirantur vt sigillum Episcopi dici possit authenticum, videri possunt Abb. Felin. & DD. in cap. post cessionem. cit. & in cap. scripta. de fid. instrum. Specul. in tit. de procur. §. ratio autem. & in titul. de probat. §. fin. tutius autem est, vt Episcopus actus omnes quos extradit sub sigillo suo, faciat subscribi à Notario publico, vel testibus, vel illos curet extendi per instrumentum publicum notarij, stante præsertim magna in DD. controuersia, quibus nã casibus literis & sigillo Episcopi absq; Notarij publici & testiũ subscriptione fit credendũ; tũ quia & scriptura solius Episcopi potest reprobari per testes. c. cum à nobis. de testibus. Abb. ib. à n. 2. tanto magis quod plures consentiunt in multis huiusmodi literis fidem non adhibẽdam, præsertim in collationibus & resiguationibus beneficiorum vbi agitur de præiudicio tertij. Card. Paris. cons. 236. n. 31. vol. 4. Dec. cons. 463. Alex. cons. 112. lib. 7. maximè verò vbi adest suspicio fraudis, vel antidatæ. Felin. in cit. cap. post cessionem. à num. 3. Rip. in l. admonendi. num. 141. ff. de iureiuran. Selu. de benef. 3. p. quæst. 23. Crescent. decis. 157. aliàs 13. de prob. vnde non creditur ipsis contra prouisum Apostolicum. Mascard. de prob. concluf. 988. num. 3. Bella. decis. 321. Mandos. cons. 50. & est vulgaris Romanæ Curiæ vsus, de quo testatur Rot. decis. 1. de prob. in antiq. Similiter non creditur literis Episcopi attestantibus resignationem coram ipso factam per procuratorem habentem mandatum, nisi constet de mandato. Put. decis 400. num. 4. lib. 1. Mascard. de prob. concluf. 1227. à num. 36. Bellam. decis. 253. nec creditur literis huiusmodi attestantibus de resignatione facta, vbi posset adesse suspicio fraudis. Mascard. cit. concluf. 988. Paris. de resig. lib. 8. quæst. 11. num. 41. quæ fraus facile præsumitur in allegatione renunciationis cũ beneficio multis sudorib. quæsito non facile quis renunciare præsumatur. Abb. in cap. super hoc. de renunc. not. 2. Card. Paris. cons. 10. num. 64. vol. 1. idcirco non creditur resignationem alleganti, nisi illam probet. Mascard. de prob. concl. 1263. & 1272. & esse communem DD. opinionem testatur Paris. de resig. loc. cit. circa finem. vbi tamẽ cessant suspiciones fraudis vel vbi adsunt adminicula excludentia fraudem, creditur per omnia literis Episcopi. Achil. de Graß. decis. 7. & 8. de prob. Caputaq. decis. 146. lib. 1. Mascard. de prob. concluf. 991. Put. decis. 101. & 136. lib. 2. & similiter plene creditur talibus literis in præiudicium scribentis. Abb. in cap. 2. num. 2. de fid. instrum. Mascard. concluf. 626. de prob. Et hæc de literis Episcopi.

Non solũ autem originalis scriptura probat, sed etiam exemplificata per Notarium publicum, in casu si originalis vetustate consumatur, vel si exemplatur eo quod timeatur periculum dependitionis: dummodo tamen exempletur authoritate ordinarij. c. fin. de fid. instrum. Abb. ib. num. 7.

Libri quoque Notariorum in quibus extenduntur consensus dati ad fundandũ, dotandũ, construendũ, & generaliter in quibus connotãtur facta seu concessa per ordinariũ, censentur authentici. cap. quoniam. de prob. iun. gl. v. duos. creditur enim libris officialiũ in his quæ spectant ad eorũ officiũ. Bart. in l. quædã. §. nummularios. ff. de eden. Menoch. de arb. casu. 91. n. 3. Alex. cons. 136. l. 2. Rom. cons. 319. Fed. de Sen. cons. 119. præsertim si libri tales reputantur communiter pro con- 26.

tinentibus acta officij. *Gemin. cons. 15. nu. 19.* vel si habentur pro actis publicis, omnia enim acta publica censentur authentica. *Dec. in c. 2. de fid. instrum. nu. 2.*

27. Libris item Chronicorum seu Historiæ, plenè probatur erectio seu fundatio alicuius beneficij, vt fuisse decisum in Rota *in vna solet. coram Acorambono. 8. Iuny. 1552.* testatur Aemil. Veral. *decis. 162. p. 2.*

28. Libris item antiquis, vel etiam Censualibus Canonicorum vetustis, & præsertim si asseruantur in loco non suspecto, probantur fines Diœcesum. *c. faue 24. q. 2. iun. gl. v. eorundem. c. cum causam. de prob. c. ad audientiam. de script. Innoc. Abb. ib. & arg. l. illatæ. C. de fid. instrum.* Creditur & libris Visitationum, sed quoad visitationem personarum, Sacramentorum, & aliorum pertinentium ad officium Visitationis, vt tenuisse Rot. *in vna Conquen.* coram Vestano, refert cit. Aemil. Veral. *decis. 160 p. 2.* Ad probandum autem iuspatronatus non esse sufficientes eosdem libros Visitationū cum fiant sine causæ cognitione, contēdit *Genuen. in prax. c. 63. num. 17.* Sed in illis & alijs quibuscuis scripturis attendenda est locorum consuetudo, quæ si obtinuerit fidem adhibendam aliquibus libris vel scripturis, censebuntur authentici libri & scripturæ huiusmodi: consuetudo enim potest dare fidem scripturæ alias non authenticæ. 29. *c. cum dilectus de fid. instrum. Abb. ib. nu. 5. Rota. diuers. decis. 789. p. 1.* Tanto magis si concurrant adminicula, vt quod scriptura sit antiqua, & de facto antiquo, vel si adsint testes, fama. *c. cum causam. de prob. & l. instrumenta. C. eo. tit.*

Pro authenticis documentis etiā habentur dicta testium, si scripturæ deperdantur, & res sit antiqua. *c. cum olim. de priuil. Innoc. Abb. & gl. ib.* æquiualent instrumentis depositiones testium. *l. in exercendis. C. de fid. instrum.*

Sufficit autem in probatione iurispatronatus, si probetur fundatio, licet nō 30. appareat de reseruatione iurispatronatus. Sola enim fundatione quæritur, licet specialiter non reseruetur iuspatronatus, cum sit quid consecutiuum concessionis datæ ad fundādam, & hoc ipso transmittitur ad hæredes. *Abb. inc. significauit de testib. Lambert. de iurep. p. 1. quæst. 2. art. 3. lib. 1. Calder. de iurep. cons. 3. Staphil. tit. de prærog. iurisp. nu. 5. Rota. decis. 222. p. 1. & decis. 85. par. 2. diuers.* Secus in iurepatronatus ex dotatione, non enim quæritur iuspatronatus ex dotatione qualibet, vel ex ea quod donatur quid modicum. *vt notat gl. in cap. quicunque. 16. quæst. 7.* sed illa tantum quæ fit non vi donationis, sed in dotem circa Constitutionem Ecclesiæ. *cap. piæ mentis. 16. quæst. 7. Abb. cons. 106. num. 2. par. 2.* vel ex illa quam concedere potest Episcopus tantum in casu quo Ecclesia esset prorsus indotata. *Roch. de iurep. q. 2. ver. dotauit.* & fuisse decisum in Rot. coram Millino *Anno 1599. in vna Sarnen.* nimirum quod non potuerit per augmentum dotis acquiri iuspatronatus in beneficio simplici habente dotem 16. ducatorum, refert Genuen. sæpius *cit. in prax. cap. 100. in fine.* similiter non ex qualibet constructione acquiritur iuspatronatus, sed ex ea tantum quæ fit de nouo, vel priore Ecclesia funditus diruta & prostrata: 31. idque cum consensu Episcopi permittentis constructionem cum conditione acquirendi iurisp. nam non sufficeret, si Ecclesia esset lacera, vel si careret tecto, vel similibus, & repararetur, ex tali enim reparatione iuspatronatus acquiri non posset. *gl. sing. in cap. quoniam. de iurep. Abb. ib. num. 8. Rot. diuers. decis.*

306. &

306. & 598. par. 1. Lambert. de iurep. lib. 1. p. 1. quæst. 6. art. 63. Et hoc vtroq; casu, tam dotationis quam reparationis deberet prius moneri patronus, si quis fuerit Ecclesiæ indotatæ vel dirutæ, vt dotet vel reparet sufficienter. arg. tex. cap. cum sicut. de consecr. Eccles. & demum si renuerit reparare, concedenda reparatio alteri cum acquirendo patronatu, ita nimirum vt prior Patronus desinat esse Patronus collapsæ Ecclesiæ si non curat reparandam; nisi habuerit patronatum, non ex sola constructione, sed etiam ex dotatione, tunc enim nó amitteret vtiq; in toto suum iuspatronatus, sed tamen & construens de nouo acquireret cómunicationem istius patronatus, nec repugnaret esse duos patronos in vna eadem Ecclesia, cum possint esse etiam plures ex pluribus causis diuersis. Abb. cons. 106. cit. & in c. cit. quoniam. de iurep. nu. 9. & 11.

Est & alius modus probandi iuspatronatus à Conc. lo. sup. cit. præscriptus, vt videlicet probari possit per multiplicatas præsentationes cum præscriptione tẽporis immemorabilis. Sed ad hoc requiritur, vt præsentationes præcesserint continuatæ per annos ad minus 50. & quod sortitæ fuerint suum effectum. Calder. de iurep. cons. 12. Dicuntur autẽ præsentationes sortitæ effectum, quando illorum virtute secuta fuit institutio, & possessio beneficij apprehensa, vt etiã supra notauimus. Crescen. decis. 5. de iurep. Caputaq. decis. 131. & decis. 418. p. 2. Oldrad. cons. 229. Rot. diuers. decis. 167. p. 1. Immemorabilis vero computanda est ad diem motæ litis, vt declarasse Sac. Cong. Concil. testatur Gonz. cit. gl. 18. num. 89. 31.

Hæc tamen immemorabilis non suffragaretur etiam cum præsentationibus continuatis, quando constaret de initio inualido, vt si constaret iuspatronatus fuisse vsurpatum, vel ex priuilegio, talia enim iurapatronatus non obstante præscriptione abrogauit Conc. Trid. lo. sup. cit. vt obseruat Couar. in Reg. possessor. p. 2. §. 3. Genuen. lo. cit. nu. 5. hocq; idem respõdisse S. Cong. Conc. testatur Gonz. lo. cit. n. 48. Tanto minus prodesset immemorabilis, si appareret interceßisse malam fidem. c. fin. de præscrip. & c. 1. eo. tit. in 6. Genuen. lo. cit.

Probata autem immemorabili præsumetur iuspatronatus fuisse ex fundatione, licet hoc non appareret. Cassad. decis. 7. de iurep. Rot. diuers. p. 1. decis. 792. in fin. idemq; respondisse S. Cong. Conc. refert Genu. lo. cit. in prax. c. 63. nu. 14. Si nimirum iuspatronatus fuerit alicuius priuatæ personæ. Crescent. decis. 1. de iurep. alioquin enim si iurispatronatus fuerit Principum, Magnatum, vel alicuius vniuersitatis, præsumetur potius ex vsurpatione, præsertim si fuerit in locis, in quibus huiusmodi Magnates exercent iurisdictionẽ. Ant. de Butr. in c. dilectus. nu. 12. de off. leg. Put. decis. 59. lib. 1. Mohed. decis. 2. & 10. de iurep. Lambert. de iurep. q. 11. art. 7. p. 2. lib. 1. prout in Italia, vbi iurapatronatus in personis potentioribus & communitatibus etiam 33.
parnorum locorum præsumuntur communiter vsurpata. Achil. de Graff. decis. 317. alias 4. de iurep. Aem. Veral. decis 128. par. 2. & in facto resolutum fuit in Rot. in vna Bononien. coram Gipsio. 20. Mart. 1589. & idem habetur decis. 229. & decis. 407. Rot. diuers. p. 1.

Non requiritur autem talis rigor in probando iurepatronatus, si agatur non 34.
contra Ecclesiam, sed tantum inter ipsos Patronos seu præsentantes. Lambet. lo. cit. par. 1. lib. 1. art. 5. quæst. 11. Mohed. decis. 133. alias 5. de appellat. Cassad. decis. 1. de prob. Rot. locis cit. par. 1. diuers. hoc-

que idem decisum fuisse in Rota *in vna Firmana iurisp.* coram Pamphilio *12. Iuny. 1588.* & *alia Lauden.* coram Orano. *28. Iunij. 1595.* testatur Genuen. *in prax. c. 100. nu. 2.*

35. Descendentes autem patroni vltra prædicta requisita probationum, tenentur etiam probare ius deuolutionis iustum quo efficiuntur patroni. Et quidem deuolutionis sunt modi plures. Vti primo deuoluitur ius patronatus cum hæreditate. *cap. quoniam. cap. cum sæculum. iun. gl. v. emptorum. de iurep.* Et tum probari debet eum qui iuspatronatus prætendit, esse hæredem successionis; sola enim sanguinis hæreditas non tribuit iuspatronatus. Vnde filia dotata nõ succedens Patri extantibus masculis, & filius qui repudiauit hæreditatem Patris, repelluntur à iure præsentandi. *Abb. in c. cum sæculum. cit. Zecchus de benef. c. 12.* nisi testator ordinauit, vt in iurepatronatus succedant omnes hæredes sanguinis. *Anch. cons. 81.* Similiter licet in iurepatronatus succedatur in stirpes non in capita. *Clem. plures. de iurepatr.* tamẽ si iuspatronatus debeatur iure donationis, vel legati facti toti alicui familiæ, omnes de familia in capita æquè succedunt. *Lambert. de iurep. p. 2. lib. 1. art. 25. quæst. 1. princip.* Donatum etiam iuspatronatus communitati vel Collegio, ad omnes æquè pertinet; non tamẽ singulariter ad singulos, sed collectiuè, ita vt tota communitas constituat vnũ actum præsentationis, & vnam vocem. *Felin. in c. pastoralis. 1. de rescript. num. 9. Cassad. decis. 2. de iurep. Selua. de benef. p. 2. q. 17. à n. 14. Rot. diuers. decis. 408. p. 1.*

36. Deuoluitur etiam iuspatronatus Legato, vel donatione. *c. ex insinuatione. de iurep.* sed requiritur consensus Episcopi, si donetur Laico vel Clerico nomine proprio iuxta cõmuniorem opinionem, quam firmat *Abb. in c. cum sæculum. sup. cit. n. 6. & in Clem. fin. de iurep. nu. 7. & Rot. diuers. decis. 574. p. 1.* Licet si donetur Ecclesiæ vel dignitati Ecclesiasticæ etiã sine cõsensu Episcopi donatio sit valida. *gl. in cit. c. ex insinuatione. v. contulisset. de iurep. Abb. lo. cit. Ioan. Andr. ib.* Similiter valida cẽsetur donatio iurisp. sine consensu Epis. si fiat compatrono. *Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. de const. n. 89. Lambert. de iurep. lib. 1. p. 2. q. 1. art. 12.* [hancq; opinionem magis cõmunẽ & approbatã in Rot. Rom. testatur Achil. de Grass. *decis. 323. alias 10. de iurep.* & Aemil. Veral. *decis. 132. p. 2.* Casu vero quo requireretur in huiusmodi donationibus consensus Episcopi, sufficit si subsequatur. *Fed. de Sen. in tract. perma. q. 15. & 34. Genu. sup. cit. c. 63. nu. 20.* vt etiam collatio beneficij patronati in suo patrono facta, conualidatur patroni cõsensu superueniẽte. *Hostien. in sum. § fin. vers. quid si Ecclesia vacante. de iurep. Felin. in c. cum. Bertoldus. num. 9. de re iud. Ioan. Andr. in c. per nostras. de iurep.* Dũmodo tamen subsequatur consensus Episcopi viuente patrono, alioquin enim illo mortuo consensus dari non posset in præiudicium hęredis. *arg. l. fin. ff. com. præd. Host. in sum. tit. de præscrip. rer. immob. §. quæ res præscribi possunt. vers. hæ autem.* Hoc idem multis probat Abb. *q. 5. incip. Augerio.* Lambert. *de iurep. p. 2. lib. 1 art. 17.* sed contrarium tenet Dec. *cons. 639. nu. 4.* Roland. *cons. 97. à n. 37. vol. 1.* Selua. *de benef. q. 6. nu. 11.* hancque posteriorem opinionem magis communẽ & probatam à Rot. *in vna Pientina beneficii* coram Coccino, *anno 1609.* refert Genuen. *lo. sup. cit. c. 63. num. 28.*

Deuoluitur item iurispat. vendita hæreditate. *c. cum sæculum. cit.* si nimirum venditur illc locus vbi sita est Ecclesia patronata vniuersaliter, alioquin enim si ven-

si vendantur aliquæ partes vel iura aliqua, non censebitur transire iusp. cum venditione. *Abb. in c. ex literis. nu. 10. de iurep.* Nec transit cũ venditione vniersitatis bonorum, si expressè excipiatur. *6. ex literis. cit. Abb. ib. nu. 1.* verum nisi excipiatur expressè, trãsit cum donatione vel venditione vniuersitatis bonorum. *Abb. lo. cit. Put. decis. 351. lib. 2.* & tenuisse Rot. *in vna Cremonen.* coram Seraph. *3. Mart. anno 1586.* testatur Genuen. *in prax. cit. c. 101. num. 3* Nec requiritur Episcopi consensus cum venditur iuspat. cum vniuersitate bonorum. *Abb. in cap. illud. nu. 4. lo. cit.*

37. Ipsum autem iuspatronatus per se vendi non potest absq; labe Simoniæ, & vendens patronus illo priuaretur ipso facto, rediretq; Ecclesia ad libertatem. *c. quia Clerici. c. de iure. lo. cit. de iurep.* Imò etiam donationem iurisp. propter seruitia, & in recõpensam meritorum esse Simoniacam iudicauit Rot. *in vna Callaguritana præeminentiarum. 24. April. 1592.* coram Gypsio, vt refert Genu. *in prax. cit. c. 102. nu. 3.*

38. Et non solum cum venditione, sed etiam cum feudo & Emphyteusi, vel alio vili Dominio transit iusp. *c. cum sæculũ. cit. DD. ibid.* Transit & cum sequestro ad illum penes quem est sequestrum, sine sequestretur per se, siue cũ vniuersitate bonorũ. *Lambert. de iurep. p. 2. lib. 1. art. 3. q. 9. princ.* Non tamen transit in locatorem cum locatione bonorũ. *Lambert. de iurep. p. 1. li. 1. art. 2. q. 8. princ. Roch. de iurep. v. ipse vel is à quo. q. 26.* præsertim si locatio sit ad breue tempus. Nec transit pignorato feudo ad creditorem, cum creditor nõ faciat pignoris fructus proprios. *Abb. in c. ex literis. n. 5. de iurep.*

Deuoluitur & cum confiscatione bo-
39. norum. *Abb. in c. cum Clerici. & in c. nobis. nu. 3. de iurep.* Idq; etiamsi per sentẽtiam Iudicis sæcularis fiat confiscatio. Solo tamen iurep. absque abiudicatione vniuersitatis bonorum, non potest quis priuari per sentẽtiam Iudicis sæcularis. *Abb. in c. cum Clerici. cit.* Nõ solum autẽ transit cum alienato fundo, sed quãdoq; amittitur sine amissione bonorũ, sicuti patronus occidens Sacerdotem vel Clericum Ecclesiæ suæ, amittit iuspatronatus, & ipsius filij vsq; ad quartam generationem efficiuntur inhabiles ad ordines & beneficia. *c. in quibusdam. de pœnis. Abb. ib. nu. 1.*

Amittitur iuspat. & propter hæresim, infidelitatem, seu à fide apostasiam. *Abb. in c. nobis. de iurep.* Hæreticus enim & infidelis, vel Iudæus, est incapax iuris isp. nec illud aliquomodo acquirere potest, *vt colligitur ex tex. iun. gl. in c. maximum. 1. q. 7. Abb. in cit. c. nobis. nu. 3.*

Similiter & excommunicatus amittit iuspat. quoad effectum tamen exequutiuum tantũ, ita quod non possit præsentare quam diu est excommunicatus, & si præsentat, præsentatio eius est inualida. *Abb. lo. cit. Lambert. de iurep p. 1. lib. 2. q. 2. princ. art. 2.* imò & institutio quæ sequeretur ex præsentatione data ab excommunicato, esset omnino nulla, *vt notat. Nau. cons. 2 de iurep. in antiq.*

Et vt finem faciamus materiæ iurisp. quæ diffusior est, quam vt instituto nostro comprehendi possit, illud iterũ notemus, iuspat. esse adeo priuilegiatũ, vt neque collatio ordinarij illud impedire possit, neque reseruationes Papæ illi derogare censeantur, nisi hoc Papa exprimat, & hoc indulgent iura Laicis quo alliciantur ad subuẽiendum Ecclesijs. *vt not. gl. v. collatio. in cap. 2. de præb. in 6. Franch. ib. nu. 8. Steph. lo. sup. cit. de prærog. iurisp.* Tanto magis si iuspatro natus 40.

fuerit Regum seu aliorum supremorum Principum, isti enim ne quidem Concil. Trident. *loc. sup. cit.* dicta sua ordinatione de modis probandi iuspatr. derogauit, *vt patet ex tex. ipsius. Concil.* & semper censetur exceptum à derogationibus etiam expressis qualecunque illud sit. *Lambert. de iurep. par. 3. lib. 1. quæst. 9. art. 1. Staphil. sup. sing. grat. de modis impetr. Couar pract. q. c. 36. Card. Paris. cons. 114. à num. 14.*

Iuripatronatus tamen Ecclesiastico seu quod Clerico competit ratione alicuius beneficij Ecclesiastici, derogari solet. *cap. dilectus. de præb.* Et quidem etiam per simplicem collationem Papæ absque aliqua expressione censetur illi derogatum. *Cassad. decis. vlt. de iurep.* illiq; derogari per regulas Cancellariæ multis probat Gonz. *cit. gl. 18. à princ.* sed hoc speciale videtur habere iuspatronatus Ecclesiasticum, quod illi non censetur derogatum, illo textu Concil. Trident. *sess. 25. cap. 9. de ref.* vt resolutum fuisse in Rot. *in vna Tirasonen. iurispræsentandi.* coram Bubalo. *25. Maij. 1588.* refert Genuen. *in cit. prax. cap. 100. num. 10.* Si verò iuspatronatus pertineat ad Clericum ratione proprij patrimonij vel bonorum quorumcunq; Sæcularium, censebitur per omnia vt laicale, nec illi derogari solet. *gl. sing. v. præsentare. in cap. cum dilectus. de iurep. Abb. ib. num. 4. Couar. pract. quæst. cap. 36. Staph. loc. sup. cit. num. 2.* Itidem si Clericus insimul cum laico sit patronus, gaudebit priuilegio laici nec afficietur reseruationibus. Sicut & è conuerso laicus tali casu gaudebit priuilegio Clerici in fauorabilibus. *vt latè Felin. in tract. quando lit. Apostol. noceant. limit. 3.* vbi dicit opinionem hanc esse communem. *Idem tenet Couar. loc. cit. nu. 3. Roch. in tract. iurisp. q. 7. Lambert. eodem. tract. p. 3. lib. 2. q. 9. art. 9. Achil. de Graff. decis. 316. alias 3. de iurep. Cassad. decis. 7. de iurep. Mandos. in 1. Reg. Canc. quæst. 8. à num. 8. Redoan. in tract. de reb. Eccl. non alien. quæst. 31. num. 9.*

Tertiò limitatur Episcopi potestas in conferendis beneficijs, priuilegijs Legati à latere vel Legati missi seu Nuncij. isti enim conferre possunt beneficia prouinciæ in qua sunt Legati si ipsis à Sede Apostolica fuerit concessum, vel iuxta distinctionem. *cap. 1. de off. leg. in 6. & cap. si à Sede. de præb. ibid. in 6. Abb. in cap. fin. num. 8. de confir. vt vel inut. & in cap. dilecto. num. 4. de præb. Paris. de resig. lib. 7. q. 13.* 41.

Similiter limitatur Episcopi potestas in beneficijs conferēdis priuilegijs particularium, puta Prælatorū, aliquorū vt Abbatū, Priorum. isti enim habent quandoque particularia priuilegia super aliquibus beneficijs conferendis. *arg. tex. Clem. vn. de suppl. negl. præl. Abb. in c. Abbatem. num. 1. de rescrip.* vel si capitulum habeat liberam electionem aliquorum beneficiorum. *cap cum in Ecclesiis. de præb. in 6. c. si capitulo. de concess. præb. ibid. in 6.* vel si vnâ cum Episcopo conferre soleat capitulum. *cap. postulastis. de præb.* Imo omnes præbendæ Ecclesiæ Cathedralis præsumuntur de iure esse simultaneæ collationis Episcopi cum capitulo. *Put. decis. 172. lib. 3. Cassad. decis. 22. de præb.* vel si habeat alternatiuam collationem Episcopus & capitulum. *arg. tex. cap. vlt. de præb. in 6. iun. gl. v. statuto.* 42.

sicut & plures Patroni vnius Ecclesiæ, possunt inter se instituere alternatam de præsentando. *Clem. fin. de præb. Abb. in cap. querimoniam. num. 5. eo. tit.*

ARTI-

ARTICVLVS II.

Quæ beneficia conferre possit Episcopus.

1 EPiscopus confert omnia beneficia præter reseruata.
2 Episcopus ad curatum reseruatum eligit vnum ex concurrentibus cui beneficium illud debet conferri.
3 Beneficia vacantia per resignationem quocunq; mense liberè confert Episcopus.
4 Episcopus potest admittere resignationes permutationis causa.
5 Hospitalia, præstimoniæ & alia beneficia manualia non afficiuntur reseruationibus.
6 Concordata Gallarum.
7 Concordata Poloniæ.
8 Concordata Germaniæ.
9 Concordata sunt fauorabilia & latè interpretanda.
10 Concordatis non potest derogari per coadiutorias.
11 Beneficium existens extra prouinciam concordatam quando continetur sub concordata.
12 Beneficia reseruata vacantia vltra mensem an conferre possit Episcopus.
13 Reseruationes Papæ fiunt ad beneplacitum ipsius quod morte expirat.
14 Resignationem reseruatorum an possit admittere Episcopus.
15 Beneficio resignato priuari quis potest per Ordinarium.
16 Prouisus à Papa in forma dignum, potest examinari per Ordinarium & repelli si fuerit indignus.
17 Episcopus potest examinare causas dispensationis obtentæ & non admittere dispensationem ex falsa causa obtentam.
18 Episcopus potest deputare Oeconomum in beneficio reseruato vacante.
19 Episcopus conferre potest beneficia patronata, si patronus sit negligens in præstando.
20 Patronus laicus variare potest accumulando plures præsentatos.
21 Episcopus potest patronis prorogare tempus à iure datum ad præsentandum.
22 Patronis litigantibus quomodo Episcopus debeat prouidere beneficio patronato.
23 Episcopus potest gratificare vni ex pluribus præsentatis à patrono.
24 Patronus non potest præsentare seipsum: sed Episcopus potest illi gratificare.
25 Patronus præsentare potest filium suum si sit idoneus.
26 Beneficium potest conferri digno omisso digniori.
27 Institutio ad beneficia ad solum spectat Episcopum.
28 Episcopus si denegat institutionem recurrendum ad superiorem.
29 Episcopi iurisdictio in subditos est maior quam illa quæ deuoluitur ad Archiepiscopum per appellationem.
30 Archiepiscopus quando supplere possit negligentiam Episcopi.
31 Dispensatio quandoq; est debita.

32 Archie-

32 *Archiepiscopus nil habet plus quam Episcopus, nisi in casibus in iure expressis.*
33 *Archiepiscopus est Ordinarius suorum suffraganeorum.*
34 *Episcopus quomodo committere possit collationem beneficiorum.*
35 *Episcopus potest committere receptionem resignationis & institutionem beneficij resignati.*
36 *Patronus præsentare potest in vim faciendæ resignationis.*
37 *Vicarius Episcopi non potest conferre beneficia sine facultate expressa.*
38 *Vicarius non potest recipere resignationes, nisi habeat facultatem expressam.*
39 *Vicarius priuare non potest, nisi ipsi expressè fuerit concessum.*
40 *Vicarius conferre potest beneficia patronata, sine expressa commissione.*
41 *Archiepiscopus non potest conferre beneficia collationis Episcopi.*
42 *Capitulum Sede Vac. non confert beneficia collatione Episcopi.*
43 *Capitulum Sede Vac. potest commendare ad tempus beneficia Episcopalia.*
44 *Capitulum Sede Vac. potest instituere præsentatos à patronis.*
45 *Capitulum Sede Vac. an possit recipere resignationes beneficiorum etiam causa permutationis.*
46 *Capitulum Sede Vac. succedit in his quæ sunt necessariæ iurisdictionis.*
47 *Capitulum an possit præscribere collationem beneficiorum Episcopaliū Sed. Vac.*

EXceptis itaque casibus præmissis Episcopus liberè confert beneficia suæ Diœcesis vt dixim⁹. Quin imò etiam in casibus istis limitatis quandoque retinet plenam suam potestatem. 1.

Vt primo ad Parochiales Ecclesias vacantes in mensibus Papæ reseruatis, ille solus debet proponere edicta concursus, & examinare concurrentes, & ex illis eligere vnum instituendum à Papa, vel eius Legato seu Nuncio ad beneficium reseruatum, ex Ordinatione Conc. Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* Dummodo tamen infra quatuor menses expediat suum examen, & concursum, præsentetque electum instituendum iuxta præscriptum Constitutionis Pij V. *incip. In conferendis.* quam infra referemus. 2.

Confert & in reseruatis mẽsibus vacãtia per resignationẽ, huiusmodi enim beneficia nõ afficiuntur reseruationibus quocunque mense vacauerint, sed liberè conferri possunt ab eo in cuius manibus resignantur, dummodo habeat ordinariam conferendi potestatem, *vt patet ex tex. Reg. 8. Canc. sup. relata.* quæ illis verbis (*alias quam per resignationem*) excipit expresse à reseruatione vacantia per resignationem; excepti autem casus firmant demum regulam in contrariũ. *Aem. de fals. in tract. reseru. q. 3. princ. in fin. Mohed. decis. 134. aliàs 10. de præb. Ad hoc facit. Rot. decis. 575. & 674. & 700. 3.p. lib. 3. diuers. Gabr. cons. 199. lib. 2. Gonz. super 8. Canc. gl. 14. Geor. Branden. super concord. Germaniæ. q. 12.* Et hac ratione deducit Gonz. *loc. sup. cit. à num. 32.* Episcopum conferre posse resignata causa permutationis quocunque tempore resignentur. Nisi tamen beneficia resignata fuerint affecta aliqua alia reseruationis specie, nam talia beneficia licet resignari possint in manibus ordinarij, non possunt tamen ab alio conferri quam à Papa, cui manent affecta & reseruata quocunque mense resignentur. *Cassad. decis. 4. num. 9. de præben. Rot. per Bisign. decis. 5. de renunc.* vnde hoc casu tutius esset vt resignantes reseruata beneficia permutatio- 4.

nis

nis causa, recurrant ad Papam. *Caputaq. decis. 45. par. 1. & decis. 78. par. 3. Paris. de resig. lib. 7. q. 14. num. 7.*

Et quoniam incidenter attigimus resignationes permutationis causa, illud etiam non videtur permittendum, quod vocatur in dubium à Paris. *lo. cit. lib. 5. quæst. vlt. in fin.* an nimirum Episcopus possit admittere permutationes beneficiorum, præsertim propter Constitutionem Pij PP. V. qua suspenderat facultates Ordinariorum in recipiendis resignationibus, tam permutationis causa, quam alijs omnibus. Et dicendum videtur affirmatiuè. Nam ista suspensio relaxata fuit ab eodem PP. Pio V. alia Constitutione *incip. Quanta Ecclesiæ Det.* præsertim in illis verbis. *Ad hæc beneficiorum & officiorum permutationes, admittere, quæ Canonicis Sanctionibus & Apostolicis Constitutionibus permittuntur.* Ex quibus verbis aperte potest suspensionem illam relaxatam fuisse, & facultatem Ordinariorum in permutandis beneficijs remanere in terminis iuris communis, *vt optime notat Gonz. sup. 8. Canc. gl. 14. num. 30.* ius autem commune permittit permutationes beneficiorum per Ordinarios faciendā, *vt sunt clar. tex. c. cum olim. cum vniuersorum. de rer. permut. c. vn. eo. tit. in 6. & Cle. vn. eo. tit. Fed. de Sen. de permut. benef. n. 3. Rebuff. in prax. eo. tit. num. 36.* & neminem in hoc vidi dubitare præter Paris. cit. idq; nullo fundamento.

5. Confert præterea Episcopus Præstimonia, Hospitalia, beneficia manualia, seu ad nutum amouibilia nulla reseruatione obstante, neque enim hæc afficiuntur reseruationibus. *Staph. lo. cit. sup. de noua form. expect. num. 29. Gonz. lo. cit. gl. 5. §. 6.* signanter autem de Hospitalibus loquitur. *Clem. per literas. de præb.* quia nimirum ista non veniunt appellatione beneficiorum. *Felin. in cap. de quarta. num. 9. de præscript.* adhibita tamen distinctione supra alia occasione à nobis relata, de eisdem Hospitalibus.

Confert item non obstantibus reseruationibus, quando ipsi speciali aliquo priuilegio hoc fuerit indultum, siue toti alicui Prouinciæ, sicuti Nationi Gallicæ, Polonicæ, Germanicæ vi concordatorum cum Sede Apostolica quædam specialia circa beneficiorum collationem sunt concessa, quorum concordatorum tenores quo vtilitati Lectoris inseruiant, hic referre volumus, & primo Regni Franciæ concordata cum Leone X. *in Concil. Lateranen.* quoad beneficiorum dispositionem sunt, *vt sequuntur.*

Sacro approbante Concilio, & infra. de eorundem fratrum consilio & vnanimi consensu, ex certa nostra scientiæ & potestatis plenitudine statuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, loco dictæ pragmaticæ constitutionis, ac omnium & singulorum Capitulorum in ea contentorum in dicto Regno Delphinatu & Comitatu Dien. ac Valentinen. infra scriptæ obseruentur Cōstitutiones, videlicet quod Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesiis in Regno Delphinatu & Comitatu prædictis nunc & pro tempore etiam per cessionem in manibus nostris, & successorum nostrarum Rom. Pontif. Canonicè intrantium sponte, factam vacantibus, illarum Capitula & Canonici ad electionem seu postulationem inibi futuri Prælati procedere non possunt, sed illarum occurrente huiusmodi vacatione Rex Franciæ pro tempore exi-

stens, vnum grauem Magistrum seu Licentiatum in Theologia, aut in vtroque seu altero iurium Doctorem, aut Licentiatum in vniuersitate famosa, & cum rigore examinus, & in vigesimo septimo suæ ætatis anno ad minus constitutum, & alias idoneum, infra sex menses à die vacationis Ecclesiarum earundem computandos nobis & successoribus nostris Rom. Pontif. seu sedi prædictæ nominare, & de persona per Regem huiusmodi nominata per nos & successores nostros, seu sedem prædictam prouideri, & si contingeret præfatum Regem personam talem per nō qualificatam ad dictas Ecclesias sic vacantes nominare, per nos seu successores, seu sedem huiusmodi de persona sic nominata eisdem Ecclesiis minime prouideri debeat, sed teneatur idem Rex infra tres alios menses à die recusationis personæ nominatæ non qualificatæ solicitatori nominationem non qualificatam prosequenti consistorialiter factæ intimandæ computandos, alium supra dicto modo qualificatum nominare; alioquin vt dispendiosè Ecclesiarum huiusmodi vacationi celeriter consulatur, Ecclesiæ tunc sic vacanti, per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi de persona, vt præfertur qualificata, nec non Ecclesiis per obitum apud sedem prædictam vacantibus semper nulla dicti Regis præcedente nominatione libere prouideri possit. Decernentes Electiones contra præmissa attentatas, ac prouisiones per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi factas, nullas & inualidas existere; consanguineis tamen præfati Regis, ac personis sublimibus & causa rationabili & legitima nominatione & Apostolicis literis exprimenda, necnon Religiosis mendicantibus reformatis eminentis scientiæ, & excellentis doctrinæ, qui iuxta sui Ordinis regularia instituta ad gradus huiusmodi assumi non possunt sub prohibitione præmissa minime comprehensis, sed de eorum personis dictis Ecclesiis pro tempore vacantibus ad dicti Regis nominationē per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi libere prouideri possit. Monasteriis verò & Prioratibus Conuentualibus & verè electiuis, videlicet, in quorum electionibus forma capituli Quia propter seruari, & cōfirmationes electionum huiusmodi solemniter peti cōsueuerunt, in Regno Delphinatu, & comitatu huiusmodi nunc & pro tempore etiam per similem cessionem vacantibus, illorum cōuentus ad electionem seu postulationem Abbatis seu Prioris procedere non possint, sed idem Rex occurrente huiusmodi vacatione religiosum eiusdem Ordinis in ætate viginti trium annorum ad minus constitutum, infra simile tempus sex mensium à die vacationis Monasteriorum & Prioratuū huiusmodi computandorum nobis & successoribus nostris, aut sedi huiusmodi nominare, & de persona huiusmodi per regem Monasterio vacanti nominata, per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi prouideri, Prioratus vero personæ ad illum per eundem Regem nominatæ cōferri debeat. Si verò idem Rex Presbyterum secularem, aut Religiosum alterius Ordinis, aut minorem viginti trium annorum, vel alias inhabilem nobis aut successoribus nostris infra dictum semestre, seu sedi huiusmodi nomnarit, talis nominatus recusari & nullatenus sibi prouideri

uideri debeat, sed Rex ipse inf. trimestre à die recusationis supradicto modo intimanda computandos, alium modo supradicto qualificatum Monasterio, seu Prioratui tunc vacanti nominare, & de persona ad Monasterium nominata illi prouideri, ad prioratum verò nominato prioratus ipse per nos & successores nostros, seu sedem prædictam conferri debeat, alioquin dictis nouem mẽsibus effluxis, nulla seu de persona minus idonea & modo præmisso non qualificata facta nominatione, ac etiam vacantibus apud sedem prædictam, semper etiam nulla dicti Regis expectata nominatione, per nos & successores nostros, seu sedem prædictam Monasteryis prouideri, prioratus verò personis vt præfertur qualificatis duntaxat conferri libere possint; Electiones autem & illarum confirmationes, nec non prouisiones per nos & successores nostros, & sedem prædictam contra præmissa pro tempore factas, nullas, irritas & inanes esse decernimus. Per præmissa tamen non intendimus in aliquo præiudicare Capitulis Ecclesiarum & Cõuentibus Monasteriorum & Prioratuum huiusmodi, priuilegia à sede Apostolica proprium eligendi Prælatum obtinentibus, quominus ad electionem Episcoporũ ac Abbatum & Priorum iuxta priuilegia eis concessa liberè procedere possint, iuxta formam in eorum priuilegijs contentam, & si in eorum priuilegijs forma aliqua expressa non fuerit, tunc formam Conc. Generalis, Quia propter seruare teneantur, dũmodo de priuilegijs sibi cõcessis huiusmodi, per literas Apostolicas, seu alias authenticas scripturas docuerint, omni alia specie probationis eis in hoc adempta. Volumus quoque & ordinamus quod in Regno Delphinatu, & Comitatu prædictis de cætero non dentur aliquæ gratiæ expectatiuæ; ac speciales vel generales reseruationes ad vacatura beneficia per nos & sedem prædictam non fiant; & si de facto per importunitatem, aut alias à nobis & successoribus nostris, & sede prædicta emanauerint, illas irritas & inanes esse decernimus. In Cathedralibus tamen, Metropolitanis, & Collegiatis Ecclesiis, in quarum statutis caueretur expresse, quod nullus ibidem dignitatem, personatum, administrationem vel officium obtinere possit, nisi in illis actu Canonicus existat, Canonicos (ad effectum duntaxat imbi obtinendi dignitatem, personatum, administrationem, vel officium huiusmodi, & non consequendum primam præbendam vacaturam) creare posse intendimus. Statuimus insuper quod Ordinarius collator in vnaquaq; Cathedrali, ac etiam Metropolitana Ecclesia, Canonicatum & Præbendam Theologalem imbi consistentes conferre teneatur vni Magistro seu Licentiato aut Baccalaureo formato in Theologia, qui per decẽnũ in vniuersitate studij generalis priuilegiata studuerit, ac onus residẽtiæ, lecturæ, & prædicationis actu subire voluerit, quiq; bis aut semel ad minus per singulas hebdomadas impedimento cessante legitimo legere debeat, & quoties ipsum in huiusmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium Capituli per substractionem distributionũ totius hebdomadæ puniri possit, & si residentiam deseruerit, de illis alteri prouideri debeat: & vt liberius studio vacare possit, etiamsi absens fue-

rit à Diuinis, habeatur pro præsente, ita vt nihil perdat. Præfatiq; Ordinarij Collatores, seu Patroni Ecclesiastici quicunque fuerint, vltra dictam Præbendam Theologicam (quam vt præfertur) qualificato conferre teneantur, tertiam partem omnium dignitatum, personatuũ, administrationum, & officiorum cæterorumq; beneficiorum Ecclesiasticorum ad eorum collationem, prouisionem, nominationem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem quomodolibet spectantium, viris literatis, graduatis, & per vniuersitates nominatis hoc modo videlicet, primo mense post præsentium acceptationem, & earundem publicationem præfati Ordinarij Collatores dignitates personatus, administrationes & officia ad eorum collationem, prouisionem, nominationem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem (vt præfertur) spectantia graduatis huiusmodi, qui literas suorum graduum cum tempore studij debitè insinuauerint, conferre teneantur.

Beneficia verò quæ in duobus sequentibus mensibus vacare cõtigerint, illa iuxta iuris cõmunis dispositionem personis idoneis libere conferre, seu personas idoneas ad illa præsentare; beneficia autem quæ in quarto mense vacare contigerint, viris graduatis per vniuersitatem nominatis, qui gradus & nominationis literas cum tempore studij debitè insinuauerint, conferre seu præsentare teneantur. Beneficia verò quæ in quinto mense, & sexto vacare contigerint, simili modo personis idoneis liberè conferre, seu personas ad illa præsentare possint. Beneficia autem quæ septimo mense vacare contigerint graduatis, qui similimodo literas gradus cum tempore studij debitè insinuauerint, conferre teneantur. Beneficia autem quæ octauo & nono mense vacare contigerint, pari modo personis idoneis conferre, seu personas idoneas ad illa præsentare teneantur. Beneficia autem quæ mense decimo vacare contigerint, graduatis & nominatis, qui gradus & nominationis literas cum tempore studij debitè insinuauerint, per eosdem Ordinarios conferri, seu ipsi ad illa præsentari debeant. Beneficia autem quæ vndecimo & duodecimo mensibus vacare contigerint, per eosdem Ordinarios personis idoneis iuxta iuris communis dispositionem conferri, seu ipsi ad illa præsentari debeant. Si quis verò cuiuscunque status, etiam Cardinalatus, Patriarchalis, Archiepiscopalis, aut Pontificalis, vel alterius cuiuslibet dignitatis, contra prædictum Ordinem & qualificationes superius ordinatas, de dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officijs, seu quibusuis alijs beneficijs Ecclesiasticis, huiusmodi aliter quam modo præmisso disposuerit, dispositiones ipsæ sint ipso iure nullæ, collationesq; & prouisiones ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem deuoluantur, qui eisdem personis modo præmisso qualificatis prouidere teneatur; & si contra venerit, ad alium superiorem deuoluatur prouisio & præsentatio huiusmodi gradatim, donec ad Sedem Apostolicam fiat deuolutio. Præterea:

volumus quod Collatores Ordinarij, & Patroni Ecclesiastici præfati, qui dignitates, personatus, administrationes & officia ac beneficia in mensibus graduatis & nominatis assignatis vacantia, illis graduatis simplicibus aut nominatis illa conferre, aut ad illas eos duntaxat præsentare teneantur, qui per tempus competens in vniuersitate famosa studuerint, tempus autem competens decennium in Magistris, seu Licentiatis ac Baccalarijs in Theologia, septennium verò in Doctoribus seu Licentiatis in iure Canonico, Ciuili, aut Medicinis; quinquennium autem in Magistris seu Licentiatis in artibus cum rigore ex animis à Logicalibus inclusiuè, aut in altiori facultate, sexennium autem in Baccalarijs simplicibus in Theologia: Quinquennium verò in Baccalarijs iuris Canonici aut Ciuilis, in quibus Baccalarijs iuris Canonici aut Ciuilis, si ex vtroque parente nobiles fuerint, triennium esse decernimus; præfatiq; graduati & nominati Collatoribus Ordinarijs, siue Patronis Ecclesiasticis, semel ante vacationem beneficij Ecclesiastici de literis gradus seu nominationis, & de præfato tempore studij per literas patentes vniuersitatis, in qua studuerint manu Scribæ, & Sigillo vniuersitatis signatas fidem facere teneantur. Cum verò probatio nobilitatis fieri deberet ad effectum, vt nobiles ipsi gaudere possint beneficio minoris temporis studij, tunc nobilitas ipsa per quatuor testes deponentes in Iudicio coram Iudice Ordinario loci, in quo est natus ille, de cuius nobilitate ex vtroque Parente constare debet, etiam in partis absentia probari possit, teneanturq; præfati graduati, tam simplices quam nominati, Patronis Ecclesiasticis, aut collationibus Ordinarijs, quibus gradus aut nominationis literas huiusmodi insinuare deberent, literas suorum gradus & nominationis, certificationis, temporis, studij & attestationis nobilitatis duplicatas dare, ac singulis annis tempore quadragesimæ per se vel Procuratorem suum collatoribus, nominatibus seu Patronis Ecclesiasticis, aut eorum Vicarijs, eorum nomina & cognomina insinuare: & eo anno quo præfatam insinuationem facere amiserint, beneficium in vim gradus aut nominationis huiusmodi petere non possint, & si Collatoribus Ordinarijs, aut Patronis Ecclesiasticis in mensibus deputatis simplicibus, aut graduatis nominatis, non esset graduatus aut nominatus, qui diligentias præfatas fecerit, collatio, seu præsentatio per Collatorem seu Patronum Ecclesiasticum, etiam eisdem mensibus facta, alteri quam graduato vel nominato, non propter hoc irrita censeatur, sitamen graduatus simplex beneficium post insinuationem gradus, aut nominationis in mensibus eis assignatis vacans petierit, & inter suam insinuationem & præfatam requisitionem non superuenerit Quadragesima, in qua nomen & cognomen insinuare debuerit, ad beneficium sic vacans eum capacem, ipsumq; illud consequi posse & debere decernimus. Statuimus quoque & ordinamus, quod Collatores Ordinarij, & Patroni Ecclesiastici præfati

inter graduatos qui literas gradus cum tempore studij & attestatione nobilitatis debitè insinuauerint, quo ad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia gratificare possint, illum ex eis quem voluerint; quo verò ad beneficia in mensibus graduatis, nominatis, deputatis, antiquiori nominato conferre, seu antiquiorem nominatum qui literas nominationis, temporis studij & attestationis nobilitatis debitæ insinuauerit, præsentare seu nominare teneantur. Concurrentibus autem nominatis eiusdem anni Doctores Licentiatis, Licentiatos Baccalarijs, demptis Baccalarijs formatis in Theologia, quos fauore studij Theologici Licentiatus in iure Canonico, Ciuili, & medicina præferēdos esse decernimus; Baccalarios iuris Canonici aut Ciuilis, Magistris in artibus præferri volumus. Concurrentibus autem pluribus Doctoribus in diuersis facultatibus, Doctorem Theologum Doctori in Iure, Doctorem in iure Canonico, Doctori in iure ciuili, Doctorem in iure Ciuili, Doctori in medicina præferendos esse decernimus, & idem in Licentiatis & Baccalarijs seruari debere volumus, & si in eisdem facultate & gradu concurrerent, ad datam nominationis seu gradus recurrēdum esse volumus: & si in omnibus his concurrerent, tunc Collator Ordinarius inter eosdem concurrentes gratificare possit. Volumus autem quod nominati, literas nominationis ab Vniuersitatibus in quibus studuerint obtinentes, in nominationum literis beneficia per eos possessa, & eorum verum valorem exprimere teneantur, alioquin literæ nominationis huiusmodi eo ipso nullæ sint & esse censeantur. Si quis verò ex dictis qualificatis graduatis simplicibus aut nominatis tempore vacationis beneficij in mensibus eis deputatis vacantes duas obtineat Prebendas, in Cathedralibus etiam, Metropolitanis aut Collegiatis, seu dignitatem vel Prebēdam, vel aliud beneficium, seu alia beneficia, quorum insimul vel eius fructus, reditus, & prouētus tempore residentiæ, & horis diuinis intereſſendo ad summā Ducentorum florenorum auri de Camera ascenderent, beneficium in vim gradus seu nominationis huiusmodi, tum petere seu consequi non possint, & insuper quod tam graduati simplices quam nominati beneficia in mensibus eis assignatis vacantia petere & consequi possint, secundum propriæ personæ condecentiā & conformitatem, videlicet seculares secularia, & Religiosi regularia beneficia Ecclesiastica: ita quod seculares nominatus, beneficia regularia in mensibus deputatis vacantia pratextu cuiusuis dispensationis Apostolicæ, & è contra Religiosus beneficia secularia petere aut cōsequi minime possint. Quòdq; beneficia simpliciter vel ex causa permutationis in mensibus graduatis simplicibus & nominatis assignatis vacantia, eis non sint affecta nec debita, sed ex causa permutationis cum permutantibus duntaxat. Simpliciter verò vacantia beneficia huiusmodi, personis idoneis per ipsos Ordinarios liberè conferri possint. Statuimus quoque quod Parochiales Ecclesiæ in ciuitatibus aut villis muratis existentes, nonnisi personis modo præmisso qualificatu, aut saltē qui per tres annos in Theologia, vel altero iurium studuerint, seu Magistris in artibus qui in aliqua vniuersi-

uersi-

uersitate priuilegiata ſtudentes Magiſterij gradum adepti fuerint, conferantur. Monemus autem præfati Regni vniuerſitates ſub pœna priuationis omnium & ſingulorum priuilegiorum à nobis & ſede Apoſtolica obtentorum, ne collatoribus ſiue Patronis Eccleſiaſticis habeant aliquos nominare, niſi eos qui ſecundum præfata tempora ſtuduerint, & ſecundū dictarum vniuerſitatum ſtatuta & gradus, & non per ſaltum prouecti fuerint. Quod ſi ſecus fecerint vltra nullitatis pœnam quam in præfatarum nominationū literis declaramus, vniuerſitates ipſas nominandi priuilegio ad tempus ſecundū culpæ qualitatem ſuſpendemus. Si quis autem graduatorum, aut nominatorum in menſibus deputatis Collatoribus Ordinarijs, aut perſonis Eccleſiaſticis beneficium vacans in vim gradus aut nominationis petierit, & Collatorem Ordinariū in vim præfati gradus aut nominationis in proceſſu poſuerit, & aliter moleſtauerit, illum vltra expenſarum, damnorum, & intereſſe condemnationem, à fructibus ſui gradus & nominationis priuandum eſſe decernimus; eodemq; vinculo Collatores Ordinarios & Patronos Eccleſiaſticos, quibus graduati & nominati debite vt ſupra, qualificati, ſuos gradus & nominationis literas inſinuauerint, aſtringimus, vt beneficia ad eorum collationem vel præſentationem ſpectantia in menſibus graduatorum ſimplicium & nominatorum vacantia, ſtantibus præfatis graduatis, aut nominatis non conferant, ſub pœna ſuſpenſionis poteſtatis cōferendi beneficia in octo menſibus illo anno ad collationem eorum ad præſentationem liberam ſpectantibus. Statuimus quoq; & ordinamus quod quilibet Rom. Pont. ſemel duntaxat tempore ſui Pontificatus literas in forma mandati iuxta formam inferius annotatam, & non vltra dare poßit; hoc modo videlicet, vt vnum Collatorem habentem collationem decem beneficiorum in vno, habentē autem collationem quinquaginta beneficiorum & vltra, in duobus beneficijs duntaxat grauare poßit, ita tamen quod in eadem Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata collatorem vnum pro tempore in duobus Præbendis non grauet. Et vt obuietur litibus quæ occaſione literarum mandatorum huiuſmodi oriri poſſent, mandata huiuſmodi ſub forma quæ eſt inferius annotata dari volumus, quam ad perpetuā rei memoriam in Cancellaria Apoſtolica publicari, & in illius quinterno regiſtrari mandamus. Declarantes, proſequentes huiuſmodi mandata, quoad beneficia ſub illis comprehēſa, Ordinarijs Collatoribus & graduatis ſimplicibus & nominatis præferendos, noſq; & ſucceſſores noſtros iure præuētionis, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & officia, cæteraq; beneficia Eccleſiaſtica ſæcularia, & quorumuis Ordinum Regularia quæcunque & quomodocunque qualificata, tam in menſibus graduatus ſimplicibus & nominatis, quam Ordinarijs Collatoribus præfatis aßignatis vacantia, ac etiam ſub dictis mandatis comprehenſa libere conferre. Statuimus inſuper, quod in prouiſionibus quas perſonis quibuſuis de beneficijs vacantibus, ſeu certo modo vacaturis per nos & ſucceſſores noſtros, ac ſedem prædictam etiam motu proprio, etiam promotis ad Eccleſias Cathedrales & Metropolitanas, ac Monaſteria, vt ob-

vt obtenta per eos beneficia retinere possint, fieri contigerit, illorum verus annuus per florenos aut Duc. auri de Camera, aut libras Turonen. seu alterius monetæ valor, secundum communem æstimationem exprimi debeat; alioquin gratiæ ipsæ sint ipso iure nullæ. Statuimus quoque & ordinamus, quod in Regno Delphinatu, & Comitatu prædictis, omnes & singulæ causæ exceptis maioribus in iure expresse denominatis, apud illos Iudices in partibus, qui de iure aut consuetudine præscripta, vel priuilegio illarum cognitionē habent, terminari & finiri debeant. Et ne sub vmbra appellationum, quæ minimē & nonnunquam friuolæ interponi consueuerunt, atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium sæpè multiplicari iniustis vexationibus materia præbeatur. Volumus quod si quis offensus coram suo Iudice, iustitiæ complementum habere non possit, ad immediatum superiorem, etiam ad nos & successores nostros, vel Sedem prædictam omisso medio, nec à grauamine in quacunque instātia ante definitiuam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale grauamen extiterit, quod in definitiua reparari nequiret; & eo casu nonnisi ad immediatum superiorem liceat appellari. Si quis verò immediatè subiectus Sedi Apostolicæ ad eandem Sedem duxerit appellandum, causa committatur in partibus per rescriptum vsque ad finem litis, videlicet vsque ad tertiam sententiam conformem inclusiuè, si ab illis appellari contigerit, nisi propter defectum denegatæ iustitiæ, aut iustum metum; & tunc committi debeat in partibus conuicinis, & cum causarum expressione, quæ etiam de illis legitimè alias quam per iuramentum coram Iudicibus à Sede Apostolica deputandis constare debeat. Processus autem contra præmissa attentatos nullos & irritos esse volumus, ac rescripta cōtra præmissa impetrantes, in expensis, damnis, & interesse condemnari debere decernimus atque declaramus. Sanctæ verò Rom. Eccles. Cardinales, qui pro vniuersali Ecclesia laborant, nec non dicta Sedis Officiales officia sua actu exercentes, sub præsenti decreto non intendimus comprehendi. Statuimus etiam & ordinamus, quod Iudices, causas quæ in partibus terminari debent, coram eis pro tēpore pendentes, sub pœna excommunicationis & priuationis beneficiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrenda infra biennium terminare debeant, pars verò diffugiens, & expeditionem ipsius causæ malitiosè impediens grauissimè per eosdem Iudices mulctetur, etiam vsque ad priuationem iuris in huiusmodi processu prætensi, si eis visum fuerit, super quo eorum conscientias oneramus; ab interlocutorijs autem secundo, à definitiuis verò tertio duntaxat prouocare liceat decernimus. Volumusq; secundam sententiam interlocutoriam conformem, & tertiam definitiuam etiam conformem, omni mora cessante executioni debita demandari debere, quacunque appellatione interposita non obstante. Statuimus quoque, quod quicunque dummodo non sit violentus, sed habens coloratum titulum pacificè, & sine lite prælaturam dignitatem personatum administrationem vel officium, seu quandocunque beneficium Ecclesiasticum triennio proximo hactenus possidet, vel pro tempore possi-

debis

debit in petitorio vel possessorio, à quoquam etiam ratione iuris nouiter reperti molestari nequeat, præterquã prætextu hostilitatis, aut alterius legitimi impedimenti, de quo protestari, & illud iuxta Conc. Vienn. intimari debeat, lis autem hoc casu quoad futuras controuersias intelligatur, si ad executionem citationis iuxtaq; sui in Iudicio exhibitionem, aut terminorum omnium obseruationẽ processum fuerit. Monemus etiã Ordinarios, vt diligenter inquirant, ne quis sine titulo beneficium possideat, & si quem beneficium sine titulo possidere repererint, declarent illi ius non competere cuiusuis tẽporis detentione nõ obstante, de ipsoq; beneficio possit illi (dummodo non sit intrusus, vel violentus, aut alias indignus) vel alteri idoneo prouideri. &c.

Quod sequitur in concordata est de concubinarijs puniendis, & interdicto non ferendo in loca, Oppida, Castra, ob culpam priuatæ alicuius personæ.

Nulli ergo, &c. Dat. Romæ, anno Incarnat. Dom. 1516. 15. Kal. Septem. Pont. an. 4.

¶. Concordata Regno Poloniæ pro mẽsibus alternatis, concesserat Leo X. quæ postea innouauit Clemens VII. & auxit quoad Coadiutorias, vt nimirum per illas, nisi fuerint concessæ de licentia Ordinariorum, quorum interest, non possit derogari liberæ collationi in mensibus alternatiuis per concordata concessis. Solam Constitut. Clem. VII. referre voluimus, vt qua continentur contenta Bullæ Leon. X. Et sequitur.

Clem. Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuã rei memoriam. Cũ singularem fidei constantiam & integritatem, ac eximiam deuotionis affectum, quibus charissimus in Christo Filius noster Sigismundus Poloniæ Rex Illustris in nostro, & Apostolicæ Sedis conspectu semper claruit, & continuo claret, paterna meditatione reuoluimus, dignum atque debitum censemus, vt quæ eius consideratione ab eadem Sede proinde processerint, prompta beneuolentia nostri muniminis præsidio solidemus: & vt sublato quouis ambiguitatis dispendio in sui roboris integritate firmiter ac peramplius fructuosa reddãtur, nostri officij partes fauorabiliter extendamus. Dudũ siquidem per fœlicis memoriæ Leonem Papam X. Prædecessorem nostrum accepto, quod licet diuersæ alternatiuarũ literæ diuersis Ordinarijs in Regno Poloniæ à Sede prædicta emanatæ fuissent, dictusq; Prædecessor per diuersas Const. suas Prælatis & alijs personis Ecclesiasticis, ad quos dignitatum & aliorum beneficiorũ collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quauis alia dispositio pertinebat, vt de quibusuis dignitatibus, personatibus, Administrationibus, officijs, Canonicatibus, & Præbendis, nec non alijs beneficijs Ecclesiasticis, cum cura & sine cura Sæcularibus & Regularibus ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, Electionem, seu quamuis aliam dispositionem pertinentibus, quæ in certis tunc expressis mensibus vacare contingeret, ac si à Sede præfata, vel Legati eius expectatiuæ gratiæ, aut super illis specialles, vel generales reseruationes non emanassent, ordinaria authoritate liberè disponere nossent concessisset. Ac ex tũc quicquid secus super his à quoquã quauis auctoritate, scienter vel ignoranter

ranter contingeret attentari, irritum & inane decreuisset. Nihilominus nonnulli speciales vel generales reseruationes, & alias gratias in dicto Regno cum derogatione & suspensione literarum alternatiuarum, & Constitutionum prædictarum, & alias extorserant, & indies extorquere nitebãtur, quo fiebat vt Ordinarij Collatores Regni huiusmodi, qui Reipublicæ ipsius Regni Consiliarij existebant, & diu ersa onera sustinebãt, quominus eorum ordinaria authoritate super his vti, vel iuxta alternatiuas, & Cõstitutiones prædictas de beneficiis ad eorum dispositionem pertinentibus personis idoneis & bene meritis prouidere possent, impediebantur, in eorum & Reipublicæ Regni huiusmodi præiudicium & detrimentum non modicum, dictus prædecessor motu proprio, & ex certa scientia, nec non consideratione præfati Sigismundi Regis, tam in Lateranen. Concilio nouissime celebrato, quam alias quascunque Constitutiones suas in fauorem Ordinariorum editas, cum irritantibus & alijs in eis contentis decretis, & Clausulis innouando, per suas literas perpetuo statuit, ordinauit, & decreuit, quod nulla beneficia Ecclesiastica cum cura vel sine cura Secularia vel Regularia cuiuscunque qualitatis forent, in dicto Regno consistentia, in mensibus ordinarijs Collatoribus per Cõstitutiones alternatiuas, & Constitutiones prædictas concessis pro tempore vacantia, sub quibusuis specialibus vel generalibus reseruationibus, vnionibus, expectatiuis, & alijs gratijs, mandatis & indultis, quocunque nomine censerẽtur, & quascunque clausulas etiam derogatorias derogatorias, ac Alternatiuis & Constitutionibus prædictis, nec non literis Prædecessoris huiusmodi expresse derogantibus continen. etiam Cardinalibus ac suis, & pro tempore existentis Romani Pontificis, etiam antiquis & descriptis familiaribus & alijs cuiuscunque dignitatis, status gradus, vel conditionis, existentibus, per eundem Prædecessorem & Sedem prædictam pro tempore concessis & concedendis minime comprehenderentur, nec comprehendi, aut illa minimè acceptari possent, seu deberent, sed dicti Ordinarij Collatores tum illis, dummodo dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata & affecta non existerent, iuxta facultatem eis per alternatiuas & Constitutiones prædictas concessam, ordinaria authoritate disponere possent, perinde ac si reseruationes, vniones, expectatiuæ & aliæ gratiæ, mandata & indulta cum huiusmodi derogationibus nullatenus emanassent, & inposterum emanarent, ac nonnulla alia tunc expressa decreuit, prout in eisdem literis plenius continetur. Cum autem sicut accepimus à nonnullis hæsitari posset, an beneficia consistentia in Regno huiusmodi in dictis mensibus Ordinariis Collatoribus concessis pro tempore vacãtia, sub coadiutoriis & regressibus, ac accessibus etiã de consensu ipsorum beneficiorum possessorum pro tempore concessis, comprehensa censeantur & comprehendi possint. Nos ne literæ Leonis Prædecessoris huiusmodi, eisdem Ordinariis Collatoribus quo ad hoc minus vtiles reddantur, sed semoto huiusmodi hæsitationis obstaculo votiuum sortiantur effectum prouidere volentes,

motu

motu simili non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, nec non intuitu eiusdem Sigismundi Regis, literas Leonis Prædecessoris huiusmodi, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & innouamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere decernimus. Et ad hoc vt beneficia prædicta in dicto Regno consistentia, etiamsi Canonicatus & Prebendæ, Dignitates etiam maiores post Pontificales & principales personatus, administrationes, vel officia etiam curata, & electiua in Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, & ex quauis causa etiam ratione familiaritatis continuæ comensalitatis nostræ, ac etiam alicuius Cardinalis viuētis, cuius consensus requiri deberet, generaliter reseruata fuerint, in sex mensibus, videlicet Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembis, Ordinariis per literas alternatiuas, aut quauis alia priuilegia & indulta Apostolica, vt præfertur concessa & concedenda, pro tempore vacantia, sub huiusmodi coadiutoriis, coadiutorum deputationibus ac regressibus, & accessibus, per nos & Romanum Pontificem pro tempore existentem, ac Sedem eandem etiam de consensu beneficiorum, possessorum eorundem sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum prædictis & quibusuis aliis clausulis & decretis, pro tempore concessis minime comprehendi, nec comprehensa censeri. Sed ipsos Ordinarios Collatores de illis in eisdem Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris & Decembris mensibus huiusmodi coadiutoriis & regressibus, ingressibus & accessibus non obstantibus, etiamsi beneficia in Romana Curia, vel extra eam litigiosa existant, dummodo lis super illis mota, seu pendens vera & legitima introducta non fuerit, perinde ac si coadiutoriæ regressus, ingressus, & accessus huiusmodi concessi, & illa litigiosa non existerent, liberè prouidere ac alias disponere possint. Quodq; omnes & singulæ coadiutoriæ regressus, ingressus & accessus, etiam de consensu beneficiorum possessorum huiusmodi, aut etiam cum derogatione Leonis Prædecessoris huiusmodi, & præsentium literarum, ac alternatiuarum etiam Constitutionum prædictarum pro tempore concessi, nisi etiam ipsius Sigismundi & pro tempore existentis Poloniæ Regis, & Loci Ordinarij ac Capituli Ecclesiæ illius, in qua beneficium huiusmodi fuerit ad id expressus accesserit assensus, nullius roboris vel momenti existant authoritate & tenore præsentium extendimus & ampliamus; ac quod dicti sex menses, Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus, October, & December perpetuis futuris temporibus ordinariis Collatoribus Regni huiusmodi concessi, & reliqui sex menses dictæ Sedi, & pro tempore existenti Romano Pōtifici reseruati existant, & esse censeantur. quodq; Leonis Prædecessoris huiusmodi, ac præsentes literæ sub quibuscunque reuocationibus generalibus & specialibus, ac Cancellariæ Apostolicæ regulis hactenus, etiam per piæ memoriæ Adrianum Papam VI. similiter Prædecessorem nostrum editis, minimè comprehensæ fuerint nec sint, neque comprehensa fuisse aut esse censeri, nec in genere

vel in specie reuocari, suspendi, vel alias quomodolibet alterari possint, semper validæ & efficaces existant, perinde ac si huiusmodi reuocationes, Constitutiones & regulæ etiam per nos non emanassent, nec imposterum per Romanum Pontificem pro tempore existentem, & Sedem eandem emanarent, ac vim validi pacti & contractus, ac statuti inter nos & Sedem prædictam, ac dictos Ordinarios Collatores initi & iurati habeant, Collationesq; per nos & Romanum Pontificem in dictis mensibus Ordinarijs concessis huiusmodi pro tempore factas nullas & inualidas, nulliusq; roboris vel momenti existere, ac eiusdem Leonis Prædecessoris præfati, & præsentibus literis nec non in eis contentis per generalem, non obstantibus literis Alternatiuarum, & indulti Ordinarijs Collatoribus Regni prædicti, super conferendis beneficiis Ecclesiasticis in mensibus alternatis, pro tempore vacantibus concessis, aut quascunque alias speciales vel generales etiam derogatoriarum derogatorias, ac efficaciores & insolitas clausulas pro tempore concessas, nullatenus derogari posse, nec derogatum censeri, nisi in supplicatione desuper nostra & pro tempore existentis Romani Pontificis manu signata, de singulis literis huiusmodi, & illarum Dat. ac Pontificatus & causa propter quam illi derogatur specialiter specifica, individua, & expressa mentio facta fuerit; & aliter facta derogationes nemini suffragentur: & quoties præsentibus derogari contigerit, toties illorum reualidatio de nouo, & sub quacunque data per Regem & Ordinarios præfatos, & illos de quorum interesse ageretur eligenda, expediri posset. Et sic & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices & Commissarios quauis authoritate fungentes sublata eis quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & authoritate iudicari & definiri debere, ac quicquid secus super his à quoquam, etiam per nos quauis authoritate contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Mandantes Summistæ pro tempore existenti sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, vt literas reualidationis præsentium sub data per interesse habentem sine alia supplicatione, seu nostra ac Romani Pontificis pro tempore existentis licentia expediat, ad omnem interesse habentis requisitionem. Quocirca Venerabilibus Archiepiscopo Leopolienſi & Epiſ. Olomucenſi, ac dilecto Filio Scholastico Cracouienſi per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel alium seu alios præsentes literas, & in eis cõtenta quæcunq; vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ordinariorũ prædictorum seu alicuius eorũ desuper fuerint requisiti, solemniter publicãtes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra præsentes literas, & in eis cõtenta quæcunq; huiusmodi firmiter obseruari, ipsosq; Ordinarios Collatores pacifice illis gaudere: non permittentes eos desuper per quoscunq; contra earumdem literarum tenorẽ quomodolibet molestari contra dictores per censuram Ecclesiasticã authoritate nostra appellatione postposita compescendo.

Non

Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis: Quodq; dicti Ordinarij seu eorum aliqui de Regulis Cancellariæ Apostolicæ notitiam forsan non habentes, seu alias in mensibus Sedi prædictæ reseruatis, videlicet Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembis aliquas personas Ecclesiasticas ad aliqua beneficia præsentarūt, seu in illis instituerūt, aut de illis prouiderunt, vel ea commendarunt; Nec nō omnibus illis quæ præfatus prædecessor in dictis suis literis voluit non obstare contrariis quibuscunq;, aut si aliquibus communiter vel diuisim à dicta Sede sit indultum, quod interdicti suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenā & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Nulli ergo hominū, liceat hanc paginam nostræ innouationis, approbationis, Decreti, extensionis, ampliationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dom. Millesimo Quingentesimo Vicesimo Quinto, Calen. Decemb. Pontificatus nostri, anno tertio.

8. Germaniæ autem concordata cōcessa à Nicolao] PP. sunt, vt sequuntur.

Nicolaus Episcopus, &c. Ad Sacram Petri Sedem, &c. Nuper siquidem charissimus in Christo Filius noster Federicus Romanorum Rex Illustris, & nonnulli alij dilecti Filij Ecclesiastici, & Seculares Principes inclitæ nationis Germanicæ ex vna, ac dilectus Filius noster Ioannes Sancti Angeli Diaconus, Cardinalis in partibus illis Apostolicæ Sedis de Latere Legatus, per nos ad dictas partes missus, sufficiēti desuper à nobis & Sede Apostolica authoritate suffultus ex alia partibus, Romanæ Ecclesiæ, & dictæ nationis nominibus, pro ipsius Ecclesiæ vnione, pace & tranquillitate inter Ecclesiam & nationem prædictam perpetuo solidandis & conseruādis, diuersa rationabilia, & vtilia, ordinationes & statuta à partibus ipsis hinc inde approbata, laudata, cōclusa, acceptata, & cōcordata fecerunt ac ediderunt: Nobisq; humiliter supplicari fecerunt, vt illis pro firmiori eorum subsistentia robur Apostolicæ firmitatis adiicere, nec non auctoritatem potiorem & decretū interponere dignaremur. Nos itaq; qui statuta, Ordinationes & cōcordata prædicta per nonnullos ex Venerabilib. Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus magnorum maturitatis, auctoritatis, & literaturæ viros diligenter examinari & discuti fecimus, eaque rationabilia & salubria tam Ecclesiæ, quam nationi præfatæ fore comperimus, de dictorum & aliorum Venerabilium Fratrum nostrorum prædictæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu, Apostolica authoritate, & ex certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & præsentis scripti patrocinio communimus iuxta modum & formam subsequentes.

Placet nobis super prouisione Ecclesiarum & beneficiorum Ecclesiasticorū quorumcunque vti iuris scripti reseruatione & Execrabilis. & Ad regimen Cōstitutionum, modificatis vt sequitur. Ad regimen Ecclesiæ Generalis, quanquam

immeriti superna dispositione vocati, gerimus in nostris desiderys vt debemus, quod per nostræ diligentiæ studium ad quarumlibet Ecclesiarum & Monasteriorum regimina, ac alia beneficia iuxta Diuinum beneplacitum, & nostræ intentionis affectum viri assumantur idonei, qui prasint & prosint committendis eis Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs præfatis. Præmissorum itaque consideratione inducti, & suadentibus nobis alijs rationabilibus causis, nō nullorū prædecessorum nostrorum Rom. Pontificum vestigijs inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales Ecclesias, & etiam Monasteria, Prioratus, dignitates, Personatus, & officia, nec non Canonicatus, Præbendas & Ecclesias, cateraq; beneficia Ecclesiastica, cum cura vel sine cura, Sæcularia & Regularia quæcunque & qualiacunque fuerint, etiamsi ad illa personæ consueuerint seu debuerint per electionem, seu quemuis alium modum assumi, nunc apud Sedem Apostolicam quocunque modo vacantia, & in posterum vacatura; nec non per depositionem, vel priuationem seu translationem per nos, seu authoritate nostra factas, & in antea faciendas vbi libet; nec non ad quæ aliqui in concordia, vel discordia electi seu postulati fuerint, quorum electio cassata, seu postulatio repulsa, vel per eos facta renunciatio, & admissa authoritate nostra extiterit, seu quorum electorum vel postulatorum, & in antea eligendorum vel postulandorū electionem cassari, seu postulationem repelli, aut renunciationem admitti, per nos aut authoritate nostra contingeret apud Sedem prædictā, vel alibi vbicunq;, & etiam per obitum Cardinalium eiusdem Ecclesiæ Romanæ, aut Officialium dictæ Sedis, quamdiu ipsa Officialia actualiter tenebunt, (videlicet Vicecancellarij, Camerarij septem Notariorum, Auditores literarum contradictarum, & Apostolici palatij causarum Auditorum, Correctorum, centum & vnius scriptorum literarum Apostolicarum, & vigintiquatuor pœnitentiariæ præfatæ Sedis, & vigintiquinque Abbreuiatorum, nec non verorum Commensalium nostrorum & aliorum vigintiquatuor Capellanorum Sedis eiusdem in Epithaphio descriptorum) & etiam quorumcunq; Legatorum seu Collectorum, ac in terris Rom. Ecclesiæ Rectorum, & Thesaurariorum deputatorum, seu missorum hactenus vel deputandorum aut mittendorum in posterum nunc vacantia, & in antea vacatura, vbicunq; dictos Legatos, vel Collectores seu Rectores & Thesaurarios antequam ad Romanam Curiam redierint seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis; nec non quarumlibet pro quibuscunque negotijs ad Romanam Curiam veniētem, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis à dicta Curia vltra duas dietas legales non distantibus, iam forsan obierint, vel eos in antea ab hac luce transire contigerit; & etiam simili modo quorumcunq; Curialium peregrinationis, infirmitatis seu recreationis, vel alia quacunque causa ad quæuis loca secedentium, si eos antequam ad dictam Curiam redierint, in locis vltra duas dietas ab eadem Curia vt præmittitur non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem) iam forsan decesserint, vel in poste-

posterum eos continget de medio submoueri, etiam nunc per obitum huiusmodi vacãtia, vel in posterum vacatura; Rursus Monasteria, Prioratus, dignitates, Personatus, Decanatus, administrationes, officia, Canonicatus, Præbendas, & Ecclesias, cæteraq; beneficia Ecclesiastica, Sæcularia & Regularia, cum cura vel sine cura, quæcunq; vel qualiacunq; fuerint, etiamsi ad illa persona consueuerint, seu debuerint per electionem, seu quemuis alium modum assumi, quæ promoti per nos seu authoritate nostra ad Patriarchalem, Archiepiscopalium, & Episcopalium Ecclesiarum, necnon Monasteriorum regimina, obtinebunt pro tempore promotionum de ipsis factarũ, nunc quocunque modo vacantia, aut in posterum vacatura; nec non etiam per assecutionem pacificam quorumcunque Priorauum, Personatuum, officiorũ Canonicatuum, Præbendarum, Ecclesiarũ, aut beneficiorum aliorum per nos seu authoritate nostrarum literarum immediate collatorum, seu conferendorum in posterum, præterquam si virtute gratiæ expectatiuæ assecutio fiet, nunc vacantia & in antea vacatura, plena super præmissis omnibus & singulis cum Fratribus nostris collatione præhibita, & matura deliberatione sequuta, Ordinationi, dispensationi & prouisioni nostræ, de ipsorum Fratrum consilio authoritate Apostolica reseruamus. Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super præmissis & quolibet eorum per quoscunq; quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Item placet nobis quod in Metropolitanis & Cathedralibus etiam immediatè non subiectis Ecclesiis, & in Monasteriys immediatè subiectis Sedi Apostolicæ, fiant electiones Canonicæ, quæ ad dictam Sedem deferantur, quas etiam ad tempus Constitutionis fel. rec. Nicolaus PP. III. quæ incip. Cupientes expectabimus, & elapso dicto tempore, si non præsentatæ, vel si præsentatæ minus Canonicæ fuerint, prouidebimus, & si Canonicæ fuerint eas cõfirmabimus, nisi ex rationabili & euidẽti causa, ac de dictorum Fratrum consilio de digniori & vtiliori persona duxerimus prouidendum: prouiso quod confirmati prædicti, & per nos prouisi Metropolitanis suis & alijs præstent debita iuramenta, & alia ad quæ de iure tenentur. Et in Monasteriys dictæ Sedi immediatè non subiectis, & alijs Regularibus beneficijs super quibus pro confirmatione vel prouisione ad dictam Sedem non cõsueuit haberi recursus, electi seu illi quibus prouidendum est pro confirmatione & prouisione huiusmodi ad Curiã Rom. venire non tenebuntur, ipsaque Regularia beneficia sub expectatiuis gratijs non cadant. Vbi autem pro Monasteriys ad dictam Curiam venire seu mittere consueuerint, non aliter confirmabimus vel prouidebimus, quam superius de Cathedralibus Ecclesiis expressum: Et de Monasteriys Monialium non disponemus, nisi sint exempta, & tunc per commissionem ad partes. De cæteris verò dignitatibus & beneficijs, quibuscunq; Sæcularibus & Regularibus vacaturis, vltra reseruationes prædictas (maioribus dignitatibus post Pontificales in Cathedralibus & principalibus in Collegiatis Ecclesiis expertis) de quibus iure Ordinario prouidetur, per illos inferiores ad

quos

quos alias pertinet. Placet etiam nobis, quod per quamcunque aliam reseruationem, gratiam expectatiuam, aut quāuis aliam dispositionem sub quacunque verborum forma, per nos vel authoritate nostra factam, vel faciendam non impediemus nos, quominus de illis cum vacabunt de Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembis mensibus liberè disponatur per illos, ad quos eorum collatio, prouisio, præsentatio, electio seu quauis alia dispositio pertinebat, reseruatione aliaue quauis dispositione authoritate nostra factis vel faciendu non obstantibus quibuscunque. Quoties verò aliquo vacāte beneficio in Ianuarij, Maij, Iulij, Septembris & Nouembris mensibus specialiter dispositioni dictæ Sedis reseruatis, non apparuerit intra tres menses à die notæ vacationis in loco beneficij, quod alicui de illo Apostolica authoritate prouisum fuerit, ex tunc & non antea Ordinarius, vel alius ad quē illius dispositio pertinebit, de illo libere disponere poterit. Et ad finē vt hac Ordinatio collatiōnū beneficiorum non reseruatorū per alternos menses posit per dictā nationem publicari, & omnes qui ea gaudere voluerint tempus cōgruum habeant eā acceptandi, tunc quod ad dictam Sedem à Kalendis Iunij proxime futuris ipsa currere incipiet, & durabit deinceps, nisi in futuro Concilio de consensu dicta nationis aliter fuerit ordinatum. Placet similiter nobis, quod circa prouisionem dictæ Sedis ordinandam modus Annatarū hoc modo currat. De Ecclesiis Cathedralibus omnibus, & Monasteriis virorum duntaxat vacantibus & vacaturis, soluantur de fructibus primi anni à die vacationis, summæ pecuniarū in libris Camerę Apostolicæ taxatæ, quæ communia seruitia nuncupantur. Et si quæ excessiuè taxatæ sint, retaxentur, & quod prouideatur in grauatis Regionibus secundum qualitatem rerum temporum & regionum, ne nimium prægrauentur, ad quod petentibus dabimus Cōmissarios in partibus, qui diligenter inquirant & retaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum à die habitæ possessionis pacificæ totius, vel maioris partis soluantur, nec debitum huiusmodi in successorem in Ecclesia vel Monasterio trāseat. De cæteris verò dignitatibus, personatibus, officijs, & beneficijs Sæcularibus & Regularibus quibuscunque quæ authoritate dictæ Sedis conferentur, vel de quibus prouidebitur, (præterquam vigore gratiarum, expectatiuarum, aut causa permutationis) soluantur Annatæ, seu medij fructus iuxta taxam solitam à tēpore possessionis infra annum, & debitum huiusmodi similiter in successorem in beneficio non transeat. Sed de beneficijs quæ valorem vigintiquatuor florenorum auri de Camera non excedunt, nihil soluatur, duretq; hæc obseruātia deinceps, nisi eam similiter in futuro Concilio de ipsius Nationis consensu contingat immutari. In alijs autem quæ per fel. rec. Eugen. Papam IV. etiam Prædecessorem nostrum, pro dicta natione vsque ad tempus futuri generalis Concilij præmissa, concessa, indulta, & decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa cōcordiæ præsenti non obuiant, ista vice nihil volumus esse immutatum. Et per hoc quod in concordatis huiusmodi siue quibusuis alijs eorum occasione conficiendis lite-

literis propter compendiosiorum descriptionem Alemania specialiter appellatur, natio ipsa censeri nō debet à Germanica natione distincta, seu quomodolibet separata. Et præterea quia difficile foret præsentes literas ad singula, in quibus de eis forsan facienda fides fuerit loca deferri, eadem Apostolica authoritate decernimus, quod ipsarum trāsumpto, &c. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ, ann. Incar. Domin. 1448. 18. Kal. April.

Quæ autem vltra concessiones iuris communis & Regularum Canc. permittantur Episcopis concordatis præmissis, facilè ex illarum contextu legēti apparebit, & videri possunt apud Rebuff. *in suo luculentissimo tractatu super concordatis Galliæ*, & apud Georgium Branden. *in tract. super concordatis Germaniæ*, vbi *in 2. 3. & 4. quæst.* probat multis non posse opponi concordatis præscriptionem, vel non vsum, vel legem non receptam, & alia circa hāc materiam occurrentia.

Specialiter autem de concordatis notandum est, illa latè esse interpretanda 9. cum sint fauorabilia. *Put. decis. 108. lib. 2.* reducunt enim ad ius commune, quo libera fuit collatio omnium beneficiorum penes Ordinarios. *Cassad. decis. vn. de pact. Put. lo. sup. cit. Simonet. de reseruat. q. 99. nu. 24.* quælibet autem res de facili reuertitur ad suam pristinam naturam. *c. ab exordio. 35. dist.*

Notandum item quod concordatis regulariter non solet derogare Papa. 10. *Crescent. decis. 2. de priuil. Mohed. decis. 233. alias 23. de præb.* ne quidem per coadiutorias, comprehenduntur enim coadiutoriæ, cum futura successione sub concordatis, vt fuisse decisum in Rot. testatur Put. *decis. 226. lib. 3. Cassad. cit. decis. vn. de pactis.* quia nimirum exdē coadiutoriæ comprehenduntur etiam sub indultis Cardinalium, quæ tamē indulta non sunt æquè fauorabilia, atq; sunt concordata. *Mohed. decis. 338. alias 10. de priuil. Paris. de resig. lib. 6. q. 5. nu. 69.* Specialiter autem cōcordatis Regni Poloniæ supra relatis cautū est, vt illis derogari non possit per coadiutorias, *vt patet ex earum contextu versus finem.*

Notandum præterea, quod sub concordatis cōprehenduntur beneficia existentia extra prouinciam concordatam, dummodo collator beneficij sit de prouincia concordata; ad pertinentiā enim collationis beneficij non attenditur locus vbi situm est beneficium, sed locus & persona cui debetur collatio, vt tenuit Rota *in vna Vasconen. Sacristiæ* referēte Mohed. *decis. 92. alias 3. de præb.* vbi plura adfert ad hanc doctrinā contra *Rom. cons. 361.* 11.

Vltra præmissa autem Episcopus de reseruatis beneficijs disponere posset, vigore *c. statutum de præb. in 6.* vt videlicet possit conferre beneficia vacantia in Curia, si de ipsis Sedes Apostolica intra mensem à die vacationis non prouiderit, hæc enim per Ordinarium libere 12. conferri posse contendit Aen. de Falc. *cit. tract. de reseruat. q. 4.* quia nimirum illi iuri nullibi apparet derogatum, contrarium tamen seruat Curiæ vsus, vt testatur Gomez. *de grat. expectat. nu. 21.* & apertè dictæ opinioni Aen. de Falc. contrariatur. *Reg. 10. Canc.* multisq; contrarium probat Gonz. *super 8. Canc. §. 5. proœm. à num. 148.*

Vigore tamen textus *c. si Apostolicæ. de præb. in 6.* Ecclesias Parochiales reseruatas quæ non fuerunt collatæ viuente Pontifice liberè conferre potest, & ille textus non fuit reuocatus, estque in obseruātia *Gonz. vbi sup. Rebuff. in prax. cit. de reseruat. num. 2.*

Ad Ecclesias Parochiales in mensibus Apost. Sedi reseruatis vacantes Episcopus loci debet eligere vnum ex concurrentibus, cui & non alteri prouisio fiat de Parochia vacante. *Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. de ref.* & dicemus infra, dummodo electum præsentet intra quatuor menses Sedi Apost. alioquin plena collatio recederet ad S. Apost. vt in Cõst. Pij V. incip. *In conferendis.* infra referẽda, qui mẽses quatuor cõputandi sunt à die notitiæ, *vt apparet ex textu allegatæ Cõstitutionis Pij V.* & fuisse resolutum in Rota *in vna Tolet. benef. 18. Nouemb. 1578.* coram Seraphino testatur Paris. 13. *de resig. lib. 8. q. 9. num. 107.*

Sede item Apostolica vacante beneficia quouis modo vacantia & reseruata, dummodo non fuerint affecta reseruatione aliqua viuente adhuc Papa, liberè conferre potest Ordinarius, reseruationes enim Regularum Canc. cum fiãt ad beneplacitum Papæ, expirant morte ipsius, nec impediunt tunc Ordinarium Collatorem. *cap. si gratiosa. de rescript. in 6. Mandos. in Reg. 1. Cano. q. 1. & 10. Gonz. lo. cit. gl. 12. num. 2.*

14. Beneficiorũ reseruatorum resignationem recipere quoq; potest Ordinarius, licet postquam fuerint resignata, illa cõferre non possit, *Cassid. decis. 4. num. 9. de præb. Rota decis. antiq. Bisign. decis. 5. de renunc. Paris. de resig. lib. 2. q. 16. nu. 3.* Et quidem etiam litigiosi beneficij resignationem recipere potest, licet illud conferre non possit. *Paris. cit. lib. 2. q. 3. & q. 15. num. 5.* vbi dicit hanc opinionem esse communem. Beneficiorum tamen consistorialium, seu de quibus nonnisi in Consistorio coram Cardinalibus Papa prouidere consueuit, *vt Lap. alleg. 84. col. 2. Mandos. de ann. q. 16. nu. 2.* qualia sunt beneficia descripta in libris Cameræ pro Cõsistorialibus, & quę reseruantur per *Reg. 2. Cancel.* resignationem Ordinarius recipere non potest, nisi Papa. *Caput aq. decis. 45. par. 1. Paris. cit. lib. 2. q. 2.*

Potest præterea Episcopus prouisum 15.
à Papa de beneficio reseruato, priuare ex iusta causa *Feli. in p. per tuas. n. 3. de maior. & obed. Ant. de Butr. Imol. ibid*

Eundem prouisum à Papa in forma 16.
vt vocant *dignum*, Ordinarius siue alius cui fuerit commissa executio literarum prouisionis examinare potest super sufficientia, & an narrata in literis sint vera. *Clem. vn. de off. deleg. Cassad. decis. 8. num. 6. de præb. Rebuff. in prax. tit. de rescrip. dignum arbitramur. num. 4. Paris.* 17. *de resig. lib. 8. q. 7. in fin.* Et si prouisio Papæ contineret dispensationẽ super pluralitate, posset tanquam delegatus Sedis Apostolicæ examinare causas, ex quibus esset obtenta dispensatio, an sint veræ. *Conc. Trid sess. 6. c. 2. de ref. & sess. 22. c. 5. de ref.* Et si inueniret dispensationem obtentam ex falsis causis, seu ad male narrata, posset illã non admittere, quẽadmodum & dispensationem super crimine, de quo ipse cognoscere caperat, vel dispensationem super remissione pœnæ quam ipse imposuerat. *Id. Concil. sess. 13. c. 5. de ref.*

Ad beneficium vacans quouis modo 18.
reseruatum, potest etiam Ordinarius deputare Oeconomum seu Vicarium, qui beneficij vacantis bona administret, ne distrahantur, donec fuerit legitimè prouisum. *arg. tex. cap. cum vos. de off. ord. Rebuff. in prax. de requis. ad collat. benef. nu. 20.*

Beneficia quoque iurispatronatus, 19.
iurepatronatus non obstante libere cõfert Episcopus, si Patronus intra tempora à iure statuta non præsentauerit personam idoneam. *cap. quoniam. de iurep.* Tempora autem à iure statuta sunt, vt si fue-

si fuerit iuspatronatus Laicale, teneatur Patronus præsentare intra quatuor mẽses, si vero fuerit Ecclesiasticum, intra sex menses. *cap. cum propter. c. eam te. de iurep. cap. vn. eo. tit. in 6.* quod tempus incipit currere à die notitiæ, & non ab ipso die vacationis beneficij. *cap. licet. de suppl. neg. præl. Aemil. Veral. decis. 248. p. 3.* Et longius tempus datur Patrono Clerico, quam Patrono Laico, quia Clericus postquam semel præsentauit, non potest amplius variare, Patrono autem Laico licitum est variare ante secutam institutionem. *cap. pastoralis. de iurep. iun. gl. v. robur.* scilicet accumulando alium, non autem excludendo priorem præsentatum. *Abb. in cap. quod autem. n. 3. de iurep.* nisi fortè ex causa vellet recedere à primo, vt quia intellexerit eum minus sufficientem. *Lambert. de iurep.* 20. *2. p. lib. 2. quæst. 7. princ. art. 22. Calder. cons. 16. de iurep.* vbi vult non posse cumulari vltra duos præsentatos, quod etiam contendit Lambert. *lo. cit. art. 23.*

21. Potest etiam Episcopus tempus hoc præfixum Patronis à iure, prorogare. *Zecch. cit. de benef. c. 12. nu. 23. Paris. de resig. lib. 7. q. 29. in fin.*

Deuoluitur autem ad Episcopum collatio beneficij patronati, non tantum si patronus differat præsentare temerè, sed 22. etiam si id faciat ex causa, puta propter intercedentem litem cum compatrono; Si enim non finiatur lis intra tempus à iure præfixum ad præsentandum, poterit libere conferre Episcopus saluo iure patronatus, illi qui litem obtinuerit, ita vt lite finita ab eo repræsentetur institutus ad beneficium. *c. si vero. cap. eam te. c. cum propter. de iurep.*

Similiter & beneficia ab Ecclesiasticis Patronis, etiam à Prælatis Regularibus præsentari, vel conferri solita, si minimum intra decursum sex mensium neglexerint vti iure suo, poterit conferre Episcopus. *Clem. vn. de suppl. neg. præl.* Et illa super quibus capitulum habet ius conferendi, si non vtatur iure suo capitulum intra tempus sex mensium à iure præscriptum, deuoluuntur ad dispositionem Episcopi. *cap. nulla. de conces. præb. Achil. de Graff. decis. 4. num. 12. de præb.*

Potest item gratificare cui voluerit, si 23. patronus variat, vel plures præsentat. *c. cum autem. de iurep.* si tamen plures sint patroni, & plures præsentent, & aliquis patronorum pinguius ius habeat, seu vnus ex præsentatis à pluribus patronis nominetur, tunc nominatus à pluribus, vel ab vno pinguius ius habente, esse aliis præferendus. *c. quoniam. de iurep. c. si cui. de elect. in 6. Rot. diuers. decis. 117. p. 2. Lambert. de iurep. p. 2. lib. 1. quæst. 1. princ. art. 27.* Posset gratificari & ipsi patrono, si fuerit ad illud beneficium idoneus. *Host. in sum. tit. de iurep §. in* 24. *quibus differant. vers. quid si Ecclesia. sub num. 12. Abb. in c. per nostras. num. 3. de iurep.* alioquin ipsemet patronus non potest præsentare seipsum. *c. per nostras. cit.* & in tantum quidem quod neque Procurator à patrono cõstitutus ad præsentandum, præsentare posset suum cõstituentem. *Lambert. de iurep. p. 1. lib. 2. quæst. 8. princ. art. 9.* & ita decisum fuisse in Rota *in vna Salamantina. Capellaniæ* coram Vestano. *14. Octob. 1552.* testatur Aem. Veral. *decis. 400. p. 2.* Filium tamen suum præsentare potest patronus, *vt notat gl. in cap. quia Clerici. v. filij. de iurep. Abb. ib. num. 4.* potest præsentare & compatronum. *gl. fin. in cap. consuluit. lo. cit. Lambert. lo. cit. quæst. 8. art. 5. Rota. diuers. decis. 185. p. 2.* Non tenetur etiam Episcopus recipere præsentatum indignum, imò patronus præsentans indignum, deberet priuari iure

26. præsentandi pro illa vice. *c. sicut nobis. de suppl. neg. præl. Conc. Trid. sess. 25. c. 9. de ref.* Si tamen præsentaret dignum omisso digniori, non posset cogi ad præsentandũ digniorem. *gl. sing. in c. licet. 8. q. 1. Abb. in c. constitutis. 2. n. 7. de appel. & in c. quoniam. nu. 12. de iurep.* valet enim collatio facta digno omisso digniori. *Lambert. de iurep. p. 1. lib. 2. q. 10. art. 3.* & est cõmunis Canonistarum doctrina. *in cit. c. cõstitutis. de appel.* & Theologorũ, vt S. Th. *2. 2. q. 63. art. 2. ad tertiũ.* Dom. Sot. *lib. 3. de iust. & iur. q. 9. art. 1. concl. 8.* & aliorum qui videri possunt apud Couarr. *in reg. peccatum. p. 2. §. 7. nu. 4.*

27. Sed quicquid sit de iure patronorum in beneficijs patronatis, institutio sane ad eadem beneficia patronata, & quæuis alia etiam electiua ad solum spectat Episcopum, qui super hoc habet fundatã intentionem in iure. *Abb. c. nobis. nu. 5. de iurep. Couarr. pract. q. cap. 36. num. 5. & nouissime Conc. Trid. sess. 14. cap. 13. de ref.* Et si institutio ex aliquo priuilegio vel consuetudine spectaret ad aliquam dignitatem, seu Prælatum inferiorem Episcopo, ad huc tamen instituendus nonnisi ab Episcopo examinari posset super idoneitate, præsertim si sit instituendus ad beneficium curatum: hoc enim examen ad solum Episcopum spectat, & non ad alium. *Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. de ref.* Imò si Prælatus inferior Episcopo habens instituere, denegaret absque causa institutionem, posset ipsemet Episcopus instituere, vel compellere inferiorem vt instituat. In omnibus enim quæ facere debet Prælatus inferior Episcopo, & non facit, adiri potest Episcopus vt eum compellat ad faciendum, vel si monitus facere absque causa neglexerit, ipsemet suppleat. *cap. sicut nobis. de suppl. neg. præl. cap. quanto. de officio ordinarij. Innoc. ib. & latè Lambert. de iurep. par. 2. lib. 1. quæst. 1. princip. art. 20.* Quia nimirum Episcopus habet de iure fundatam intentionem super iurisdictione in omnes subditos suæ Diœcesis. *cap. 1. c. conquerente. de off. ord. cap. cum Episcopus. eo. tit. in 6. Rot. diuers. decis. 328. par. 2.* quæ iurisdictio communicata alijs inferioribus præsupposita diligentia, ea deficiente de facili redit ad naturam. *Abb. in c. si quis cont. Cler. nu. 40. de for. comp.*

28. Licet autẽ dispar sit ratio Archiepiscopi, quoad Episcopum Suffraganeum, cum videlicet Archiepiscopus non habeat tantam potestatem in suos Suffraganeos, quantũ habet Episcopus in suos subditos; Episcopi enim iurisdictio in subditos est maior etiam illa quæ ad Archiepiscopum deuoluitur per appellationem. *vt notat Abb. lo. cit. & in cap. pastoralis. §. 1. num. 12. de off. ord.* tamen etiam Archiepiscopus adiri potest, si ipsius Suffraganeus deneget institutionem. *Abb. cit. in cap. ex parte. num. 17. de concess. præb. Gemin. Franch. in cap. venerabilibus. in §. sane. de sent. excõ. in 6. Rot. de iurep. verb. pro eo. quod Diœcesani consensu. num. 16.* Et hac ratione Pius V. Constitutione sua *incip. In conferendis.* ordinauit, vt in beneficijs curatis denegante Ordinario intra duos menses institutionem præsentato à patrono, recurratur pro institutione ad Archiepiscopum, vel ad Episcopum viciniorem. Eadem ratione ad Archiepiscopum deuoluitur collatio beneficij, de quo Episcopus non prouiderit intra sex menses à die notæ vacationis. *c. nulla de concess. præb.* nisi aliqua reseruatione speciali huiusmodi deuolutio pertineret ad Papam. Et si capitulum sede vacante non elegerit Oeconomum & Vicarium intra octo dies, deuoluitur eligendi potestas ad Archiepiscopum, vel ad viciniorem.

29.

30.

rem Episcopum si sedes vacans sit exempta, nec vlli Metropolitano subsit. *Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 16.* & plerique alij casus inueniuntur in iure expressi, in quibus Episcopo negligẽte facere quod debet, recurritur ad Archiepiscopum, vt denegante Episcopo dispensationem in casibus, in quibus debita est dispensatio, ad Archiepiscopum est recurrendum. *Burgas in tract. de irreg. p. 2. princ.* quandoque enim debita est dispensatio. *vt notat gl. in c. vt constituerentur. & c. Domino* sancto. 50. dist. *& in c. exigunt. 1. q. 7. c. nullus. de iurep. Abb. in 6. pastoralis. n. 17. de appell. Dec. in c. at si Clerici. §. de adulteris. nu. 162. de iudic.* Et si Episcopus fuerit negligens in executione vltimæ volũtatis, succedit Archiepiscopus. *Abb. in c. pastoralis. nu. 11. de off. ord.* Huc pertinet quod ad Archiepiscopum recurritur, quandoq; per modum querelæ vltra viam appellationis, quæ est extra omnẽ controuersiam, vt si quis conqueratur contra Ordinarium de iniusta excommunicatione, vel de excommunicatione lata ex officio ipsius, & non ad instantiam partis. *cit. c. venerabilibus. in princ. de sententia excomm. in 6. Abb. sup. cit. c. si quis cont. Cler. de for. comp. num. 41.*

Quinimò præter casus à iure exceptos, vt Episcopo suspenso vel excõmunicato, quo casu non Archiepiscopus, sed Papa solus in iurisdictione succedit. *cap. 1. de suppl. neg. præl. in 6. Genuen. ib.* & Episcopo in remotis agente, vel ab infidelibus capto, tunc enim non ad Archiepiscopum, sed ad Capitulum iurisdictio deuoluitur. *cap. si quis Episcopus. lo. cit. in 6. Gemin. ib. Card. in Clem. vn. de off. ord.* præter inquam hos casus à iure exceptos, ex communiori Doctorum sententia in omnibus quæ facere debet ex officio suo Episcopus, si facere negligit deuoluitur ipsius potestas seu iurisdictio ad Archiepiscopum. *c. cum simus. 9. q. 3. Host. in sum. tit. de off. ord. §. quid pertinet. vers. deses. præsul.* Et de cõmuni testatur Felin. *in cit. cap. pastoralis. num. 6. de off. ord.* Sed nonnisi probata negligentia & præuia monitione, eaque trina. *Abb. in Clem. dudum. nu. 22. de sepult.* terminoque monitionis elapso. *Innoc. in cap. extirpanda. de præb. Dec. cons. 169. Card. cons. 50. Bald. & Immol. in l. si mora. ff. solut. matrim. Paulin. de visit. par. 2. quæst. 5.* Quemadmodum etiam si Capitulum sede vacante negligenter administret, siue spiritualia, siue temporalia, Archiepiscopus Visitatorem suum deputare potest quidem, sed non nisi Capitulo prius vocato, & cognitione negligentiæ præmissa. *cap. fin. de suppl. neg. præl. in 6. cit.* Vnde occurrente negligentia, deberet Archiepiscopus monere Episcopum Suffraganeum, & præfigere ei tẽpus in quo faciat quod debet. *Ad hoc optimum. arg. Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. §. legati quoque. de ref. Lambert. de iurep. p. 3. lib. 1. q. 7. princ. art. 7.* Et vt talis monitio negari non possit, deberet fieri instrumentum publicum de literis monitionis oblatis. *Host. in c. 1. de suppl. neg. præl. in 6.* Elapso verò monitionis termino, si inferior nõ paruerit, tum demum superior vti posset iurisdictione deuoluta, nisi in termino inferior allegaret causam iustam, ob quã nõ fecerit quod debet, vt si allegaret inhabilitatem promouendi, & similia. *Lambert. cit. p. 2. lib. 1. q. 1. princ. ar. 20.*

Alij autem volunt iurisdictionem Episcopi non deuolui propter negligentiam ad Archiepiscopũ, præterquam in casibus in iure expressis, & quod nihil habeat plus quam Episcopus, nisi in casibus expressis, ita *Abb. in cap. pastoralis. cit. & in c. si quis contra Cler. cit. de for. comp. à num. 40. Paris. de resig. lib. 8.*

quæst. 5. num. 48. & alij per ipsos allegati. Et hæc opinio est tutior videturque magis conuenire praxi & vsui moderno, præsertim post Conc. Trid. quod in multis restringit potestatem Archiepiscoporum in suffraganeos. Vt ordinauit ne Archiepiscopus possit visitare Cathedralem, vel Diœcesim sui Suffraganei, nisi causa cognita & probata in Synodo prouinciali. *sess. 24. c. 3. de ref.* cum tamē de iure antiquo visitare potuerit ad libitum. *c. cum Apostolus. cap. cum nuper. de cens. cap. fin. eo. tit. in 6.* Ordinauit etiam vt causæ criminales Episcoporum priuatione & depositione dignæ, non nisi à Rom. Pont. seu eius speciali delegato cognoscantur, quod licet etiam de iure antiquo habuerint Episcopi. *vt in cap. multum. 3. q. 6. & notat Abb. in cap. si quis Episcopus. de accusat.* plus tamen additur de nouo, vt nimirum etiā causæ minores criminales Episcoporum in Concilio tantum prouinciali, vel coram deputatis ab eodem audiantur. *idem Conc. Trid. sess. 24. cap. 5. de ref.* & quod Episcopus pro crimine concubinatus debeat moneri à Synodo prouinciali, ab eademque deferri ad Rom. Pont. puniendus, si se non correxerit. *idem Conc. sess. 25. cap. 14. de ref.* Ordinauit item quod Episcopus citari vel moneri non possit, vt compareat personaliter, nisi in causa ob quam veniret deponendus vel priuandus. *sess. 13. cap. 6. de ref.* Et quod excepto pro Concilio Prouinciali, non teneātur Episcopi cuiuslibet consuetudinis prætextu accedere ad Metropolitanam Ecclesiam inuiti. *sess. 24. cap. 2. de ref.* ne quidem per Procuratores, vt vidi declaratum sæpius à Sac. Cong. Conc. & præsertim pro certis Ecclesijs Siciliæ & Neapolis, quæ ex consuetudine antiqua tenebantur ad Metropolitanum suū singulis annis pro die certo mittere vnum qui assisteret processioni, & missæ in festiuitate illius diei. Sed quicquid sit de ista deuolutione potestatis Episcopalis ad Archiepiscopum, illud sine dubio teneri potest Episcopum si fuerit negligens, posse compelli ab Archiepiscopo ad faciendum quod debet; In quo concordant Doctores. *vt Abb. & Felin. locis sup. cit. id. Abb. in c. nullus de iurep. n. 2. Couar. pract. q. cap. 10. Paum. de visit. p. 2. quæst. 5.* vt potest compellere Episcopum Archiepiscopus ad faciendā Synodum Diœcesanam quotannis. *c. sicut. de accusat.* Potest eum cogere ad erectionem & conseruationem Seminarij, & ad soluendam eidem portionem quā debet. *Conc. Trid. sess. 23. cap. fin. de ref.* & sic in reliquis. Archiepiscopus enim est Ordinarius suorum Suffraganeorū, & coram illo conueniri possunt. *c. Metropolitanum. 2. quæst. 7. cap. quia cognouimus. 10. quæst. 3. cap. solicitudinem. de appell. Abb. in cap. Suffraganeis. nu. 1. de Elect. & in cap. si quis Episcopus. num. 3. de accusat. Felin. in cap. cum inferior. de maior. & obed.* nimirū in ciuilibus causis; de criminalibus enim tenendum, vt 33.
superius diximus. Similiter Archiepiscopus est Ordinarius Vicariorum generalium suorum Suffraganeorum in casibus quibus delinquunt circa exercitium officij sui seu prætextu aut contēplatione officij. *cap. 1. de off. Vic. in 6. Archid. Gem. ib. & in cap. Romana. de fo. comp. ib. in 6. Card. in Clem. abusionibus. num. 8. de pœnit. & remiss.* licet quandoque etiam Episcopus possit punire suū Vicarium, vt si delinquat tanquam priuatus. *vt notat gl. in cit. cap. 1. v. rationabili.* & alijs casibus, in quibus non tenetur de facto Vicarij, & in quibus potest retractare facta Vicarij. *vt per Gemin. cons. 114. Castren. cons. 348. Bertach. de Epis. lib. 4. p. 8. Paum. de pot. cap. quæst. 10. nu.*

10. nu. 22. Sbroz. de Vic Epis. lib. 2. q. 59. & lib. 3. quæst. 57. Consequens est vt Archiepiscopus possit Suffraganeum suũ, seu ipsius Vicarium generalem suspendere, interdicere, excommunicare, in casibus in quibus censetur habere iurisdictionem in ipsos. DD. communiter in c. v. §. fin. de off. ord. in 6 & in cap. ex tua deuotionis. de Cler. non resid. vbi Abb. nu. 8. Dec. in repet. 2. c. de quouultdeo. nu. 29. de iudic. item Abb. in cap postulastis. num. 11. de Cler. excomm. min. vbi docet hoc idem posse facere Vicarium generalem Archiepiscopi, si absit à prouincia Archiepiscopus. tex. in cap. 1. §. fin. de off. ord. in 6. cit. Gradatim tamen procedendum esset in talibus, vt primo interdicatur ingressus Ecclesiæ, Ordinis executio, tum succedat suspensio, & crescẽte contumacia demum procedatur ad excommunicationem. cap. 2. de off. deleg. in 6. tum & præuia requisitione & monitione, vt supra diximus. Ad extremum singulariter notãdum, quod Archiepiscopus tam ordinariam quam deuolutã iurisdictionem in suos Suffraganeos tutius exercebit, si ea vsus fuerit in casibus tantum in iure expressis. Ad hoc optimũ arg. tex. c. inter corporalia. §. sed. neque de trãslat. & Clem. fin. de priuil. multorumque in hoc concordant sententiæ, quos recensere videtur superfluum, ad incæptã potius materiam potestatis Episcopalis in beneficijs cõferendis redeamus.

Et quidem vltra superius annotata, nõ solum per se ipsum beneficia Diœcesis suæ conferre potest Episcopus, sed etiã eandem facultatem cõferendi committere potest Vicario suo. cap. ex frequentibus. de instit. Quia nimirum collatio beneficiorum concernit iurisdictionem Episcopalem non ordinem. cap. nostr. c. trãsmissam. iun. gl. v. de talibus. de elect.

ea autem omnia quæ sunt iurisdictionis, committi possunt Vicario. cap. peruenit. 95. dist. iun. gl. cap. statuimus. 16. quæst. 1.

Potest eandem facultatem concedere in genere alicui dignitati. cap. cum veniss ent. de instit. Abb. ib. num. 4. vel in specie, vt dare ius instituendi ad beneficia certi loci. gl. in cap. constitutus. v. concessionis. de concess. præb. dummodo concedatur indifferenter collatio beneficiorum certi loci, vel certi valoris, vt si concedatur facultas conferendi omnia beneficia, quæ non excedant valorem ducatorum decem: limitatè verò ad certum beneficium vacaturam, vel ad primum vacans, talis facultas concedi non potest, nisi iam beneficium vacaret de facto. cap. constitutus. cit. de concess. præb. Vnde neq; patronus dare potest facultatem præsentandi ad beneficium vacaturum, militat enim in eo eadem ratio. cap. fin. lo. cit. Rebuff. de form. Vic. nu 58. in prax. licet patronus possit dare facultatem in genere alicui præsentandi ad beneficia sui iurispatronatus ex causa, vt si ipse degeret in remotis. Abb. in cit. c. fin. nu. 6. Dec. in c. pastoralis. §. quoniam. nu. 13. de rescrip.

Posset præterea Episcopus committere cuicunque, vt ab N. volente resignare certum beneficium recipiat resignationem, & ea recepta conferat idem beneficium ad libitum, vel certæ personæ, quod multis rationibus firmat. Bisign. decis. 5. de concess. præb. vbi deducit non subesse in hoc casu periculum captandæ mortis, cum à volente spõte resignare, permittatur recipiendi resignatio, & iura loquentia in contrarium loqui de Legatis, quorum potestas in beneficialibus non est tam fauorabilis vt Episcoporum, & ideo vt odiosa non trahenda in consequentiam. Similiter & patronus, licet non possit præsentare ad

ad vacaturum beneficium, potest tamen præsentare ad vacaturum per certam resignationem, hoc est vno contextu consentire resignationi & præsentare alium: requiritur enim consensus ipsius in resignatione, si quidem ipsius interest, ne ipso spreto dimittatur beneficium. 36. *Abb. in cap. significatum. num. 6. de præb. Put. decis. 412. num. 2. lib. 1. Mohed. dec. 326. alias 8. de iurep. Mandos. cons. 7. num. 4. Roch. de iurep. verb. honorificum. quæst. 3. Couar. pract. quæst. 36. num. 9. Gig. de pens. quæst. 23. num. 4.* Consensum autem huiusmodi de stylo Curiæ à peritissimis Practicis formari testatur Paris. *de resig. lib. 8. quæst. 10. num. 4. in hunc modum.*

Habemus notitiam quod N. possessor talis beneficij Patronatus ipsius vult renũciare, in euentum quod resignet, ipse Patronus præsentat. M. tanquam habilem & idoneum ad illud obtinendum, & illi laudabiliter in Diuinis inseruiendũ, supplicando Episcopo, vt si resignatio coram illo facta fuerit, illi conferat, & eum instituat ad dictum beneficium.

In qua forma apertè continetur consensus ad resignationem futurã, & præsentatio alterius simul.

Sine expressa autem licentia Episcopi aliquis etiam Vicarius beneficia conferre non potest, 37. *cap. fin. iun. gl. v. commissa. de off. Vic. in 6. c. statutũ. iun. gl. fin. eo. lib. 6. de præb. Rebuff. lo. cit. de form. Vic. num. 49.* Idque etiam, si haberet commissionem amplissimam, & etiam si diceretur in commissione, vt possit facere omnia quæ potest Episcopus. *Dec. cons. 128. col. 1. Ant. de Butr. cõs. 19. à col. 2. Pauin. de potest. cap. sed. vac. p. 2.* 38. *quæst. 10.* Vnde neque resignationes recipere potest Vicarius Episcopi, nisi ipsi specialiter detur hæc facultas. *Franch. in cap. vn. de rer. permut. in 6. nu. 9. Rebuff. de form. Vic. à num. 104. in prax.* Ita quod vigore qualiscunq; generalis mãdati resignationes recipere non possit, nisi expresse ipsi concedatur. *Doctores communiter. in cap. fin. cit. de off. Vic. in 6. Paris. de resig. lib. 7. quæst. 24. à nu. 4.* Quia nimirum Vicarius destituere non potest vigore generalis mãdati, nisi ipsi expresse committatur, recipere autem resignationem est modus destitutionis. *cap. 2. de off. Vic. in 6. Host. in cap. cum ex iniuncto. de hæret. Rebuff. lo. sup. cit. nu. 135.* Imò etiamsi haberet Vicarius expressam facultatem conferendi beneficia, ad huc tamen non posset recipere illorum resignationem, nisi ipsi expresè committatur, & è conuerso habens facultatem recipiendi resignationem, non posset instituere nisi expresè ipsi concedatur. *Abb. in cap. cit. cum ex iniuncto. num. 7. de hæret. Card. in Clem. vn. de renunc. num. 16. & in Clem. vn. de rer. permut. num. 14. Rebuff. lo. cit. nu. 105. Rota per Bisign. decis. 3. de renunc.* vbi *decis. 2.* licet videatur tenuisse contrariũ in habente potestatem ab Ordinario conferendi beneficium resignatum, ita quod talis absque alia commissione specifica possit, quod est consequens resignationem recipere, tamen ab hac doctrina recessit Rota *in vna Tamoren. Parach. de Valadar. 15. Decemb. 1547.* teste Put. *dec. 76. lib. 3.* relato à Paris. *de resig. cit. lib. 7. quæst. 10. num. 35.* Hoc idem tenet Selu. *de benef. p. 2. quæst. 4. Calder. cons. 3. de renunc.*

Hinc est quod neque priuare potest Vicarius beneficio, licet habeat instituendi facultatem, nisi ipsi committatur expresè, iurisdictio enim voluntaria non includit contentiosam. 39. *Felin. in cap. auditis. num. 12. de præscript. Abb. in cap. accepta. num. 8. de restit. spol.* Similiter & executor deputatus ad prouidendum

de

de beneficio vacante vel vacaturo, non potest recipere resignationem, etiam à volente renunciare, quia neque destinere potest. *Innoc. in c. quod in dubijs de renunc. in fine Ceraff. de benef. p. 1. c. 8. nu. 17. Rota per Bisign. decis. 3. de renunc.* Neque potest Vicarius conferre beneficia quæ Episcopus confert authoritate delegata à Sede Apostolica, etiamsi haberet facultatem expressam generalem beneficia conferendi. *Cassad. decis. 8. nu. 9. de præb. Rebuff. lo. sup. cit. num. 98.* Ea etiam quæ conferre potest, non potest conferre Episcopo suo cuius est Vicarius. *Abb. in cap. fin. à num. 4. de instit.* vnde & resignationem beneficiorum per eius Episcopum obtentorum recipere non potest, videretur enim Episcopus recipere beneficium à se ipso, & resignare in manibus sui ipsius, cum vnum Tribunal faciat cum suo Vicario. *Put. decis. 94. lib. 1. Paris. lo. sup. cit. quæst. 24. num. 66.*

40. Potest tamen Vicarius vigore generalis mandati, licet non habeat expressam Commissionem conferre beneficia i uris patronatus ad præsentationem patronorum, & eorundem resignationes recipere. *Abb. in cap. ex frequentibus. nu. 7. de instit. Selu. de benef. p. 3. quest. 14. Rebuff. lo. sup. cit. num. 125.*

41. Quod autem diximus neminem alium præterquam Episcopum beneficia quæ ad eius collationem pertinent conferre posse, extendendum est vt neq; Archiepiscopus in beneficijs huiusmodi conferendis sese ingerere possit, prçterquã in certis casibus deuolutionis quos supra notauimus. Similiter neque Capitulum conferre potest beneficia, ad

42. solum enim Episcopum tam institutio quam destitutio beneficiorum Diœcesis spectat. *cap. nullus omnino. 16. q. 7 cap. cum ex iniuncto. in fin. de hæret.* Nisi ex speciali aliquo priuilegio Capitulum haberet potestatem conferendi. *Innoc. in cap. quod in dubijs. de renunc. Abb. ab. num. 6.* Et ne quidem sede vacante Capitulum conferre potest beneficia pertinentia ad collationem solius Episcopi. *c. illa deuotionis iun. gl. v. in collationibus. ne sed. vac.* Imò beneficia huiusmodi vacante sede Episcopali vacantia, reseruantur modo sedi Apostolicæ, *vt videre licet in Reg. 2. Canc. supra à nobis relata.* Nisi tamẽ fuerint beneficia simultaneæ collationis Episcopi & Capituli, cuiusmodi in multis locis præbẽdæ Cachedralis Eccl. esse solẽt *Put. decis. 172. p. 3. Cassad. decis. 27. de præb. Caputag. decis. 88. p. 2.* talia enim possunt conferri per Capitulum vacante sede, vel Episcopo in remotis agente. *c. vn. ne sed. vac. in 6.* neq; tunc obstaret reseruatio. *cit. Reg. 2. Canc.* quia expresse in illa excipiuntur beneficia collationis simultaneæ, *vt videre licet in textu ipsius Reg.*

Potest etiam Capitulum sede vacante beneficium spectans ad collationẽ Episcopi cõmendare ad tempus, donec fuerit prouisũ ab eo cuius est collatio. *Dec. in c. bonæ memoriæ. nu. 48. de appel.* sicut & Episcopus dare potest Oeconomum Monasterio vacanti, licet illud conferre nõ possit, *c. fin. de stat. Monach. Abb. in c. cum vos. nu. 2. de off. ord. & in c. 2. ne sed. vac. nu. 4. Ioan. Andr. in cit. c. vn. ne sed. vac. in 6. Rebuff. de deuol. num. 77. in prax.* 43.

Potest præterea Capitulum vacante sede præsentatos à patronis instituere. *c. 1. de instit. in 6.* Potest & electiones cõfirmare. *Abb. in cit. c. 2. num. 6. ne sed. vac.* Posset gratificari patrono habenti ius præsentandi ad aliquod beneficium, conferendo ipsi tale beneficiũ. *Paun. de potest. cap. sed. vac. par. 2. quæst. 5. Lam-* 44.

bert. de iurep. p. 1. lib. 2. art. 4. q. 7. prin.

Potest recipere resignationes beneficiorum. *Abb. in cap. cum olim. de maior. & obed. ibi. Sexto dubitatur.* Potest 45.
præstare authoritatem permutationibus beneficiorum. *Fed. de Sen. de permut. benef. quæst. 36. num. 61. & cons. 30. col. 2. Franch. in cap. vn. de rer. permut. in 6.* Eorum videlicet quæ sunt de iure patronatus, & eorum in quibus habet simultaneam collationem cum Episcopo: nam eorum quæ sunt collationis solius Episcopi ex communiori DD. sententia Capitulum vacante sede resignationes recipere non potest. *vt gl. in Clem. vn. v. conferantur. de rerũ permut. DD. ib. Felin. in c. cit. cum olim. de maior. & obed. Rebuff. lo. cit. de deuol. n. 95.* quã sententiam approbatam etiam fuisse in Rota *in vna Illerden. 6. Nouemb. 1545.* testatur Paris. *de resig. lib. 7. quæst. 23. num. 38.* Nisi velimus dicere resignationem posse recipi à Capitulo sede vacante, ita vt valeat in præiudicium resignantis, & non in præiudicium succedentis Episcopi. *Abb. in cap. quod in dubys. cit. num. 8. de renunc.* vel nisi resignatio fiat ex aliqua causa necessitatis. *Abb. lo. cit.* vt si fiat propter assecutionem alterius incompatibilis. *extrauag. execrabilis. §. cæterum. de præb.* vel si resignatio fieri debeat in pœnam resignantis. *Pauin. lo. sup. cit. p. 2. q. 2. nu. 12. Fed. de Sen. cit. quæst. 36. num. 62.* quia nimirum resignatio huiusmodi quæ fieret in pœnam pertineret ad iustitiam, in his autem quæ sunt iustitiæ succedit Capitulum, sede vacante, licet non succedat in his quæ sunt gratiæ. *Ioan. Andr. in c. vn. de maior. & obed. in 6.* Vnde etiam Capitulum sede vacante potest priuare beneficio, si subsit causa. *Abb. lo. sup. cit. in cap. cum olim.* & esse opinionem communem testatur Pauin. *lo. cit. par. 1. quæst. 1. num. 4.* Beneficia tamen vacantia per huiusmodi priuationem, vel per resignationem in casibus in quibus resignatio fieri potest coram Capitulo vt diximus, Capitulum conferre non potest; non enim sequitur ex eo quod possit priuare, vt etiam possit conferre, cum hæc sint diuersa, siquidem conferre est iurisdictionis voluntariæ, quæ transit inter fructus debitos futuro Episcopo, priuare autem & instituere præsentatos à Patrono est iurisdictionis necessariæ, quæ ex communi DD. sententia transit in Capitulum sede vacante. *Abb. in cap. cum olim. cit. de maior. & obed. à nu. 2. & in cap. 2. ne sed. vac. circa fin.* 46.

Nec Capitulum iuuari posset consuetudine præscripta in conferendis beneficijs huiusmodi vacante sede, cum præscriptio sede vacante illi currere nõ possit. *Abb. lo. cit. in cap. cum olim. & notat Paris. de resig. lib. 7. quæst. 23. nu. 44.* Et si aliqua ratione vellemus asserere præscriptionem prædictam, adhuc maneret dubium, an hæc præscriptio impedire deberet reseruationem. *Reg. 2. Canc.* supra à nobis relatæ, quod quoniam excedit institutum nostrum alijs discutiendum relinquimus. 47.

ARTICVLVS III.

Quomodo sint beneficia conferenda.

1 Beneficiorum qualitates diuersæ.
2 Beneficia cum iurisdictione censentur curata.

3 Bene-

3 Beneficium proprie curatum quod dicatur.
4 Parochiales Ecclesiæ quomodo prouidendæ.
5 Doctor non excusatur quo minus examinari debeat ad Parochialem.
6 Concursus ad curata reseruata vacantia, non nisi per Ordinarium faciendus.
7 Concursus fieri debet in curatis iurisp. Ecclesiastici.
8 Concursus non requiritur in curatis iurisp. laicalis.
9 Concursus non requiritur in curatis Regularium, vel vnitis communitati seu prebendæ.
10 Beneficium an possit conferri digno, omisso digniori.
11 Scientia quæ requiratur in promouendis ad beneficia.
12 Archidiaconi iurisdictio in sola consuetudine fundatur.
13 Archidiaconatus non censetur curatum, nisi habeat iurisdictionem actu.
14 Depom non potest quis propter illituraturam.
15 Laicus est incapax beneficij Ecclesiastici.
16 Irregularis est incapax beneficij Ecclesiastici.
17 Aetas in promouendis ad beneficia quæ requiratur.
18 Quo ad beneficia simplicia nihil innouauit ratione etatis Conc. Trid.
19 Episcopus an dispensare possit in ætate requisita ad aliquod beneficium.
20 Beneficij viuentis impetratio à iure est reprobata.
21 Beneficium quando dicatur vacare ipso facto vt alteri conferri possit.
22 Abbatiæ sunt ex maioribus dignitatibus.
23 Beneficij ipso iure vacantis possessio apprehendi non potest, nisi vocato etiam iniusto possessore.
24 Beneficium nondum vacans promitti non potest.
25 Beneficia resignari non possunt, nisi seruata forma Const. Pij V.
26 Beneficium Seculare Regulari conferri non potest, nec è contra.
27 Sæculares ad Regularia beneficia an aliquando promoueri possint.
28 Sæcularis ad Regularem dignitatem licet eligi non possit, postulari tamen potest.
29 Sæcularis assequutus beneficium Regulare intra quod tempus debeat emittere professionem.
30 Regulares an possunt assumi ad beneficia curata sine dispensatione Papæ.
31 Simoniæ mediator incurrit pœnas Simoniæ.
32 Pactum omne pro re spirituali consequenda reprobatum.
33 Conditio quæ sui natura inest non facit contractum conditionalem.
34 Beneficia conferens consanguineis qualiter peccet.
35 Beneficium ad promotionem hæretici obtineri non debet.
36 Beneficia conferenda propositis edictis.
37 Episcopus cogere quem potest ad sibi inseruiendum.
38 Curatum non nisi ad sex menses commendari potest.
39 Commenda ad vitam quando dari potest.
40 Commendarius ad vitam censetur verus Prælatus.
41 Commendarius ad vitam an possit vti insignijs beneficij sui, vt baculo, mitra si sit Abbatia.

42 Coadiutor quando datur alicui.
43 Regularia beneficia censentur manualia.
44 Abbatiæ sunt officia perpetua.
45 Manualia beneficia non comprehenduntur sub reseruationibus.
46 beneficia conferenda sine diminutione.
47 Episcopus an possit imponere aliquod onus beneficio vacanti.
48 Vnire beneficia ad solum spectat Episcopum.
49 Vnio non nisi ex causa iusta fieri debet.
50 Vnionis causæ non præsumuntur nisi probentur.
51 Vnio ex quibus causis facienda.
52 Curatum beneficium non potest vniri simplici.
53 Beneficia patronata vniri non possunt sine consensu patroni.
54 Beneficia Regularium an possint vniri.
55 Beneficia reseruata vniri possunt.
56 Vnionem ad vitam non potest facere Episcopus.
57 Vnio facienda cum consensu Capituli.
58 Episcopus non potest vnire mensæ suæ vel Capituli sui.
59 Vnio fieri debet saluo iure possessoris.
60 Dismembratio non nisi vacato rectore facienda.
61 Capitulum sede vac. an possit vnire.
62 Vicarius vnire non potest nisi expressè fuerit ipsi concessum.
63 Pensionem regulariter non potest imponere Episcopus.
64 Simonia non incurritur cum datur aliquid pro redimenda vexatione.
65 Pensio seni resignanti assignari potest.
66 Pensio ad quantam fructuum partem imponi possit.
67 Papa est absolutus in beneficialibus.
68 Pensio super aliquibus beneficijs imponi non potest.
69 Canonicatus de stylo Curiæ exprimuntur solum ad 24. Duc.
70 Pensio extinguitur morte pensionarij.
71 Beneficia prius possessa an in prouisione nominanda.
72 Beneficia incompatibilia quæ dicantur.
73 Beneficia vniformia quæ dicantur.
74 Beneficium primum non vacat, nisi habita possessione secundi.
75 Possessio adepta quando dicatur.
76 Commenda ad tempus non causat incompatibilitatem.
77 Commenda ad vitam est verus titulus.
78 Episcopus non potest dispensare in incompatibilibus.
79 Papa semper dispensare potest in pluralitate beneficiorum.
80 Beneficia simplicia residentiam requirentia an plura detineri possint.
81 Episcopus an possit dispensare in simplicibus requirentibus residentiam.
82 Beneficium quoduis de iure requirit residentiam.
83 Beneficia simplicia non requirentia residentiam an plura haberi possint.
84 Beneficium ad sustentationem sufficiens quod dicatur.

85 Iudicij

85 *Iudicis arbitrio manent quæ non sunt definita à iure.*
86 *In iudicanda sufficientia sustentationis quæ considerandæ.*
87 *Episcopus conferre potest beneficia, dum est in alia Diœcesi.*
88 *Episcopus potest recipere iuramentum à prouiso super aliquibus obligationibus.*
89 *Fidei professionem tenetur facere prouisus de curato vel Canonicatu.*
90 *Fidei professio an possit fieri per Procuratorem.*
91 *Fidei professionem non faciens an iuuetur possessione.*
92 *Prouisi ad beneficia Regularia tenentur emittere fidei professionem.*
93 *Pœnæ non possunt extendi ad similia ex identitate rationis.*
94 *Forma professionis fidei.*
95 *Forma professionis fidei pro Græcis.*
96 *Beneficij collatio quomodo probari possit.*
97 *Episcopus nihil potest accipere pro prouisione ad beneficium.*
98 *Notarius Episcopi an possit petere quid pro literis prouisionis.*
99 *Beneficij possessio quomodo capiatur.*
100 *Possessio beneficij potest capi per Laicum.*
101 *Laicus potest constitui Procurator ad resignandum beneficium.*
102 *Possessio beneficij non potest capi vigore mandati generalis.*
103 *Beneficium acceptare quis possit pro alio sine mandato.*

BEneficia quædam sunt curata, quæ nimirum habent populum cui Sacramenta administrare tenentur. Quædam simplicia quæ populo quidem carent aliquod tamen onus habent annexum, videlicet iurisdictionis supra Clerum, canendi in choro & similium. Alia demum simplicia quæ nullum onus habent adnexum. *Staph. de lit. grat. tit. de qualit. & statu. benef.* secundum diuersitatem itaque huiusmodi qualitatum beneficiorum diuersi quoque modi in eorum collatione sunt tenendi. 1.

Vnde primo de curatis videamus, sed accipiemus curata prout distinguũtur à beneficijs positis in secundo capite præmissæ distinctionis ex Staph. allatæ, videlicet à beneficijs habentibus adnexam iurisdictionem, seu exercitium potestatis spiritualis fori contentiosi, prout est excommunicare, & alia quæ ad correctionem morum spectant, talis enim iurisdictio efficit etiam beneficia curata. *Extrauag. execrabilis. §. quantum autem. Ioan. 22. de præb.* & talem curam dicuntur habere Archidiaconi, & alij inferiores Prælati. *cap. 1. de off. Archid. DD. in cap. cum contingat. de for. comp.* Sed largè loquendo & impropriè, *vt docet Innoc. in cap. cum satis. nu. 2. Ant. de Butr. ib. num. 8. de off. Archid. Abb. in cap. dudum 2. num. 7. in fin. de elect.* strictè verò & propriè, & vt distinguuntur à præcedentibus curata beneficia intelliguntur habentia potestatem ligandi & soluendi in foro pœnitentiali, & certum locum cuius populo adstringuntur administrare Sacramenta, populusque tenetur ea ab eis recipere. *Abb. lo. cit. Dec. in cap. ad aures. 8. num. 16. de elect.* cuiusmodi sunt Parochiales Ecclesiæ. *Clem. dudum. iun. gl. ver. impediant. de sepult. Rot. diuersorũ. decis. 52. p. 2. Hored. de incomp. benef. p. 1. c. 13. &* DD. *communiter in Rub. de Paroch.* & de his loquemur ad præsens. 2.

In collatione itaq; Parochialium Ecclesiarum, seruandum est omnino decretum Conc. Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* vt videlicet occurrente vacatione Parochialis Ecclesiæ, deputetur in ea Vicarius qui eam administret donec prouideatur de Rectore: vt intra decem dies Episcopus eligat aliquas personas idoneas, vel concursu proposito inuiter, qui se velint subdere examini examinatorũ ad hoc deputatorum ex Synodo Diœcesana: vt ijdem examinatores diligenter examinent concurrentes, & digniores ex concurrentibus eligant & approbent, vt Episcopus vnum ex approbatis ab examinatoribus quem iudicauerit, prouideat de Parochia vacante, vel prouidendum remittat ad illum ad quem spectat prouisio. Quæ quidem adeo in collatione Parochialiũ necessario sunt obseruanda, vt sine illis facta collatio sit omnino nulla ex Constitutione Pij V. quæ quoniam supra à nobis fuit sæpius allegata, & continet plura notabilia circa collationem huiusmodi curatorum, ideirco eam inserendam voluimus, *vt sequitur.*

4.

In conferendis beneficiis Ecclesiasticis, & præsertim Parochial. Ecclesiis personis dignis, & habilibus, quæ in loco residere, & per se ipsos curam exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat. Alexandri III. in Lateranen. & Gregor. X. in Lugdunen. generalibus Concil. ac Innoc. similiter III. & aliorum Rom. Pont. Prædecessorum nostrorũ editæ Constitutiones testantur. Quod vt diligentius ac rectius perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina, vt occurrente vacatione Parochialis Elcclesiæ etiam generaliter vel specialiter etiam vigore indulti in fauorem S. R. E. Cardinalium, aut alias quomodolibet reseruatæ vel affectæ, debeat Episcopus habita notitia vacationis Ecclesiæ si opus fuerit, idoneũ in ea Vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur: Et deinde Episcopus, & qui iusp atronatus habet, intra decem dies aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum, aliquos Clericos ad regendum Ecclesiam idoneos, examinatoribus iuxta formam eiusdem Synodi deputatis nominet, & nonnisi eisdem examinatoribus per concursum aliorum examinatorum, etiam tanquam magis idoneo ab Episcopo iudicato, & electo de Ecclesia prouideatur, alias prouisiones seu institutiones omnes præter formam prædictam factæ subreptitiæ censeantur. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabũtur, nisi sit qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet; & verendũ sit ne propter Constitutionum huiusmodi trãsgressionem maximi abusus oriantur. Nos ad quorum notitiam non sine graui nostra molestia peruenit, nonnullos ex Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis, occurrente vacatione Parochialium Ecclesiarum eas nullo aut minus ritè seruato examine, præsertim illo quod per concursum fieri debet ex Conc. Triden. vel etiam examine ritè seruato, personis minus dignis carnalitatis aut alia humanæ passionis affectum non rationis iudicium sequentes contulisse, & de eis prouidisse, volẽtes quantum cum Deo possumus huiusmodi, ac etiã futuris periculis occurrere, eorundem Prædecessorum nostrorum Constitutiones præfatas etiam

etiam innouando, authoritate Apostolica tenore præsentium omnes & singulas collationes, prouisiones, institutiones Parochialium Ecclesiarum ab eisdem Episcopu, & Archiepiscopis ac quibusuis alijs Collatoribus tam ordinarijs quam delegatis, etiam Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus ac Sedis Apostolicæ Legatis vel Nunciis præter & contra formam ab eodem Conc. Trid. præsertim in examine per concursum faciendo præscriptam factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris vel momenti fore & esse, nullumq; prouisis ius aut titulum etiam coloratum possidendi præbere, & Parochiales Ecclesias huiusmodi quæ vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus, easq; omnes pro tempore sic vacantes, nostræ & Sedis Apostolicæ seu eorum quibusuis conferendi eas, præterquam Episcopis & Archiepiscopis qui curam dicti examinis iuxta decretum eiusdem Conc. habere debent competet, dispositioni reseruamus, insuper ne Patriarchales Ecclesiæ diu in suspenso maneant in maximum animarum periculum, quarumcunque Parochialium Ecclesiarum, quarum dum pro tempore vacant ad Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas & quosuis alios Ordinarios Collatores in mensibus Ordinarijs Collatoribus etiam per nostras Regulas assignatis prouisio & collatio spectat & pertinet, de quibus ijdem Episcopi & Ordinarij prædicti intra sex mensium spatium à die vacationis earundem perfecto examine iuxta formam Conc. Trid. præfati non prouiderint, ac illarum etiam quarum collationes nobis & dictæ Sedi generaliter vel specialiter ex quauis causa reseruata seu affecta existunt, aut alijs exindulto Sedis Apostol. competunt, ad quas occurrente illarum vacatione Episcopi & Archiepiscopi præfati personas per examen concursu mutuo habito iuxta dicti Conc. Trid. formam approbatas & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis vel successoribus nostris, aut ijs ad quos collatio spectabit pro collatione obtinenda intra quatuor mensium spatium à die illius vacationis non significauerint; nec non Parochialiū Ecclesiarum similiū, quæ iurisp. Ecclesiastici vel Laicorum seu Clericorum & Laicorum simul fuerint, sic præsentatus intra tempus eisdem patronis à iure præfixum prauio examine iuxta formam dicti Conc. approbatus petatur institui, institutioq; ipsa per duos menses à die præsentationis dilata fuerit, collationem, prouisionē, institutionē & omnimodā dispositionem nobis, & ipsi sedi ac personu indulta huiusmodi conferēdi, prouidendi, seu instituendi obtinentibus respectiue reseruamus: data tamen in Parochialibus iurispatronatus optione ipsis Patronis, vt si institutio ad Ordinarios spectabit, ipsis Ordinarijs illam facere negligentibus, & vltra dictos duos menses differentibus, possint pro huiusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorem Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam. Prohibentes etiam eisdem Ordinarijs, ne tempus decem dierum eisdem Ordinariis & Patronis ab eodem Conc. Trid. ad nominandum idoneos Clericos coram deputatis examinatoribus præfixū, vltra alios decem dies prorogare audeant vel præsumant,

mant. Districtius inhibentes ne quis præter Romanum Pontificem, aut alios indulta huiusmodi obtinentes, vt præfertur quacunque sit super hoc authoritate munitus, de huiusmodi beneficijs sic reseruatis vt præfertur, disponere vel circa illa etiam per viam permutationis, vel alias innouare quoquomodo præsumat. Vt autem non solum dignis, sed magis idoneis repertis iuxta eiusdem Concilij decretum Parochiales Ecclesiæ conferantur, volumus & eadē authoritate decernimus, quod si Episcopus minus habilem posthabitis magis idoneis elegerit, possint ij qui reiecti fuerint à mala electione huiusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem Ordinarium, vti nostrum & sedis huiusmodi delegatum, aut alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad nouum examen coram ipso appellationis Iudice & eius examinatoribus prouocare, & constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoq; reuocato, Parochialu magis idoneo per eundem Iudicē appellationis approbato conferenda, remittatur ad eum ad quem collatio, prouisio vel institutio spectabit. Hæc tamen appellatio interposita interim non impediat aut suspendat, quominus electio per Ordinarium primo loco facta interim debitæ demandetur executioni, & prouisus, ab eadem Ecclesia causa appellationis huiusmodi pendente non amoueatur. Et si quis à sententia per Iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem Apostolicam appellabit; si secus in præmissis omnibus & singulis actum aut attentatum fuerit, irritum decernimus & inane. Volumus autē quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij, &c. Datum Romæ, Anno Incarnat. Domin. 1566. 15. Kalend. April.

Qua constitutione vltra plura singularia quæ legere licet, & nos locis diuersis supra aliqua attigimus, illa ordinatio *Conc. Trid. sup. cit.* de non promouendis ad Parochiales sine prævio concursu & examine, adeo strictè seruanda decernitur, vt collationem beneficij Parochialis absque huiusmodi examine factam nullam omnino esse, nullumque ius prouisis ne quidem titulum coloratum per eam acquiri, ipsumque beneficium contra formam præscriptā à Conc. collatum, de facto vacare reseruatumque esse velit.

Vnde omnes omnino tenentur subijci examini prædicto qui promoueri volūt ad Parochiales. Ita vt ne quidem Doctor vel Licentiatus in aliqua iuris vel Theologiæ professione ab eo excusetur, vt declarauit Sac. Congreg. Concil. *his verbis.*

An Doctor vel Licentiaeus possit excusari ab examine cum comparet petens sibi prouideri de Ecclesia Parochiali, *Congreg. Concil.* censuit non posse.

Idque etiamsi esset famosissimus Doctor, vt quia legisset perplures annos cum applausu in aliqua Academia insigni. *Tusc. de Visit. lib. 2. cap. 5. num. 10.* quia nimirum examen hoc casu requiritur pro forma collationis quæ dat esse rei. *Paris. de resig. lib. 8. quæst. 9. n. 90. & seq.* vbi hoc idem fuisse responsum à prædicta Cong. testatur.

Beneficijs quoque curatis Sede Apost. seu cuique alteri reseruatis vacantibus, similem concursum seu examen facere debet Episcopus, & ex concurrentibus examinatis eligere vnum, ipsumque remittere

mittere instituendum ad Sedem Apost. seu alium cui beneficium fuerit reseruatum, *vt patet ex tex. Conc. cit. & Constitutionis præmissæ*, & declaratum fuisse à prædicta S. Cong. Conc. testatur Paris. *lo. cit. nu. 103.* quam declarationē refert Gonz. *super 8. Canc. gl. 6. num. 11. his verbis.*

In beneficijs curatis reseruatis Sedi Apostolicæ vacantibus per obitū puta in mēsibus reseruatis, Ordinarij proponent edicta concursus, & à Sede Apostolica prouisio fiat approbato, ab examinatoribus in Synodo Diœcesana deputatis, si fidem approbationis habet ab Ordinario, vt in dicta Constitutione Pij V.

De curatis tamen vacantibus in Curia, siue per resignationem in manibus Papæ, solet alioqui Dataria prouidere absq; concursu præmisso solo examine super sufficientia, vt testatur Gonz. *lo. cit. num. 116.* similiter & in curatis vacantibus permutationis causa, solū examen sufficeret. *Paris. lo. cit. num. 95.*

Curata quoque Iurispatronatus Ecclesiastici dum vacauerint in mensibus reseruatis, per concursum & examē prouideri debent. *Gonz. lo. cit.* qui refert S. Cong. Conc. in simili dubio respondisse *hoc modo.*

Si beneficium curatum Iurispatronatus Ecclesiæ in mensibus Apostolicæ Sedi reseruatis vacauerit, Episcopus ipse Ordinarius nulla habita ratione Patronorum, debet edicta concursus proponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide ipsiusmet Ordinarij à Sum. Pont. instituendum, sicut fit in alijs curatis quæ non sunt Iurispatronatus.

7. Vacante autem beneficio in mensibus non reseruatis, Patronus Ecclesiasticus debet nominare plures examinandos, vel ipse Episcopus inuitare potest ad concursum, & demum ex approbatis in examine vnum eliget ipse Patronus instituendum ad beneficium patronatum. *Nau. cons. 5. de iurep. in antiq.* quod etiam responsum fuisse à Sac. Cong. Conc. testatur Genuen. *in prax. c. 66.*

In curato verò Iurispatronatus Laicorum, concursus huiusmodi non requiritur, sed tantum debet examinari præsentatus super sufficiētia. *Conc. Trid. lo. cit.* & declaratum fuisse a Sac. Cong. refert Gonz. *lo. sup. cit. num. 134. his verbis.* 8.

Examen per concursum fieri non debet in vacatione Parochialis quæ sit Iurispatronatus Laicorum, sed sufficit quod deputatus à Patronis examinetur ab examinatoribus in Diœcesana Synodo deputatis, & idoneus iudicetur.

Nisi plures fuerint præsentati, tunc enim in concursum committi possunt. *vt respondit eadem S. Cong. verbis sequentibus.*

An declaratio Congregationis non requiri concursum in Parochialibus de Iurepatronatus Laicorum, procedat quando ab eisdē patronis plures sunt præsentati; Cong. Conc. censuit concursum fieri debere inter præsentatos tantum, quibus examinatis & approbatis ab examinatoribus eum Episcopus eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit iuxta decretum Conc. sess. 24. c. 18.

In Parochialibus quoque Regularibus conferri solitis, concursus non requiritur, sed sufficit solum examen, *super quo etiam habetur declaratio dictæ Sac. Cong. huiusmodi.* 9.

Hoc decretum non habet locum in beneficijs Regularibus, quæ Regularibus conferri consueuerunt.

Neq; fit cōcursus quando curatū beneficiū spectat ad collegium vel annexum est alicui præbendæ seu beneficio ex sui natura simplici; vt si annexum fuerit

Canonicatui Cathedralis vel Collegiatæ Ecclesiæ, tunc enim curatum sequitur potius naturâ illius beneficij cui adnectitur. *cap. extirpandæ. de præb. c. statutum. de elect. in 6. Lap. alleg. 5. nu. 9. Rebuff. de non prom. intra ann. num. 27. Paris. lo. sup. cit. num. 94.* Vnde nec inducit incompatibilitatē cura huiusmodi, nisi eam habuerit ex sui natura principale beneficium. *cap. super eo. tun. gl. ver. non obstet. de præb. in 6. cit.* hocque fuisse responsum à Sac. Cong. Conc. ad petitionem hebdomadariorum Collegiatæ S. Ioannis Maioris Neap. refert Genuen. *lo. supra cit. num. 2.* & Paris. *lo. cit. num. 93.*

10. In collatione autem facienda tā curatorum quam aliorum beneficiorum, debet præferri doctior minus docto, cæteris paribus. *cap. licet ergo. 8. quæst. 1. Abb. in cap. constitutis. 2. num. 7. de appell. Dec. ib. num. 6. Roch. Curt. de inrep. v. honorificum. quæst. 15. D. Th. 2. 2. quæst. 63. art. 1. Sot. de iust. & iur. quæst. 6. art. 1. concl. 9.* & esse communiorem sententiam, tam Theologorum quam Canonistarum testatur Couar. *in reg. peccatum. p. 2. §. 7. num. 4.* Dignus tamen digniori præferri potest, cuius mores sunt magis noti & probati. *arg. tex. cap. cum nobis olim. §. his igitur. de elect. Butr. in cit. c. constitutis. 2. de elect. n. 15. D. Th. lo. cit. Sylvester. v. electio. 1. n. 16. & Doct. cit.* super quo responsum S. Cong. Conc. refert Gonz. *gl. 4. num. 112. in hæc verba.*

Præferendus est minus doctus, modo idoneus, quando eius mores sunt noti & approbati, doctiori cuius vita ignoratur.

Similiter idoneus de eadem ciuitate, vel de gremio Ecclesiæ, vel si fuerit de genere fundatoris, externo licet magis
11. idoneo præferri debet. *Lamber. de iurep. lib. 2. p. 5. art. 6. Zechus de benef. cap. 12. num. 26.* Quæ autem scientia requiratur in promouendis ad beneficia, determinant *Doctores, in cap. cum in cunctis.* præsertim *Innoc. num. 1. Abb. à num. 4. Dec. num. 34. de elect.* Dici tamen potest. Primo in promouendo ad Episcopatum requiri scientiam noui & veteris testamenti. *cap. omnes psallentes. 38. dist.* scientiam iuris & præsertim Canonum secundum quos debet iudicare. *c. 1. in fine. de consang. & affin.* vel quod sit saltem Doctor seu Licentiatus in Theologia seu iure Canonico. *Conc. Trid. sess. 22. de ref. c. 2.*

In promouendo ad beneficium curatum requiritur scientia Canonum pœnitentialium, & eorum qui in exequendo munere curæ animarum, vel administratione Sacramentorum requiruntur. *c. quæ ipsis. dist. 38. cit.* & vt sciat docere populos ea quæ sunt necessaria ad salutem. *Concil. Triden. sess. 5. cap. 2. de ref.*

Alij autem beneficiati scire debent ea quæ muneri ipsorum incumbunt. *Innoc. in c. cum in cunctis. cit.* Vt Archidiaconus debet esse Doctor vel Licentiatus in Theologia seu iure Canonico. *Conc. Trid. sess. 24. cap. 12. de ref.* scire enim debet iura, cum habeat curam iurisdictionalem, & debeat coercere, visitare, & censeatur Vicarius Episcopi. *cap. 1. cap. ad hæc. de offi. Archid. Rot. diuers. p. 2. decis. 52.* præsertim quoad Parochiales Ecclesias & titulos minores, & quoad modicam correctionem. *Abb. in cap. fin. cit. tit. de offi. Archid. num. 7.* si nimirum habeat hanc potestatem seu curam iurisdictionis actu ex consuetudine recepta. *gl. in cap. fin. cit. de offi. Archid. ver. pacifica. DD. communiter in cap. cum in cunctis. §. inferiora. de elect.* iurisdictio enim Archidiaconi in sola consuetudine fun- 12.
datur, & non in iure. *gl. fin. in cap. 2. de excess. præl. Abb. ib. num. 4.* Vnde Archidiaco-

diaconus regulariter non potest excommunicare, vel aliquam censuram exercere, nisi ad hoc habeat ius speciale. *id.*
13. *Abb. in cap. Odoardus. de foiut. & in cap. licet. num. 3. de pœnis.* nec dicitur curatus si non habet aliquam iurisdictionē actu: Curatus enim dici non potest, nisi qui potest excommunicare, seu tenetur confessiones audire, Sacramenta Ecclesiastica administrare. *Rot. per Bisign. decis. 13. de præb.* quorum aliquod vt Archidiaconus habeat, debet iuuari priuilegio speciali vel loci cōsuetudine. *Abb. in cit. §. inferiora. num. 4.* sed de iure habet tantum præeminentiam in Ecclesia, & est immediatus Prælatus post Episcopum. *Dec. in cap. ad aures. de rescript. Mohed. decis. 164. nu. 5. ad hoc cap. 1. iun. gl. 1. de offi. Archid. Butr. Abb. ib. Host. in sum. num. 1. eo. tit. Sbroz. de Vic. Epis. q. 37. num. 6. lib. 1. & quæst. 61. eo. lib.* vbi deducit Archidiaconum sede vacante antequam eligatur Vicarius à Capitulo, sustinere debere vices Vicarij.

Ex his sequitur quod si non haberet actu iurisdictionem huiusmodi annexā Archidiaconus, vix comprehenderetur Decreto Conc. Trid. cit. *vt responsum etiam à Sac. Cong. Conc. fuisse reperimus his verbis.*

An Archidiaconus qui vere cura animarum, & omni prorsus iurisdictione caret, comprehendatur decreto Conc. sess. 24. cap. 12. quoad qualitatem Doctoratus vel Licentiæ in eo requisitam.

Congregatio censuit non cōprehendi.

Vicarius eligendus à Capitulo sede vacante debet etiam esse Doctor siue Licentiatus. *Conc. lo. cit. cap. 16. de ref.* Prębendam Theologalem, Pœnitentialem, Scholasteriam obtinens, debet similiter esse Doctor siue Licentiatus. *Conc. lo. cit. cap. 8. de ref. & sess. 5. cap. 1. de ref.* Quinimò idem *Conc. cit. tit. sess. 4. cap. 12. de ref.* monet vt vbi id commodè fieri potest, dignitates omnes vel saltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus, & in Collegiatis insignioribus non nisi Doctoribus seu Licētiatis in Theologia vel iure Canonico conferantur.

In alijs autem beneficijs simplicibus sufficit doctrina mediocris, vel saltem quod beneficiatus sciat legere, construere, canere, horas Canonicas recitare. *Clem. vn. iun. gl. v. reputamus. de conces. præb. Nauar. de horis Canon. cap. 7. num. 3. Rebuff. de for. Vic. 1. num. 87. in prax.* Et præsertim in Clerico iam promoto ad Ordines sacros, tolerari potest hæc vtcunque conueniens literatura; deponi enim quis non potest propter illiteraturam. *cap. sedulo. dist. 38. c. placuit. iun. gl. prin. 10. quæst. 1.* sed talis deberet prouideri de beneficio competenti illius literaturæ. *Innoc. in cap. 1. de SS. Trinit. Alb. de Ferr. in repet. c presbyter. de celeb. miss. q. 27.* 14.

Vltra literaturam requiritur etiam in promouendo ad beneficium Ecclesiasticum, vt sit Clericus ad minus primæ tonsuræ, Laicus enim non est capax beneficij Ecclesiastici. *c. ex literis. de trāsact.* Et quod sit legitimus, illegitimus enim est incapax beneficij Ecclesiastici: nisi quod Episcopus posset cum ipso dispensare ad minores ordines, & ad obtinēdum simplex beneficium. *c. 1. de fil. presb. in 6.* dummodo illi non conferat beneficiū in Ecclesia in qua genitor ipsius deseruiuit. *Conc. Trid. sess. 25. c. 15. de refor.* 15.

Irregulares quoque ex quocunque irregularitatis capite sunt incapaces beneficiorum Ecclesiasticorum. *c. 15. qui in fin. de sent. excom. in 6.* si nimirum habuerit quis irregularitatem antequam assequatur beneficium, nam tali facta collatio beneficij est nulla. *Innoc. in cap. constitutis. 2. de appell. Felin. in c. 2. de rescrip.* 16.

scrip. Couar. in c. alma mater. p.1. §.7. n. 2. Vnde si talis obtineat beneficium tacito impedimento quod habet, gratia cẽ setur subreptitia & nulla. *Felin. in c. ad audientiam. 2. nu. 22. de homic.* Vt patiẽs morbum caducum si taceat hoc impedimentum impetrando beneficium, impetratio censetur subreptitia, quod fuisse decisum in Rota, testatur Aem. Veral. *decis. 35. p.1.*

Ex post facto autem superueniente irregularitate post assecutionem beneficij, non amittitur beneficium ante incursam irregularitatem obtentum, nisi mediante Iudicis sententia. *c. præcepta. 55. dist. Abb. in c. cũ nostris. nu. 22. de concess. præb. Nau. cons. 3. num. 1. de homic.*

Sed de his consule quæ supra de impedimẽtis ad ordines diximus, fere enim æqualiter in omnib. irregularitas impediens ordinem, impedit etiam assecutionem beneficij.

Requiritur in promouendo ætas sufficiens. Et quidem in promouendo ad beneficium curatum requiritur ætas an-
37. norum vigintiquinque, vel saltẽ ea quæ possit intra annum promoueri ad Presbyteratum. *cap. licet. de elect. in 6. Conc. Trid. sess. 24. cap. 12. de ref.*

Alia etiam beneficia simplicia ante decimumquartum annum obtineri non possunt. *c. super inordinata. iun. gl. v. pueri. de præb. Conc. cit. sess. 23. c. 6. de ref.*

Ad Archidiaconatum promouendus debet esse eius ętatis, vt in Diaconũ promoueri possit. *c. cum in cũctis. §. inferiora. de elect.* alioquin ad Presbyteratum promoueri non obligatur, *vt notãt communiter Doct. in eo. c. cum in cunctis. & Rota diuers. decis. 52. p. 2.*

Ad Decanatum vel Præpositurã promouendus, debet esse eius ætatis, vt ad Presbyteratum promoueri possit. Decanus enim & Præpositus tenetur esse Presbyter. *c. nullus in præpositum. 60. dist. c. 1. de ætat. & qual. cap. cum in cunctis §. inferiora. cit. Dec. ib. num. 5.*

Ad dignitatem quamlibet seu Canonicatum in Cathedrali, requiritur ætas quam requirit Ordo illi dignitati vel Canonicatui adnexus; vel saltem ea, qua intra annum ad Ordinem adnexum promoueri possit. *Conc. lo. cit.* Est autem attendendus Ordo quem requirit ipsa dignitas seu Canonicatus ex sui natura, non autem ille quem requireret aliquod beneficiũ aliud ipsi dignitati seu Canonicatui forte adiunctum, hoc enim adiunctum non alterat naturam principalis beneficij, cui adiungitur vt diximus alias, *ad quod etiam libet referre responsum. S. Cong. Conc. vt sequitur.*

N. obtinuit Canonicatum requirentẽ Ordinem Subdiaconatus, sed quia ille Canonicatus vnita est Parochialis, cum esset in ætate legitima ad Canonicatũ, sed non ad Parochialem, Ordinarius difficilem se reddebat ad ipsum admittendum, vnde consuluit Congregationem.

Congregatio censuit attendendã esse naturam Canonicatus non Parochialis, & sufficere quod prouisus sit in ea ætate quem exigit Canonicatus, si Parochialis est vnita perpetuo & accessoriè Canonicatui; secus si æquè principaliter vnita esset, quia tum non assumit naturam Canonicatus.

Quod alia beneficia autem simplicia & Canonicatus in alijs Ecclesijs inferioribus, requisita ætatis remanere videntur in dispositione iuris communis, cum de illis nihil innouauerit Conc. Trid. 38.
quod etiã responsum fuisse à S. Conc. Conc. testatur Gonz. gl. 5. num. 5. super 8. Reg. Canc. his verbis.

Concilium nihil innouauit super ætate promouendorum ad Canonicatus Ecclesiarum Collegiatarum.

Si tamen ex consuetudine vel statuto

aliquis Ordo huiusmodi beneficijs Col-
19. legiatarũ fuerit adnexus, eius ætatis deberet necessario esse promouendus, quã Ordo requireret adnexus beneficio, vel cum qua saltem intra annum ad Ordinẽ adnexũ promoueri posset. *Conc. cit. sess. 22. c. 4. de ref.* Neq; Episcopus de nõ suscipiendo Ordine huiusmodi dispensare posset, nisi ad annum. *id. Conc. sess. 7. cap. 12. de ref.* idque nonnisi ex causis in iure expressis, vt causa studij; & dummodo intra annũ saltem Subdiaconatum suscipiat sic dispensandus, ne videlicet retrocedere possit. *c. cum ex eo. de elect. in 6.*

Circa beneficiorum collationem ad-
20. uertendum est præterea, vt conferantur beneficia vacantia, vacatura enim seu viuente legitimo possessore conferri non possunt, cum beneficij viuentis impetratio in iure sit reprobata. *c. non furem. 7. q. 1. c. 1. de conces. præb.* nisi obtinens beneficium esset priuatus ipso iure, vel à Iudice, vt si fuerit assecutus aliud beneficium incõpatibile. *extrauag. Ioan. 22. incip. execrabilis. de præb.* vel in casibus
21. in quibus beneficium censetur pro derelicto, *quos casus deduxit Abb. in c. Clericos. nu. 4. de Cler. non resid.* vel si Matrimonium contraxit, seu sponsalia de præsenti. *c. 1. & 3. de Cler. coniug.* vel si fuerit ingressus Religionem & annum probationis impleuerit. *c. beneficium. de regul. in 6.* nonnisi tamen secuta professione conferri debet beneficium ingredientis Religionem. *Gemin. in cit. c. beneficiũ. not. 3.* præsertim post Conc. Trid. quod ante emissam professionem resignationes, aut obligationes quascunque per ingredientes Religionem faciẽdas, irritas esse voluit *sess. 25. c. 16. de regul.* hocq; decretum locum habere etiam in renunciatione beneficij, declarauit sæpius S. Cong. Conc. *vt attestatur. Paris. de resig. lib. 3. q. 13. nu. 5.* Deputari tamen potest in huiusmodi beneficio ingrediẽtis Religionẽ Vicarius, qui administret ad tempus emissæ professionis. *cit. c. beneficium. de regul. in 6. Maiol. de irreg. lib. 3. c. 6.* Et si quis promoueatur ad Abbatiam, statim post adeptam possessionem Abbatiæ, etiamsi nondum sit benedictus in Abbatem, vacare censentur illius beneficia. *Pauin. de potest. c. sed. vac. q. 9. Oldrad. cons. 14. Gig. de pens. q. 56. n. 5.* Abbatiæ enim æquiparantur in hoc 22.
Episcopatibus, cũ sint ex maioribus dignitatibus, veniantq; Abbates appellatione Prælatorum. *Dec. in c. decernimus. à nu. 8. de iudic. Hoied. p. 1. de incomp. benef. c. 5. Lap. Alleg. 84. num. 12. Paris. de resig. lib. 3. q. 1. à num. 95.*

Similiter amittit quis beneficium propter crimẽ, sed præcedente sententia declaratoria, idq; etiãsi fuerit crimen notorium. *Ioan. Andr. in c. 1. n. 10. de homic. in 6. Gomez. in Reg. de an. q. 52. Couar. in c. alma mat. p. 1. §. 2.* vel saltem tã in hoc casu quam in alijs præmissis, omnibusq; eisdem similibus quibus beneficium ita vacare censeatur, vt alteri conferri possit, prouisus de huiusmodi beneficio non posset apprehendere possessionem beneficij accepti, nisi vocato priori possessore, *iuxta tex. cap. licet. de præb. in 6. & not. per Doctores ib.* possessio enim beneficij quo quis est priuatus iure, potest 23.
detineri, & ex ea causatur remedium possessorium. *Abb. in c. in litteris. nu. 21. de restit. spol.* Nec debet conferri possessio alteri, non vacato præsenti possessore etiam iniusto. *id. Abb. in c. cum nostris. nu. 19. de conces. præb.*

Vt autem diximus non conferendum beneficium nec dum vacans, eodem modo dicendum est, beneficium antequam vacet promittendum non esse. *c. nulla. c. ex tenore. de conces. præb. Lap. alleg. 84. nu. 7.* vnde & expectatiuæ ad primo va-

catura seu mandata de prouidendo quā primū vacauerit, iure veteri vsitata, de quibus est mentio *in c. Capitulum sanctæ crucis. de rescript. c. proposuit. de concess. præb. c. si cui. c. si pauper. de præb. in 6.* & pluribus alijs locis, nouissimo iure Conc. Trid. cit. *sess. 24. c. 19. de ref.* fuerunt abrogatæ.

Ex ijsdem ferme rationibus beneficia resignanda vel resignata conferri pro-
85. hibentur, nisi seruatis requisitis Constitutionis Pij V. in qua & causæ admittendarum resignationum determinantur, aliaque plurima in hac materia resignationum necessario seruanda ordinantur. Cuius Constitutionis cum frequentissimus vsus sit, eam hic retulimus tenore quo sequitur. *eius autem clarior intellectus peti potest ex tractatu locupletissimo Flam. Paris. de resig.*

Quanta Ecclesiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa, iam latè perspiciant, & cum mœrore expendant Præsules omnes & Pastores, quando hæc pernicies cæterarum omnium maxima, tam multas orbis Ecclesias impiè violarit. Quia verò hoc malum cum in cæteris frequens, tum maximè in beneficiorum & officiorum Ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod pridē de reprimēdis quotidianis fraudibus quæ hac in re frequentiores internoscuntur, certam aliquam rationem tandem inire, officij nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationum huiusmodi receptione paulo seuerius interposuerimus, omnesq; beneficiorum interim resignandorum dispositiones quæ fierent, tanquam irritum reuocauerimus, ac etiam decreuerimus nullum per eas in illis ius neque titulum vel coloratum, tam in petitorio, quam in possessorio ipsis prouisis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore. Collatores verò alias in illorum dispositione etiam tanquam deuolutionis iure sese interponere non posse, sed de eis vt verè vacantibus, siue per Romanum Pontificem, siue alios collatorum eorundem superiores vti præuentum esset libere prouideri. Nunc autem intendentes institutum, quo sanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino persequi, ac simul quantum in nobis est cauere, ne resignationes ipsæ dehinc pro cuiusq; arbitrio, nullusq; vel certè leuibus causis passim & temere admittantur, prohibitionem & alia prædicta ac cætera omnia nostris super his literis contenta, eatenus relaxamus, vt posthac Episcopi & alij facultatem habentes, eorum duntaxat resignationes recipere & admittere possint, qui aut senio confecti aut valetudinarij, aut corpore impediti vel vitiati, aut crimini obnoxij, censurisq; Ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt aut non debent Ecclesiæ vel beneficio inseruire, seu qui vnum aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri. Religionem quoque ingressuri, vel Matrimonium contracturi si statim postea id re ipsa exequantur: denique cum quis ex alijs casibus acciderit, qui constitutione fœlicis recordationis Innocentij Papæ III. de dimittendis Cathedralibus Ecclesijs edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij securi residere: sed nec horum vllus sacro ordini

manci-

mancipatus, nisi Religionem ingressurus valeat vllo modo beneficium vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo in vita possit commode sustentari. Ad hæc beneficiorū & officiorum mutationes admittere, quæ Canonicis sanctionibus & Apostolicis Constitutionibus permittuntur. Caueant autē Episcopi & alij prædicti, itemq; omnes Electores, Præsentatores & Patroni, tā Ecclesiastici quam Laici quicunq; sint, ne verbo quidē aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs & officijs successores ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Cæterum præcipimus atque interdicimus, ne ipsi Episcopi aut alij collatores de beneficijs & officijs resignandis prædictis, aut suis aut admittentium consanguineis, affinibus vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarū in extraneos collationum, audeant prouidere: quod si secus ac etiam quicquid præter vel contra formam prædictorū fuerit à quocunque temerè attentatum, id totum ex nunc vires & effectum decernimus non habere. Qui verò contra fecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur, à beneficiorum & officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & institutione prout cuique competierit, tamdiu suspensi remaneāt, donec remissionem à Rom. Pontifice meruerint obtinere; & qui talia beneficia seu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, cōfirmare, vel instituere aut si fuerint, excōmunicationis quo ad personas, quo vero ad Capitula & Conuentus, à diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus; quibus etiam nullus alius quam ipse Romanus Pontifex, siue absolutionis siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impartiri, Prohibitione & literis nostris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris. Non obstantibus quibuscunque priuilegiis, indulgentijs & literis Apostolicis generalibus & specialibus, quibuscunque Episcopis & alijs superioribus ac inferioribus Ecclesiarum Prælatis, nec non Ecclesijs, Monasterijs, Capitulis, Conuentibus, Collegijs & Vniuersitatibus eorumq; & alijs personis etiam Regia & Imperiali Maiestate præditis, sub quacunque verborum forma & conceptione concessis, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodocunque vel differri, etiamsi de eis ipsorumq; totis tenoribus ad verbum, ac de proprijs nominibus eorum, nec non Ecclesijs, Monasterijs, locis, ordinibus, & dignitatibus quibusuis, nec nō causis propter quas illa concessa sunt specialem & expressam præsentibus fieri oporteret mentionem. Cæterum iubemus easdem præsentes ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe & in acie Campi Florę publicari, & earum exempla affigi, volumusq; eas sic publicatas omnes & singulos perinde afficere & obligare, ac si illis ipsis fuissent singulariter intimatæ. Exemplis quoq; prædictis & iam impressis, manuq; Notarij publici & Sigillo Prælati Ecclesiastici vel eius Curiæ obsignatis, eandem prorsus fidē adhiberi, quæ ipsis præsentibus si forent exhibita vel ostensa. Nulli

ergo

ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ relaxationis, præcepti, interdicti, decreti, promulgationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurū, Dat. Rom. apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1568. Kal. Aprilis. Pont. nostri anno tertio.

De eisdem resignationibus publicandis emanauit alia Const. Greg. XIII. *incip. Humano vix iudicio de ann. 1583. Non. Ianuar.* quæ videri potest in eius Bullario.

In beneficiorum collatione aduertēdum præterea, vt Sæcularia Sęcularibus, Regularia Regularibus conferantur. *c. 1. 16. quæst. 2. cap. officy. cap. cum ad nostram. de elect. cap. cum de beneficio. de præb. in 6. Conc. Trid. sess. 14. cap. 10. de ref. Card. in Clem. 1. de suppl. neg. præl. Put. decis. 261. lib. 2.* Regulariter autem omnia beneficia censentur sæcularia, nisi in eorum fundatione cautum fuerit vt sint Regularia, vel nisi præsumantur Regulara ex quadraginta annorum decursu, quo in eis per Regulares continuè fuerit deseruitum. *Franch. in cit. c. cum de beneficio. num. 5. Nau. cons. 8. de præb. in antiq. Mascard. de probat. conclus. 177. num. 6. Rebuff. in prax. tit. quotuplex sit beneficium. num. 5.* 26.

Posset tamen beneficium Regulare conferri Sæculari instante necessitate, dummodo suscipiat habitum, & emittat professionem eius Religionis. *cap. cum causam. de elect. in fin. Abb. ib. num. 5. Ant. de Butr. ib. num. 15.* idque clarè colligitur ex textu Conc. Trid. *sess. 14. cap. 10. de ref.* Vnde etiam emanauit declaratio Congr. interpretum eiusdem Conc. relata apud Gonz. *cit. gl. 8. nu. 78. vt sequitur.* 27.

Anprater Papam possint Ordinarij Collatores Regularia beneficia in titulum Regularibus professis prouideri consueta, conferre etiam Sæcularibus qui illius Ordinis habitum omnino susciperę & professionem emittere teneantur.

Sac. Cong. die 12. Decemb. Anno 1585. censuit iuxta hoc c. posse etiam Ordinarios Collatores portiones Monachales & Canonicales, & similia simplicia beneficia Regularibus prouideri consueta, conferre ne dum eius Ordinis professis, sed etiam Sæcularibus, qui habitum suscipere & professionem emittere omnino teneantur. Abbatias tamen & beneficia administrationem habentia, non nisi professis iuxta Canones per Ordinarios inferiores conferri posse.

Quinimò & ad Abbatias & similia Regularia beneficia sæculares Clerici licet eligi non possint, postulari tamen non prohibentur. *vt notat Abb. in cap. officy. num. 4. de elect. & in Clem. 1. num. 6. eo. tit.* inhabilis enim ad eligendum postulari non prohibetur. *p. innotuit. de elect. cap fin. de postulat. præl.* Non ab alio tamen deberet postulari quam à Papa. *iuxta notata gl. in cap. indemnitatibus. v. eligatur. de elect. in 6. & alterius. gl. in Clem. 1. v. eligatur. eo. tit.* Et sic postulatus teneretur emittere professionem Regulę illius, ad cuius prælaturam postulatur iuxta iura allegata. Tempus autem ad emittendam professionē haberet vnum annum. *cap. ad Apostolicam. de regul. cap. non solum. eo. tit. in 6.* Vel aliquod minus tempus, dummodo sit tale quo cōpetenter possit instrui in Regula promouendus. *vt notat gl. in c. officy. v. competenter. de elect. Abb. num. 5.* 28. 29.

Ant.

Ant. de Butr. num. 13. Ioan. Andr. circa finem ib. cui doctrinæ adstipulari videtur Conc. Triden. *sess. 25. cap. 21. de Regul.* vbi obtinentes Abbatias vult profiteri Regulam quemque sui ordinis infra sex menses: sed salua interpretatione S. R. Ecclesiæ, cuius est solius declarare mentem Concilij, ille locus Concilij cit. videtur loqui de illis tantum, qui tempore eius Concilij obtinebant regularia beneficia non facta professione. Aliter nusquam vidimus in praxi emitti professionem Regulæ alicuius intra sex mẽses vigore huius Conc. Tãto magis quod idem Conc. *c. 15. eiusdem. sess. 25. de regul.* expresse annullat professiones ante annum probationis expletum factas. Vnde difficile est in huiusmodi ambiguis quid certi affirmare, sed potius adueniente casu simili consulenda veniret S. Cong. interpretũ. Conc. vel saltem peti posset dispensatio à Sanctissimo super emittenda professione Regulæ non expectato anno, quæ probata necessitate & vtilitate Ecclesiæ, nõ grauatim obtineretur, præsertim in re iuri veteri conformi, quo potuit renunciari anno probationis in fauorem ingredientis Religionem & Monasterij introducto. *cit. c. ad Apostolicam. tun. gl. v. Monastery. de Regul.* 30.

Quod autem diximus ad Regularia beneficia posse aliquando assumi Sæculares, similiter dicendum est ad Sæcularia beneficia Regulares quandoque esse assumendos exigente necessitate vel vtilitate Ecclesiæ. *Clem. 1. de elect. Card. ib. Abb. in cap. quod Dei timorem. de stat. Monach. Staph. tit. in obtinen. benef. quæ requir. num. 6.* Non tamen ad beneficia curata, præsertim his temporibus post. Concil. Triden. *circa quod declarationem Greg. XIII. emanatam refert Gonz. cit. gl. 7. n. 25. in hæc verba.*

Sanctissimus D. N Greg. XIII. noluit licere Canonicis Regularibus Congreg. Lateranen. etiam de licentia suæ generalis absque permissu Summi Pontif. assumere curam animarum etiam ad tempus, multoque minus beneficium curatum ad tempus.

Vlterius in conferendis beneficijs aduertendum est vt cõferantur sine pacto de dando munere seu aliqua re pretio æstimabili: alioquin etiam tam conferens quam recipiens beneficium incideret in crimen & pœnas Simoniæ. *cap. tua nos. cap. quoniam. de Sim. cap. 2. de elect. in 6.* imò & mediator Simoniæ, seu ille qui munere accepto promoueret quem ad beneficium Ecclesiasticum, non excusaretur à vitio Simoniæ. *extrauag. cum detestabile. §. statuentes. de Sim. comm.* & est communis Doctorum sententia nisi forte esset res modica quæ datur. *cap. & si quæstiones. lo. cit. de Sim.* licet etiam tum committi graue peccatum iuxta modum intentionis teneat *Nau. cons. 52. tit. de Sim.* vbi quænam censenda sit res modica, docet remanere in arbitrio & æstimatione boni viri, qui æstimare debet considerata qualitate personæ dantis & accipientis. *idem tenet Abb. in c. & si quæstiones cit.* 31.

Et quidem omne pactum quod est medium assequendi beneficium Ecclesiasticum, inducit Simoniam. *Nau. lo. cit. cons. 57.* idque etiamsi pactum fuerit de re spirituali; non solum enim ob rem temporalem, sed etiam spiritualem si deducatur in pactum committitur Simonia. Vnde recipiens beneficium cum pacto vt aliud beneficium quod obtinet renunciet in fauorem conferentis, vel ipsius propinqui, amici, non excusatur à Simonia. *Nau. loc. cit. cons. 22. n. 56. in antiq. Ioan. Caraf. de Sim.* 32.

nen. à num. 65. Similiter & renuncians beneficium N. vt suffragetur sibi in electione, vel præsentatione, vel vt nunciet sibi de occurrente vacatione alicuius beneficij, non sine vitio resignat. *id. Nau. in man. cap. 23. num. 107. Paris. de resig. lib. 14. q. 4.*

Idem vitium incurrit conferens vel recipiens beneficium cum conditione alicuius obsequij præstandi. *c. sunt nonnulli. 1. quæst. 1. cap. cum essent. de Sim.* idq; etiamsi obsequium videretur piũ, ad quod tamen beneficiatus de iure nõ teneretur. Vnde collationem factam cũ onere legendi Sacram scripturam, ad quod alioquin non teneretur, fuisse simoniacam iudicauit Rota Rom. *die 20. Mart. 1551.* coram Vestano *in vna Pampilonen. Prioratus, vt refert Aemil. Veral. decis. 241. p. 3.* Et patronos qui præsentarant Capellanum cum conditione vt teneret duos alios Capellanos, quorum vnus esset consanguineus ipsorum patronorum, & vt reficeret porticum Capellæ, fuisse simoniacos, renuit eadem Rota, *teste Achil. de Graf. decis. 343. alias 4. de Sim.* & si in collatione beneficiato imponatur, vt faciat Organum, vel quid simile ad quod alias de iure non teneretur, redolere simoniam docet *Redoan. de Sim. p. 2. c. 11.* si tamen in fundatione beneficij, seu dum vacat antequam conferatur apponatur ipsi onus aliquod, posset recipienti circa collationem iungi, vt illi oneri satisfaciat, nec propterea incurreretur simonia, ea enim quæ ex natura insunt, si deducantur in pactum non faciunt simoniam, cum conditio quæ sui natura inest non efficiat contractum conditionalem, *vt notat gl. in cap. significasti. v. conditione. de elect. & alia gl. in cap. in electionibus. v. in certa. in 6. tit. cit.* vt si imponatur quod recipiens beneficium renuncietur aliud, cum de iure vtrumq; retinere non possit. *gl. in c. ad audientiam de rescrip. Abb. ib. num. 6.* 33
Rebuff. in prax. tit. ne quis ad collat. nu. 3. Similiter si requirantur ea quæ iure permittente possunt requiri. *gl. in cit. cap. significasti. de elect.* vnde si promouendus promittat quod soluet quicquid infrè debebit, puta partem fructuum vel Annatam quã fortè Capitulum ex priuilegio Papæ exigere consueuit, quoties vacat beneficium aliquod. *extrauag. suscepti. ne sed. vac. comm.* vel si promittat soluere pensiones iure impositas beneficio, vel quod soluet debita, ad quæ efficaciter esset obligata Ecclesia, & ad quæ soluenda obligaretur de iure, non incurrit vitium simoniæ. *Nau. cit. cons. 1. nu. 4. de Sim. in antiq. Paris. lo. cit. q. 7. num. 64.*

Non debent item conferri beneficia solius sanguinis intuitu. *cap. vn. vt ben. Eccl. nun. gl. v. Carnalitatem.* conferens tamen hoc modo licet peccet, non dicitur simoniacè conferre. *D. Th. 2. 2. quæst 100. num. 5. Couar. lib. 1 var. resc. 5. num. 4.* nec debent conferri ad solas preces, intercessiones, vel in fauorem 34.
aliquorum. *cap. pueri. 1. quæst. 1.* licet tales quoque respectus non inducant simoniam, imò nec peccatum inducent si subsit iusta alioquin causa conferendi: vt si promouetur dignus. *D. Th. lo. cit. Felin. in cap. cum essent. de Sim.* & fuisse resolutum in Rota *in vna Rossanen. de ann. 1537. testatur Sarnen. de Trien. q. 12. col. 4.* Ad preces tamen seu intercessiones hæreticorum nulla ratione conferri debet beneficium Ecclesiasticum. *c. quacunq; §. ad hæc. de hæret. in 6.* quem textum hic referre placuit, *vt sequitur.*

Ad hæc quoscunque viros Ecclesiasticos qui ad preces huiusmodi pestilentium per- 35.
sonarum, personatus, dignitates, & quacunque alia Ecclesiastica beneficia sunt adepti,

adepti, ex nunc priuamus taliter acquisitis, volentes quod tales & habitis careant perpetuo, & si receperunt illa scienter, ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur.

Et conferenda sunt beneficia propositis prius & publicatis edictis; maxime si sit conferendum beneficium, ex cuius collatione generari posset alicui præiudicium: vt si conferendum sit beneficiũ resignatum, electiuum, litigiosum, de
36. cuius vacatione non plene constat, vacans ob incompatibilitatem, vel beneficium iurispatronatus. *cap. fin. de elect. in 6. iun. gl. v. electione.* Vnde institutionẽ de beneficio iurispatronatus ad præsentationem patronorum factam non propositis edictis nec seruata forma. *cit. cap. fin. de elect. in 6.* esse inualidam tenet Lap. *alleg. 8. num. 5.* Lampert. *de iurep. lib. 2. p. 2. art. 13.* & fuisse resolutum in Rot. *corã Capizucco, in vna Spolet. 29. May 1551.* testatur *Aemil. Veral. decis. 95. p. 2.*

Sponte accipientibus non inuitis cõferri etiam debent beneficia, Episcopus enim cogere non potest, vt quis inuitus recipiat beneficium, licet hoc Papa possit. *cap. penult. de his quæ vi met. Rebuff. lo. sup. cit. num. 4. Zecch. de benef. cap. 12. num. 21.* Licet cogere possit aliquem ex Clericis ad sibi inseruiendum. *Abb. post gl. in cap. ad audientiam. de Cler. non resid.* vel ad suscipiẽdum delegationem
37. aliquam. *gl. in cap. pastoralis. v. inutilem. in fin. de off. ord.* dummodo tamen tali inseruienti necessaria subministret, non enim tenetur proprijs stipendijs militare. *gl. fin. in cap. inter cætera. de off. ord.* vt & Vicario suo tenetur Episcopus cõstituere salarium. *gl. in cap. 1. v. quantitate. ne præl. Vic. su. & alia. gl. cum tex. in cap. si Episcopus. de off ord. in 6.* DD. *ib. ad hoc l. 1. §. honorarys. ff. de var. & extraord. cogn. Card. in Clem. statutum. q. 7. de elect.* oportet tamen vt conueniatur de solutione talis salarij, alioquin nõ posset cogi debitor ad ipsius solutionẽ. *Bald. in l. 1. C. mandat. Put. decis. 45. lib. 1. Mohed. decis. 356. alias 4. de off. Vic. Rot. decis. 559. & decis. 679. num. fin. p. 1. diuers. Sbroz. de potest. Vic. quæst. 55. lib. 1.*

Conferri item debent beneficia perpetuo, & nõ ad tempus. *cap. vn. iun. gl. v. perpetui. de Capel. Monach. in 6. Gem. ib. num. 3. Rebuff. lo. cit. num. 13.* Vicarius tamen, Oeconomus ad tempus dari solent. *cap. cum vos. de off. ord.* vel si beneficium detur in commendam, hoc enim modo ad certum tempus dari solet. *cap.* 38.
qui plures. 21. quæst. 1. vnde beneficium curatum non nisi ad sex menses commẽdari potest per Episcopum. *cap. nemo. de elect. in 6.* & talis commendatarius non dicetur verus Prælatus, sed depositarius, nec facit fructus suos, sed illos colligere, & in necessitates Ecclesiæ dispensare potest. *gl. in cap. cit. nemo. ver. commendæ.*

Simplicia autem beneficia etiã ad vitã commendare potest Episcopus. *cap. cum constiterit. de accus. Franch. in c. nemo. cit. Rebuff. lo. cit. n. 16.* quod etiam Papa etiam in maioribus beneficijs sæpè concedit, & quidem cum commendat Papa, nec exprimit præfinitum commendæ tempus, in dubio tali cõmenda præ- 39.
sumitur perpetua. *Sarnen. in reg. de trien. quæst. 5. & de publica. quæst. 4.* & fuisse decisum in Rot. in vna Salamanticen. *coram Cressentio. 26. Iunij, 1538.* refert *Paris. de resig. lib. 3. q. 1. num. 113.* & huiusmodi Commendarius ad vitam, dicetur verus Prælatus. *Mandos. de verisim. not. q. 3.* & habebit eandem authoritatem & potestatem iurisdictionis, administrationis, fructuum dispensatio-

bis, quam haberet beneficiatus in titulum, facitq; fructus suos. *Ioan. Monach. in cit. cap. nemo. Sarn. cit. q. 5. de Trien.*
41. *Gemin. cons. 18. num. 12. Rom. cons. 350. num. 8.* An vero possit vti baculo & mitra, si vsus istorum competat beneficio ex aliqua ratione, puta si esset Abbatia, resolui potest ex dictis Abb. *in cap. 1. de suppl. neg. præl. num. 2. & in cap. inter Monasteria circa finem. de reb. iud.* vbi dicit Abbatem nondum benedictum posse vti baculo & mitra, cum vsus istorum concedatur ad decorem ipsarum Ecclesiarum potius quam ad significationem eorum, ad quæ in Episcopo fuerunt instituta, ad quod pertinet quod Cõmendarius perpetuus æquiparatur Abbati titulari. *Rot. diuers. decis. 222. p. 3 lib. 2.* sed in his attendenda est locorum consuetudo & vsus receptior. vnde & S. Cong. Rituum *in Ann. 1617.* consulta super simili dubio commenda Abbatiæ cuiusdam Diœcesis Cracouien. voluit informari de loci consuetudine, quod cum difficile esset probatu, Commendarius ille, obtinuit gratiam specialem à S. D. N. super vsu Pontificalium, ab Abbatibus titularis illius loci vsitari solitorum.

Præter commendam datur etiam beneficium ad tempus cum datur coadiutor ægroto, seni, illiterato. *cap. pen. & fin. de Cler. ægr.* coadiutor enim hoc casu datur cum potestate administrandi
42. onera beneficij, sed ad tempus, scilicet mortis coadiuti; quandoq; tamen dantur perpetuæ coadiutoriæ, seu cum futura successione, sed nõnisi à Papa *Conc. Trid. sess. 21. cap. 6. & sess. 25. c. 7. de ref.*

Manualia quoque beneficia ad tempus dari solent, imò illorum est natura
43. vt ad beneplacitum tantum conferentis teneri possint, & talia sunt omnia beneficia regularia, *de quibus loquitur tex. cap. cum ad Monasterium. §. tales. de stat. Monach. Clem. vn. § præmissa. iun. gl. ver. reuocari. de suppl. neg. præl.* licet hæc quandoque efficiantur etiam perpetua. *Abb. in c. ad nostram. de confir. vtil. vel inutil. nu. 7. & in cap. cum ad Monasterium nu. 5. de stat. Monach.* vbi vult Abbatias esse perpetua officia. *idem docet* 44
Selu. de benef. p. 3. q. 21. num. 3. Rebuff. in tract. nominat. q. 9. num. 27.

Non solum autem Regularia beneficia, sed & Sæcularia solẽt esse quandoq; manualia, si taliter circa fundationem ordinentur. Vnde de illis plura inueniuntur apud authores. *Gamb. de pot. leg. in reseru. benef. lib. 4. à nu. 13. Card. cons.* 45
57. Cassad. decis. 4. & 12. de præb. Calder. cons. 26. de præb. vbi probat huiusmodi beneficia manualia non comprehendi in reseruationibus. *Gomez in tractatu de expect. nu. 94. Mandos. in reg. de annali. q. 11. à nu. 5. Mohed. decis. 169. alias 10. de caus. poss. & propr.* vbi huiusmodi manualia probant nõ includi sub regulis de annali vel triennali. *hoc idem Rot. decis. 739. p. 1. diuers.*

Vltra hæc, beneficia sunt conferenda sine diminutione. *c. vn. vt Eccl. benef. sine dim. conf.* Quinimò publicè interest 46.
ne diminuantur. *Rot. decis. 454. nu. 6. p. 1. diuers.* Nec Episcopus potest sibi retinere partem fructuum beneficij. *c. prohibemus. de cens.* Et si hoc faceret ex pacto vel conuentione incurreret Simoniam, *vt notauimus supra tit. de Sim.* Posset tamen vacanti beneficio antequam cõferatur, imponere aliquod onus vrgente necessitate. *c. significatum. de præb. gl.* 47.
penult. in cap. quia nonnullus. de magistr. Abb. in cit. c. vn. vt Eccl. benef. nu. 15. vbi nimirum hoc exigeret euidens necessitas vel vtilitas. *c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6.* Posset vrgẽte simili necessitate Ecclesiæ, vel propter sustentandam dignitatem

eatem suam Episcopalē de consensu sui Capituli dum vacat beneficium, & antequā conferatur, retinere sibi partem aliquam fructuum. *gl. fin. in c. vn. cit. vt Eccl. benef. Innoc. Abb. ib.* Sed in his cautè agendum, cum destinata in vnum piū vsum non possint in alium cōuerti. *Cle. quia contingit. de relig. Dom.* & nōdeberent fieri nisi authoritate Sedis Apostolicæ, *vt not. gl. in cit. Clem. v. sedis. & ad hoc optimum argumentum. tex. c. tuæ nobis de verb. signif.*

Posset & vnire beneficia suæ Diœcesis Episcopus. *c. sicut vnire. de excess. prælat. Clem. fin. de reb. Eccl. non alien.* Imò hoc est proprium Episcoporū, sicut & subiectio omnium Ecclesiarum Diœcesis, ita vt nō possit competere alijs inferioribus, ne quidem Abbati, cum hoc sit iurisdictionis contentiosæ. *Abb. in cit. c. sicut vnire. num. 2. Mohed. decis. 337. alias 3. de off. Vic.* nisi inferior Prælatus seu Abbas habuerit iurisdictionem quasi Episcopalē. *Abb. lo. cit. n. 3. Card. cons. 47.*

Facienda autem est vnio seruatis solemnitatibus. *c. sine exceptione. 12. q. 2. Rot. decis. 229. in no.* est enim species alienationis, licet tamen sit quid minus quam ipsa alienatio. *Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 2. c. 40.* Et facienda est ex iusta causa, alioquin esset nulla. *Abb. lo. cit. nu. 2. Oldrad. cons. 260. & 262.* vel saltē posset reuocari si non constaret de causa iusta. *Rot. decis. 59. incip. vnio facta. in no. & latè decis. 34 ser. 2. de reb. Eccles. non alien. per Bisign. ad hoc facit doctrina Aegid. Bellam. decis. 618. Calder. cons. 4. de reb. Eccles. nō alien. Oldrad. cons. 261.* vbi docent causas vnionis non præsumi nisi probentur: & instrumento vnionis si dicat tractatum de vnione præcessisse ordinatè, vel si inferat causas vnionis, non credi nisi cōtenta probentur. Quomodo voluit etiam examinari causas vnionum ab annis quadraginta citra factarum. *Conc Trid. sess. 7. c. 6. de ref.* Antiquior tamen vnio, & præsertim immemorabilis, valeret non probata causa propter tam diuturnam præscriptionē. *Rot. decis. 204. & decis. 374. in antiq. Aymo. in tract. de antiq. tēp. p. 4. n. 148.* & tenuisse Rot. *in vna Regien. præceptoriæ* coram Fabio *13. Nouemb. 1554.* testatur Veral. *decis. 347. p. 3.* Imò & quadraginta annos sufficere ad validandam vnionem, si in ea concurrat titulus circa possessionem, *tenet Rebuff. in prax. tit. de vnion. nu. 35.* & qomodo probetur vnio per testes, instrumēta, diuturnitatē, præsumptiones, videri possunt *Abb. cōs. 106. nu. 4. p. 2. Caputaq. decis. 344. p. 3. Veral. cit. decis. 347. & 344. p. 3. Oldrad. decis. 296. & decis. 206. 261. 262.* vbi docet solēnitates requisitas in vnione, modos eam faciendi, & quomodo beneficium vniatur alteri beneficio quandoq; principaliter, quandoque accessoriè, quidq; sit præsumendum in dubijs.

48.

49.

50.

Causæ autem vniendi beneficia sunt necessitatis vel vtilitatis Ecclesiæ. *c. exposuisti. de præb.* vel etiam paupertatis. *c. vnio 10. q. 3.* cum videlicet Ecclesiæ sunt adeo tenues, vt non habeant quo alantur earum ministri, & quo sustineant onera necessaria *gl. in c. Clericus. 21. q. 7. Aegid. decis. 376. Rebuff. lo. sup. cit. n. 39.* & hoc casu scilicet paupertatis, etiam curatum alteri similiter curato vniri permittit. *Conc. Trid. sess. 21. c. 5. de ref.* vel simplex curato, seu Canonicatui Cathedralis Eccl. vel Canonicatum Cathedralis mensæ Capitulari, seu ad augendas distributiones quotidianas ipsius Capituli vbi sunt tenues. *id. Conc. sess. 24. c. 13. & 15. de ref.*

51.

Pietatis quoq; causa potest fieri vnio, & pro fundatione Seminarij vniri beneficia simplicia permittit. *id. Concil. Trid. sess. 23. c. 18. de ref.* circa quā vnio-

nem pro Seminario debere interuenire requisita in Conc. lo. cit. expressa, vt videlicet fiat ex Concilio deputatorum Seminarij, alioquin fore nullam tenuit Rot. *in vna Brixien. vnionis benef. Veneris 4. Feb. 1575. vt testatur Cæsar de Grass. decis. 132. alias 1. de reb. Eccles. non alien.*

52. Vniri tamen non potest Parochialis Monasterio Abbatiæ, Præbendæ, seu dignitati Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ, nec alicui alteri simplici beneficio. *cit. Conc. Trid. sess. 24. c. 13. de ref.* neque possunt vniri beneficia diuersarũ Diœcesum. *id. Concil. sess. 14. cap. 9. de ref. Caccialup. in tract. de vnion. art. 8. quæst. 15. & tenuit Rot. decis. 15. lib. 2. par. 3. diuers.*

Neque debent vniri beneficia libera beneficijs patronatus, imò si quæ reperiuntur vnita ab annis quadraginta citra, possunt reuideri, & si appareret per subreptitionem vnita, deberẽt dismembrari. 53. *id. Conc. sess. 25. cap. 9. §. insuper. de ref.* Viceuersa beneficia iurispatronatus tam spiritualis quam Laicalis vniri non possunt inuitis patronis. *id. Concil. sess. 24. cap. 15. de ref.* alioquin vnio esset nulla. *Abb. Felin. in c. cum accessissent. de const. & communiter DD. in c. nobis. in c. dilectus. de iurep. Gemin. in c. nemo. de elect. in 6. Lambert. de iurep. lib. 3. quæst. 9. art. 2. Roch. de iurep. verb. honorificum. quæst. 3.* & tenuisse Rot. *in vna Spoletan. Capellanæ coram Capizucco. 17. Iuny. 1551. refert. Veral. decis. 346. p. 3. idem habet Rebuff. lo. cit. num. 28. & de communi testatur Couarr. pract. quæst. c. 36. num. 11.*

54. Neque beneficia regularium aut exemptorũ vniri potest Episcopus. *Card. in Clem. 1. de stat. Monach. Petr. Perus. in suo tractatu de vnion. cap. 4. & suffragatur Conc. Trid. cit. sess. 24. cap. 15. de ref.* intellige tamen de Ecclesijs ipsorum exemptorum seu regularium, nam alioquin beneficia in quibus exempti vel Regulares habent tantum iuspatronatus, vniri possunt per Episcopum cum consensu ipsorũ patronorũ. *Innoc. Host. in cap. olim causam. de restit. spol.*

De reseruatis autem beneficijs Sedi Apostolicæ vnio facta per Episcopũ valet, licet effectus eius suspendatur donec cessauerit reseruatio. 55. *Abb. in cit. c. sicut vnire. num. 7. Calder. cons. 13. de reb. Eccles. non alien. Caccialup. lo. cit. de vnion. art. 4. & 9.* tanto magis si vnio facienda sit virtute Conc. Trid. hoc enim permittit fieri vniones certis casibus nulla reseruatione obstante, vt videre licet ex verbis ipsiusmet Conc. locis cit. Et quidem hæ vniones quæ authoritate Conc. Trid. fiunt, sunt adeo priuilegiatæ, vt neque per *Reg. 12. Canc. de reuocan. vnion.* reuocentur, *vt docet Paris. de resig. lib. 2. q. 9. nu. 18.*

Neque potest Episcopus facere vnionem ad vitã, licet hoc Papa possit. 56. *Conc. Trid. sess. 7. cap. 4. de ref. Gemin. cons. 58. Mohed. decis. 94. alias 1. de off. Vic. & decis. 93. alias 3. de locat. & conduct. Gonzal. super. 8. Canc. gl. 5. §. 7. num. 146.*

Nec eam facere debet sine consensu Capituli sui. 57. *Clem. cit. de reb. Eccles. non alien. Card. ib.* nec valeret consuetudo in contrarium. *Abb. cons. 106. num. 4. p. 2. Aegid. decis. 503. Gem. cons. 87.* vbi vult in dubio cum vnio est antiqua, præsumi interuenisse consensum Capituli. An autem requiratur consensus Capituli in vnione facienda ex commissione Papæ, vel ex concessione Conc. Trid. colligi potest, *ex doctrina Thom. Fastol. in suis dubijs. in 2. causa dub. 5.*

Neque potest Episcopus vnire beneficia mensæ suæ. 58. *Clem. cit. Aegid. lo. cit.* & præsertim nunc post Conc. Trid. quod

quod Episcopatibus tenuioribus voluit prouideri per vniones aliquorum beneficiorum, seu aliqua alia ratione per Sedem Apostolicam ad informationem Conc. Prouin. *vt sess. 24. cap. 13. de ref. in principio.* De Legato autem non est dubium, quin possit vnire, non obstante *Clem. cit.* tam Episcopo quam Capitulo. *decis. 513.*

Notandum præterea circa hanc materiam vnionum, quod vnio fieri potest viuente possessore beneficij, seu etiam vacante beneficio. *Clem. cit. iun. gl. v. defensor. Caccialup. lo. cit. de vnion. quæst.* 59. *11. art. 3. Gomez. de expect. num. 117.* imò fieri potest possessore non vocato, seu etiam inuito. *Clem. cit. iun. gl. verb. vocatus.* dummodo fiat absque præiudicio possessoris, seu ipsius iure saluo in vita. 60. *cap. consultationibus. de donat. Abb. ib. num. 2. Caccialup. lo. cit. Rebuff. in reg. de vnion. gl. 11. num. 8.* Licet in dismembratione, quam etiam facere potest Episcopus ex iustis causis, debeat vocari Rector beneficij & ipsius consensus sit requirendus. *Abb. cons. 106. num. 4. par. 2. Card. cons. 65. col. 2.* similiter requiri debet consensus Rectoris beneficij, si aliquod ius seu pars fructuum ipsius Ecclesiæ adiungeretur alteri beneficio. *c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Aegid. decis. 314. Oldrad. cons. 262.* Vltra quod & aliæ solemnitates, nimirum solemnis & diligens tractatus, causæ expressio, Capituli consensus requiratur in dismembratione Ecclesiæ, seu iuris alicuius, aut partis bonorum ipsius. *c. sine exceptione. 12. quæst. 2. Abb. cit. cons. 106. num. 4. Rot. decis. 229. incip. in dismembratione. in no.*

61. Ad extremum circa hanc materiam vnionum notandum, quod etiam Capitulũ sede vacante potest facere vniones, dummodo per eas nihil detrahatur iuri futuri Episcopi. *cap. vn. ne sed. vac. in 6. Card. Imol. in Clem. 1. de stat. Monach. Rebuff. lo. cit. de vnion. num. 36.* quia nimirum vniri est iurisdictionis contentiosæ. *Abb. in cit. cap. sicut vnire. num. 3. Innoc. ib. Mohed. cit. decis. 337. alias 3. de off. Vic.* in omnibus autem quæ sunt iurisdictionis contentiosæ, succedit Capitulum sede vacante, *vt consentiunt DD. in cap. cum olim. de maior. & obed. & in cap. 1. de institut. in 6. & late Pauin. de potest. cap. sed. vac. p. 1. quæst. 2.* Vnde & poterit dissoluere vniones, seu reuocare ex causis, ex quibus hoc idem posset facere Episcopus. *Felin. in cit. cap. cum olim. versus finem. Petr. Perus. in tract. de diuis. vnion.* Vicarium autem Episcopi hoc non posse nisi ipsi fuerit expresse commissum, *cõmunior est sententia. Pet. Perus. cit. tract. de vnion. cap. 4. Rebuff. lo. cit. de vnion. num. 38. Sbroz. de potest. Vic. lib. 2 q. 115.* 62.

Pensionem autem imponere beneficio conferendo regulariter non potest Episcopus, sed tantũ Papa. *Oldrad. cons. 226. Caccialup. de pens quæst. 4. num. 4. Mandos. in tract. de sign. grat. tit. de pensionibus. Rebuff. in prax. tit. de reseruationibus. num. 16. num. 29.* vbi dicit ius in contrarium amissum Episcopis non vsu. Certis tamen casibus, & ex causis iustis posse Episcopum imponere pensionem, conueniunt Doctores *in cap. extirpandæ. de præb.* & fuisse decisum in Rot. *in vna Meliten. Canonicatus. 6. Mart. 1596.* coram Millino. & *in altera Albiganen. Canonicatus. 9. Iunij. 1579.* corã Lancellot. *testatur Gonz. gl. 5. §. 5. num. 27.* Vnde propter bonum pacis, & ad extirpandam litem quando beneficium est litigiosum, potest imponi pensio authoritate Episcopi. *cap. nisi essent. de præben. Felin. in cap. ad audientiam. num. 2. de rescrip.* licitè enim tum datur 63. 64.

aliquid

aliquid pro redimenda vexatione, præsertim si accedat Superioris authoritas. *cap. dilectus. 1. de Sim. Abb. in cap. ad audientiam. cit. num. 6. Host. Butr. ib. & de communi testatur Nau. in Man. c. 23. n. 102.* Dummodo tamen is qui redimit vexationem foueat bonam causam, vt si à peritis consultum fuerit ius suum esse præcipuum. *Abb. in cap. cum pridem. nu. 9. de pactis.* Alioquin enim si redimens vexationem haberet ius iniquum, non euitaret vitium Simoniæ. *Abb. lo. cit. Felin. in cit. c. dilectus. 1. de Sim. Rebuff. in prax. de Sim. in resig. à num. 17.* Eodem modo Episcopus assignare posset pensionem seni pro eius sustentatione in fructibus beneficij quod resignaret onerosum. *Butr. in cap. 2. de arbitr. Anchar.*
65. *cons. 280. Oldrad. cons. 226. cit.* nimirum ea ratione qua etiam posset tali deputare coadiutorem cum assignatione portionis fructuum beneficij. *vt notat Gig. de pens. q. 6. num. 3.*

In casu etiam permutationis beneficiorum ratione inæqualitatis pinguiori beneficio imponere posset Episcopus pensionem. *cap. ad quæstiones. de rerum permut. Abb. ib. nu. 3. Anchar. cons. 279. Dec. cons. 141. Nau. cons. 22. num. 4. de Sim. in antiq.* Similiter & ad subueniendum Scholari pauperi. *Oldr. lo. cit.* Dummodo tamen in omnibus præmissis subsit omnis fraus, & ne forte cum collator non possit prouidere alicui de beneficio, ad eludendum Canones assignet ipsi pensionem; talis enim constitutio pensionis non teneret *Abb. in cit. cap extirpandæ. §. qui vero. num. 6. de præb. Felin. in cap. ad audientiam. 2. num. 2. de rescrip. & in cap. quia verisimile. num. 1. de præsumpt.* Vnde tenetur in suis literis
66. Episcopus exprimere causam propter quam assignat pensionem, alioquin esset nulla. *Caccialup. lo. sup. cit. Zecchus de benef. cap. 11.* In eisdem literis, imò & in literis Papæ cum reseruat pensionem, exprimi solet quota pars fructuum beneficij reseruetur, vt nimirum dicatur quod pensio tertiam vel aliam partem fructuum non excedit, alioquin non valeret reseruatio, sed censeretur subreptitia. *Gig. lo. cit. de pens. quæst. 9. num. 3.* Et vulgariter reseruari solet tertia pars fructuum annuorũ. *Caccialup. lo. cit. q. 7. Gig. lo. cit. num. 1. Rebuff. lo. cit. de reseruat. num. 18.* licet Papa quandoque soleat reseruare mediam fructuum partem, & quandoque maiorem, idque siue in quota, siue in quantitate. *Gig. lo. cit. & in quæst. 8. num. 7. eo. lib. Rebuff. lo. cit num. 3.* potest enim hoc facere cum sit absolutus in beneficialibus. *Clem. 1. in fin. vt lit. pend. DD. in cap. quæ in Ecclesiarum. de constit. Gig. quæst. 8. cit. & q. 6. ib.* Et præsertim in modis conferendi 67.
beneficia inductis iure positiuo, in quibus authoritas & sola scientia Papæ etiam vitium Simoniæ tollit. *Ioan. Andr. in cap. 1. de Sim. Cassad. decis. 2. num. 3. de Sim. Caccialup. lo. cit. quæst. 19. num. 17. Redoan. de Sim. par. 1. cap. 25. num. 27.*

In Episcopatibus tamen qui non ex- 68.
cedunt valorem ducatorum mille fructuum annuorum, & in Parochialibus quæ non excedunt valorem centum ducatorum, nulla pensio reseruatur. *Conc. Trid. sess. 24. cap. 13. de ref.* & si excedant hunc valorem, tanta debet illis imponi pensio, vt ad minus dicta summa à Concilio moderata remaneat pro Rectore. *Paris. de resig. lib. 6. quæst. 2. num. 24.* vbi probationem quod centum remaneant pro Rectore, dicit debere esse concludentem. *ad hoc. Rot. decis. 380. p. 1. diuers.* Tantum enim debet semper remanere pro Rectore quo commodè possit ferre onera Ecclesiæ suæ. *Caccialup. cit. quæst. 7.* Similiter Canonicatus vel dignitates

ces (puta in Cathedralibus) si non excedant valorem ducatorum centum, nō solere onerari pensionibus, *testatur Paris. lo. cit. nu. 28.* In beneficijs etiam quæ nō excedunt valorem vigintiquatuor ducatorum, nulla solet imponi pē-
69. sio. *c. Mandos. lo. supra cit. col. 4.* si nimirum beneficium vere non habeat maiores fructus, secus enim in beneficijs quæ communiter non æstimantur, nisi ad vigintiquatuor ducatos, vt sicut Canonicatus qui communiter de stylo Curiæ non exprimuntur nisi ad vigintiquatuor, *de stylo attestatur Aragon. decis. 38. Callaguritan. allegatus per Paris. lo. cit. quæst. 1. num. 52.* in talibus enim imponi solet pensio, licet non taxentur vltra vigintiquatuor ducatus. Vnde licet Canonicatus Tolletan. & S. Petri in Vrbe nō soleant exprimi, nisi ad vigintiquatuor ducatos, tamen in ijs reseruantur quandoq; pensio 300. vel 400. ducatorū. *Paris. lo. cit. & lib. 10. q. 2. n. 63.*

70. Regulariter etiam pensio extinguitur morte pensionarij, licet eam transferre possit Papa in aliam personam, quod de raro fit. Non tamen extinguitur morte obtinentis beneficium pensione oneratum, sed transit ad successorem in beneficio. *Rebuff. lo. cit. nu. 20.* Quomodo autem extinguatur per assecutionem Episcopus Abbatiæ, per ingressum Religionis, per contractum Matrimonij, vel si pensionarius efficiatur miles, *videri potest Gig. lo. cit. q. 54. & sequentibus.*

Beneficia item conferenda sunt illis qui non habent. *Host. in sum. de instit. §. quis institus. vers. item instituendus.* habenti enim beneficium, aliud conferri non debet nisi primo renūcie-
71. *t. c. de multa. de præb.* Vnde ad præcauendum ne aliquis obtienat plura beneficia, iure cautum est vt in collatione fiat mentio de beneficio etiā minimo prius possesso, alioquin collatio sit nulla. *c. fin. de off. leg. in 6. & cap. si motu. de præb. ib.* hoc enim modo collator difficilius moueretur ad conferendum beneficium alicui, quando videret alia beneficia illum obtinere. Hoc tamen requisitum de exprimendis beneficijs ante possessis, seruit tantum collationibus Papæ & eius Legatorum, nec afficit collationes Ordinariorū, illæ enim sunt validę etiam nulla facta mentione beneficiorū ante possessorum. *Cle. fin. de off. ord. Abb. ib. nu. 4.*

Vt autem clarius intelligatur quonam modo beneficia plura simul retinere nō possunt, considerandæ venit diuersa incompatibilitatis ratio. Primo itaq; be-
72. neficia incompatibilia dicūtur, quorū si vnum obtineatur, vacat ipso facto aliud simile prius possessū, qualia sunt omnia beneficia curata, & illa quæ habēt iurisdictionem adnexam, vt visitandi, corrigendi, excōmunicandi, *prout determinātur extrauag. execrabilis. de præb. Ioan. 22.* Huiusmodi etiam erit Canonicatus seu dignitas in Cathedrali cū Parochiali, seu duæ Parochiales, vacat enim primum post assecutionem alterius *ex noua dispositione Conc. Trid. sess. 24. c. 17. de ref.* Similia erunt beneficia plura sub eodem tecto seu in eadem Ecclesia, si nimirum fuerint vniformia, velut sunt duo Canonicatus, duo personatus in eadem Ecclesia. *Felin. in c. ex parte. 2. de rescrip. Staph. de lit. grat. tit. de 2. forma. num. 5.* Et vniformia dicuntur quæ in-
73. stituta sunt ad eundem finem, habentque idem prorsus onus & officium eodem tempore explendum: aliter enim non possent dici vniformia, sed difformia, cum ad inducendum vniformitatem non sufficiat si fuerint in vna Ecclesia, vel si nomine eodem nominentur. *Lap. alleg. 117. Miles. in repert. ver. beneficia. Nauarrus consil. 35.*

de præb. in antiq. Puta si essent Canonicatus & Capella, vel duæ Capellæ seu duo altaria sub eodem tecto. *Franc. in cap. 1. de consuet. à num. 7. in 6. Lap. loc. cit.* Vel etiam si esset vnum beneficium canonicatus, alterum dignitas, vt Archidiaconatus, diuersa enim censentur, nec est omnino incompatibilis Canonicatus cum dignitate in eadem Ecclesia. *Anchar. cor. s. 17. Oldrad. cons. 165. Hored. de incompat. p. 1. cap. 11. num. 5.* nisi dignitas haberet prębendam Canonicalem ex sui natura, *vt distinguit Nau. cons. 21. & cons. 24 loc. cit. in nouis.* Vt autem dicatur vacare vnum incompatibilium huiusmodi per assecutionem secundi, 74. requiritur quod habeatur possessio pacifica secundi: ante habitam enim possessionem fraude cessante, & si non est in mora qui eam capere debet, nec stat per ipsum, non vacat primum. *Abb. in cap. cum in cunctis. §. cum vero de elect.* cum quo transeunt omnes, & fuisse decisum in Rot. *in vna Panormit. coram Fabio, de anno 1548. testatur Achil. de Grass. decis. 37. alias 2. de consuet.* Et pos- 75. sessionem dicitur quis adeptus esse, cum non turbatur in ea in continenti de facto & de iure mediante litigio. *gl. in ca. commissa. tum. gl. v. pacificum de elect. in 6. Bellamer. decis. 597. Tyraquel. in lib. si vnquam v. suscepit. num. 133. cap. de reuoc. don.* vel tali casu standum iudicis arbitrio, qui iudicabit secundum subiectã materiam, an sit adepta possessio vel non. *Menoch. de arbit. iud. casu 11. Bertrand. cons. 193. Card. Paris. cons. 145. num. 24. vol 4.*

Huiusmodi itaque beneficia incompatibilia, nulla ratione duo simul retineri possunt, nisi forte vnum eorum obtineatur in titulum, alterum in commendam. Commenda enim non dat titulum. *Cap. qui plures. 21. quæst. 1.* nec inducit incompatibilitatem. *Cap. du-* 76. *dum. 2. de elect. tum. gl. v. intitulatum Sarnen. in reg. de trien. quæst. 5. num. 11. Cassad. decis. 32. num. 7. super reg.* Neque causat execrabilitatem commẽda iuxta communem praxim Rotæ, *de qua testatur Mohed. decis. 129. alias 9. de præb. num. 3.* Et hoc intelligendum de commenda ad tempus, alioquin enim beneficium commendatum ad vitam, censeretur eodem modo incompatibile quo & titulatũ. *Gomez. in Reg. de infir. quæst. 13. & in Reg. de an. quæst. 26.* 77. Namque commenda perpetua est titulus Canonicus. *Io. Monach. in cap. nemo deinceps de elect. in 6. Sarnen. lo. cit. Fed. de Sen. in tract. permut. quæst. 15.* essque communiorem sententiam, *testatur Paris. de resig. lib. 3. quæst. 1. num. 111.* idcirco habet locum in huiusmodi commendis perpetuis *cap. de multa. de præb. & execrabilis. cit. ex mente Anchar. cons. 242. Paul. de Cassr. cons. 226. ante fin. dub. 1.* Neque Episcopus in beneficijs 78. huiusmodi pluribus simul retinendis dispensare potest, cum expresse prohibeatur *cit. cap. de multa.* & quia est prohibitio conciliaris, contra Concilium autem Episcopo dispensare non licet. *cap. cum dilectus. tum. gl. v. in ætate de elect.* nisi in stante graui necessitate quæ legem non habet, vel vtilitate Ecclesiæ, maximè vbi Papa de facili consuli non potest. *Abb. in cit. cap. de multa. num. 19. Archid. in cap. licet canon. de elect. in 6. Staph. lo. sup. cit. tit. benef. in obt. quæ req. num. 6. Rebuff. in prax. de disp. ad plura à num 39.* Papam autem in huiusmodi incompatibilibus dispensare posse nemo dubitat. *latè Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit.* quia nimirum beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio est

de iure

de iure positiuo. *Io. selu. de benefic. p. 1.*
79. *q. 4. à num. 22. Hoied. de incompat. benef. p. 1. c. 11. num. 6. cit. vbi dicit hanc opinionem esse communem*, in ijs autem quæ sunt iuris positiui, etiam sine causa posse dispensare Papam, tenent communiter omnes. *Innoc. in c. cum ad Monasterium de stat. Monach. Abb. in c. constitutus nu. 12. de relig. dom. Curt. iun. cons. 75. Gig. de pen. q. 6.* præsertim vero in beneficialibus in quibus censetur habere plenissimam potestatem. *Felin. lo. cit. num. 40. Card. in Clem. 1. not. 10. vt lit. pend.* licet Papa semper præsumatur dispensare ex causa. *Felin. loc. cit. nu. 60. Abb. in cap. in causis. num. 2. de re iud.* Si nimirum Papa procedit motu proprio ad dispensationem. *Felin. in cap. ad aures de rescrip.* Secus quando ad instantiam partis, quia tum si non apparet causa, præsumitur ad importunitatem petentis concessa dispensatio. *Gig. loc. cit. q. 6. nu. 12. ad quod allegat. Rom. cons. 437.* Vnde sic dispensatus non expressa causa, non esset tutus in conscientia. *D. Thom. 1. 2. q. 97. Sot. lib. 1. de iust. & iur. q. 7. art. 3. Couar. lib. 4. de spons. p. 2. §. 6. num. 8.*

Secundo autem modo beneficia incompatibilia dicuntur beneficia simplicia residentiam requirentia, vel vnum residentiam requirens cum curato vel
80. Canonicatu, seu dignitate Ecclesiæ Cathedralis, & horum primum per assecutionem secundi nō vacat ipso iure cum id nullibi iure reperiatur expressum, *ex communiori DD. sententia in ca. de multa, de præb. Abb. in cap. ex parte. & c. fin. de Cler. non resid. & testatur Nau. cons. 17. de præb. in nouis.* pœnale enim, hoc est priuari quem ipso iure, nulla autem pœna ipso iure incurritur, nisi id expresse statuatur. *gl. in cap. fin. de iurep. Abb. ib. num. 8. Nau. loc. cit. cons. 13.* nec *Conc. loc. cit.* de istis dicit quod debeant vacare ipso iure, sed tantum de curatis vel vno curato & altero Canonicatu in Cathedrali. Nisi velimus ordinationem Conc. de curatis trahere ad omnia alia beneficia residentiam requirentia, sed hoc esset contra vulgatum iuris, pœnas non esse extendendas, ad alium casum etiam ex similitudine vel identitate rationis. *cap. pœne. de pœnit. dist. 1. gl. in ca. 1. v. Italiæ, de temp. ord. in 6. Abb. in cit. cap. fin. de iurep. num. 8.* Plura tamen simul detineri non possent. *Conc. Trid. loc. cit.* Imo & de iure antiquo plura beneficia huius qualitatis simul detineri non poterant. *Innoc. in cap cum iam dudum. Abb. in cap. extirpandæ. §. qui vero 2. nu. 50. de præb. Gemin. in cap. gratia, de scrip. in 6. Hored. loc. cit. de incomp. p. 1. cap. 17.* Non videtur itaque priuatus ipso iure obtinens plura huius classis beneficia, sed iudicis sententia mediante priuari potest. *iuxta cap. referente. cap. præterea de præb. c. litteras. de conces. præb.* cum de hoc nihil appareat aliud immutatum. Vnde iuxta idem ius antiquum in huius- 81.
modi beneficiorum retentione dispensare posse Episcopum *tenet gl. communiter recepta in cap. dudum, 2. de elect. v. intitulatam, & in ca. litteras. v. noscatur de conces. præb. Abb. ib. num. 6. & in ca. extirpandæ. §. qui vero 2. nu. 38. de præb. & gl. in c. Sanctorum. 70. dist.* quæ dicit *per cap. de multa cit.* prohibitam fuisse Episcopis indiscretam tantum dispensationem, vel quoad beneficia tantum *in eodem c. de multa* expressa incompatibilia, & non quæ ad alia: iuris enim noui contra antiquum dispositio, non trahitur ad casus in ea non expressos. *l. si vero. §. de viro. ff. sol. matr.* quod etiam notat Nau. *loc. cit. cons. 17. de præb.* an autem per Concil. Trident. sit abrogata

huiusmodi potestàs dispensandi Episcopis, est expectanda declaratio Sacr. Congr. interpretum Conc. alioquin si idem Conc. loc. cit. prohibeat pluritatem talium beneficiorum & de dispensationibus dandis nihil statuat noui, non videtur corrigere ius antiquum circa dispensationes, cum correctio iuris non fiat per tacitos intellectus, *vt notat gl. in cap. cupientes. §. quod si. v. petere. de elect. Franch. Gemin. ibid. Nauar. loc. cit. & in man. cap. 26. num. 127.* vbi vult, *gl. cit. in cap. dudum. 2. de elect.* tacitè approbatam à Conc. puta vt Episcopus dispensare possit ex causa necessitatis vel vtilitatis Ecclesiæ, *ad notata per Abb. loc. cit. in cap. extirpandæ. à num. 38. Ad quod facit. id. Conc. sess. 25. cap. 18. de ref. §. quod si vigens.*

Tertio demum modo incompatibilia dicuntur beneficia simplicia non requirentia ex statuto vel consuetudine residentiam, seu vnum requirens residentiam cum altero residentiam non requirente ex statuto inquam vel consuetudine, nam licet omne beneficium etiam minimum de iure requirit residentiam. *vt notat Abb. loc. cit. in cap. extirpandæ. num 46. Staph. loc. cit. de qual. benef. num. 7.* tamen his temporibus, vt omnia beneficia simplicia non requirant residentiam, consuetudine inoleuit, & approbatum est, *vt testatur, cit Abb. in c. cum omnes. num. 3. de Constit.* vnde non nisi ex statutis particularium locorum vel consuetudine, de debito residentiæ in talibus beneficijs iudicandum. 82.

Plura itaque qualitatis beneficia simul possessa non vacant ipso iure, neque eorum aliquo priuatur beneficiatus. *cit. cap. gratia. iun. gl. v. de iure. de rescrip. in 6. Nau. loc. cit.* & seruatur consuetudine generali vt in pluralitate talium beneficiorum non petatur dispensatio, de qua consuetudine testatur Rebuff. *lo. cit. sup. de dispens. ad plura. num. 29. Hoied. cit. de incomp. benef. p. 1. cap. 19. num. 1.* Si tamen vnum esset sufficiens ad sustentationem, plura detinens licet consuetudine excusari posset à pœnis temporalibus, non tamen excusaretur à pœnis diuinis & à peccato mortali, cum regulariter omnis beneficiorum pluralitas, si vnum est sufficiens ad sustentationem sit prohibita. *cap. cum teneamur. de præb. cap. conquerente. iun. gl. de Cler. non resid. Abb. loc. cit. in c. extirpandæ. nu. 36.* vbi consuetudinem in contrarium deducit multis argumentis esse irrationabilem, & potius corruptelam; si nimirum vnum esset sufficiens ad sustentationem. Vnde summa difficultas remanet in facienda æstimatione quodnam beneficium dici debeat sufficiens. Et aliqui volunt relinqui conscientiæ cuiusuis, vt quisq; in conscientia iudicet, an ipsi vnum beneficium sufficiat. *Zecch. de benef. cap. 5. & alij per eum allegati.* sed tutior & communior est sententia vt hoc remaneat Iudicis arbitrio. *Menoch. de arbitr. iud. cas. 216. Tyraq. in l. si vnquam. v. omnia. nu. 31. C. de reuoc. donat.* Iudicis enim arbitrio relinquuntur ea quæ non sunt definita à iure, vel quæ sub certa regula comprehendi non possunt. *arg. l. 1. ff. de iur. delib. Dec. in c. Sedes. nu. 7. de rescrip. Couar. lib. 2. var. res. cap. 6.* Iudex itaque æstimabit sufficientiam beneficij considerata qualitate personæ puta nobilitatis, nobiles enim potioribus beneficijs sunt honestandi. *cap. de multa, cit. in fine. de præb. Cassan. in Cathal. gl. mun. p. 8. consid. 39.* vbi inuenies plures distinctiones & prærogatiuas nobilitatis. Item debet haberi ratio literaturæ, literati enim æquiparantur nobilibus. 83. 84. 85. 86.

bilibus. *gl. in c. conquerente. de Cler. non resid. Abb. in cit. c. de multa. n. 5.* Debet haberi ratio consuetudinis patriæ, loci, in vna enim Regione potest videri beneficium sufficiens, quod in altera censeretur tenue secundum varietatem pretij rerum ad victum necessariarũ. *Menoch. loc. cit. num. 14. Nauar. in comm. ad 2. p. Decret. cap. 22. num. 73. & 74. sub misc. 15.* In iudicanda etiam huiusmodi sufficientia non sunt connumeranda bona patrimonialia beneficiati, cum illa & eorum fructus possit reseruare beneficiatus, & ex fructibus solius beneficij viuere, secundum communem Doctorum sententiam. *Innoc. Abb. in cap. Episcopus. de præb. num. 2. Felin. in cap. postulasti num. 6. rescrip. Couar. in cap. 1. num. 2. de testam. Nau. in Apol. lib. de redit. Eccl. q. 1. mon. 30.* idem & Theologi tenent. *Sot. de iust. & iur. lib. 4. q. 10. art. 2. Caiet. in 2. 2. q. 185. art. 7. ad res. 3. arg.*

Conferre autem potest Episcopus be-
87. neficia etiam dum moratur in aliena Diœcesi, & eorum resignationes recipere, cum hoc sit iurisdictionis voluntariæ *cap. nouit. iun. gl. v. terminos. de off. leg. Castren. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. Io. Selua. de benef. p. 3. q. 4. Boer. decis. 30.* Hocq; idem potest facere Vicarius generalis Episcopi nisi facultas sit restricta vt non possit conferre nisi intra ciuitatem seu Diœcesim sui Vicariatus. *Rebuff. in prax. de form. Vic. à num. 227. Zbroz. de potest. Vic. lib. 2. quæst. 102.*

Et circa collationem beneficij, po-
88. test recipere ab instituendo iuramentum de residendo si fuerit beneficium curatum, & de reddenda sibi & suis Successoribus loci Ordinarijs debita obedientia, tum & de non alienandis bonis Ecclesiæ suæ. *cap. nullus. iun. gl. de iureiuran.*

Fidei quoq; professio recipienda est 89.
ab instituendo, hanc enim prouisus de quocunque beneficio curam animarum habente ad minus intra duos menses à die adeptæ possessionis coram suo Episcopo vel eius Vicario emittere tenetur. Prouisus autem de Canonicatu vel dignitate in Cathedrali, non tantum coram Episcopo seu eius Vicario, sed etiam coram Capitulo eandem professionem facere tenetur, alioquin non faceret fructus suos, nec ei suffragaretur possessio. *Conc. Trid. cap. 12. de ref. sess. 24. cuius verba inserere voluimus, vt sequitur.*

Prouisi etiam de beneficijs quibuscunq; curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito coram generali eius Vicario seu Officiali, Orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, & in Rom. Eccl. obedientia se permansuros spondeant ac iurent. Prouisi autem de Canonicatibus & dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo seu eius Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere teneantur, alioquin prædicti omnes prouisi vt supra fructus non faciant suos, nec illis professio suffragetur.

Imo si aliquis bis recipiatur, bis etiam fidem profiteri tenetur, vt si renunciauerit Canonicatum, postmodum alium in eodem loco assecutus, circa installationem tenetur de nouo professionem facere, licet eam fecerit in receptione; per dimissionem enim prioris Canonicatus, solutus fuit à iuramento priori. *Philip. prob. in tract. de iur. reg. q. 5. num. 4. Fed. de Sen. cons. 264. Sarnen. de ann. quæst. 66. Paris. de resig. lib. 1. quæst. 4. num. 73.*

Nec sufficeret talem professionem facere per Procuratorem, *vt fuisse declaratum, à Sac. Congreg. Conc. testatur Nau. cons. 11. de iureiuran. in fine. in no.* nec excusaret in hoc ignorantia, esset enim ignorantia iuris clari quæ nō excusat. *cap. ignorantia de reg. iur. in 6.* maximè in foro fori, alioquin enim in foro conscientiæ si esset probabilis ignorantia, posset excusare quoad peccatum & quoad restitutionem fructuum. *Nau. cons. 7. & 12. lo. cit.* ignorantia enim & inaduertentia seu incogitantia facit peccatum inuoluntarium, *iuxta doctrinam S. Th. 1. quæst. 88. art. 5. & 6.* Lapsis item duobus mensibus assignatis emittendæ professioni à Conc. cit. non excusatur obligatus ad eam faciendam, sed nihilominus eam præstare tenetur, debitor enim lapso termino solutioni præfixo, non liberatur sed nihilominus soluere tenetur. *cap. cum dilecti. §. sed contra. de dol. & contum. Abb. ib. num. 11.*

Nec suffragatur nō emittenti professionē diuturna professio, *vt patet ex tex. Concil. cit.* ne quidem triennalis, & nec 92.
longissima. *Nau. lo. cit. cons. 11. num. 1.* quoad fructuum nimirum perceptionem, non faceret enim fructus suos, & teneretur ad illorum restitutione non obstante longissimi temporis possessione quousque emiserit professionem, *vt declaratum fuisse à Sac. Cong. Concil. sub die. 5. May. 1575. testatur Paris. de resig. lib. 10. cap. fin. num. 7.* Quoad alios autem effectus possessionis, vt quoad Canonizandum titulum, quoad obtinendum priuilegium. *Reg. de triennali.* quoad vocem in Capitulo, quoad ius procedendi à die adeptæ possessionis, non obest dictum decretum Concil. Triden. cit. vnde non emittens professionem fidei, hoc solo non priuatur illis possessionis effectibus, cum de illis nihil loquatur Concil. sed de sola fructuum priuatione. Nec potest extendi ad alia cū odia sint restringenda. *reg. odia. de reg. iur. in 6.* & quia est pœnalis, in pœnalibus autem non arguimus ad similia, cum pœnæ non excedant propriam causam. *cap. pœnæ de pœnit. dist. 1. & notat gl. in Reg. in pœnis. lo. cit. in 6. idem tenet Nau. cons. 7. de iureiuran. num. 1. Paris. lo. cit. num. 4. hocq; idem responsum vidi à S. Cong. Conc.*

Ad hoc facit quod non emittens fidei professionem non tenetur ad restituendas distributiones quotidianas, cum hæ quærantur labore & ministerio personali, *vt respondisse Sac. Congreg. Concil. refert Gonz. super 8. Canc. in §. 7. proœm. nu. 170.*

Professionem fidei facere teneatur Doctores, seu quicunque professores electi vel eligendi in quibuscunque Academijs, Collegijs, Ecclesijs etiam Reg. ex ord. Pij IV. Const. ipsius *incip. In Sacrosancta.* Eadem obligatio de faciendo fidei professione extensa fuit ad eos qui 94.
prouidentur de locis quibuscunque Regulariū, etiam militarium, *vt patebit ex Constitut. Py IV. paulo post referenda. & testatur Nau. cons. 2. de Sum. Trinit. in antiq.* An autem extendatur ad alia beneficia quam ad expressa, vt an etiam obtinētes Canonicatus seu dignitates in Ecclesijs Collegiatis, alia q; minora, simplicia beneficia, nisi fecerint fidei professionē incurrant pœnas in Conc. cit. expressas, cuperē declarari à Sac. Cong. Conc. cum hucusque non reperiatur declaratum, neque ab aliquo resolutum, alioquin cum posteriores Canones recipiant passiuam interpretationem à iure communi. *cap. cum dilectus. de consuet. Abb. ibib. num. 21. Bart. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. & in l.*

eminēs

omnes populi. ff. de iust. & iur. DD. ibid. Pariſ. de reſig. lib. 3. quæſt. 11. num. 24. ſi nos quoque recurramus ad ius antiquum, iuxta ſenſum illius videtur dicendum dictum decretum Conc. præſertim quo ad pœnam non extendi ad non expreſſa, & conſequenter neque ad Canonicatus in Collegiatis: nouæ enim leges & quæ vltra ius commune aliquid inducunt, non ſunt contrahendæ in conſequentiam *cap. quæ iure. de reg. iur. in 6.* præſertim quo ad pœnas noua lege ſancitas, cum pœnæ non ſint extendendæ ad ſimilia ex identitate rationis, *per notata apud Abb. in cap. fin. de turep. nu.* 93. *8. & per DD. in cap. 1. de temp. ord. in 6. Nau. conſ. 16. & 17. de præb. in nouis.* Modus autem emittendæ dictæ profeſſionis fidei præſcriptus à Pio IV. continetur ſequenti Conſtitutione eiuſdem Pont.

Iniunctum nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officium requirit, vt ea quæ Dominus omnipotens ad prouidam Eccleſiæ ſuæ directionem Sanctis Patribus in nomine ſuo congregatis Diuinitus inſpirare dignatus eſt, ad eius laudem & gloriam inconſtanter exequi properemus. Cum itaque iuxta Concilij Tridentini diſpoſitionem omnes quos deinceps Cathedralibus & ſuperioribus Eccleſiis præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & alijs quibuſcunque beneficijs Eccleſiaſticis curam animarum habentibus prouideri continget, publicam orthodoxæ fidei profeſſionem facere, ſeq; in Romanæ Eccleſiæ obedientia permanſuros ſpondere & iurare teneantur. Nos volentes etiã per quoſcunque quibus de Monaſterijs, Conuentibus, domibus & alijs quibuſcunque locis Regularium quorumcunque Ordinum, etiam militiarũ, quocunque nomine vel titulo prouidebitur, idem ſeruari & ad hoc vt vno eiuſdem fidei profeſſio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaq; & certa illius forma cunctis innoteſcat, noſtræ ſollicitudinis partes in hoc alicui minimè deſiderari, formam ipſam præſentibus annotatam publicari & vbique gentium per eos ad quos ex decretis ipſius Concilij & alios prædictos ſpectat recipi & obſeruari, ac ſub pœnis per Concilium ipſum in cõtrauenientes latis iuxta hanc & non aliam formam profeſſionem prædictam ſolemniter fieri auctoritate Apoſtolica tenore præſentium diſtricte præcipiendo mandamus huiuſmodi ſub tenore.

Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula quæ continentur in Symbolo fidei quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet: Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. Et homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum glo-

ria iu-

ria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, qui à Patre Filioq; procedit; Qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi, Amen.

Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones reliquasq; eiusdem Ecclesiæ obseruationes & Constitutiones firmißimè admitto & amplector. Item Sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto; nec eam vnquam nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam & interpretabor. Profiteor quoq; septem esse verè & propriè Sacramenta nouæ legis, à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, sic licet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaq; gratiam conferre, ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine Sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorũ omnium Sacramentorum solemni administratione recipio & admitto. Omnia & singula quæ de peccato Orginali, & de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio.

Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum proprium & propitiatorium Sacrificium pro viuis & defunctis: atque in Sanctißimo Eucharistiæ Sacramento esse vere realiter & substantialiter corpus & sanguinem, vna cum anima & Diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fieriq; conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia transsubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum verumq; Sacramentum sumi.

Constanter teneo purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs iuuari.

Similiter & Sanctos vna cum Christo regnantes venerandos atq; inuocandos esse, eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmiter assero imagines Christi ac Deiparæ semper virginis, nec non aliorũ Sanctorum habendas & retinendas esse, atq; eis debitum honorem ac veneration nem impartiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq; vsum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem & Magistram agnosco, Romanoq; Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi vicario, veram obedientiam spondeo ac iuro.

Cætera item omnia à Sacris Canonibus & Oecomenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacrosancta Tridentina Synodo tradita

tradita definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor; simulq; contraria omnia, atque hæreses quascunq; ab Ecclesia damnatas, & reiectas, anathematizatas, ego pariter damno, reïcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor & veraciter teneo, eandem integram & immaculatam vsq; ad extremum vitæ spiritum constantissimè, Deo adiuuante retinere & confiteri, atque à meis subditis, seu illis quorum cura ad me in munere meo spectabit teneri, doceri, & prædicari quantũ in me erit curaturum. Ego idem N. Spondeo, voueo, ac iuro: Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria nostra Apostolica describantur, & vt omnibus facilius pateant, in eius Quinterno describantur, ac etiam imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1564. Idibus Nouembris, Pontificatus nostri anno quinto.

Et quoniam aliqua supra de Græcis cum Sancta Romana Ecclesia reconciliatis retulimus, meritò formam quoque professionis fidei per ipsos emittendæ iussu Greg. XIII. editam referemus, & est vt sequitur.

Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & singula quæ continentur in Symbolo fidei quo Sancta Ecclesia Romana vtitur, videlicet.

Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem cæli & terræ visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia Sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine & homo factus est. Et resurrexit tertia die secundũ scripturas. Et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filioq; procedit. Qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicã & Apostolicam Ecclesiã. Confiteor vnum Baptisma in remissionẽ peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi, Amen.

Credo etiam, suscipio atque profiteor ea omnia quæ Sacra Oecumenica Synodus Florentina super vnione Occidentalis & Orientalis Ecclesiæ definiuit & declarauit. Videlicet quod Spiritus Sanctus à Patre & Filio æternaliter est, & essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul & Filio, & ex vtroque æternaliter tan-

quam ab vno principio, & vnica spiratione procedit. Cum id quod sancti Doctores & Patres dicunt, ex patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendat, vt per hoc significetur. Filium quoque esse secundū Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus Sancti, sicut & Patrem cumq; omnia quæ Patris sunt, ipse Pater vnigenito Filio suo gignendo dederit, præter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre eternaliter habet, à quo eternaliter etiam genitus est: Illamq; verborum illorum Filioq;, explicationem, veritatis declarandæ gratia & imminente, tunc necessitate licite ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

Item in Azimo siue fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesq; in altero ipsum Domini corpus cōficere debere, vnumquemque scilicet iuxta suæ Ecclesiæ, siue Occidentalis, siue Orientalis consuetudinē.

Item, si verè pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis purgatorij post mortem purgari, & vt à pœnis huiusmodi releuentur prodesse eis fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, Orationes, & Eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt secundum Ecclesiæ institutа; Illorumque animas qui post Baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculā, vel in suis corporibus, vel eiusdem exutæ corporibus, prout superius dictum est sunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum trinum & vnum sicuti est, meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius. Illorum autem animas qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas.

Item Sanctam Apostolicam Sedem & Romanum Pontificem in vniuersum Orbem tenere primatum, & ipsum Pontif. Rom. Successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere, & ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in actis Oecumenicorum Conciliorū, & in Sacris Canonibus continetur.

Insuper profiteor ac recipio alia omnia quæ ex decretis Sacræ Oecumenicæ generalis Synodi Tridentinæ Sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia etiam vltra contenta in supra dicto fidei Symbolo profitenda ac recipienda proposuit, atque præscripsit, vt sequitur.

Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdē Ecclesiæ obseruationes & constitutiones firmissimè admitto & amplector, &c.

Deinde subiungantur omnia de verbo ad verbum quæ sequuntur ab istis verbis, in præmissa professione fidei Pij IV. vsque ad finē quæ nos iterare noluimus.

Bullæ

Bullæ item siue literæ prouisionis debent dari prouiso, quibus probet collatum sibi beneficium, nam alias ipsi non crederetur, nec Ecclesia teneretur ipsũ recipere sine literis huiusmodi. *Extrauag. iniunctæ de elect. comm. Abb. in c. nosti. & in c. qualiter. eo. tit. Fel. in c. eam te. num. 3. de rescrip.* literæ enim licet nõ sint de substantia prouisionis, sunt tamen de substantia probationis. *Doct. in proœm. 6. Rebuff. in prax. de Sim. in resig. num. 39.* Posset tamen probari prouisio
96. etiam per testes, si literæ deperdantur. *Abb. in c. ex diligenti. nu. 3. de Sim. Felin. in c. sicut nobis. de sent. & re. iud. num 3. Gem. in proœm. 6. § vniuersitati. num. 4. Franch. ib. circa fin. Mascar. de prob. conclus. 173. num. 10. Selu. de benef. p. 3. q. 11. num. 57. Mandos. in rub. de constit. à nu. 59. Gig. de pens. quæst. 45. num. 4. Rebuff. lo. cit. de miss. in poss. num. 41.* Et hoc de collationibus inferiorum tenendum. *Franch. in cit. proœm. 6. Mascard. lo. cit. concl. 843. à num. 11.* secus de collationibus Papæ, illas enim non probari per testes etiam in casu amissionis literarum & amissione probata, communiter tenetur. *Bellamer. decis. 746. Sarn. in reg. de non iud. iux. for. supp. quæst. 1. & seq. Mandos. in Rubr. de constit. à num. 49. & ita obseruari in Rota testatur Paris. de resig. lib. 8. quæst. 2. num. 23. ad quod allegat. Bellenc. de charit. subsid. q. 110. nu. 9.*

Pro Bullis autem seu literis huiusmodi seu pro institutione, nihil potest ac-
97. cipere Episcopus. *c. cum Ecclesiæ. de Sim.* nec ipsius Cancellarius aut Notarius, præter iustam mercedem si non habeat certum salarium pro exercendo officio suo. *Conc. Trid. sess. 21. cap. 1. de ref. Nau.*
98. *cons. 7. & 13. de Sim. in antiq.* super quo emanauit quoque declaratio Sac. Congreg. Concil. relata apud Quaranc. *ver. Simonia. in addit. his verbis.*

Congr. Conc. censuit non posse Cancellarios pro expeditione literarum collationis vel institutionis quorumcunq; beneficiorum, vel pro deputatione Vicariorum in illis, accipere nisi mercedem suo labori conuenientem, quæ tamen scriptura, sigillo, & certis computatis, vnum aureum non excedat; dummodo ipsis Cancellarijs salarium vllum pro officio exercendo constitutum non sit, & ex pecunia quam acceperint, nihil prorsus emolumenti collatores aliquomodo directè vel indirectè percipiant.

Mitti quoque debet in possessionem prouisus de beneficio, & non ipsemet propria authoritate eã ingredi. *c. pastoralis. de priuil. l. si ex stipulatione. ff. de acquiren. poss. Abb. in c. cum venisset. nu. 15. de restit. spol.* Datur autem possessio per Archidiaconum. *c. vt nostram. de off. Archid.* vel per Decanum. *c. post electionẽ. de conceß. præb.* vel etiam per quemlibet Sacerdotem, Clericum, Notarium publicum, siquidem communiter in literis collationũ Episcopalium, mandari solet quibusuis Ecclesiasticis personis, Notarijs, vel iis ad quos pertinet traditio possessionis, vt immittant in possessionem. *Rebuff. in prax. de miss. poss. nu. 13.* In prouisionibus autem Apostolicis semper vidi nominari executores, qui exequantur gratiam concessam.

Capitur autem possessio per ingressum Ecclesiæ, per aspersionem aquæ be-
99. nedictæ, per osculũ altaris maioris, tactũ fontis Baptismalis, præsertim si sit apprehendẽda possessio parochialis Ecclesiæ. In apprehensione autẽ Canonicatus vel dignitatis, assignatur stallum in choro, & locus in Capitulo, adhibito sonitu cãpanarũ vt populus notificetur. Consignatur & domus beneficialis cui⁹ traditione intelligũtur tradita bona tẽ-

poralia illius beneficij; & traduntur alicubi claues Ecclesiæ, cũ contactu portæ Ecclesiæ, & aliæ ceremoniæ adhibentur diuersæ pro diuersitate locorum, *vt notat Rebuff. lo. cit. à n. 26* Potest autem apprehendi possessio etiã per procuratorẽ. *c. accedens de præb.* quod communiter teneri à Doct. & practicari quotidie videmus. *& de communi testatur Cou. lib. 3. var. res. c. 16. n. 8.* Et potest constitui procurator ad effectum acceptandæ possessionis non solũ Clericus sed & Laicus. *Roffinac. de benef. c. 12. nu. 14. alleg. per Paris. de resig. lib. 10. q. 6. n. 14.* Quinimò & ad acceptandũ beneficiũ laicus procurator constitui potest. *Abb. in c. accedẽs. n. 6. de præb. Io. And. ib.* Communéq; testatur Dec. *in c. decernimus. n. 5. de iud.* vnde ad resignãdũ beneficiũ laicus procurator constitui potest. *gl. in Clem. vn. v. procuratorem. de renunc.* & ad permutationẽ beneficiorũ; cum enim nullibi prohibeatur, idoneè debet reportari. *c. 1. de procur. in 6. Doct. ib.* licet tutius sit cõstituere Clericũ ad casus oẽs præexpressos. *vt notat gl. cit. in Clem. vn. de renũc. Abb. lo. cit. Paris. de resig. lib. 9. q. 3. n. 20.*

100.

101.

Habere autẽ debet procurator speciale mandatũ ad acceptandã possessionẽ, nam vigore mandati generalis illã capere non posset. *vt innuit gl. in c. si tibi absenti. v. habueris. de præb. in 6. Franc. Gem. ib.* & ita iudicatum fuisse in Rot. *in vna Austuricen. Paroch.* coram Card. S. Crucis. *25. Maij. 1551. testatur Caputaq. decis. 344. p. 2.* præsertim ad effectũ vt prouisus censeatur ratã habuisse prouisionem, seu vt ei præiudicet, nã alioquin literas prouisionis de benficio potest quis impetrare & beneficium acceptare pro alio, etiam sine mandato. *vt notat gl. penult. in fin. in cap. nonnulli. de rescrip.* *Abb. in cap. ad aures. num. fin. eod. tit.* 103. *& in c. fin. nu. 3. vt lit. pend.* tanto magis personæ propinquæ & quibus sine mandato agere licet. *de quibus in l. sed & hæ. ff. de procurat. Abb. in cit. c. nonnulli. §. sunt & alij. nu. 10.* sed talis acceptatio beneficij non valebit adhoc, vt prouisus præsumatur ratã habuisse prouisionem, nisi eam de facto ratificet: nã adhoc requirit mandatũ speciale, nec sufficit generale mandatum, *vt notat gl. in c. si tibi absenti. v. habueris. Io. And. Archid. ib. & alij gl. in c. accedens extr. de præb. Host. Abb. ib. Rot. decis. 290. in no.* & quando dicatur quæsita possessio, cõsuli possunt DD. *præsertim. Imol. Vit alin. in Clem. 1. vt lit. pend. Mohed. decis. 149. alias 12. de restit. spol. Achil. de Graß. decis. 389. Rot. decis. 1570. p. 3. lib. 3. diuers. & decis. 93. 288. in antiq.*

ARTICVLVS IV.

De Bonis Mensæ Episcopalis.

1 *Bonorum Ecclesiæ Prælatus est procurator non Dominus.*
2 *Prælatus facere debet inuentarium bonorum Ecclesiæ suæ.*
3 *Archiuium pro conseruandis iuris Ecclesiarũ in qualibet Diœcesi construi debet.*
4 *Bona Ecclesiæ alienari non possunt.*
5 *Episcopus specialiter iurat de non alienandis bonis Ecclesiæ.*
6 *Bona Ecclesiæ infeudari, hypothecari vel pignorari non possunt.*
7 *Locatio non venit appellatione alienationis nisi exprimatur.*

8 Iura Ecclesiæ continentur prohibitione de alienando.
9 Res mobiles quæ seruando seruari possunt, alienari non debent.
10 Reliquiæ SS. alienari non debent.
11 Prohibitus alienare, intelligitur prohibitus transigere.
12 Permutatio rerum Ecclesiæ intrat sub nomine alienationis.
13 Consuetudo alienandi res Ecclesiæ censetur irrationabilis.
14 Alienationis causæ iustæ quæ sint.
15 Alienationis solemnitates requisitæ.
16 Patroni consensus in alienatione rerum Ecclesiæ patronatæ an acquiratur.
17 In dubio an præsumuntur solemnitates seruatæ in alienatione rerum Ecclesiæ.
18 Præscribi quanto tempore possint res Ecclesiæ.
19 Res quæ seruando seruari non possunt licitè alienantur
20 Feudum reuersum ad Ecclesiam an de nouo concedi possit.
21 Mensæ bona quæ dicantur.
22 Locatio ad breue tempus in Canonibus non est prohibita.
23 Locationi factæ per antecessorem an teneatur stare successor.
24 Res exigui valoris licitè alienari potest.
25 Res modica quæ dicatur manet iudicis arbitrio.
26 Episcopus de bonis mensæ suæ potest dare Ecclesiæ pauperi quinquagesimam vel centesimam.
27 Episcopus non censetur alienare cum dat Capitulo suo partem aliquam bonorum.
28 Bona communia Capituli possunt annecti præbendis singularium.
29 Alienatio ex causa vrgentis necessitatis post factum ratificanda.
30 Debita contracta in rem Ecclesiæ an teneatur soluere successor.
31 Res quærendæ Ecclesiæ & nondum quæsita quomodo alienari possit.
32 Regulares possunt alienare res eorum sine solemnitatibus.
33 Hospitalium bona quando alienari possint.
34 Fraternitates an possint alienare eorum bona communia.
35 Prælatus ad vitam suam licitè alienat fructus Ecclesiæ suæ.
36 Ecclesiæ inter se licitè possunt facere bonorum permutationes.
37 Beneficiatus est vsufructuarius, in vita bonorum sui beneficij.
38 Mensæ Episcopalis bona quæ dicantur.
39 Episcopus habet fundatam intentionem in iure super quarta funeralium.
40 Quarta Episcopalis ex quibus peti possit.
41 Episcopus an possit capere aliquid ex bonis Clericis derelictis.
42 Episcopus quando possit deducere quartam ex bonis Laicorum conuertendam ad pios vsus.
43 Oblationes factæ in Ecclesia cui debentur.
44 Parochus habet fundatam intentionem super oblationibus factis in sua parochia.
45 Episcopus potest saluare bona patrimonialia & viuere de bonis Ecclesiæ.
46 Episcopus frugaliter viuere debet.
47 Episcopus quid possit donare propinquis de bonis Ecclesiæ.
48 Bona Clericorum superflua distribuenda pauperibus.
49 Clerici testari non possunt de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis.

50 *Clericus quid possit dare propinquis de bonis Ecclesiæ.*
51 *Clericus potest testari de illis quæ proprio labore quæsiuit.*
52 *Labore personali quæsita quæ dicantur.*
53 *Testandi facultas de bonis Ecclesiæ debet obtineri à Papa.*

AD portum quem iam è propinquo conspicimus fessam ratem appellere festinantes, varias bonorum distinctiones hoc loco afferri solitas omittamus, illa sola contenti qua vtitur Nau. *de redit.* [*Eccl. q.* 1. *nu.* 4. videlicet bona Ecclesiastica mobilia vel immobilia posse considerari, vel vt sunt fundata pro dote & patrimonio Ecclesiæ seu beneficij, vel vt sunt vsui, seu fructus aut reditus annui ipsi Ecclesiæ seu beneficio debiti.

Primo modo si sumantur, bonorum huiusmodi Episcopus in sua Ecclesia est administrator & procurator, non Dominus. *cap. si priuatum. 2 q. 1. cap. fraternitatem. de donat. Abb. ib. num. 2. Paris. de resig. lib. 5. q. 3. num. 151.* vnde curam ipsorum diligentem habere debet, & vel vitæ periculo illa defendere. *cap. conuentor. iun. gl. v. pro alteribus. 23. q. 8. Innoc. Host. in cap. nisi. de renunc. Episc. Abb. ib. nu. 11. & alij communiter.*

Tenetur facere inuentarium omniũ bonorum & iurium Ecclesiæ suæ, & cõstruere archiuium vbi huiusmodi iura & aliorum omnium inferiorum beneficiorum Ecclesiasticorum Diœcesis deponantur. *Couar. in c. de testam. nu. 9. Pauin. de visit. p. 2. q. 3. Fuscus de visit. c. 15. nu. 33. adhoc. Abb. in sua q. 3. nu. 16. vbi latè disputat de hac materia:* sed nunc cessat quoad hoc omnis difficultas post Const. Six. V. *incip. Prouida.* publicata Romæ *die 8. Iun. 1587.* qua ordinatum fuit, vt omnes Prælati Ecclesiastici in eorum Diœcesibus debeant facere archiuium prædictum, videri potest illa Constitutio in Bullario dicti Pontif.

Hinc est quod Episcopus non potest bona Ecclesiæ sibi vsurpare, aut ea alienare. *cap. monemus. cap. quisquis. 12. q. 2. cap. possessiones. 16. q. 1. cap. nulli. de reb. Eccl. non alien.* seuerius autem alienationes bonorum Ecclesiasticorum inhibuit Paul. II. *extrauag. Ambitiosæ. tit. cit. comm.* cuius verba sequuntur.

Ambitiosæ cupiditati illorum præcipuè qui diuinis & humanis affectati dãnatione postposita, immobilia & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ, Monasteria, & pia loca reguntur illustranturq; & eorũ ministri sibi alimoniã vendicant, prophanis vsibus applicare, aut cũ maximo illorum ac Diuini cultus detrimento exquisitis modis vsurpare præsumunt, occurrere cupientes. Omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum alienationem omneq; pactum per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, loypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc Ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia, hac perpetua valitura Constitutione præsenti fieri prohibemus, Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, prohibitionibus, & decretis alijs super hoc editis, quatenore præsentium innouamus,

uamus, in suo nihilominus robore permansuris. Si quis autem contra huius nostræ prohibitionis seriem, de bonis & rebus quicquam alienare præsumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi nullius omnino sint roboris vel momenti. Et tam qui alienat, quam is qui alienatas res & bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat; alienanti verò bona Ecclesiarum, monasteriorum locorumq; piorum quorumlibet inconsulto Rom. Pontifice aut contra præsentis Constitutionis tenorem, si Pontificali vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus Ecclesiæ sit penitus interdictus. Et si per sex menses immediate sequentes sub introdicto huiusmodi anima (quod absit) perseuerauerit indurato, lapsis mensibus eisdē, à regimine & administratione suæ Ecclesiæ, vel Monasterij cui præsidet in spiritualibus sit eo ipso suspensus. Inferiores verò prælati, commendatarij, & aliarum Ecclesiarum Rectores, beneficia vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, præbendis, aliisq; Ecclesiasticis cum cura & sine cura sæcularibus & regularibus beneficijs, quorum res bona alienarunt duntaxat, ipso facto priuati existant, illaq; absq; declaratione aliqua vacare censeantur, possintq; per locorum Ordinarios vel alios ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis quæ propterea priuata fuerint) liberè de iure conferri, nisi alias dispositioni Apostolicæ Sedis sint specialiter, aut generaliter, reseruata. Nihilominus alienata res & bona huiusmodi ad Ecclesias, Monasteria & loca pia ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, liberè reuertantur. Nulli ergo, &c. Datum Romæ Ann. Incarnat. Domini. 1468. Kalend. Mart.

Tanto magis autem Episcopus obligatur non alienare bona Ecclesiæ suæ, quia iurat in sua promotione non alienaturum se bona illius Ecclesiæ, *vt videri potest. in cap. vt super de reb. Eccl. non alien. & in cap. fin. de Eccl. ædif. & notat Mohed. decis. 250. alias. 9. de loc. & cond.* Iurat autem verbis quæ habentur in Pontificali Rom. *fol. 81. & 180. in formula iuramenti Episcoporum*, relata etiam apud Quaran. *in ipsius sum. Bull. v. alienatio. num. 6. tenore sequenti.* 5.

Possessiones verò ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neq; impignorabo, neque de nouo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli Ecclesiæ meæ inconsulto Rom. Pont. & si ad aliquam alienationem deuenero, pœnas in quadam super hoc edita Constitutione contentas, eo ipso incurrere volo, &c.

Non solum autem directum dominium alienari prohibetur, sed & vtile. Vnde in nouū feudū vel ad vitam alicui cōcedere, hypothecare, pignorare bona Ecclesiæ non licet. *tex. extrauag. præmissa. & Clem. 1. de reb Eccl. non alien. Rebuff. in comp. alien. rer. Eccl. num. 6. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst. 2. cap. 22.* vbi multis deducit Emphiteusim esse speciem alienationis. extrauag. alleg. Paul. II. prohibitæ. 6.

Similiter & locatio vltra triennium est prohibita in bonis Ecclesiæ, vt est expressum in cit. Paulina, post quam cessans

sant omnes de locatione diuersi diuersorum discursus, nam omnino est illicita vltra triennium. *vt Redoan. loc. cit.q. 78.à num.21. & quæst. 2. cap.12. & 13.* Episcopus tamen locans vltra triennium, licet non euitet pœnas Paulinæ cit. periurij tamen pœnas non incurrit,cum in forma iuramenti ipsius non sit locatio expressa. *Ad hoc Mohed. decis. 25. alias. 8. de locat. sup.cit. & Rot. decis. 26.p. 2. diuers.* nec includitur in eius iuramento loquente de alienatione, cũ in pœnalibus appellatione alienationis non veniat locatio, etiam ad longissimum tempus, nisi exprimatur. *Berous* 7. *in cap. nulli. tit. hoc. de reb. Eccl. non alien. Card. Abb post gl. in Clem.1. eo.tit.* & iuramentum est stricti iuris, nec extenditur vltra materiam subiectam, nec intelligitur ad de nouo euenientia, sed tantum ad actus & statuta præsentia. *c. Clericus. de iureiuran. Abb.ib. & in cap. vt super. num. 15.de reb. Eccl. non alien. Paris. de resig. lib. 3. quæst. fin. num 123. Rot.decis. 294. in no. & decis. 366. nu. 35.p. 1. diuers.*

Nomine bonorum Ecclesiæ quæ alienari non possunt, continentur etiam iura, actiones, & nomina debitorum, & 8. alienari non possunt. *Abb. in cap. nulli. num. 9. de reb. Eccl. non alien. Rebuff. lo. sup.cit. num.54.* Item & seruitus aliqua inducenda de nouo,nam induci non potest. *Card in cit. Clem. 1. de reb Eccles. non alien. Boër decis. 199. Rebuff. lo. cit. num. 4. & 5. Redoan. loc. sup. cit. q. 2. cap.16.*

Res quoque mobiles quæ seruando 9. seruari possunt alienari non debent, vt vasa aurea, argentea, gemmæ pretiosæ, hæc enim æquiparantur quoad alienationem immobilibus. *gl. in cap. is cui. v. immobilium. de elect. in 6. Abb.in cap. cum nuper. num. 7. de his quæst. à prat. & in cap. nulli. num. 8. sup. cit. Host. ib.* Item & greges, armenta pecudum si in toto alienentur. *Quaran. lo. sup. cit. nu. 24.* Et incisio arborum, vel Syluarum, si fiat cum deteri oratione bonorum. *Auth. qui rem. C. de Sacros. Eccl. Bald. Iaf. ib. Bart. in l. in fraudem. §. conductor. ff.de iure. fisci. alias.* vide Nau. *cons. 6. de reb. Eccl. non alien. in antiq.*

Reliquiarum quoque Sanctorum a- 10. lienationem esse illicitam deducit Genuen. *in prax. cap. 71. à num. 4. adhoc. cap. corpora dist. 1. de consecr.* vbi corpora Sanctorum de loco ad locum transferri prohibentur, *& latius Archid. Turrecrem. ib.*

Prohibita aũt est alienatio bonorũ Ec- 11. clesiæ etiamsi facienda sit in aliã Ecclesiam, vel in personam Ecclesiasticam. *c. 1. de reb. Eccl. non alienan.* nec licite fieri potest etiam per transactionẽ vel compromissum, prohibitus enim alienare, prohibetur & transigere. *Abb. in cap. contigit. num. 5. de transact. Bart in l. nulli. C. eo. tit. Bertach. in tract. de Epis. p. 4. vers. 16. quæro 1. Fed. de Sen. cons. 94. Rot. decis. 160. p.2. diuers.* intelligendo tamen de rebus Ecclesiæ incorporatis. *Franch. in cap. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Quarant. loc. cit. nu.20.*

Neque permutari potest res Eccle- 12. siæ, est enim species quoque alienationis permutatio. *cap. nulli. de reb. Eccl. non alien. Bald. in Auth. res quæ. C. comm. leg. Redoan. loc. sup. cit. quæst.2. cap. 4.*

Neque consuetudo contraria alie- 13. nandi iuuaret alienantem, censeretur enim consuetudo huiusmodi irrationabilis, *ad notata gl. in cap. cum causa. v. præiudicat. de reb. iudic.* Quod autem plerique volunt dictam Paulinam non ligare in locis in quibus non est vsu recepta, *vt Sylu. in sum. v. alienatio. §. 15.*

Couarr.

Canarr. lib. 2. var. resol. cap. 16. num. 6. Nauar. in man. cap. 27. num. 149. Non esse receptam alicubi hanc legem probari non potest, cum quotidie in Rom. Curia practicetur, & pro ea iudicetur, *vt notat Redoan. loc. sup. cit. quæst. 58. num. 25.* tanto magis cessabit hæc exceptio in Episcopis, qui toties quoties iurant, reuocant vigorem legis istius, nec possunt defendi aliqua consuetudine. Quando autem dicenda sit lex non vsu recepta, vel consuetudine præscripta, videri possunt. *Abb. Imol. Felin. in cap. 1. de treug. & pac. DD. in l. de quibus. ff. de legib. & in l. rem non nouan. §. patroni. C. de iudic. ad hoc. Mohed. decis. 6. alias 1. de constit. & decis. 249. alias 8. de locat.*

Posset tamen licitè fieri alienatio si adsint causæ iustæ, & obseruentur solennitates requisitæ.

14. Causæ iustæ sunt, vtilitatis, necessitatis, incommodi, pietatis. *Abb. in cap. cit. cap. nulli. num. 4. Rebuff. loc. sup. cit. num. 9. Couar. loc. sup. cit. à num. 8.*

Solemnitates requisitæ sunt, vt si alienanda sit res Ecclesiæ Cathedralis, accedat ad hoc consensus Episcopi & capituli. *cap. quanto. de his quæ fi. à prælat.* si autem minoris Ecclesiæ res alienatur, requiritur consensus Collegij, vel Capituli, vel Rectoris illius si vnum habet Rectorem. *cap placuit. 12. quæst. 2.* maximè autem requisita solemnitas est, vt habeatur consensus Sedis Apostol. super alienatione facienda, *vt patet ex verbis Paulinæ sup. relatæ.* & debent præcedere isti consensus alienationem. *Abb. in cit. cap. nulli. num. 7. Felin. in cap. sicut tuis. num. 8. de fim. Rebuff. loc. sup. cit. num. 15.*

16. Consensus etiã Patroni in alienatione bonorum Ecclesiæ vel beneficij patronati requiritur. *Abb. in cap. vn. vt Eccl. benef. sine dim. cons. Imol. ibid. Anchar. cons. 121. Roch. de iurep. v. honorificum. num. 112.* si tamen sine causa denegaret consensum patronus cum faciendum esset aliquid in vtilitatem Ecclesiæ, & nullum inde sequeretur præiudicium iuripatronatus, teneret alienatio sine ipsius consensu. *Abb. in cap. suggestum. num. 3. de iurep. & in cap. cum accessissent. num. 5. de Constit. Dec. ibid. num. 49. Redoan. loc. sup. cit. quæst. 13.*

In dubio autem præsumuntur fuisse 17.
seruatæ solemnitates propter temporis diuturnitatem. *Felin. in cap. sicut. nn. 29. de re. iud. Canale. decis. 29. p. 2. Capicuc. decis. 16. Nau. cons. 3. num. 7. de cens. in antiq. Redoan. loc. sup. cit. quæst. 48.* Nec mirum cum temporis diuturnitate etiam præscribi possent res Ecclesiæ. *cap illud autem. de præscrip. Abb. in cap. 1. num 1. tit. cit. & in cit. cap. illud autem. & DD. ib. Rebuff. lo. sup. cit. num. 36. Nau. cons. 1. de præscrip. DD. communiter. in cap. 2. de reb. Eccl. non alien. in 6.*

Neque obstat Constitutio Pauli IV. *incipit Iniunctum.* de ann. 1555. Idib. Iul. qua omnes alienationes bonorum quorumuis Ecclesiasticorum sine requisitis solemnitatibus & in damnum ipsarum Ecclesiarum factæ reuocãtur, nullaque temporis præscriptione validari posse decernuntur, illam enim Constitutionem Pius IV. reuocauit, & reduxit ad terminos iuris communis Constitutione sua, *incipit, Pronda.* de ann. 1560. 3. Idib. Sept. *est in Bullario fol. 501.*

Nisi tamen ex instrumento alienationis appareret iniustus titulus, & qui causaret malam fidem. *cap. fin. de præscrip. Felin. in cap. causam. eod. tit.*

Tanto autem magis præscripta cen- 18.
seretur res Ecclesiæ vbi intercesserit à

tempore alienationis tempus immemorabile, vel centum annorum, nam talis præscriptio excludit etiam allegationem malæ fidei. *Felin. in cap. si diligenti. num. 7. de præscript. Veral. decis. 66. p. 2.* & procedit etiam contra Ecclesiam Romanam. *cap. ad audientiam. de præscrip.* & operatur suum effectum etiam in casu quo lex prohiberet præscriptionem; huiusmodi enim legis prohibitione non excluderetur immemorabilis nisi expressè nominaretur. *Felin. in rub. de præscrip. num. 18. Mascard. de probat. conclus. 12. & 15. num. 55.* nam immemorabilis habet vim priuilegij *gl. in c. super quibusdam. v. non extat memoria. de verb. signif.*

Absque causis & solemnitatibus prædictis, licita quoque est alienatio in tribus casibus quos prædicta Paulina concedit.

Primus est circa res quæ seruando seruari nō possunt, huiusmodi enim res licitè alienatur. *Host. in sum. hoc tit. de reb. Eccles. non alien. num. 3. Abb. in cap. sup. cit. nulli. eo. tit.* seruari autem non posse dicuntur, quæ verisimiliter ad triennium, sine notabili deterrioratione non durarent, vt sunt vestes, arborum fructus, iumenta, & pecora singularia. *Abb. lo. cit. Berous ib. Rebuff. lo. sup. cit. num. 24.* inter huiusmodi res pecuniam quoque numerat. *Abb. lo. cit. num. 12. Imol. ib.* Verum si ea sit in proprietate Ecclesiæ, vel si sit destinata ad emptionem immobilium, vel ad emendum censum annuū, seu sit redacta ex venditione rei immobilis seu mobilis pretiosæ computatæ in proprietate Ecclesiæ, vel sit eius quantitatis, vt sufficiat ad comparationem stabilium, non potest connumerari inter illa mobilia quæ seruando seruari non possunt, sed est omnino inalienabilis, nisi seruatis solemnitatibus. *arg. tex. cap. sine exceptione. 12. q. 2. & cap. relatum. 2. de testam. Berous in cit. cap. nulli. num. 30.* & eruditè deducit *Redoan. lo. sup. cit. quæst. 16. præsertim versus finem. & quæst. 51. cap. 25. Boer. decis. 209.* & fuisse decisum in Rot. *in vna Venet. nullitatis contractus* coram Pamphilio, *13. Nouemb. 1602.* testatur *Genuen. in prax. cit. cap. 75. num. 14.*

29.

Secundus casus liberæ alienationis in Paulina cōcessus est, vt res in feudum vel Emphiteusim dari solita feudo vel Emphiteusi cessante, iterū concedi possit in feudum vel Emphiteusim similem. *ad hoc facit l. pater filium. ff. de leg. 3. & cap. 2. de feud. Abb. ib. Alex. cons. 175. vol. 2.* vt autem res dicatur in feudum concedi solita, requiruntur frequentati actus concessionis ad minus duo, & annorum quadraginta præscriptio; præsertim si non constat de initio concessionis, nam si constaret de initio concessionis valido, etiam vnus actus sufficeret, & si constaret de initio inualido, vt quod ille infeudauit qui infeudare non potuit, vel quod infeudatio fuit facta per vim, seu non seruata solemnitate, nō sufficeret etiam plures actus. *Alexan. cons. 9. vol. 5. Berous in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 40. de constit.* vel si non adsint ea quæ requiruntur in præscriptione, vel in consuetudine inducta, ad quā communiter DD. præsentem materiam applicant; Quomodo autem inducatur consuetudo, tradunt DD. *communiter in cap. fin. de consuet. & in l. de quibus. ff. de legib. & in l. præses. & seq. C. quæ sit longa consuet. ad hoc Felin. in ca. ex nostra. à num. 42 de rescrip. Berous in cit. cap. quæ in Ecclesiarum. de constit. Imol. in cap. ex parte. de feud. Mohed. decis. 249. alias 8. de locat. & latè Redoan. lo. sup. cit. quæst. 63. vbi plures cumulat authores.* 30.

Vbi autem cessaret causa primæ concessi-

cessionis, feudum concedi solitum, si cessaret, non posset de nouo concedi. *Abb. in cap. vt super. num. 11. de reb. Eccl. non alien.* & si res peruenit ad maiorem vtilitatem, non debet concedi pro antiquo Canone, sed pro maiori, si maior haberi possit. *Abb. in cap. ad aures. num. 4. lo. cit. Rebuff. lo. sup. cit. n. 39. Rot. decis. 360. p. 1. dnerf.* Et si Ecclesia deuenerit ad paupertatem, debet pro se retinere. *Curt. iun. de feud p. 2. quæst. 1. & 3. Capicuc. in inuest. feud. vers. Feudū dant. concluf. 7. Redoan. lo. cit. quæst. 61. num. 3.* Nec debet concedi cum conditione grauiori Ecclesiæ quam ante fuit, vt ad longius tempus, ad plures aduitalitates quam solitum fuit, vel diminuendo Canonem; nam si non cum meliori, ad minus cum antiqua forma dari debet. *Bald. in auth. qui rem. C. de Sacros. Eccl. Bart. ib. Couar. var. res. lib. 2. cap. 17. Caualc. decis. 29. nu. 13. p. 2.* Hac ratione etiam non potest concedi pro fœminis, si pro masculis tantum fuerit solitum concedi. *Calder. conf. 11. de feud. Redoan. lo. cit. num. 5.* Vel si res efficiatur de mensa, seu applicetur semel mensæ, non debet de nouo infeudari. *Bart. in l. si vacantia. C.* 21. *de bonis vacant.* Quando autem dicantur bona effecta de mensa, *tradit Innoc. Abb. Imol. in cap. vt super cit.* nimirum quando declarata sunt pro applicatis ad mensam, vel descripta inter res mensales, vel retenta per annum pro mensa. *ad hoc Redoan. lo. cit. q. 2. c. 22. nu. 29.*

Tertius casus licitæ alienationis ex Paulina prædicta est locatio ad breue
22. tempus, ad summum ad triennium. *ad hoc cap. 1. ne prælat. vic. suas. Clem. 1. de reb. Eccl. non alien.* Successor tamen non te-
23. netur stare huiusmodi locationi, nam non obligatur transactione prædecessoris. *Abb. & communiter DD. in cap. fin. ne prælat. vic. suas.* præsertim si sit facta anticipata solutione. *Conc. Trid. sess. 25. cap. 11. de ref.* nisi interuenerit in illa consensus Sedis Apost. *Redoan. lo. cit. q. 58. nu. 54.*

Tanto magis non tenetur Successor stare locationi vel transactioni antecessoris, si facta sit in vtilitatem statuentis. *Dec. cons. 34. volum. 3. Bellam. decis. 748. Put. decis. 181. lib. 1. Calder. cons. 7. de locat. Paris. de resig. lib. 1. quæst. 16. nu. 47.* alioquin si facta esset nomine Ecclesiæ & in rem Ecclesiæ ad tempus de iure licitū, teneretur illi stare successor. *Mohed. decis. 270. num. 1. Rot. decis. 232. in vo. Couar. var. res. lib. 2. cap. 15. Redoan. lo. cit. quæst. 57. à num. 79.* & quomodo dicatur locatio vel transactio facta in vtilitatem Ecclesiæ, *vide eundem ib. post. nu. 81.*

Obligaret præterea successorem locatio bonorum Ecclesiæ pro tempore quo ex consuetudine loci deberentur fructus aliqui beneficij Clerico de anno proximo post mortem sequenti, valet enim talis consuetudo. *Abb. in cap. cum in officys. num. 5. de testamen.* vel etiam habetur pro talibus priuilegia specialia. *cap. si propter. de rescript. in 6.* & vidi concessum priuilegium Regno Poloniæ à Leon. X. *de an. 1515. 5. Id. Aug.* quod in illis partibus morientes Clerici in primis tribus mensibus anni quartā partē, in secundis tribus mensibus medietatem, in tertijs tribus mensibus tres partes, in reliquis quatuor mensibus, totos prouentus eius anni habere debent. Huic simile est quod tradit Couar. *lib. 1. var. res. cap. 15. nu. 12.* vt nimirum beneficij fructus qui veniunt semel in anno, diuidantur pro mortuo Clerico prorata temporis deseruiti; sed in talibus tutius est inhærere consuetudini, dempta enim consuetudine regulariter fructus à solo separati deben-

eur defunctis, fructus autem pendentes Ecclesiæ seu successori in beneficio. *Gem. Franc. in cit. cap. si propter. & in cap. fin. de off. ord. lib. in 6. Paris. de resig. lib. 1. quæst. 7. circa fin. cit. Couarr. in cit. cap. cum in officijs. num. 5. de testam. Redoan. in tract. de spol. q. 5. Rot. decis. 761. p. 1. diuers.*

Etsi res iam non esset integra, vt quia iam essent sati agri, obligaretur successor stare contractui antecessoris donec fructus colligerentur. *Caualc. decis. 44. num. 32. p. 2.* & ita fuisse decisum in Rot. *in vna Auximana locationis. 24. Ianuar. 1590. testatur Genuen. in prax. sup. cit. cap. 118.*

Vltra prædictos autem casus licita
24. est alienatio virtute. *cap. Terrulas. 12. q. 2.* si nimirum alienanda sit res siue mobilis siue immobilis exigui valoris, & cõcurrat necessitas & vtilitas Ecclesiæ: nam iuramento de non alienando non includitur alienatio rei modicæ. *Abb. in cap. vt super. num. 15. de reb. Eccl. non alien. & in cap. tua nos. num. 9. de Eccl. ædif.* neq; per Paulinam prædictam aut per Conc. Trid. derogatum fuit. *cit. cap. Terrulas*, vt sæpius declarasse S. Congr. Conc. *testatur Quaran. lo. cit. num. 14.*

25. Quæ autem dicenda sit res modica & exigui valoris, relinquitur arbitrio boni viri, qui Ecclesiæ alienantis facultatibus, valore rei alienandæ, tum & loci consuetudine consideratis, an modica res alienetur iudicabit, *& est communis doctrinæ ex notatis per Innoc. Abb. & DD. in cap. etsi quæstiones. de sim. & in Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. post. gl. fin. ib. tum & Host. in sum. de his quæ fi. à præl. §. fin. Archid. Gemin. in cap. 2. cit. tit. in 6. Rot. decis. 232. in no. Redoan. loc. sup. cit. quæst. 10. Genuen. loc. sup. cit. cap. 75. num. 3.*

26. Licitè item alienat Prælatus, si det a-
liquid de prouentibus mensæ suæ Ecclesiæ pauperi, vel monasterio ædificando. *cap. fin. de Eccl. ædif. Abb. ib. num. 14.* tenetur enim subuenire indigentibus Ecclesijs. *cap. concessio. c. quatuor. 12. q. 2. cap. consultationibus. cap. pastoralis. de donat. Abb. in cap. exposuisti. num. 5. de præb. & in cap. tua nos. de Eccl. ædif.* præsertim ex quinquagesima vel centesima bonorum suorum parte. *cap. pastoralis. iun. gl. v. salua Constitutione. de his quæsi. à præl.* & si velit magnificare suum sepulchrum. *Abb. in sua. quæst. 3. nu. 5.* vel pro beneficijs præstitis Ecclesiæ suæ, concedendo pensionem vsum fructum alicuius rei precariè. *Card. in Clem. 1. q. 19. de reb. Eccl. non alien. Redoan. loc. sup. cit. q. 51. cap. 21. num. 26. Gig. de pens. q. 68.* dummodo tamen ipsius Ecclesia inde non damnificetur, & abundet fructibus. *Host. in cap. Apostolicæ de donat.*

Potest item licitè de bonis mensæ suæ applicare partem aliquam bonorum seu prouentuum Capitulo suo, vel alicui ex prælatis seu Canonicis Ecclesiæ suæ. *c. fin. 16. q. 6.* quin imo tenetur hoc facere si habeant tenues prouisiones Canonici; tum enim non dicitur propriè alienare cum res alienata remaneat nihilominus in dominio Ecclesiæ, *vt notat gl. in Clem. fin. v. Ecclesiam. de reb. Eccl. non alien. Abb. ib. nu. 15. & in cap possessiones. num. 3. eod. tit. Dec. in c. cum omnes. lect. 1. num. 11. de Constit. Bald. in l. dudum. C. de contrab. empt. Host. in cap. nouit. de his quæsi. à præl. Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 51. cap. 10. Rot. decis. 756. num. 3. p. 1. diuers.* Quomodo & bona communia Capituli annecti possunt præbendis singularium, & tamen nulla inde sequetur alienatio. *Dec. in cap. cum omnes. cit. num. 10.* quomodo & Abbas cum conuentu suo possent di-
uidere

uidere bona Monasterij inter se. *cap. edoceri. de rescrip. in fin. Abb. ib. num. 3. Nau. cons. 9. de reb. Eccl. non alien. in antiq.* hoc eodem modo prohibitus alienare, potest alienare in consortes. *l. voluntas. C. de fideicomis. l. pater filium. ff. de leg. 3.* item & prohibitus vendere extra familiam, potest donare alicui ex familia. *Bald. in cit. l. voluntas.*

Esset item licita alienatio casu quo Papa de facili consuli non posset, & esset periculum in mora, vt pro alimonia pauperum vrgente fame, seu alia præsenti necessitate, vel pro redemptione captiuorum. *cap. gloria Episcopi. 12. q. 2. Archid. Turrecrem. ib. Host. in cap. 1. de his quæ fi. à prælat. Abb. in cap. fin. num. 8. de Eccl. ædif. Rebuff. lo. sup. cit. num. 35.* alienatio tamen huiusmodi deberet ratificari postmodum seruatis solemnitatibus. *Redoan. lo. sup. cit. quæst. 51. cap. 22. num. 19. ad quod allegat Bald. in tit. qui feud. dare poss. c. 1.* 29.

Simili necessitate vrgente si prælatus contrahat debita in rem Ecclesiæ, 30. successor tenetur illa soluere. *c. 1. de solut.* constare tamen debet debitum fuisse factum in rē Ecclesiæ. *Abb. in cit. c. 1. de solut. Archid. in c. placuit. 12. q. 2.* hoc eodem modo Capitulum vacante cum vrget necessitas si contrahit debitum in rem Ecclesiæ, successor obligatur. *gl. in cap. cupientes. §. adhæc. v. aliunde de elect. in 6. Ioan. Andr. Dom. ib. Pauin. de potest. cap. p. 2. q. 8. num. 20.*

31. Posset præterea alienari licitè res quæ nondum peruenit ad Ecclesiæ possessionem, vt posset remitti legatum & hæreditas assignata Ecclesiæ. *Abb. in cap. tua nuper. num. 9. de his quæ fi. à prælat. & in cap. contingit. de sent excomm. Io. And. in cap. cum Apostolica. eo. tit. Dec. in c. Ecclesia. S. M. num. 141. de constit. Lap. alleg. 26. Put. decis. 233. p. 3. lib. 3. diuers.* præsertim si timeantur odia, vt si quis ex hæredato filio, legat Ecclesiæ, vel si non habens filios, nec sperans se habiturum, donat Ecclesiæ & postmodū acquirit filios. *cap. fin. 17. q. 4. Felin. in cap. præsentia. nu. 57. de probat. Arm. v. alienatio. num. 17. Rebuff. lo. sup. cit. num. 13.* vel si restituenda sit proprio Domino res quam Ecclesia iniustè detinet, non enim tenetur Prælatus contra propriam conscientiam defendere iura Ecclesiæ: dummodo tamen iniustitia sit notoria, alioquin standum conscientiæ Capituli, *vt latè Abb. in cap. fin. à num. 41. de præscrip. Felin. ib. nu. 10. Redoan. loc. sup. cit. q. 51. cap. 5.* et si legatum seruiret communiter Episcopo & Capitulo, non posset renunciare Episcopus in præiudicio Capituli. *Rebuff. loc. sup. cit. num. 31.*

Relicta quoque Ecclesiæ incapaci, vt 32. mendicantibus qui non possunt propria retinere, alienari possunt. *Abb. cons. 27. num. 4. p. 1. Dec. in cap. in præsentia. num. 69. de probat.* Imò Regulares habent diuersa priuilegia pro facienda alienatione bonorum ad eorum monasteria pertinentium, quæ priuilegia collecta reperiuntur apud Confect. *in sua recollectione priuil. Mendicant.* & specialiter Greg. XIII. Constit. sua. *incip. Apostolicæ Sedis. de ann. 1576. die 8. Decemb.* indulsit Patribus Societ. Iesu, vt bona locorum eiusdem Societ. alienare possint arbitrio ipsorum Præpositi Generalis nulla super hoc alia licentia petita à Sede Apostolica, vel à loci Ordinario. *habetur hæc Constit. in collect. priuil. Eman. Roderiq. Tom. 2. fol. 459. & adhoc Redoan. loc. sup. cit. q. 51. cap. 3. à num. 24. ad fin.*

Hospitalia quæ sunt fundata sine licentia Episcopi seu in quibus Episcopus 33. non habet institutionem & destitutionem,

nem, censentur prophana, *Innoc. in c. inter dilectos de donat. Abb. in cap. adhæc. num. 4. de rel.dom. & in cap. officy. num. 7. de testam. Ioan. Andr. in c. 2. de in integ. rest. in 6. Bald. in Auth. hoc ius. C. de sacros. Eccl.* & bona eorum possint alienari non seruata forma Paulinæ. *Felin. in cap. de quarta. de præscript.* licet Episcopus possit se opponere si sine causa alienentur. Imò & quilibet de populo tali alienationi contradicere posset si loca huiusmodi essent publica non priuata. *Auth. si quis autem. de Eccl. tit. Vitalin. in Clem. quia contingit. num. 39. de rel.dom. Redoan. lo. sup. cit. quæst. 51. c. 12.*

Hospitalia autem fundata authoritate Episcopi, cẽsentur omnino loca Religiosa. *Abb. in cap. ad hæc. cit. num. 2. & in c. accedentibus. num. 3. de priuil.* & æquiparãtur in omnibus Ecclesijs. *idem Abb. in cap. nulli. num. 14. de reb. Eccl. non alien. Berous ib. num. 86. Imol. ib.* gaudentque immunitate Ecclesiastica. *Dec. in c. Ecclesia S. M. num. 27. de constit.* & includuntur sub Paulina, ita quod eorum bona alienari non possint, nisi cum solemnitatibus & requisitis Paulinæ. *tex. Clarus in princip. eiusdem Paulinæ ibi.* Ecclesiæ, Monasteria & pia loca. *Card. in cit. Clem. quia contingit. Anchar. ib. Rebuff. lo. supra cit. Redoan. lo. sup. cit. q. 49.*

Eadem prohibitio de non alienandis rebus Ecclesiæ non videtur procedere in rebus fraternitatum vel Oratorij priuati, nam Collegia fraternitatum non veniunt nomine Ecclesiæ, vnde nec tenentur ad iura Episcopalia. *Abb. in c. officij. in fin. de testam. ad hoc Rebuff. lo. sup. cit. Redoan. lo. sup. cit. quæst. 51. c. 15.* 34.

Ad vitam quoque suam Prælatus licitè concedit vsumfructum bonorum 35. Ecclesiæ suæ, quando habet bona distincta à bonis Capituli, quia tunc nullũ ipsi fit præiudicium. *Host. in sum. tit. de his quæ fi. à præl. §. fin. Abb. in cap. continebatur. num. 7. eo. tit. & in cap. quærelam. num. 4. ne præl. vic. suas. Ang. v. alienatio. num. 21. Arm. eo. num. 24. Redoan. lo. sup. cit. cap. 14. Rot. decis. 232. in no.*

Ad extremum licitè possunt permutari ex causa rationabili res vnius Ecclesiæ cum alia Ecclesia, vel cum Principe; dummodo permutatio sit pro re æquiualenti. *c. 1. de permut. Innoc. Abb. & DD. ib.* tamen & in hoc casu tutius est adhibere solemnitates, *vt notat Quaran. lo. sup. cit. num. 15.* 36.

In secunda autem consideratione sumpta bona Ecclesiæ in quantum nimirum sunt fructus annui, acquiruntur beneficiato, & per ipsum in vsus proprios dispensari possunt: beneficiatus enim est vsu fructuarius in vita sua bonorum Ecclesiæ suæ. *gl. in c. si quis. v. obitus. de pec. Cler. & alia gl. in cap. vlt. ver. reseruari. de offi. ord. in 6. Archid. in c. alienationes. 12. q. 2. Innoc. in c. fin. de pecul. Cler.* 37.

Percipit autem Episcopus fructus huiusmodi ex bonis mensæ suæ. Et bona mensæ Episcopalis sunt, quæ principaliter ad ipsius sustentationem sunt deputata, & nullum alium habent Rectorem præterquam ipsum Episcopum. *gl. in Clem. 1. de excess. præl. ver. ad mensam. Abb. ib. num. 16. Innoc. in cap. vt super. de reb. Eccl. non alien. Abb. ib. num. 9. Redoan. lo. sup. cit. quæst. 62.* vbi latè deducit quando bona debeant dici de mensa. *& Gig. de pens. quæst. 1. num. 6.* vbi dicit ad ista tantum bona extendi iuramentum Prælati de non alienandis rebus Ecclesiæ. 38.

Deben-

Debentur etiam aliqui fructus Episcopo ex bonis omniũ Ecclesiarum Diœcesis suæ, ille enim est Prælatus vniuersalis & prœordinator in cunctis in Diœcesi sua. *cap. perlectis. 23. dist.* illi incumbit defendere bona omnium Ecclesiarum Diœcesis. *c. cũ dilectus de succeſſ. ab inteſt.* & ille potest agere & conueniri pro Ecclesijs sibi subiectis. *c. ex transmissa. iun. gl. v. Ecclesia. de præscript. c. fin. de succeſſ. ab inteſt. Abb. ib. num. 10. Innoc. in c. olim. 1. de reſt. ſpol.* Et propterea debetur illi iura Episcopalia ex omnibus Ecclesijs, vt procuratio, quarta pars decimarum, quarta funeralium, charitatiuum subsidium. *cap. conquerente. de off. ord. cap. requisiti. de testam.* 39. & habet intentionem fundatam de iure in istis. *Rot. decis. 732. p. 1. diuers.* ex quibus autem non possit peti quarta, videri potest *Abb. in c. officij. n. fin. &* 40. *in c. fin. de testã. & in c. 2. de sepul. Innoc. ib.* & ad hoc propositum refert Quaran. *loc. sup. cit. v. quarta Episcopalis.* decisionẽ Rotæ *in vna Syracusana Quartæ.* quam nos quoque commoditati Lectoris hic ponere voluimus, *vt sequitur.*

Fuit dubitatum per Illustriss. & Reuerendiss. Dom. Seraphynum Oliuarium Razalium Rotæ Auditorem in causa Syracusan. quartæ. An opera pia in quibus consumenda sunt bona hereditaria, sint priuilegiata à iure, ita vt non debeatur quarta Episcopo Syracusan. & die Mercurij quinta Martij 1586. fuit facta resolutio infrascripta videlicet.

Circa propositum dubium plures considerata fuerunt difficultates. Prima fuit an Reuerendißimo Domino Episcopo Syracusan. debeatur quarta ex relictis pro maritandis seu monachandis puellis pauperibus, & pro pane præstando qualibet hebdomada pauperibus. Et circa hunc articulum Domini dixerunt regulam esse quod de relictis pauperibus in genere, nulla debetur quarta. gl. in cap. 2. in ver. decreuit. & ibi Innoc. num. 1. Abbas numero 8. de sepult. Bald. in l. 1. d quod pauperibus. num. 30. ver. addo tertiam rationem. Cod. de Episcop. & Cler. Rom. consil. 233. nu. 2. vers. 3. fallit. Petr. de Vbald. de Canonica Episcopali. cap. 5. num. 10. & 11. & cap. 7. num. 15. & 50. & ratio est quia quando relinquitur pauperibus in genere, relinquitur personis, non autem pijs locis, de relictis autem personis non detrahitur quarta Episcopalis, iuxta tex. in cap. ex parte. 3. de verb. signif. Innoc. Abb. Petr. de Vbald. vbi supra. Fallit autem hac regula in relicto facto pauperibus certi loci, quia tunc legatum videtur factum intuitu illius loci, & sic factum pio loco, vt post Ioan. Andr. limitat Abb. in dict. c. 2. num. 3. & Pet. de Vbald. vbi supra.

Secunda difficultas est, An de relictis pro restauratione Ecclesia matricis, ædificatione & reparatione Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum locorum piorum debeatur quarta. Et Domini censuerunt non deberi, iuxta tex. in cap. vltim. ibi. seu fabrica de testam. & in dicto capitul. ex parte ibi. vel ad fabricam. Rom. dict. consil. 233. in princip. Capyc. decis. 23. num. 4.

Sed circa hunc articulum insurgit alia difficultas, an hoc casu debeatur quarta, quando de præsenti non indigent restauratione, nam affirmatiuam tenuerunt. Host. Ioan. And. Anch. in

dict.

dict. cap. vltimo de testam. vbi Couarr. existimat esse magis communem opinionem: contrarium verò tenuerunt Gosfred. Card. Barb. & ipse Couar. per tex. in cap. nobis. 2. quæst. 2. quia Legatum Ecclesiæ non indigenti seruandum est in futuram Ecclesiæ refectionem & restaurationem. Ideo in hoc conflictu attendenda est forma legati: si enim testator vult statim, vel in singulos annos solui aliquid pro restauratione Ecclesiæ quæ reparatione non indigeat, tunc seruari poterit communis sententia; si vero legat pro restauratione Ecclesiæ quoties ea indigebit, tunc contraria sententia erit sequenda. Et sub hoc articulo cadunt etiam relicta pro subuentione Ecclesiæ respectu luminarium, ornamentorum & aliorum ad cultum Diuinum pertinentium, ex his namq; non debetur quarta. dict. cap. fin. fin vero vsus est indeterminatus, & non destinatus perpetuo cultui Diuino, tunc debetur quarta. dict. c. ex parte. & cap. requisiti. de testam.

Tertia difficultas est. An de relictis pro alijs operibus pijs in genere detrahatur quarta; & hæc pendet à futuro euentu, si enim executores distribuerint Legatum in fabricam, luminaria & ornamenta Ecclesiæ, vel in concernentia Diuinum cultum, tunc quarta non deducitur. dict. cap. fin. & cap. ex parte. & Couar. in dict. cap. fin. num. 7. quia distributio quam facit executor, censetur facta ab ipso testatore. l. vnum ex familia. § 1. vbi Dinus, Bart. & Doct. de leg. 1. secus si executores distribuerent Legatum in vsum non priuilegiatum locorum piorum.

Quarta difficultas versatur circa Legatum factū pro maritādis duabus puellis singulis annis, & pro vna puella consanguinea, & concluſum fuit neque etiam hoc casu deberi quartam, quia aut sunt pauperes, & non debetur quarta vt supra dictum est, cum Legatum sit factum personis, & non locis, aut non sunt pauperes, & vltra præfatam rationem militat alia ratio, quod tale Legatum non dicitur pium, & ideo ex eo quarta non debetur. Tyraq. de priuil. pia causa. in princip. Quare concluſum, secundum Legatorum differentias & distinctiones supra deductas esse in hac causa pronunciandum.

Seraphinus Oliuarius Auditor

Quarta autem pars quartæ nomine veniat, locorum consuetudo attendenda est. gl. in cap. requisiti. sup. cit. ver. quartam. consuetudine eadem siue præscriptione legitima induci quoque potest, vt quarta Episcopo non debeatur. cap. de quarta. de præscrip. consuetudinem tamen vt nihil accipiat Ecclesia Parochialis quartæ nomine, dicit esse irrationabilem. Host. in sum. de sepult. num. 8. & ad hoc facit Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. de ref. vbi priuilegia de non soluenda quarta Ecclesiæ Cathedrali vel Parochiali Regularibus concessæ tollit.

Potest etiam Episcopus habere partem aliquam ex bonis derelictis Clerici, vbi talis esset consuetudo legitimè præscripta, vel speciale priuilegium. cap. fin. §. nisi. de offi. ord. in 6. Habet & Fiscum Episcopus, & in casu quo bona censentur deuoluta ad Fiscum, intelliguntur deuoluta ad Fiscum Episcopi. Abb. in cap. Sancto. num. 2. de succes. ab in-

ab intest. & Clerico moriente intestatio sine legitimo successore vel Ecclesia, bona ipsius deuoluantur ad dispositionem Episcopi, non vt sibi appropriet, sed vt dispenset diligenter ad vsum Ecclesiæ. *cap. Sancto. cit. Abb. ib. & in cap. excommunicamus. 1. num. 1. de hæret.* Et si quidem constaret bona Clerici derelicta fuisse quæsita ex reditibus Ecclesiæ, omnia deberent conuerti pro Ecclesia; si vero appareret demortuum ex industria sua, vel ex patrimonio aliqua habuisse, ea cedere deberent consanguineis, si qui superfuerint, alioquin cedent Ecclesiæ demortui, & si hanc non habuerit, cedent dispositioni Episcopi, qui diuidet in portiones pro Ecclesia, pro pauperibus, pro se ipso, vel pro consanguineis, vel secundum loci cuiusque consuetudinem. *c. Sancto. cit. Host. Abb. ib.*

42. De bonis quoque Laicorum decedentium sine testamento, posset deducere quartam Episcopus distribuendam in vsus pios vbi talis vigeret consuetudo, vt eam vigere in Regno Neapol. testatur Genuen. *in prax. cap. 96.* vbi etiam refert rescriptum Sac. Cong. Conc. super dubio circa talia exorto *tenore sequenti.*

Sacra Congregatio Illustriss. & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardinalium super negotijs & consultationibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum, ac visitationibus Apostolicis à S. D. N. specialiter deputatorum ad tollendas dubitationes & controuersias quæ pluribus in Diœcesibus Regni Neapol. sæpe accidunt super consuetudine illa quæ solent Episcopi disponere de quarta bonorum nobilium decedentium ab intestato, facto prius verbo cum Sanctitate sua ita censuit & declarauit, consuetudinem ante dictam vti laudabilem vbi viget, omnino retinendam fore, sic vero seruandam vt ab ipsis Laicorum Ordinarijs non ad rigorem quarta debeat æstimari, sed vocatis hæredibus certum quid taxari arbitrio boni viri, personarum conditione ac hæreditatis valore perpensis: idq; totum absque vlla diminutione pro suffragio animæ defuncti de ipsorum hæredum consilio erogandum; quod si hæres vel alij contradixerint, iuris remedijs etiam per censuras in subsidium ab Ordinarijs compescantur, & quod erit dispositum super bonis hæreditarijs appellatione remota exequantur.

Deducenda autem est quarta deductis prius oneribus expeditionis familiæ, solutionis debitorum, & impensarum pro pompa funerali. *cit. cap. fin. §. porro. de offi. ord. in C. Lap. Gemin. ib.* præsertim vero impensa funeris est maximè priuilegiata, & debet fieri ex rebus Ecclesiasticis Clerici, licet habeat alia bona propria. *Abb. in sua quæst. 3. n. 1. & 4. & 7.*

De obligationibus quoque factis Ecclesijs participare potest Episcopus. 43.
cap. concesso. 12. quæst. 2. vbi nimirum talis esset consuetudo: & quidem illa quæ 44.
offeruntur, dum ipse Episcopus celebrat in quacunque Ecclesia, illi soli debentur. *Host. in sum. de Paroch. num. 2. Marian. Socin. de oblat. lib. 18. q. fi.* Regulariter autem Parochus habet intentionem fundatam de iure super obligationibus quæ fiunt intra fines ipsius Parochiæ, vt quæ fiunt circa benedictiones nuptiarum, purificationes post partum, circa benedictiones in Paschate, in ad-

nistratione Sacramentorum, celebratione Missarum. *c. statuimus. 16. quæst. 1.* idque etiamsi per alium hæc exerceantur non per ipsum Parochum, per se enim facere videtur dum facit per alium. *cap. qui facit. de reg. iur. in 6.* hac ratione oblationes quoque vel legata facta alicui imagini vel Capellæ intra Parochiam, vel in ipsa Ecclesia Parochiali consistenti, non Capellano vel imagini seu Capellæ, sed Rectori Parochialis debentur, *in cap. pastoralis. num. 2. de his quæst. à præl.* nisi tamen Capella habeat bona distincta à Parochiali, & appareat relictum esse intuitu ipsius Capellæ non Parochialis Ecclesiæ. *Felin. in cap. dilectus. numero 2. & 3. de off. ord. Socin. vbi sup. Genuen. in prax. sup. cit. cap. 72. vbi sub num. 14.* refert fuisse decisum in Rot. Rom. *ann. 1585. 2. Decemb. in vna Beneuentan. Spolij.* Coram Orano quod obligationes tempore Iubilæi factæ spectabant ad Archipresbyterum, curæ animarum & Sacramentorum in ea Ecclesia administrationem habentem, & non ad Archiepiscopum.

Reditus itaque & obuentiones prædictæ acquiruntur Episcopo, & ipse est eorum vsufructuarius in vita, illisque
45. potest in suos suorumque vsus necessarios insumere. *capitulo ex his 12. quæst. 1.* Idque etiamsi esset dives ex Patrimonio, vel ex alijs honestè quæsitis bonis propria enim bona cum fructibus eorum potest reseruare pro consanguineis, nec tenetur ex illis viuere, sed ex bonis Ecclesiæ sustentari debet, cum nemo teneatur proprijs stipendijs militare. *capitulo cum secundum. de præb. Innoc. in cap. Episcopus. ib. Dec. in cap. postulasti. numero 8. de rescript. Abb. ib. numero 2. Nauar. de redit. Eccles. q. 1. v. 78. & q. 3. num. 7. Rot. decis. 154. p. 1. diuers.*

Irregulariter tamen viuere debet ex bonis Ecclesiæ, & vti suppellectili modesta. *Concil. Trident. sessione 25. capitulo 1. de ref.* viuere enim de Altari non luxuriari concessum est Clericis. *44. distinct. in princip.* & restituere debet Ecclesiæ si quid expendit voluptuosè. *Abbas in capitulo si quis. num. 5. de testam.* Frugalitas autem æstimari debet attenta qualitate personæ, gradu nobilitate, gradu & consuetudine loci, nam potest quandoque sufficere honeste vni quod non sufficeret alteri. *cap. Clericum. iun. gl. v. necessitatem. 21. q. 1. Nau. cit. q. 1. num. 92.* 46.

Potest & donare ex Ecclesiæ suæ fructibus amicis, vel familiaribus suis intuitu obsequij vel beneficij, sibi seu Ecclesiæ suæ præstiti, dummodo donet rem modicam. *capitulo cæterum, de donat. cap. adhæc. cap. relatum. de testamen.* 47.

Potest & intuitu sanguinis donare consanguineis si egeant ad decentem eorum sustentationem. *capitulo non satis. cap. est probanda 96. distinct.* considerata nimirum qualitate ipsorum, quam etiam acquirunt ex promotione ipsius Prælati sui consanguinei, crescit enim ipsius promotione illorum quoque dignitas, & tali gradu non sufficeret eis ad decentè sustentationem quod antea sufficere potuisset. *Nauarr. lo. sup. cit. num. 66.* Non tamen debet dari tantum quo ditescant. *Abbas in cap. inquirendum. num. 5. de pecul. Cler. Conc. Trident. lo. sup. cit.*

Quod autem Clerico supereat vltra decentem sustentationem & necessitates suorum, debet reddere Ecclesiæ, 48.

vel

vel etiam potest erogare in pauperes. *cap. quod autem. 23. quæst. 7.* & pauperum nomine intelliguntur omnia opera pia. *Nau. lo. cit. nu. 9.*

Testari autem de bonis ex reditibus Ecclesiæ quæsitis, de iure prohibitum est Clericis. *c. Episcopi. 12. quæst. 1. cap. cum in officijs. c. ad hæc. de testam.* Et quoad hoc æquiparantur omnes beneficiati Ecclesiastici, tam maiores quã minores, vt testari non possint de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, ita quod neque Papa testari consueuerit de reditibus sui Pontificatus. *Nauarr lo. cit. q. 1. num. 27. & 73.* 49.

Relinquere tamen posset Clericus de bonis huiusmodi ad pias causas moderatum aliquid. *capitulo ad hæc. de testam. Abbas ib. num. 1. & in quæst. 3. cit. num. 6.* Posset etiam tantum legare in suos, quantum de bonis patrimonialibus contulit Ecclesiæ. *cap. si quis qualibet. 12. quæst. 2. & cap. si Episcopus. ib. quæst. 5. Abbas in cap. cum in officijs. num. 4. de testam. & in capitulo cum esset. nu. 31. ib.* Quomodo & rem Ecclesiæ melioratam retinere sibi potest in vita, licet dimiserit beneficium etiam per priuationem. *cap. fin. de pecul. Cler. Abbas ib. nu. 1. & 2.* 50.

Potest testari & de illis quæ proprio labore, seu industria vel personali opera sua lucratur, etiamsi ea quæsita sint per actus Ordini suo proprios: vt si vltra prouentus beneficij sui lucretur aliquid ex recitatione Missarum, exercitio Capellaniæ, Vicariatus, ex administratione Sacramentorum, vel concionando, vel ex legatis piorum; huiusmodi enim quæsita æquiparantur bonis patrimonialibus, & disponere possunt de illis Clerici æquè ac Laici de suis. 51. 52.

capitulo Episcopi. 12. quæst. 1. cap. fixum. ib. quæst. 5. cap. quia nos. de testam. Innoc. Abbas ib. & in capitulo cum esses. numero 26. lect. 2. & in cap. relatum. 2. num. 9. hoc idem dicendum de quæsitis ex distributionibus quotidianis, hæ enim non computantur in fructibus beneficij, sed quæruntur pro labore personali impenso. *capitulo vn. de Cler. non resid. in 6. Ioan. Andr. Dom. ib. Redoan. lo supra cit. quæst. 53. à numero 16.* vbi *à num. 24.* deducit pensiones de fructibus Ecclesiasticis eodem iure censeri vt possit testari de illis.

Similiter & de illis disponere posset Clericus, quæ parcius viuendo superesse facit de eo, quod inhonestam sustentationem sui licitè impẽdere poterat. *Nauarr. lo. supra cit. numero 59.* quantum autem requiratur ad honestam sustentationem alicuius, relinquitur arbitrio boni viri, vt diximus alias, vel conscientiæ timoratæ. *Nauarr. lo. cit. quæst. 2. num. 20.* Regulariter autem in beneficio modici valoris, vt ducatorum triginta, præsumitur nihil superesse Clerico vltra necessarium victum, & bona huiusmodi beneficiati si quæ superfuerint, præsumũtur quæsita labore personali, ita vt de illis disponere etiam testamento libere possit. Vnde & Camera Apostolica in locis, in quibus spolia morientium exigit, non exigit quicquam spoliorum nomine ex bonis Clericorum, qui dum viuerent non habuerũt beneficium Ecclesiasticum, quod excederet in suis fructibus ducatos triginta annui valoris, ex ordinatione Pij V. Constitut. sua, *incip. Romani de ann. 1567. 3. Kal. Septemb.* qua etiam Constitutione declaratur, quæ non veniant nomine spoliorum. *verba eius Constit. sequuntur.*

Romani Pontificis, &c. Motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de cætero omnia & singula ornamenta & paramenta ac vasa, nec non Missalia & gradualia, ac cantus firmi, & musica alijq; quomodolibet nuncupati libri, & alia res sacræ etiam auri & argenti, ac quæcunque alia bona per quoscunque Patriarchas, Archiep. Episcopos, Abbates, seu Commendatarios & alios quoscunque, quæcunque, & qualiacunque beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura Secularia, & quorũuis Ordinum Regularia, in titulum vel commendam, aut alias quomodolibet obtinentes, quocunque nomine vel titulo cẽseantur, etiamsi de illis & eorum qualitatibus specialis & expressa mentio habenda foret, ad vsum & cultum Diuinum etiam in eorum priuatis ædibus & Capellis vel Oratorijs destinata, tempore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta, sub quibusuis facultatibus testandi & alias disponendi de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquisitis per quoscunq; Rom. Pont. prædecessores & successores nostros, ac nos sub quibusuis tenoribus & formis, ac cũ quibusuis clausulis & decretis etiãmotu proprio, aut alias quomodolibet concessis, & concedendis, minime comprehendantur, nec sub appellatione spoliorum veniant, sed ad singulas Ecclesias, Monast. etiam Conuentu carentia & beneficia huiusmodi, in quibus resederint, aut quibus præfuerint, seu quæ alias obtinuerint, omnino spectent & pertineant, ac spectare & pertinere, illaque post eorum obitum eisdem Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs, etiamsi in Romana Curia & procul ab illis decesserint, vel ad illa nunquam accesserint, etiamsi antea Ecclesiarum & Monasteriorum regimini cesserint, vel beneficia huiusmodi renunciauerint, eo ipso applicata & incorporata sint, & esse censeantur. Ita quod liceat illis defunctis in eisdem Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs successoribus ac Ecclesiarum & Monasteriorum huiusmodi Capitulis & Conuentibus respectiuè, illa propria authoritate liberè apprehendere, ac eorum Ecclesijs & Sacristijs applicare & incorporare, ac quæcunque donationes ac relicta & legata testamenta, & codicilli & alia vltima voluntates seu spolia, desuper contra præsentis constitutionis nostræ tenorem quomodolibet pro tempore facta, quoad præmissa nulla & inualida, nulliusque roboris & momenti existant, & personis etiam Ecclesiasticis seu locis etiam pijs, aut Ecclesiasticis alijs quibuscunque, in quarum seu quorum fauorem pro tempore facta fuerint, minimè suffragentur, nec per ea eisdem personis seu locis, vel aliis Ecclesijs huiusmodi aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri possit. Quinimo res sacras ac alia bona prædicta quocunque nomine vel titulo pro tempore detinentes ad illa Ecclesijs & Monasterijs, ac beneficijs per defunctos quomodolibet acquisitis, vt præfertur, iuxta præsentium tenorem realiter, & cum effectu restituendum & consignandum quibusuis dispositionibus de illis in contrarium quomodolibet factis minime attentis, omnino teneantur,

& ad

& ad id per censuras & pœnas etiam furti & sacrilegij, ac alia iuru & facti remedia oportuna cogi & compelli possint & debeant. Insuper ne deinceps contingat insolentia spoliorum Cameræ Apostolicæ Collectorum vel subcollectorum aliquas Ecclesias, nec hominum quẽquam damno & iniuria affici, nec cuiquam de cætero vertatur in dubium quæ res habendæ sint nomine spolij, simili modo statuimus, decernimus, & declaramus, quod quæcunque scamna, cathedræ, areæ, & etiam ligneæ vel lapideæ, etiam marmoreæ mensæ & tabulæ, ac quæcunque dolia seu vasa vinaria, & alia similia suppellectilia domestica per quos suis Presbyteros seu Clericos ab humanis pro tempore decedentes tempore eorum obitus in Ecclesiis, seu eorum domibus Ecclesiarum earũdem vel alibi vbiuis locorum relicta, etiamsi ex fructibus & prouentibus beneficiorum quæ dũ viuerent obtinebant acquisita fuerint, sub spoliorum appellatione minimè veniant, nec pro spoliis vllo modo reputari possint. Præterea quod nullum spolium Cameræ huiusmodi Collectoribus vel subcollectoribus exigi possit per obitum illius, qui dum viueret, vnum, vel plura beneficia Ecclesiastica obtinuerit, cuius vel quorum insimul fructus redditus & prouentus triginta ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excesserint, aut qui pensiones annuas super quibusuis fructibus Ecclesiasticis vsque ad dictum valorem annuatim perceperit, dummodo tamen ipse ab omni illicita negotiatione, & à sacris Canonibus prohibita abstinuerit. Ita quod si quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorumuis defunctorum qui similia beneficia obtinuerint, seu similes pensiones perceperint, prætextu spoliorum eiusdem Camerę percipere, aut alias contra præsentes nostras literas attentare præsumpserit ad totalem bonorum per eum perceptorum restitutionem teneatur, ac ad id via iuris, etiam per similes censuras & pœnas cogi & compelli possit & debeat. Districtius inhibentes quibusuis Cameræ prædictæ spoliorum Collectoribus nunc & pro tempore existentibus, ne sub indignationis nostræ & priuationis eorum officiorum pœna in ornamentis & paramentis ac vasis & libris præfato cultui Diuino dicatis, ac alijs rebus sacris, nec non suppellectilibus præfatis, quomodolibet se intromittant, nec in eorum Inuentarijs tanquam spolia redigant seu describant, sed ornamenta & paramenta, nec non vasa & libros aliaquę Diuino cultui dicata huiusmodi, Ecclesiu, Monasterijs, Capellis, & alijs beneficijs huiusmodi eorumque Rectoribus & alijs prædictis liberè dimittant, & consignent ac consignari facient cum effectu. Ac suppellectilia prædicta in locis vbi constiterint relinquant. Ac decernentes sic in promissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices & Cõmissarios quauis authoritate fungentes sublata eis & eorũ cuilibet quauis aliter iudicãdi & interpretãdi facultate & auctoritate, iudicari & definiri debere, ac irritũ & inane, &c.

85. Potest etiam testari Clericus de bonis ex Ecclesiæ reditibus quæsitis, si facultatem testandi obtinuerit à Sede Apostolica, eam enim Papa concedere potest, & de facto concedere solet. *Nau. lo. cit. quæst. 3. num. 17. Staphil. de lit. in form. breuis. num. 14.* videri potest Abb. *in cap. cum esses. lect. 2. num. 30. de testam.* An autem consuetudine induci possit, vt licitum sit testari Clericis de bonis huiusmodi ex Ecclesia quæsitis, consuli possunt *Abb. cit. in cap. cum in officijs. num. 5. de testam. Lap. lo. Monach. in cap. fin. de off. ord. in 6.* Couar. *in cap. cum in officijs cit. Franc. Sarmien. de redit. Eccl. p. 2. cap. 6.* qui hanc quæstionem latissimè disputat. & *Nauar. locis cit.* sed præcipuè videri debet *in propug. Apologiæ de red. Eccles. num. 5.*

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM MAGIS NOTABILIVM.

A

Abbas benedictus conferre potest ordines minores. pag. 24
Abbas benedicere potest paramenta Ecclesiæ. 82
Abbas in sua Ecclesia dare potest benedictionem solemnem. 75
Abbates quando teneantur venire ad Synodum Episcopi. 117
Abbates quem locum habere debent in Synodo. 118
Abbatissa, quæ eligitur ad tempus benedici non debet. 175
Abbatissæ in electione, quæ seruanda. 235.
Abortum procurans quas pœnas incurrat. 42
Abscissus à medicis, vel hostibus an efficiatur irregularis. 40
Absentes per quoscunque defendi publicè interest. 266
Absolutio ab excommunicatione cum reincidentia quomodo danda. 333
Acta per Procuratorem non habentem mandatum, non tenent. 266
Acta Synodi diœcesi. quomodo publicanda. 222
Acta cõfecta per quemcunque deputatum à iudice faciunt fidem. 262
Actio spolij competit resignanti beneficium ad quæ ordinatur si non habet aliam prouisionem. 50
Actio dotis est priuilgiata. 283
Actor forum rei sequitur. 263
Actor venire debet paratus. 264
Actor tenetur edere reo sua instrumenta. ibid.
Actor tenetur suis sumptibus dare reo copiam primi libelli. ibid.
Actor quando agere non possit. ibid.
Ætas quæ requiratur in quibusque ordinibus. 33
Ætatis defectum ad ordines Episcopus dispensare non potest. 72
Ætas quæ requiratur ad assecutionem beneficiorum. 394
Affecta beneficia Papæ, quæ debentur. 384.
Affinitas non contrahitur per sponsalia, nisi sequuta copula carnali. 278
Albugo in oculo quando impediat ab ordinibus. 46
Alienatio bonorum Ecclesiæ est prohibita. 420
Alienationis causæ iustæ quæ sint. 423
Alienatio rerum Ecclesiæ quas solemnitates requirat. ibid.
Alienari potest res, quæ nondum peruenit ad Ecclesiæ possessionem. 426
Altare quando dicendum sit violatum. 81
Altare violatum non reconciliatur, sed de nouo consecrandum. ibid.
Altaris portatilis vsus quomodo concedendus. 81
Amens ordinari non potest. 48
Anniuersariorum numerus sicut & missarum reduci potest. 144
Anniuersarius dies cõsecrationis Ecclesiæ ex causa transferri potest in alium diem. 81
Annulorum vsus Clericis prohibitus nisi ratione dignitatis hoc alicui competat. 141
Apostata ordinari prohibetur. 32
Apostatæ apprehendi possunt per Curiam sæcularem. 271
Apostolorum limina tenentur visitare Episcopi. 37
Appellans ab interlocutoria causam appell. exprimere tenentur. 341
Appellatio in quibus denegari non potest. 342
Appellatio non concedenda in facto notorio. 344
Appellatio non conceditur in causis parui momenti. ibid.
Appellanti præfigi potest terminus prosequen-

sequendæ appellationis. ibid.
Appellatio non conceditur à sententia lata contra hæreticum. ibid.
Appellatio in correctione morum quoad effectum deuolutiuum negari non potest. 246
Archiepiscopus non potest ordinare subditum sui suffraganei sine ipsius dimissorijs. 25
Archiepiscopus non potest iudicare subditos sui suffraganei, nisi causa per appellationem ad ipsum deuoluta. 250.
Archiep. non potest delegare causam sui suffraganei subdito inuito. ibid.
Archiepiscopus quando possit visitare diœcesim sui suffraganei. 247
Archiepiscopus non potest conferre beneficia sedis vacantis sui suffraganei. 388.
Archiep. bannire potest ex tota sua prouincia. 344
Archidiaconus debet esse Doctor, seu Licentiatus in Theol. seu iure. 130
Archidiaconus visitare non debet irrequisito Episcopo. 247
Archidiaconus tenetur reddere Episcopo acta suæ visitationis. ibid.
Auaritiæ nota, quam maximè vitanda Episcopo. 127
Auditus sensu carens ordinari non debet. 46

B

Bannorum omissio non reddit Matrimonium nullum, sed clandestinum, 275.
Banna, ex quibus causis remitteae possit Episcopus. ibid.
Bannire Episcopus non potest, nisi ex sua diœcesi. 344
Baptismus est ianua Sacramentorum. 32.
Baptismum iterans quomodo efficiatur irregularis. ibid.
Benedicere Reges, & Principes, ad quem spectat. 74
Benedictio nec auget, nec minuis vires Matrimonij. 278
Beneficiorum reseruationes plures. 348
Beneficium nondum vacans promitti non potest. 395
Beneficia electi ad Episcopatum quando vacare incipiunt. ibid.
Beneficia curata iurispatrona, quomodo conferenda. 386
Beneficia iurispatro. quando possit conferre Episcopus. 358
Beneficia vacantia propter crimen hæresis sunt reseruata Papæ. 356
Beneficia reseruata quando conferre possit Episcopus. 358
Beneficia accepta in confidentiam reseruata sunt Papæ. 356
Beneficia quæ dicantur incompatibilia. 407.
Beneficiatus quando excusatur ab oneribus sui beneficij. 410
Beneficiati simplices ad processiones maioris Ecclesiæ accedere tenentur. 408
Beneficium simplex obtinens non tenetur ad personale exercitium onerum beneficij. 410
Beneficium curatum quod dicatur. 387
Beneficium quando dicendum sit non requirere residentiam. 409
Beneficium seculare, regulari conferri non potest. 400
Beneficium sufficiens ad sustentationem quod dicatur. 410
Bigamus ordinari non potest. 48
Bigamiæ impedimentum non tollitur per Baptismum. ibid.
Bigamia triplex, & quomodo contrahatur. ibid.
Bigamia non contrahitur ex pluralitate sponsaliorum. ibid.
Bigamus dispensari non potest per Episcopum ad vllos ordines. 72
Blasphemans est suspectus de hæresi. 339
Bona Ecclesiæ vltra triennium, locari non possunt. 422
Bona Clericorum sunt exempta ab oneribus Laicorum. 300

Bona mensæ Episcopalis, quæ sint. 425
Bulla cum Sigillo Episcopi censetur scriptura authentica. 361

C

CAlix dum consecratur vngendus chrismate. 92
Campanas benedicendi vsus seruatur in Ecclesia. 82
Cancellariam suam non potest locare Episcopus. 127
Cancellarius quid recipere possit pro literis beneficij. 417
Canonicatus veniunt appellatione dignitatis. 273
Canonicus absens quando lucratur distributiones. 132 & 135
Canonicus quanto tempore abesse potest à sua Ecclesia. 132
Canonici incedentes capitulariter præcedunt Abbates. 117
Canonica purgatio quando sit iniungenda. 246 & 338
Capitulum sede vacante potest ea quæ sunt iurisdictionis. 18
Capitulum sede vacante non potest concedere indulgentias. ibid.
Capitulum sede vacante quando dimissorias concedere possit. 27
Capitulum sede vacante concedere potest exercitium Pontificalium externo Episcopo. ibid.
Capitulum sede vacante absoluere potest casus reseruatos Episcopo. 114
Capitulum cathedralis Ecclesiæ ad synodum est vocandum. 117
Capitulum sede vacante in synodo habet vocem decisiuam. ibid.
Capitulum sede vacante circa beneficiorum collationē, quid possit. 366 383 & 405
Capitula Collegiatarum insignium ad synodum vocanda. 118
Capellanus alicuius loci in concernentibus Parochū non debet se ingerere. 594
Carceres irregulariter infamat. 334
Carceris perpetui pœna quando infligenda. ibid.
Carceratio inducit grauamen irreparabile. 334
Character imprimitur in anima per ordinis susceptionem. 61
Character quid sit. ibid.
Charitatiuum subsidium petere potest Episcopus à suo clero. 125
Charitatiuum subsidium petendi vsus præscribi non potest. ibid.
Chrisma quomodo conficiatur. 77
Chrisma peti non debet nisi ab Episcopo loci. ibid.
Castitatis voto ligantur ordinati ad sacros ordines. 61
Casus Papę reseruati bulla cœnę Domini. 84
Casus Papæ reseruati in corpore iuris. 102
Casus Papæ reseruati diuersis Pontificis decretis. 105
Casus Episcopo reseruatos non possunt absoluere regulares. 104
Casus nullus mortis in articulo reseruatus. 115
Casus Episcopo reseruati qui sint. 110
Casus Papæ reseruatos quando possit absoluere Episcopus. 113
Cathedralis Ecclesia visitari semper potest. 329
Cathedralis Ecclesia concurrit in cura animarum cum omnibus Ecclesijs diœcesis. 164
Cathedrali Ecclesiæ honor est præstandus ab inferioribus etiā regularib. Eccl. 221
Cæcitas quæ impediat ab ordinibus. 45
Celebrans in Ecclesia interdicta quas pœnas incurrat. 320
Celebrans non ordinatus, tradendus curiæ sæculari. 360
Celebrare in domib. priuatis, phibitū. 154
Ceremoniæ pontificales circa ordinationem necessario seruandæ. 60
Cæmeteriū cēsetur pollutū, polluta Ec. 80
Claudus enormiter ordinari nō debet. 46
Clausuram Monialium etiam exemptarum prouidere spectat ad Episcopū. 228
Clausura Monialium in quibus attendenda. ibid.
Clericatus ordo nobilitat. 62
Clericatus quomodo probetur. ibid.
Clericus non potest declinare iurisdictionem sui ordinarij. 272
Clericus nō potest declinare iurisdictionem

nem in ordinatij. 272
Clericus non potest se subijcere iurisdi-
ctioni laicali. 269
Clericus subijciens se Iudici Laico, puni-
ri debet. ibid.
Clericus non recitans horas Canonicas
quam pœnam incurrat. 142
Clericus depositus verbaliter gaudet p ri-
uilegio Canonis. ibid.
Clerici primæ tonsuræ gaudet priuilegio
Canonis. 129
Clerici quando possint iudicari à iudice
Laico. 271
Clericus deprehensus in rixa per curiam
sæcularem detineri potest. ibid.
Clericus torqueri potest extantibus gra-
uibus indicijs. 335
Clerici non tenẽtur ad onera personalia
imposita à principe sæculari. 309
Clerici non tenentur ad gabellas de eo-
rum bonis. ibid.
Clerici tenentur ad murorum custodiam
instante graui necessitate. ibid.
Clerici non tenentur ad albergum præ-
standum militibus. ibid.
Clerici tenentur ad onera quæ sequuntur
res possessas ab ipsis. ibid.
Clerici non tenentur ire ad bellum etiam
instante necessitate. ibid.
Clericus negotiationem exercens tene-
tur ad gabellas. ibid.
Clerici sæcularia negotia tractare non
debent. 138
Clerici prædia conducere non debent
lucri gratia. ibid.
Coadiutor infirmo dari potest. 16
Coadiutor cum futura successione dari
non potest nisi à Papa. 15
Coadiutor ad Episcopatum quæ possit.
ibid. & seq.
Collegiatæ Ecclesiæ Canonici tenentur
ad residentiam. 132
Commendari potest Ecclesia curata ad
sex menses. 305
Commẽdare potest Episcopus ad vitam
beneficia simplicia ibid.
Commendatarij Abbatiarũ quem locum
habeant in synodo. 402
Commendatarius ad vitã est verus Præ-
latus. 401
Conceptio B. M. Virginis in peccato ori-
ginali, vel sine, prædicari nõ debet. 148
Concubinarius qua pœna puniẽdus. 138
Concursus vacante curato beneficio ne-
cessario faciendus. 390
Concursus in beneficio iurispatronatus
Laicorum non est necessarius. 391
Concursus non requiritur in curatis re-
gularibus conferri solitis. ibid.
Concursus non fit vacante curato causa
permutationis. ibid.
Concursus omitti posset, vbi timentur
rixæ. ibid.
Confessarius Episcopi potest absoluere E-
piscopum in omnibus in quibus po-
test ipse Episcopus. 113
Confessarius prouocans ad libidinem cõ-
fitentem suspectus de hæresi. 287
Confessarius confraternitatum, debet es-
se prius, approbatus ab ordinario. 183
184
Confessio per nuncium, vel per literas
condemnata ab Ecclesia. 95
Confessio facta sacerdoti non appobato,
an sit valida. 95
Cõfirmationis minister est solus Epis. 76
Confirmationis Sacramentum quid sit.
ibid.
Confirmationis administrationem Papa
potest committere Abbati, seu simpli-
ci sacerdoti. ibid.
Confirmatio à non ieiuno conferri, &
suscipi potest. ibid.
Confirmandi quæ requisita habere de-
bent. ibid.
Confraternitates erigi non debent sine
scitu Episcopi. 181
Confraternitatum statuta reuidere, &
corrigere potest Episcopus. 182
Confratres eleemosynas collectas expo-
nere debent ad pios vsus arbitrio E-
piscopi. 183
Confraternitates non possunt cogi acce-
dere ad professiones. 185
Consanguinei admittuntur ad testimo-
nium in causis Matrimonij. 280
Consecratio Olierum solo die cænæ Do-
mini facienda. 77

Consecratio Ecclesiæ spectat ad Episcopum. 78
Consecrata Ecclesia reconsecrari non debet. 79
Consecratio Ecclesiæ quomodo probetur. ibid.
Consecratio Ecclesiæ quocunque tempore fieri potest. ibid.
Conseruatores sibi eligere tenentur regulares. 199
Consuetudine defendi potest pluralitas beneficiorum. 409
Consuetudinis, & legis par potestas. 122
Contritio necessaria est in Sacramento Confirmationis suscipiendo. 76
Conuiuia in Eccl. fieri non debent. 160
Corpore vitiati ad ordines non admittendi. 46

D

DEbilitans membrum alicuius, sed nõ abscindẽs, non est irregularis 42
Decimarum causæ summariè sunt expediendæ. 330
Decimæ solui debent ab omnibus. ibid.
Decimæ debẽtur Ecclesiæ Parochiali. 311
Decimas soluere tenentur etiam infideles de agris quos colunt. ibid.
Decimæ solui debent non de ductis expensis. ibid.
Decimæ debẽt deferri in horrea Clericorum, vbi talis est consuetudo. 310
Decimæ perceptionem potest præscribere vna Ecclesia contra aliam. 311
Decimam debitam parochiali regulares præscribere non possunt. ibid.
Decimas soluere non obligantur mendicantes de eorum bonis. ibid.
Decimę perceptionem habere potest Laicus ex priuilegio. 314
Decima consuetudine reduci potest ad vicesimam, tricesimam. 315
Decimæ non soluuntur de herbis, fæno, &c. ibid.
Decimæ præscribi possunt per Laicos. ibid.
Decimæ redimi possunt re fructifera æquiualenti. ibid.
Deformitas corporis quando inducat irregularitatem. 38
Degradatio solemnis, quæ requirat. 330
Degradationis pœna pro quibus delictis imponatur. ibid.
Degradari non potest quis absens. 337
Delegati iurisdictio quando expirat. 258
Delegatio quando transit in successorem. 256
Delegatus Episcopi subdelegare non potest. 257
Delicta dominorum trahuntur à subditis in exemplum. 126
Delicta occulta non sunt inquirenda. 245
Delicta Clericorum non sunt propalanda. ibid.
Delinquens puniri debet in loco, in quo deliquit. 272
Delirus ordinari non potest. 47
Dæmones inuocans suspectus est vehementer de hæresi. 287
Dæmoniacus ordinari non debet. 47
Denuncians hæreticum iurare prius debet. 286
Denunciare potest quilibet etiam criminosus. 267
Denuncians potest esse testis in causa hęresis. 286
Deponi nemo debet nisi in casibus in iure expressis. 336
Depositionis pœna, quæ sit. 335
Deposito debentur alimenta ex beneficio quod obtinuit. ibid.
Detentor rei alienæ, quando non tenetur ad restitutionem. 328
Detrusio in Monasterium hoc tempore non vsitatur. 360
Diebus festis, quæ opera sint licita. 159
Dignus quilibet præsumitur. 44
Dignus digniori quando præferendus. 392
Dimissorias habens à quocunque Episcopo ordinari potest. 26
Dimissorias petens est prius examinandus. ibid.

Dimissoriæ semel concessæ semper durant. 30
Dimissorias quis concedere possit. 27
Dispensare quomodo possit Episcopus vigore c. 6. sess. 62
Dispensatio de iure in quibus sit concessa Episcopo. 66
Dispensare potest Episcopus in omnibus in quibus expresse non prohibetur. 73
Dispensare aliquando præsumitur Episcopus, licet hoc non exprimat voce. 74
Dispensare circa impedimenta Matrimonij quando possit Episcopus. 109
Dispensare an possit Episcopus circa beneficiorum pluralitatem. 392
Doctrina non præsumitur nisi probetur. 51
Doctor petens beneficium curatum non excusatur ab examine. 390
Doctrinam Christianorum tenetur parochus explicare pueris. 152
Distributiones quomodo diuidendæ. 131
Distributiones absentibus remitti non possunt per Capitulum. 132
Distributiones remitti non possunt absenti ex iusta causa. 133
Distributiones absentium quãdo accrescunt præsentibus. ibid.
Distributiones lucratur Theologus occupatus circa lectionem. ibid.
Distributiones lucratur infirmus. ibid.
Distributiones debentur suspenso carcerato iniuste. 134
Distributiones grossæ dempta tertia parte debentur absenti causa studij. ibid.
Doctrina quæ requiritur ad ordines. 50
Doctrina quæ requiratur in promouendis ad beneficia. 392
Domicilium quomodo constituatur. 24
Domicilium pluribus in locis constitui potest. ibid.
Domicilium habere dicitur quis vbi habet beneficium residentiam requirens. ibid.
Domus Clericales concedi non debent ad habitandum fœminis. 144
Donari quantum possit ex redditibus Ecclesiasticis. 447
Dos debetur filiæ nubenti contra voluntatem patris. 282
Dotem recuperat vxor reconciliata viro post adulterium. ibid.
Dotis causa est maxime priuilegiata in iure. 285

E

Ecclesia noua ædificari non potest sine consensu Episcopi. 78
Ecclesiam ædificans, illam dotare tenetur. ibid.
Ecclesia noua quando dotari possit ex fructibus prioris Ecclesiæ. ibid.
Ecclesia non consecrata gaudet immunitate. 306
Ecclesia non polluitur nisi intercedat violentia in ea commissa. 78
Ecclesiæ consecratio quomodo probetur. ibid.
Ecclesia æquiparatur fisco. 264
Ecclesias ædificandi versus orientem vsus. 78
Ecclesia incastellari pro munitione non debet. 306
Ecclesia polluta antequam reconcilietur, lauari potest. 80
Ecclesia semel consecrata, an & quando iterum consecranda. 79
Electiones Capitulorum libere hoc tempore sunt sublatæ. 2
Electos examinandi, & promouendi modus. 63
Electus acquirit ius ad rem non in re. 8
Electus ante confirmationem, Ecclesiam suam administrare non potest. ibid.
Electus tenetur expedire literas suæ promotionis. ibid.
Electus confirmatus potest ea, quæ sunt iurisdictionis. 8
Electus intra tres menses à die confirmationis consecrari debet. 14
Electi beneficia non vacant nisi habuerit possessionem realem. ibid.
ab electione quinam excludendi. 4
Eleemosynarũ quæstores prohiberi possunt ne exigant immoderatè. 208
Eleemosynarum quæstores tempore missarum ex Ecclesia eijciendi. 161
Episcopi in locum Apostolorum successerunt. 83
Episcopi domus debet esse magistra publicæ disciplinæ. 128

Episcopus extra Curiam Romanam degens quando & quomodo ab vna Ecclesia ad aliam transferendus. 4
Episcopus habet intentionem fundatam in iure super collatione beneficiorum. 347
Episcopus non ligatur pœnis sui statuti. 331
Episcopus vti potest vbicunque altari portatili. 88
Episcopus ordinans non suum subditum incurrit suspensionem. 27
Episcoporum diœcesani triplices. ibid.
Episcopus principaliter incumbit cura animarum. 95
Episcopus non ligatur censura canonis, nisi de eo expresse statuatur. 348
Episcopus dū est in aliena diœcesi potest ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. 411
Episcopo excommunicato, ipsius subditi ordinari possunt à quocunque alio Episcopo. 5
Episcopus in aliena diœcesi prædicare non potest sine licentia. 147
Episcopus habet iurisdictionem immediatam in sua diœcesi. 250
Episcopus tenetur facere professionem fidei in prima synodo post suam promotionem. 119
Episcopus tenetur de facto sui vicarij. 253
Episcopus conueniri potest pro Ecclesijs diœcesis. 429
Episcopus quando teneatur sequi consilium sui Capituli. 124
Episcopus est ordinarius inquisitor in sua diœcesi. 281
Episcopus an possit tenere familiam armatam. 127
Episcopus tenetur dotare Ecclesiam quā consecrat indotatam. 68
Episcopus tenetur prouidere quem ordinauit sciens non habentem prouisionem. 54
Episcopus ordinans aliquem ante debitam ætatem, à collatione ordinū, quos contulit, suspensus. 35. **in quibus casibus possit dispensare.** 63 & seq. **eius vita qualis esse debeat.** 120. **quando cesset illius in subditos iurisdictio.** 252 & seq.
Episcopus titularis familiaritatis ratione neminem ordinare potest. 31
Episcopo denegante absolutionem in reseruatis sine causa, cessat reseruatio. 110
Episcopus abstinere debet à percussione cuiusuis. 335
Episcopus præiudicare potest Ecclesiæ in acquirendis. 426
Episcopus tenetur facere Inuentarium bonorum suæ Ecclesiæ. 420
Episcopus intelligitur non alius inferior, quando canon absolutionem permittit inferiori. 95
Episcopus excommunicare potest non seruato iuris ordine, in defensione iuris sui. 226
Eucharistiæ Sacramētum intra septa Monialium Monasterij teneri non debet. 235
Eucharistiæ Sacramentum in Capellis, & Ecclesijs non Parochialibus, asseruari non debet. 179
Examinatores pro examinandis ad beneficia in synodo deputandi. 120
Examen debet esse rigorosum circa promouendos ad ordines. 59
Excommunicationis pœna, grauior est pœna suspensionis. 325
Excommunicatio ferri non debet nisi trina monitione præmissa. 316
Excommunicatio expirat more excommunicantis re integra. 328
Excommunicatio in statuto de facili opponi non debet. 156
Excommunicationis ad finem reuelationis pro quanta summa concedendæ. 328
Excommunicatio etiam in iusta ligat. 327
Excommunicatio quādo dici possit nulla. ibid.
Excommunicationem in contractu sponte appositā nemo puniri debet. ibd.
Excommunicatus non denunciatus vitari non debet. 329
Excōmunicare seipsum nemo potest. 332

Excommunicatus semper præsumitur talis nisi appareat de absolutione. 333
Excommunicatio minor non est in vsu. ibid.
Excommunicatio non suspenditur appellatione. ibid.
Excommunicationem quis absoluere possit. ibid.
Excommunicationem à se latam quandoque non potest absoluere Episcopus. 91
Excommunicatio tollitur consensu partis antequam incurratur. ibid.
Excommunicatio non ligat si Iudex vel pars non intendat velle excommunicare. 327
Excommunicatus notorius ad effectum vt euitetur, quis dicatur. 330
Excommunicatus per annum non resipiscens, suspectus est de hæresi. 286
Exempti quilibet quando possint puniri per Episcopum. 245
Exilij pœna quando sit imponenda. 337
Exorcistæ quid tradatur in sua ordinatione. 60

F

FActa multa tenent, quæ fieri prohibentur. 319
Falsarij qui dicantur. 110
Familiaris triennalis ad effectum vt possit ordinari, quis dicatur. 30
Familia Episcopi qualis esse debeat. 127
Festis diebus quæ opera exercere sit licitum. 89
Fœmina si ordinatur non recipit characterem. 31
Fœtus pro tempore in vtero animatur. 42
Feudum habens etiam Clericus ratione ipsius Domino feudi subijcitur. 271
Fidei professionem assequutus beneficium non emittens, non facit fructus suos. 413
Fidei professionis faciendæ forma. ibid.
Fiscalis Episcopi iurare debet de exercendo fideliter officio suo. 119
Forum quomodo quis sortiatur. 269
Fori in sortitione attendenda conditio personarum. ibid.
Fori mixti delicta quænã sint dicenda. 273
Franciæ regnum habet multa peculiatia circa beneficiorum reseruatorum collationem. 36
Fraude sua nemo debet iuuari. 25
Frænetici ordinari non possunt. 47
Fructus mensæ Episcopalis censetur collatio beneficiorum. 348
Fructus mensæ suæ licitè pro libitu in vita sua dispensat Prælatus. 429
Funera leuare non possunt regulares sine scitu Parochi. 220
Funeralium nomine intelliguntur ea, quę circa funus deferuntur. ibid.
Funeralium nomine non intelliguntur candelæ, quas in manibus fratres deferunt. ibid.
Furem detinens, & iudici tradens puniendum, quando incurrat irregularitatem. 41
Furtiuè ordines suscipiens, quando possit dispensari per Episcopum. 66

G

GRadus remotior computatione graduum consanguinitatis, vel affinitatis attendendus. 280
Grauamen irreparabile quod dicatur. 326
Græcorum reconciliatorum Ecclesiæ visitari possunt ab Episcopo loci. 169
Græcorum ritus in quibus tolerantur ab Ecclesia. 170

H

HAbitus Clericalis quis sit nullibi in iure determinatur. 141
Habitus nec sordidus, nec exquisitus conuenit Clericis. ibid.
Habitum Clericalem non deferens quas pœnas incurrat. 142
Habitum non deferens Clericalem, quãdo non incurrat pœnas. ibid.
Hæresis casum absoluere non potest Episcopus. 103
Hæresis est crimen Ecclesiasticum. 285
Hæresis crimen iudicare potest Episcopus, etiamsi adsit inquisitor. ibid.
Hæreticus quis dicatur. 286
Hæreticus carceratus non est admittendus ad audiendum Missam. ibid.
Hæretico quando concedendus sit Procura-

curator. ibid.
Hæreticus si non sit pertinax prima vice, non traditur curiæ sæculari. 290
Hæreticus in quibusdam casibus pro prima vice traditur curiæ sæculari. ibid.
Hæreticus relapsus quis dicatur. ibid.
Hæreticorum filij ad tertiam generationem non possunt promoueri ad ordines. 32
Hermaphroditus nunquam potest ordinari. 31
Homicida voluntarius prohibetur ordinari. 40
Homicidium in defensione vitæ seruato moderamine nullam causat irregularitatem. 41
Homicidium in defensione vitæ patris propinquorum, non excusat ab irregularitate. ibid.
Hæreticus non denunciatus quomodo notandus. 330
Homicidio causam dans quomodo contrahat irregularitatem. 40
Homicida non amittit ipso facto beneficiū, nisi sequatur Iudicis sententia. 338
Homicida Clericus qua pœna puniendus. ibid.
Hospitalia quando visitari possint. 188
Hospitale non habens Capellam viuente fundatore visitari non potest. ibid.
Hospitale gaudet immunitate Ecclesiastica, vbi talis est consuetudo. 306

I

Illegitimi qui dicantur. 35
Illegitimitas secundum Canones, non secundum leges attendenda ordinibus. 36
Illegitimi ingredientes religionem ipso iure dispensantur fauore religionis. 37
Illegitimitas occulta impedit ab ordinibus. 35
Illegitimitas occulta dispensari non potest facultate c. 6. sess. 24. Conc. Trid. ibid.
Illegitim. dispensari potest per Episcopū ad minores ordines, & simplex beneficium. 72
Illiterati ordinari prohibentur. 50
Immunitas Ecclesiastica, in quibus attenditur. 306
Immemorabilis consuetudo lege non tollitur, nisi de ea fiat mentio specialis. 424
Indulgentias quales concedere possit Episcopus. 80
Indulgentiam maiorem 40. dierum, eidem loco etiam plures Episcopi concedere possunt. ibid.
Indulgentiæ quæuis publicari non debēt sine scitu Episcopi. 151. 208
In dubio quod salutarius est animæ sequendum. 60
Infans expositus an sit censendus legitimus. 36
Infans expositus consequitur plenam libertatem. ibid.
Infantem expositum dispensare potest Episcopus ad ordines. 73
Infamis quis dicatur. 383
Infamia triplex. ibid.
Infamia Canonica, & ciuilis ad paria iudicantur. 39
Infamis non debet ordinari. ibid.
Infamis restitutus per Imperatorem vel Principem, non eget alia dispensatione, & potest ordinari. ibid.
Inferior quando possit se intromittere in causa ad Curiam Ro. deuoluta. 346
Inquisitio qualis in visitatione faciēda. 245
Inquisitor procedere potest contra hæreticum, etiamsi procedat Episcopus. 288
Inquisitori tradendi sunt libri prohibiti. ibid.
Inquisitor non incurrit irregularitatem tradendo hæreticū Curiæ sæculari. 291
Inquisitionis officium impediens, vel offendens est infamis, & vt hæreticus puniendus. 288
Institutio ad beneficia Ecclesiastica ad solum spectat Episcopum. 388
Instituere potest præsentatos ad beneficia Capitulum sede vacante. ibid.
Instrumenta materialia quibus conferuntur ordines, quæ sint. 60
Intentio in ordinante, & ordinato, qualis requiratur. 52
Interdictum quid sit. 318
Interdici quæ possint. ibid.
Interdicti vitari non debent in actionibus humanis, sed tantum in diuinis. 319

Interdicti tempore, quæ diuina sint licita. 319
Interdictum violans Clericus, quas pœnas incurrat. ibid.
Inuitum ordinans quas pœnas incurrat. 49
Inuitus ordinatus quando non ligatur vinculo ordinis. ibid.
Iudex Ecclesiasticus Laicus esse non potest. 250
Iudex iudicare debet secundum allegata, & probata. 258
Iudex sæpius sæpius dirigi debet circumstantijs occurrentis facti. ibid.
Iudex debet concedere partibus dilationes necessarias, vel denegare superfluas. 317
Iudex repellere potest Procuratorem nõ habentem mandatum etiam parte non opponente. 259
Iudex inducere potest partes ad amicabiliter componendum. ibid.
Iudex cauillationibus Procuratorum occurrere debet, ne veritas opprimatur. ibid.
Iudex debet moderari salaria Notariorum. 260
Iudex laicus, in quibus procedere possit contra Clericos. 271
Iudex laicus causas spirituales iudicare non potest. 272
Iudex communiorem Doctorum opinionem in dicendo sequi debet. 259
Iudex excommunicans non seruato iuris ordine, incurrit ipso facto suspensionem. 326
Iudæi in quibus casibus per Iudicem Ecclesiasticum puniri possunt. 291
Iudæorum Thalmud prohibitum. 293
Iudæi medici prohiberi debent ne accedant ad infirmos Christianos. 163
Iudæis prædicati debet fides Catholica, & compelli possunt, vt accedant ad huiusmodi conciones. 295
Iuramentum deferri potest in matrimonialibus vbi fuerit semiplenè probatum. 282
Iurantes, & iurare facientes illicita, incidunt in excõmunicationẽ papalẽ. 284
Iuramentum quacunque forma præstetur, ligat. ibid.
Iuramentum vi exortum, ligat, & si frangatur, incurritur periculum. 185
Iuspatronatus acquiritur fundatione, cõstructione, dotatione. 360
Iuspatronatus quomodo probandum. ibid.
Iuspatronatus libris visitationum non probatur. ibid.
Iuspatronatus in dubio præsumitur quæsitum fundatione. 363
Iuspatronatus transit ad successores hæredes. 364
Iuspatronatus legari, vel donari potest. ibid.
Iuspatronatus est in iure maximè priuilegiatum. ibid.
Iuspatronatus non transit ad locatores bonorum. ibid.
Iuspatronatus amittit occidens Rectorem ipsius Ecclesiæ. ibid.

L

Laici ad synodum quando sint vocandi. 118
Laicus est incapax beneficiorum Ecclesiasticorum. 353
Laicus patronus variare potest in præsentando. ibid.
Laici in quibus causis possint iudicari à Iudice Ecclesiastico. 273
Laicus spoliatus possessione decimæ petere potest restitutionem. 315
Lapidis primarij positionem committere potest inferiori Episcopus. 69
Latini ritu Græco celebrare non possunt. 155
Legatus à latere concurrit cum ordinario in collatione beneficiorum. 366
Legatum factum Ecclesiæ, quando possit alienari. 425
Legitimatus per principem sæcularem, ordinari adhuc non potest. 36
Legitimatus per subsequens Matrimonium licitè ordinatur. ibid.
Leprosus ordinari non debet. 47
Leuis percussio Clerici quando sit iudicanda. 103

Libro-

Librorum censura spectat ad Episcopum. 295.
Librorum venditores prohiberi possunt ne vendant libros prohibitos. ibid.
Licentiam Monialibus egrediendi è Monasterio, etiam in Monasterijs exemptis dare spectat ad Episcopum. 231
Licentiam ingrediendi Monasteria Monialium quis dare possit. 231
Licentiæ ingrediendi Monasteria Monialium sunt reuocatæ à Gregorio decimotertio. ibid.
Licentiæ ingrediendi clausuram Monialium non nisi in casu necessitatis prosunt. 232
Literæ erectionum cõfraternitatum gratis sunt dandæ. 284
Locari non possunt bona Ecclesiæ vltra triennium. 411
Locari non debent Iudæis bona Ecclesiæ. 411
Locationi prædecessoris non tenetur stare successor Prælatus. 423

M

Mandatum procuratorium quomodo probatus. 266
Mandatum expirat morte mandantis. 267
Manu carẽs, vel digito necessario ad fractionem Eucharistiæ, promoueri non potest. 46
Maritus & vxor post diuortium reconciliari possunt. 282
Maritus vxorem adulteram dimittere nõ debet sine Iudicis authoritate. ibid.
Matrimonij impedimenta quæ sint. 275
Matrimonia certis temporibus celebrari prohibentur. 167
Matrimoniales causæ pertinent ad iudicium Ecclesiasticum. 274
Matri se concepisse ex adulterio asserenti non tenetur credere filius. 35
Matrimonium est nullum sine testibus, & Parocho contractum. 276
Matrimonium nullum non conualidatur, nisi de nouo contrahatur. ibid.
Matrimonij ratificatio sequuta carnali copula cessat post Conc. Trid. ibid.
Matrimonium dirimi non potest ob solam coniugum confessionem de impedimento. 281
Matrimonium cõtrahi potest licitè tempore interdicti. 274
Matrimonium clandestinè contrahentes, dispensare potest Episcopus. 275
Matrimonium non impeditur impedimento subsequenti. 277
Medici accedentes ad infirmos, quæ seruare teneantur. 164
Medici teneantur emittere fidei professionem. ibid.
Medico Iudæo vtens, si moriatur, debet carere Ecclesiastica sepultura. 135
Membri abscisionem causans efficitur irregularis, æquè ac cõmittens homicidium. 40
Membrum hominis dicitur pars distinctum officium habens. ibid.
Membri abscisio non continetur prohibitione dispensandi homicidium. 42
Mendicantium ordinum nomine quæ comprehendantur. 216
Mendicantes non tenentur ad contributionem pro seminario. 215
Mercatus diebus festis fieri non debent. 458
Metus iustus quomodo sit æstimandus. 282
Metus non præsumitur interfuisse vbi adfuit præsentia patris. ibid.
Ministrans in ordine quem non habet, efficitur irregularis. 66
Ministrans in ordine quem non habet, per Episcopum dispensari potest. ibid
Minores ordines eodem die omnes dari possunt. 59
Minorum ordinum Clerici ad quæ obligantur. 61
Miracula noua publicari non debent nisi fuerint prius examinata per Episcopum. 158
Miraculorum occurrentibus casibus quid faciendum. ibid.
Missa est de necessitate præcepti, non de necessitate Sacramenti in collatione ordinum. 58
Missarum pro defunctis numerus reduci potest arbitrio ordinarij. 144

Missarum numerus in fundatione beneficio impositus diminui non potest. 178
Missa quo tempore celebranda. 156. eam notorie criminosus audiēs peccat. 137
Missa in Ecclesia non consecrata quomodo celebrari possit. 154
Missæ celebratio in ædibus priuatis quomodo concedi possit. ibid.
Missę plures eodem die celebrari quomodo possint. ibid.
Missam diebus festis audiens in Ecclesijs regularium satisfacit præcepto Eccl. 157
Missam in Ecclesia celebrans Canonicus non censetur præsens in choro. 132
Monasteria mendicantium noua quomodo sint ædificanda. 206
Monasteria exempta quando ab Episcopo visitanda. 202
Moniales in quibus casibus extra clausuram exire possint. 232
Monialibus præfigere numerum vltra quem plures recipi non possint, spectat ad Episcopum. 233
Monasteria exempta quando ab Episcopo visitanda. 202
Moniales vltra præfixum numerum, recipi non possunt. ibid.
Moniales supranumerariæ intra numerum recipi non possunt. 234
Monialiū decedentium loca promitti nō possunt. ibid.
Monialis voluntatē explorare antequā emittat professionē, spectat ad Epis. 233
Monialis testamentū faciens de rebus sibi ad vsum assignatis, moritur proprietaria. 241
Monitoria ad finem reuelationis quando sint concedenda. 328
Monitoria ad finem reuelationis nō sunt concedenda, nisi quando aliter veritas haberi non potest. ibid.
Monitio triplex præcedere debet antequam feratur sententia excōmun. 326
Monitio præmittenda ante excommunicationem, debet esse personalis. ibid.
Montes pietatis visitari possunt per Episcopum. 185
Mors coniugis longo tempore absentis non facilè præsumenda. 283
Mortuaria, & portiones funerales æquiparātur distributionib. quotidianis. 134
Mulier condemnata de adulterio amittit dotem. 282
Munera Iudex recipere non debet. 260
Mutus promoueri non potest 46
Mutus prohibetur esse Iudex. 253

N

NAsum truncum, deformem habens ordinari non debet. 47
Neophyti ordinari prohibentur. 32
Neophyti, qui prohibeantur ordinari, intelliguntur recenter conuersi. ibid.
Nemo præsumitur esse sine subiectione. 125
Notarios creare potest quilibet Prælatus pro suo territorio. 261
Notarios creare possunt Prælati ordin. Præd. pro eorum causis. ibid.
Notarius dicitur Iudex chartularius. ibid.
Notarius in iudicio Ecclesiastico debet esse creatus à Principe Ecclesiastico. ibi.
Notarius nō debet esse persona vilis. ibid.
Notarius omnia ad artem suam pertinētia, scire tenetur. 262
Notarius non intelligens clausulas sui instrumenti, facit nullum illud instrumentum. ibid.
Notarius habere debet prothocollum actorum. ibid.
Notarius acta iudicialia sine scitu Iudicis, edere non debet. ibid.
Notarius non dans appellantibus copias processus, puniendus. ibid.
Nouitij an possint renunciare suo patrimonio stante anno probationis, & an illa renunciatio valida. 221
Nullius diœcesis Ecclesiæ à viciniori Episcopo visitari possunt. 245
Nuptiæ secundæ benedici nō debent. 167

O

OBlationes Episcopo celebrante debentur Episcopo. 43
Oblationes factæ intra fines Parochiæ, debentur Parocho, nisi appareat de alia intentione offerentis. ibid.
Oculorum defectus quādo impediat ab ordinibus. 46
Occupans fructus beneficij vacantis, cuius

ius collatio spectat ad ipsam suspensionem incurrit. 322
Oeconomus Capituli singulis annis rationem sui œconomatus reddere obligatur. 144
Oeconomus deputari potest per Episcopum ad beneficiũ vacans reseruatũ. 386
Officia diuina in Ecclesia polluta celebrari non debent. 80
Olea sancta à solo Episcopo consecrantur. 77
Oratorium primatum potest concedere Episcopus quomodo illud visitet singulis annis. 154
Ord. militum S. Ioan. Hierosol. priuilegia reducta ad terminos Conc. Trid. 205
Ord. mil. S. Ioan. Hieros. Ecclesiæ curam animarum habentes, visitari possunt. 205
Ordo minimorum S. Franc. de Paula annumeratus inter mendicantium ordines. 218
Ordo Carmeli. discalceatorum annumeratus inter mendicantes. 218
Ordo est Sacramentum. 25
Ordinis Sacramentum quid sit. ibid.
Ordines minores licitè conferri possunt non habenti titulum. 55. etiam à non iciuno. 58
Ordines esse nouem communis opinio Canonistarum. ibid.
Ordines sacri duo eadem die dari non possunt. 59
Ordines conferre nõn potest Episcopus in non sua diœcesi. 56
Ordinandi minimè qui non habent ætatem requisitam. 33. quæ in illis requiratur ætas. ibid.
Ordinans inhabilem, incurrit suspensionem per annum. 322
Ordinans non confirmatum an peccet. 35
Ordines graduatim conferri debent. 58
Ordines omnes insimul vnum efficiunt characterem. 61
Ordinati ab alieno Episcopo sine dimiss. absolui possunt à suspensione à proprio Episcopo. 67
Ordinans aliquem promissione accepta de non petenda prouisione, incurrit suspensionem. 52
Ordinandi qualiter & quomodo examinandi. 5. & seq.
Ordinatus ad sacros ordines, tenetur voto castitatis. 61
Ordinatus à schismatico, est suspensus ab exequutione ordinũ susceptorum. 33
Ordinatus ab hæretico non Episcopo, iterũ ordinandus, quia hæc ordinatio nullum impressit characterem. 35
Ordinatus ante debitam & perfectam ætatem quam pœnam incurrat. 34
Ordines susceptι quomodo probari possunt. 62
Ordinator nihil potest recipere ab ordinato pro ordinatione. ibid.
Ordines assignari debent prebendis non personis Canonicorum in distributione ordinum. 130
Originis ratione dicitur quis ex diœcesi Episcopi loci suæ originis. 23
Origo probari potest per librum baptismi. 24

P

Pacta per regulares inita, seruari debẽt. 192
Papa solus habet principatum, & iurisdictionẽ supremam in vniuersa Eccl. 83
Papa licitè potest sibi reseruare quosdam casus. ibid.
Papa Iudex est immediatus omnium causarum Ecclesiasticarum. 408
Papa licitè potest sibi reseruare collationem beneficiorum. 348
Papa facere non potest, vt Clericus vniuersus subsit iurisdictioni Laicorũ. 269
Parochus indulgẽtias quascunq; absq; ordinarij licentia publicare non debet. 151
Parochus proprius quis dicatur. 377
Parochia noua quando erigi possit. ibid.
Parochus siue viri, siue mulieris sufficit in contrahendo Matrimonio. ibid.
Parocchus in Matrimonij contractu adhibetur tantum pro teste magnæ authoritatis. 278
Parochiani compelli possunt ad repara-

tionem Eccles. 158
Parochi functiones, quæsint. 145
Parocho adiungi potest Capellanus, vbi parochia est frequens. 153
Parochus circa festum Paschatis tenetur obseruare, an aliqui præcepto Ecclesiæ non satisfecerint. 163
Parochus nō excusatur metu pestis quominus administret Sacramenta infirmo. 164
Parochus cuius culpa moreretur infans sine Baptismo, esset deponendus. 66
Parochus obligatur ad residentiam in sua Parochia. 167
Parochus, cui datus est coadiutor non excusatur à residentia. ibid.
Parochus non potest recipere quicquam pro administratione Sacramētorū. 154
Parochus an possit audire confessiones sui Parochiani in aliena diœcesi. 95
Parochus quando dicitur non habere vltra decentem sustentationem. 158
Parochus an teneatur ad reparationem Ecclesiæ suæ. ibid.
Parocho non habenti sufficientem sustentationem, quomodo sit subueniendū. 168
Parochus tenetur publicare singulis annis Const. de medicis Iudæis in locis vbi habitant Iudæi. 152
Paschatis festo non communicans priuandus sepultura Ecclesiastica 146
Patroni quot & quomodo in Baptismo adhibendi. 166. eorum munus. ibid.
Patrinus ad confirmationem debet esse alius, quam fuit in Baptismo. 77
Patrinus ad confirmationem contrahi affinitatem æquè in Baptismo. ibid
Patrinus quis esse prohibeatur. ibid.
Patronus non præsentans intra tempus debitum, amittit pro ea vice ius præsentandi. 359
Patrū Soc. Iesu circa ordinationem priuilegia. 50
Pauper dicitur, qui ex anno reditu non recipit decentem sustentationem. 125
Peccatum quo rationabiliter noluit absoluere Episcopus, ipsi remanet reseruatum. 198
Pensionem licitè reseruare potest Episcopus super beneficio ex causa. 405
Pensionem ex quibus causis imponere possit Epis. ibid.
Pœna pecuniaria in contractu apposita, nō exigitur nisi cōcurrat interesse. 260
Pœnæ omnes sunt iudicibus arbitrariæ. 246.
Pœnam pecuniariam an sibi possit applicare iudex. 339
Pœnitentiarium constituere debet Episcopus in sua Ecclesia. 114
Pœnitentiarius, quando possit absoluere casum Episcopo reseruatum. ibid.
Pœnitentiarius quando possit subdelegare absolutionem reseruati. ibid.
Pœnitentia publica non vsitatur his temporibus. 108
Pollutio Ecclesiæ ex quibus casibus sequatur. 49
Pollutio Ecclesiæ debet esse publica ad effectum vt indigeat reconciliatione. 80.
Præcedentiæ iudicium spectat ad Episcopum. 209
Præcedentiæ causæ quomodo iudicari debeant. ibid.
Præcedere in concessu synodali, qui debeant. 118
Præbenda theologalis erigi debet in Ecclesia cathedrali. 131
Prædicator, quæ vitare debeat in prædicatione. 147
Presbyter Episcopo præsente benedicere non potest. 75
Præscribi possunt res Ecclesiæ. 413
Præsentationes continuatæ, quando probant iuspatronatus. 362
Præsentatum indignum non tenetur instituere Episcopus. 400
Præferri debet minus doctus bene notus doctiori, cuius mores ignorantur. 403
Principi prædicans hæresim pro prima vice tradendus curiæ sæculari. 291
Priuationis beneficij pœna non imponēda, nisi in casib. in iure expressis. 337
Priuationis causæ in iure expresse. ibid.
Priuatio ob non residentiam est nullaquam,

quam non præcesserunt aliæ pœnæ leuiores. 338
Priuilegia regularium moderata fuerunt in Conc. Later. 191 & 219
Priuilegia regularium reducta sunt ad terminos Conc. Trid. 212
Priuilegia regulariũ præscribi possunt. 223
Processus summarius his temporibus in omnibus causis teneri potest. 316
Processus summarius quis dicatur. ibid.
Processus contra Clericum coram Iudice laico factus non tenet. 271
Procurator esse potest quicunque non probetur. 265
Procuratorem habere nemo cogitur. ibid.
Procurator in omnibus representat personam sui principalis. ibid.
Procurator ex quibus causis reprobari potest. ibid.
Procurator reuelans secreta suæ partis parti aduersæ, censetur falsarius. 267
Procurator non potest paciſci cum principali de quota litis. ibid.
Procurator tenetur iurare de calumnia in animam propriam non tantum in animam principalis. ibid.
Procurator excedens fines mandati sui, domino non præiudicat. ibid.
Procuratio debetur Episcopo visitanti suam diœcesim. 247
Procurationis nomine quæ debent. 248
Procuratio non debetur à quibusdam locis. ibid.
Procuratio præscribi potest ordinatione noua Conc. Trid. 249
Promouendi ad sacros ordines quibus debeat esse qualitatibus instructi. 5

Q

QVarta Episcopalis non potest deduci ex legatis pro alimonia pauperum. 429
Quarta Episcopalis an deducenda sit ex relictis pro fabrica Ecclesiæ. ibid.
Quarta Episcopalis an deduci possit de relictis pro mirandis puellis. ibid.

R

RAdix delicti attendenda, quando debet iudicari occultum. 40
Raptor an teneatur dotare raptum. 283
Recusati iudex, vt suspectus, ex quibus causis possit. 270
Recusans iudicem vt suspectum recusationis causam probare debet. ibid.
Regulares non professi ordinari non debent absque prouisione. 52
Regulares quomodo seruare debeant festa, quæ in diœcesi sua seruare præceperit Episcopus. 208
Regulares censuras ab Episcopo latas in suis Ecclesijs seruare tenentur. ibid.
Regulares compelli possunt vt accedant ad professiones. 209
Regulares teneantur exhibere reuerentiã Episcopo. 221
Regulares exempti an possint ab Episcopo excommunicari & suspendi. 225
Regulares omnes sua sibi inuicem priuilegia communicant. 191
Regulares audiendas confessiones, habere debent approbationem ab Episcopo. 206 96
Regularis habentes annexam curam animarum in omnibus quoad ipsam curam subduntur Episcopo. 203
Regulares prædicare non potest in Ecclesia non sua sine licentia Episcopi. 195
Regularis prædicare non potest etiam in sua Ecclesia inuito Episcopo. ibid.
Regularis prædicans hæresim ab Episcopo corrigi potest. 198
Regularis delinquens carcerari potest, & tradi superiori puniendus. 199
Regularium superiorois absoluere possunt suos subditos, in casibus c. 6. sess. 24. Conc. Trid. 224
Regularium mendicantium superiores possunt benedicere paramenta, pro vsu suarum Ecclesiarum. 81
Res modica quæ sit dicenda pendet ab arbitrio iudicis. 426
Reseruationes regularum Cancellariæ, cessant morte reseruantis. 348
Reus criminaliter per Procuratorem defendere se non potest, nisi sit constitutus in carcere. 264
Rex vngitur oleo cathecumenorum dum benedicetur. 74

S

SAcerdoti simplici cõmittere potest Papa collationem minorum ordinũ. 24

Sacramenta administrari debent gratis. 154
Sacram. Euch. non deferendum per plateã, in qua habitant Iudæi. ibid.
Sacram. Euch. reuocari debet singulis octo diebus. 163
Sacram. Euch. abutens in sortilegijs tradendus curiæ sæculari. 291
Sanguinis causæ in Ecclesia tractari non debent. 306
Scabies enormis impedit ab Ordinibus. 47.
Scientia quæ requiratur in curato. 50 & 392
Seminaristæ ordinari non possunt ad titulum seminarij. 54
Seminarium scholarium erigere tenetur Episcopus. 120
Seminarium scholarium, ex quibus dotari debet. ibid.
Seminarium scholarium quomodo sit visitandum. 185
Sententia definitiua quæ dicatur. 341
Sententia definitiuæ vim habens, & interlocutoria quæ dicantur. ibid.
Sententiam suam definitiuam declarare potest Iudex. 342
Sententia definitiua reuocari non potest. ibid.
Sententia interlocutoria reuocari potest. ibid.
Sepultus in loco sacro tempore interdicti, non est amplius exhumandus. 319
Serui prohibentur ordinair. 39 & seq.
Seruitio aliorum voluntariè dediti quando non possunt ordinari. ibid.
Sequestrari possunt bona litigiosa ne dilapidentur appellatione pendente. 345
Sequestrum non datur vbi pro possessore lata fuit sententia. ibid.
Simonia est crimen Ecclesiasticum. 297
Simonia est species hæresis. ibid.
Simonia in ordine etiam occulta dispensari non potest concessione Concil. Trid. c. 6. sess. 24. 300.
Simonia sola circa ordines, & beneficia inducit censuras. 298
Simonia mentalis licet sit peccatum, tamen non punitur pœnis iuris. ibid.
Simonia admissa circa sacramentorum administrationem grauiter punienda. ibid.
Simoniacus in ordine incurrit, & excommunicationem, & suspensionem. 298
Simoniacus in beneficio incurrit solum excommunicationem. ibid.
Simoniacus in beneficio si sit occultus, dispensari potest per Episcopum. 67
Simoniam incurrit prælatus recipiens aliquid pro collatione beneficij. 299
Simonia conuentionali non incurruntur censuræ. 298
Simoniacus in beneficio, non debet absolui in foro conscientiæ, nisi restituat fructus perceptos, & beneficium dimittat. 300
Simonia confidentalis quomodo probetur. 302
Simplicia beneficia quænam dicantur. 388
Societatis Iesu Patres censentur religiosi professi post emissa vota simplicia. 54
Societatis Iesu Patres ordinari possunt extra tempore statuta. 56
Societatis Iesu superiores benedicere possunt paramenta Ecclesiæ pro suo vsu 12
Societatis Iesu est ordo mendicantium. 216
Societas Iesu est exempta à solutione decimarum. 312
Societatis Iesu Patres missam vna hora ante auroram celebrare possunt. 161
Societatis Iesu Patres alienare possunt bona ipsorum quæcunque sine aliqua alia licentia. 427
Solemnitates quæ requirantur in alienatione rerum Ecclesiæ. 425
Solemnitates præsumuntur seruatæ in dubio. ibid.
Solutionem certo loco promittens, eodem remitti debet. 275
Sortilegium est casus reseruatus Episcopo. 110.
Sortilegium quod dicatur. ibid.
Sponsalia de futuro valent sine solemnitatibus Concilij Tridentini de matrim. 279.
Sponsalia de præsenti non comprehenduntur cap. 3. Conc. Trid de matrim. ibid.
Sponsalia de futuro mutuo consensu dissolui possunt. 281.

Statu-

Statuta facere potest Episcopus sine consensu capituli. 123
Statutum Episcopi non debet contrariari canonibus. 121
Statui potest aliquando contra canones. 122
Statuta Episcopi ligant tantum quoad pœnam, non quoad culpam. 139
Statuta capituli reuidere, & corrigere potest Episcopus. 144
Statuta confraternitatum approbare, & corrigere debet Episcopus. 182
Subdelegata causa amplius reuocari non potest. 257
Subdelegatus amplius subdelegare non potest. ibid.
Suorum nomine quinam veniant. 264
Sutdus promoueri non potest. 20
Suspensio in tantum extenditur in quantũ exprimitur in sententia. 321
Suspensus ab ordine superiore, est suspensus quoad inferiores. ibid.
Suspensus ab administratione, non est suspensus ab ordine. ibid.
Suspensus ab ingressu Ecclesiæ non incurrit censuras, celebrans domi. ibid.
Suspensiones contra Episcopos in iure latæ. 322. & seq.
Suspensus ad tempus, tempore aduenien-te, eo ipso absoluitur. 342
Synodum annis singulis celebrare debet Episcopus. 117
Synodus non est celebranda tempore quo ieiunijs vacandum. 118
Synodus quo ordine celebranda. 120
Synodo quinam interesse teneantur. 117
Synodaticum debetur Episcopo in signum subiectionis. 124
Synodatici nomine quid debeatur. ibid.
Synodaticum regulares dare non obliganur. 125

T

TAbernaculum vbi Sacramen. Eucharistiæ seruatur, quomodo visitandum. 163
Tempora coferendis ordinibus à iure statuta, quæ. 56
Tertiariæ in communi viuentes compelli debent vt professionem emittant. 235
Tertiariæ habitantes in ædibus priuatis, nec emissa professione non gaudent forì priuilegio. ibid.
Testari possunt Clerici de bonis patrimoniali. æquè ac laici de suis. 448
Testimonio relinquere licitè potest Clericus ex bonis Ecclesiæ, tantum quantum de suo dedit in pios vsus. ibid.
Testari de bonis Ecclesiæ licitum est, vbi talis viget consuetudo. 449
Testes synodales qui dicantur. 119
Testi singulari circa miracula non creditur. 151
Testes omni exceptione maiores, qui dicantur. 276
Testes omni exceptione maiores requiruntur, si agatur contra matrimonium. ibid.
Testis vnus sufficit ad impediendum, contrahendum matrimonium. 277
Testes in causa hæresis qui esse possint. 286
Testium nomina in causa hæresis reuelari non debent. 286
Thalmud Iudæorum tenentes, quas pœnas incurrant. 293
Torqueri non debet Clericus nisi fuerit infamatus de crimine. 335
Triremium pœna Clericis imponi solita per Italiam. ibid.

V

VEstes, & vasa sacra quomodo profanantur. 82
Vicarius Capituli sede vacante, debet esse Doctor. 393
Vicarius Episcopi non amplius habet potestatis, quam illi fuerit litteris concessum. 254
Vicarios plures potest sibi constituere Episcopus. 253
Vicarius generalis censetur vnum tribunal cum Episcopo. 255
Vicarium suum præuenire potest Episcopus in collatione beneficiorum. 298
Vicarius locari non debet. 255
Vicarij Episcopi facultas, expirat morte ipsius Episcopi. 254
Vicarius Episcopi ex eisdem causis recusari potest, ex quibus recusatur Episcopus. ibid.

Vicarius foraneus quis dicatur. 255
Vicarius Episcopi Laicus esse non potest. ibid.
Vicarius an possit absoluere casus Episcopo reseruatos. 274
Vicarius Episcopi quæ beneficia conferre possit. 204
Virgines Deo dicatas benedicendi mos sublatus. 75
Vniuersitas excommunicari non potest. 331
Votorum quinque absolutio Papæ reseruata. 108
Votum simplex continentiæ quomodo possit dispensare Episcopus. ibid.
Votum de dando, ex quo alicui ius est quæsitũ, quomodo dispensandũ. ibid.
Visitare debet Episcopus suam diœcesim singulis biennijs. 109 & 126
Visitationi debet præmitti processus intimatorius. 122
Visitatio potius fit per modum fori pœnitentialis, quam contentiosi. 246
Visitationis inchoandæ modus. 129
Visitatori frugalis fixtus est præstandus, non epulæ sumptuosæ. 247
Visitator recusari non potest vt suspectus. 246
Visitator ordinarius, quid & quantum possit à visitatis recipere. 248
Vsura licitè peti potest pro dote non soluta. 285
Vxorem secundam ducens viuente prima, præsumitur hæreticus. 287

FINIS.

PRAXIS

COMPENDIOSA DE VISITATIONE,

AVCTORE

Paulo Salodio Ariminensi, I. V. D. Ecclesiæ Maioris Mediolani Canon. Ordinario, & Protonotario Apostolico.

Opus nunc primùm in Germania editum.

Cum Duplici Indice.



COLONIÆ AGRIPPINÆ

Apud Antonium Boëtzerum.

ANNO M. DC. XX.

Permissu superiorum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imprimatur.

Frater Aloysius Bariola Augustinianus Consultor S. Officij pro Reuerendissimo Inquisitore.

Al. Bossius Canon. Ord. Theolog. pro Illustriss. Card. Archiep.

Vidit Saccus pro Excellentissimo Senatu.

IN NOMINE SANCTÆ ET INdiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

OPusculum hoc de Visitatione, quod præcipuè ad vsum delegatorũ ab Ordinarijs Prouinciæ Mediolanen. elaboratum, atque confectum est, in quatuor partes principales diuiditur.

In prima præcipuè agitur de præparatorijs ad visitationem.

In secunda de Visitatione Materiali.

In tertia de Visitatione Personali, & de Decretis conficiendis

In quarta de Visitatione Monialium.

AVctores autem, ex quibus maximè collectum est, sunt

Doct. in cap. 1. de cens. lib. 6.

S. Ant. in sum. par. 3. tit. 21. c. 5. & 6. vbi & ipse cõmentatus est d. c. 1.

Pauin. de Visitatione qui & baculus Pastoralis inscribitur.

Petr Suberti Episcopus S. Pauli, de cult. Vineæ.

Socin. de Visitatione.

Fusch. qui alijs vberius scripsit, de Visitat.

Et plura ex Sac. Conc. Trid. & ex Conc. Prouinc. Mediolan. Et ex Instructio. Visitat.

INDEX

Titulorum, siue Capitulorum

PRIMAE PARTIS.

DE necessitate, & vtilitate Visitationis. pag. 1.

De scopo Visitationis. 2.

Visitator qualis esse debeat. 3.

Quando, & quoties visitandum sit 4.

Quando quis dicatur visitare. 5.

Quæ ante Visitationem generalem agenda sunt. 6.

Delegatio, & facultates Visitatoris. 7.

Edictum de Visitatione. 10.

De literis Pastoralibus ad populum pro Visitatione. 12.

Literæ monitoriæ, & excitatoriæ ad Vicarios foraneos. ibid.

Præparanda & secùm deferenda à Visitatore. 13.

Præparanda à Præfecto Collegiatæ sine cura animarum. 14.

II.

DE modo Visitandi. 18.

Quæ concionando potissimum Visitator docere populũ debeat. 22.

INDEX.

Quæ præcipuè videnda, & perquirenda in Visitatione Materiali. 24.
Quæ potissimum à Visitatore in Visitatione Materiali præstanda. 30.
De libris à Parocho conficiendis, & comparandis. 32.
De Legatis pijs. 36.
De Decimis, & primitijs. 37.
De alienationibus, & locationibus. 38.
De iure patronatus. 39.
De Vnionibus. 40.
De Fabrica Ecclesiæ generatim. 41.
Quæ subito exequenda. 42.
De Eccles. Constructi. 42.
Quæ vlterius præstanda in beneficio vacanti. 46.

III.

DE modo visitandi personas. 47.
Quæ potissimum inquirēda de Canonicis, & Capitulo. 48.
Status personalis forma. 52.
Tabella erratorum, quæ in diuinis officijs obeundis coërcentur. 54.
Ratio pulsandi pro diuinis officijs. 56.
Quæ potissimum inquirenda de Parochis. 57.
Quæ præcipuè inquirenda à Par. in examine literarum. 59.
Inquirenda de Capellanis. 61.
De Custodibus. 61.
De Clericis. 62.
De Clero Materiali. 62.
Aduertenda circa Instrumenta Ordinum. 64.
Circa obtinentes beneficia. 65.
Circa obtinentes pensionem. 67.
Inquirenda de Regularibus. ibid.
Quoad Confratres. 68.
Quoad Administratores locorum piorum. 69.
Quoad Notarios. 70.
Quoad Ludi magistros 71
Quoad Bibliopolas, & Impressores. ibid.
Inquirenda præcipuè quoad populum in genere. 72.
Quæ à Visitatore post inquisitionem maximè præstanda, præsertim in correctione facienda. 73.
De causis expediendis, vel remittendis. 82.
Formulæ in Visitatione magis necessariæ. 82.
De Decretis conficiendis. 87.

IIII.

DElegatio, & facultates Visitatoris Monialium. 90.
Præparanda à Præfecta Monialium pro Visitatione. 91.
De modo visitandi Moniales. 92.
De visitatione personali. ibid.
Status generalis Monialium. 93.
Status personalis forma. 99.
De Visitatione locali. 100.
Status Materialis descriptio. 101.
Quæ à Visitatore potissimum præstanda post Visitationem, maximè autem in correctione facienda. 102.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX MATERIARVM

A

ABBAS, vbi Monasterium animarum curam habet, ratione Visitationis populi ad procurationem tenetur. pag. 21.

Abbatissa quomodo eligenda. pag. 210.

Abbatissa clausuram violari, aut in Monasterio sæcularem pernoctare permittens, est excommunicata, aliisq; pœnis afficienda est. 103. & seq.

Abbatissa negligens in administratione ab officio est suspendenda. 104.

Abbatissa pluribus ex causis officio priuatur, vel ab ipso suspenditur. ibid.

De Abbatissæ administratione, quæ inquirenda. 98.

Absens quis dicatur ratione residentiæ. 75.

Absens causa studij, quando fructus Præbendæ percipiat. 48.

Absens etiam ex iusta causa si pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ vocatus non paruerit, puniendus est. 75.

Abusus frequentiores in populo qui. 23.

Abusus præcipuè in solemnitatibus, & festis propriis tollendi, & quomodo. 32.

Actus Visitationis dicuntur illi, qui fiunt in loco visitato. 6.

Administratoris loci pij administrationem, & curam negligentis pœna. 81.

Mutuantis pecuniam loci. 80.

Et Præfecti in id consentientis. 81.

De Administratoribus locorum piorum, quæ inquirenda. 69.

In admonitionibus quomodo procedendum. 47.

Circa ædes Parochiales, & Canonicales, quæ inquirenda. 29.

In alienatione bonorum Ecclesiasticorũ requiruntur causa, & solemnitas. 39.

Alienantis bona Ecclesiæ absque facultate pœna. 79.

Altaria vndique obstruenda ita, vt in ijs nullum foramen sit. 45.

Quando amouenda. 41.

Altaris amotione Ecclesia iterum est cõsecranda. 31.

Altaris maioris forma. 44.

Ab eius intimo spatio ad Cancellos spatium. ibid.

Et quæ circa ipsum inquirenda. 27.

Altarium minorum forma, & materia. 45.

Vbi extruenda. ibid.
Et quando integumento operienda. ibid.
Et quæ de ipsis requirenda. 45.
Annus, intra quem Parochus promoueri debeat, quando incipiat. 76.
Anno nondum perfectè elapso Parochus non promotus, non potest declarari priuatus beneficio. ibid.
Ascriptus alicui Ecclesiæ absens ad Ecclesiam reuocari potest. 75.
Circa Archiuium quæ inquirenda. 29.
Atrium, porticus, vel saliem vertibulum in Parochialibus requiritur. 28.
Et quæ circa Atrium inquirenda. ibid.

B

Baptisterium in qualibet Parochiali sit. 46.
Baptisterium qualiter visitandum. 21.
Et quæ circa ipsum inquirenda. 25.
Baptizandum infantem ad Ecclesiam tempore præscripto non deferentis pœna. 81.
Benedictionem in Matrimonio procrastinantis pœna. 80.
Beneficium per vnionem dicitur suppressum. 41.
Et amplius vacare non potest. ibid.
Neque etiam potest permutari. ibid.
Beneficium an, & quando absque declaratione impetrari possit, quando vnio fuit nulla. ibid.
Circa beneficia obtinentes, quæ aduertenda. 65.
Circa beneficia vacantia, quæ præstanda. 46. & 47.
De Bibliopolis inquirenda. 71.
Bibliotheca in Collegiatis esse debet. 51.
Bibliothecam amplam in Canonica Metropolitana Mediolanen. construi curauit Carolus Cardinalis Sanctæ Praxedis. ibid.
Circa Bibliothecam quæ inquirenda. 29.
Blasphemi pœna. 77.
Bona Ecclesiastica an legitime alienata, vel locata sint, diligenter inquirendum est. 38.
Consanguineis, Patronis, & ijs, qui beneficium cesserunt, non locanda, & quãdo. 39.
Bona Ecclesiastica detinens etiam titulo permutationis absque legitima facultate compellendus est ad restitutionem etiam fructuum. ibid.
In bonorum Ecclesiasticorum alienatione duo requiruntur, causa, videlicet, & solemnitas. ibid.
Bradella Altaris maioris forma. 44.
Altaris minoris. 45.

C

Caducitatem remittentis non seruatis seruandis pœna. 79.
Calumniatoris pœna. 78.
De Campanili, quæ inquirenda. 27.
Canonica purgatio concubinario quando indicenda. 77.
De Canonicis, quæ à Visitatore inquirenda. 48. & seq.
Canonici, alteriusue Clerici non interessentis concioni pœna. 80.
Capella maioris forma, situs, & paumẽtum. 44.
Et quæ circa ipsam inquirenda. 26.
Capellæ minoris forma. 45.
Capellæ minores conformes. ibid.

Vbi non permittenda. ibid.
Et quæ de ipsis inquirenda. 27.
De Capellanis quæ inquirenda. 61.
Carolus Card. S. Praxedis Pastorum exemplar, ac Ecclesiasticæ disciplinæ restitutor. 10.
Libros suos Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ legauit, amplamq; Bibliothecã in canonica construi curauit. 51.
Cartula clanculo contra Parochum oblatæ non passim recipiendæ, nisi contra infamatum. 48.
Causæ à Visitatore quæ, & quibus remittendæ. 82.
Celebrantis, an celebare permittentis absque legitima facultate pœna. 81.
Circa cessionem beneficij, quæ inquirenda. 66.
Chorus qualis. 44.
Clathra ferrea in capellis. 46.
Circa clausuram Monialium quæ inquirenda. 94.
Clauus pro birreto celebrantis appendẽdo. 45.
Clemens VIII. Pontifex Max. laudatur. 13.
De Clero in generali inquirenda. 62.
Clerici recipientis canonem absque instrumento publico cum descriptione bonorum pœna. 79.
Clerici defuncti bona ad Ecclesiam, vel ad successorem pertinentia surripientis pœna. 81.
Circa cœmeterium quæ inquirenda. 28.
Collatio de Canonicatu, licet beneficium sit clericatus tenet. 65.
Commessationes diebus festis tollendæ. 32.
Concionator secundum qualitatem populi, atque Ecclesiæ necessitates concionari debet. 22.
Concionis tempore ab Ecclesia discedentis pœna. 80.
Concubinarij pœna. 77.
Concubinarius non est cogendus iurare relinquere concubinam, quando de eius incontinentia dubitatur. ibid.
Concubinario purgatio canonica quando indicenda. ibid.
Conditio casu deficiens, quando in legatis pijs pro impleta habeatur. 37.
Confessiones audientis sine facultate pœna. 81.
Circa confessionale quæ inquirenda. 28.
Confidentia quando præsumatur. 66.
Confratris contumacis pœna. 81.
De Confratribus inquirenda. 63.
Congregationes assiduæ ante Visitationem. 6.
Consuetudinis transgressores tanquam legis transgressores puniendi sunt 31.
Consuetudo dubia non est quasi consuetudo obseruanda. ibid.
Et irrationabilis potius corruptela, quã consuetudo dicitur. ibid.
Ecclesiæ onerosa remouenda. ibid.
Circa consuetudines, & ritus quæ perquirenda. ibid.
Contentiosi contumacis pœna. 78.
Coronix lignea altaris qualis. 46.
Corporalia quando dilauanda. 42.
Correctio qualiter facienda. 73.
Correctio immoderata facit deteriorẽ, moderata verò gignit amorem. ibid.

Cruci-

Crucifixus in quacunque Ecclesia, & vbi collocandus. 44.
De Custodibus inquirenda. 61.

D

DEcimæ de iure diuino debentur. 37.
Ab omnibus soluendæ sunt, & quando. 38.
Eas q; subtrahentium, earumuè solutionem impedientium pœna. ibid.
Eas autem non soluentium nomina in tabellã in sacristia referenda. ibid.
Decimæ ex noualibus Parocho debentur, & quando. ibid.
Decimarum Ecclesiasticarum inuestituræ Laicis in perpetuum factæ diligenter recognoscendæ. ibid.
Decretum Sac. Conc. Trid. de solutione decimarum quando publicandum. ibid.
Decreta à Visitatore quando, & qualiter facienda. 86.
Quando publicanda. 89.
In librum referenda, atque subscribenda. ibid.
Decreta pro Monialibus circa quæ præcipuè consulenda. 103.
Dedicationis dies festus esse debet, & vbi de die certo non constat, certus statuendus est. 31.
Defraudantes legata pia excommunicandi sunt; & si pro defunctis, de fide futuræ resurrectionis titubare præsumuntur. 37.
Delegatio Visitatoris. 7.
Delegatio Visitatoris Monialium. 90.
Delegatio vnius, vel plurium Sacerdotum ad oppida frequentiora ante Visitationem. 6.
Delegatus Visitator quomodo à Visitando recipiendus. 20.
Quos secum ducere debet. 19.
Quo ordine visitare debet. 20.
Denunciationes in Matrimonio procrastinantis pœna. 80.
Detractoris pœna. 78.
A Dignioribus in Visitatione inchoandum. 47.
Dignitate præstantiores cæteris honestate, & moribus præcedere debent. 53.
De dignitatem habentibus, quæ præcipuè inquirenda. ibid.
Diœcesis latitudo est iusta causa, vt Prælatus per alium visitare possit. 7.
Distributionum quotidianarũ supputatio quomodo facienda. 53.
Doctrina Christianæ schola instituenda, & exercenda à Parocho. 59.
Item exercenda à Capellanis, & ab alijs beneficiatis. 61. & à Clericis. 62.
& non exercentis pœna. 80.
Exercenda etiam à Monialibus. 93.
Item in locis pijs instituenda, atque exercenda. 69.

E

ECclesia pauper non tenetur ad procurationem. 21.
Quando dicatur pauper. ibid.
Ecclesiæ forma, & quæ magis probata. 42.
Ecclesiæ instauranda, & quibus medijs. 41.
Labẽtes, quæ instaurari non possunt, profananda sunt. 41.
Sicut etiam quæ in locis periculosis sunt tam-

tanquàm spelunca latronum. 42.
Ecclesiæ prophanatæ lapides, &c matrici applicand. 41.
Ecclesia quando præsumatur fabricata consensu Episcopi. 30.
Circa Ecclesiam, quæ inquirenda. 26.
Ecclesiastici aliorum exemplar. 2.
Ab Ecclesiastico ferè omnia bona, & mala scaturiunt. 2.
Edictum de Visitatione. 10.
Per mensem ante proponendum, affigendum, ac publicandum, vbi, & quando. 12.
Electio Officialium Monialium quomodo fiat. 93.
Episcopus tenetur visitare suam Diœcesim. 1.
Et si ipse non potest, debet per alium. ibid.
Et non visitans peccat mortaliter, etiam partem tantum notabilem omittens. ibid.
Ante Cleri visitationem se, & suam familiam visitare debet. 18.
Quas Ecclesias, Capellas, loca & personas visitare potest ibid.
Quando, & quoties visitare debeat. 4.
Et quo Ordine. 18.
Quas personas secum assumere debeat. 19.
Ne visitando in aliqua Ecclesia nimis immoretur. ibid.
Potest recipere procurationem, licet Ecclesia visitata Episcopatui contigua sit, & si ad prandium domum redierit. ibid.
Pauperes Ecclesias suis sumptibus visitare tenetur. ibid.
Episcopus exiens per oppida, vt tantum Confirmationis Sacramentum conferat; quomodo dicatur visitare. 5.
Episcopus debet prouidere Visitatoribus necessaria, procuratione excepta. 19.
Episcopus tenetur de excessibus Visitatorum. 4.
Episcopus in Visitatione, vt sibi tamquam capiti omnia reformanda significent, præcipere potest etiam in virtute sanctæ obedientiæ. 47.
Episcopi consensus requiritur in translatione Iuris patronatus. 40.
Erratorum tabella. 54.
Eucharistiæ Sanctissimum Sacramentum qualiter visitandum. 20.
Et quæ circa ipsum inquirenda. 24.
Incaute dimittentis pœna. 52.
Executio vltimæ voluntatis, quando ad Episcopum, vel ad hæredem spectet. 37.
Et quando deuoluatur ad Episcopum. ibid.
Exequenda statim quæ. 42.

F

CIrca Fabricam Ecclesiæ, quæ inquirenda. 28.
Et quæ præstanda. 41.
Facultas veniæ occasionem præbet peccandi. 52.
Facultates Visitatoris delegati. 7.
Pro Monialibus. 90.
Fenestræ Ecclesiæ vbi, & qualiter construenda, & quomodo muniendæ. 43 & seq.
Circa fenestras Ecclesiæ quæ inquirenda. 27.
Fenestellæ pro vrceolis, quales & vbi. 45.

Festa pro nominis Dei sanctificatione sunt introducta. 32.
Et quomodo abusus in eis tollendi ibid.
Festi dies peculiares in librum Parochialem referendi. ibid.
Festos dies violantis. 80.
Fidei professio à Visitatore recipienda. ibid.
Et renitentes puniendi, & quomodo. ibid.
Negligentis emittere professionem pœna. ibid.
Forma præscripta diligenter seruanda. 19.
Formulæ variæ. 32.
Formula aliæ. 34.
Fornicatio quomodo probetur. 77.
Fructus medij temporis in Legatis pijs, cui debeantur. 37.
Circa funeralia, quæ requirenda. 63.
Et peccantis pœna. 80.

G

Gradus scalæ impares. 43.
Quales. 44.
Gradus Altaris maioris quot, & quales. ibid.

H

Habitum non induens pro ratione ordinis, & temporis præscriptum habetur pro absente in Choro 54.
Habitum talarem non deferentis pœna. 74.
Hebdomadarius, qui officium suum non præstiterit, quomodo puniendus. 54.
Honestas Ecclesiasticis maximè necessaria. 77.
Ad Horas Diuinas quando pulsand. 56.
Horas Canonicas non recitantes quomodo puniendi. 76.
Circa Hospitalia quæ perquirenda. 69.

I

Ignarus Sacerdos quomodo puniendus. 74.
Impotentia personalis non excusat Ordinarium à Visitatoris munere. 1.
Impensæ circa Ecclesiam ad quem spectant. 86. cum seq.
De Impressoribus inquirenda. 71.
Incendiarij pœna. 81.
Index Cleri in primis videndus in Visitatione personali. 48.
Circa indulgentias sacras quæ aduertenda. 31.
Infirmus, quando, & quomodo participet de distributionibus quotidianis. 54.
Inquisitio singulatim facta vtilius procedit. 47.
Instrumentum alienationis, locationisue bonorum Ecclesiasticorum per Procuratorem factum, quando rescindendum, vel declarandum nullum. 39.
Interpretatio strictè facienda est in materia fictæ intereſſentiæ in Choro. 6.
Ioan Baptista Castellius Episcopus Arimin. laudatur. 13.
Iuramentum quando Visitator exigere possit. 47.
Ius patronatus quomodo constituatur. 39.
Quomodo probetur. 40.
Et quando transferatur ex translatione Ecclesiæ. ibid.
In iure patronatus translatione quando, & quare requiratur consensus Episcopi. ibid.
Ius visitandi, neque remitti, neque præscribi.

ſcribi potoſt. 1.

L

Lampas ante ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & quæ circa eam inquirenda. 25.

Legatum pro Titiæ nuptui tradenda quando per eius obitum expiret. 37.

Legatum, quando augendum, vbi pro oneris ſatisfactione non ſufficit. 36.

Legata pia defraudantes excommunicandi ſunt, & ſi pro defunctis, de fide futuræ reſurrectionis titubare videntur. 37.

Legatorum piorum debitores in tabella in Sacriſtia deſcribendi. 36.

In legatis generaliter factis ad pias cauſas debetur melius. ibid.

Libertatem Eccleſiaſticam violantis pœna. 81.

Libertas Eccleſiaſtica in quibus conſiſtat. ibid.

Libri à Parochis conficiendi. 32.

Et comparandi. 35.

Libri Baptiſmorum, & Matrimoniorum quando probent. 33

Libri Eccleſiæ diligenter cuſtodiendi. 32.

Et quando amplius vſui eſſe non poſſunt, comburendi ibid.

Literæ excitatoriæ ad Vicarios foraneos. 12.

Literæ Paſtorales de Viſitatione ad populum. ibid.

Quando à Parocho populo recitandæ ibid.

Circa locationem bonorum Eccleſiaſticorum, quæ videnda. 39.

Locantis bona Eccleſiæ conſanguineis, patronis, vel ijs, qui beneficium ceſſerunt pœna. 79.

Vel abſque inſtrumento. ibid.

M

De Magiſtris inquirenda. 71.

Maledici pœna. 78.

Memorialia ſecreta. 82.

Menſa Altaris conſecranda qualis. 46.

Menſa Viſitatoris qualis. 82.

Miſericordia in dubio prævalere debet. 73.

Miſſa in Viſitatione celebranda, quæ & qua hora. 20.

In Miſſa nova abuſum committentis, pœna. 80.

Miſſus ad audiendas confeßiones non dicitur viſitare. 5.

Moderata correctio gignit amorem. 73.

Moniales quomodo viſitandæ. 91.

Monialium ſtatus. 95. *& pœna.*

Monialium viſitatio ſingulis annis neceſſaria. 1.

De Monialibus præcipuè inquirenda. 93.

De Monte pietatis inquirenda. 70.

Mulierem ſuſpectam domi retinens publici, dicitur conuictus. 57.

Et licet non ſit ſuſpecta, ſi abſq; facultate, punitur, & qualiter. 77.

Munera à Viſitatore, ab eiuſque familia minime recipienda. 82.

Murmuratoris pœna. 78.

N

Negligens viſitare mortaliter peccat, etiam ſi partem tantum notabilem omitteret. 1.

Negligentis bona Eccleſiæ pœna. 79.

Conficere Inuentarium. 79. *ſatisfacere oneribus ſui beneficij.* 78.

Negotiatoris Ecclesiastici pœna. ibidem.
Notarius si Visitator perperam se gerit, superiori id propalare debet. 4.
Notarius non denuncians legata pia ad præscriptum puniendus est. 36.
Notarij conficientis instrumentum vsurarium pœna. 78.
De Notarijs inuestiganda. 70.
Notorium quando dicatur. 74.

O

Officium Diuinum non recitantis pœna. 76.
Ab eius recitatione infirmitas quando excuset. ibid.
Officium omittere. ibid.
Olea Sacra qualiter visitanda. 27.
Et quæ circa ipsa inquirenda. 26.
Onera beneficiorum diligenter cognoscenda, & vt illis satisfiat, curandum est. 27.
Oratio Quadraginta horarum ante Visitationem habenda. 6.
Ordinarius potest eodem anno visitare, licet delegatus à Papa, vel inferior visitauerit. 4.
Ordo cap. 1. de censib. lib. 6. in Episcopo non est substantialis. 18.
Circa Ordinum instrumenta, quæ animaduertenda. 64.
Ad Ordines malè promotorum pœna. 6.
Ordines minores exercentibus stipendia assignanda. 63.
Ordinum minorum functiones exercendæ per constitutos in illis ordinibus. ibid.
Circa organum, quæ inquirenda. 27.
De ostijs Ecclesiæ quæ inquirenda. ibidem.

P

Parites vbi pingendi. 45.
Circa Parochiam, quæ præcipuè inquirendæ. 29.
Parochi status quomodo conficiendus. 58.
De Parocho, quæ præcipuè inquirenda. 57.
Parochus, de quibus examinandus quoad scientiam. 59.
Parochus à Parochiali absens qualiter puniendus. 75.
Et quando fidelium confessiones frequentiores sunt. ibid.
Parocho etiam legitimè absente, Vicinus pro tempore absentiæ constituendus. ibid.
Parochus nõ promotus infra annũ, quando priuatus sit. ibid.
Parochi non deferentis ad Episcopum locapia sua parochiæ ab administratoribus neglecta pœna. 81.
Parochi, & Ecclesiæ parochialis necessitati succurrere renitentis pœna. 81.
Patroni, quando iure patronatus sunt priuati. 39.
Patronis bona iuspatronatus minime locanda. ibid.
Pauimentum Ecclesiæ quale. 43.
Capellæ maioris. 44.
Capellæ minoris. 45.
Circa pensionem obtinentes quæ inquirenda. 67.
Periurij occasio tollenda. 31.
Periuri in iudicio cleri pœna. 77.
Permutatio beneficij facta cum indignitate Ecclesiastica existenti, hoc summo Pontifici non narrato, nõ valet. 66.
Ad permutationem irritandam sufficit inæqualitas beneficiorum, si alia con-
iectu-

fecturæ concurrant. ibid.
In permutatione beneficiorum notabilis inæqualitas præsumptionem Simoniæ arguit. ibid.
In pijs causis consideratur tantum ius Diuinum, & ius naturale. 36.
Circa pia loca quæ inuestiganda. 69.
Pœna quando augenda, vel minuenda. 74.
Populus quando dicatur testis. ibid.
Præcipitatio ad condemnandum est maxima iniustitia. 52.
Præfectus Chori vbi non est, constituendus est. 53.
Præparanda à Visitatore. 13.
A Præfecto Collegiatæ. 14.
A Parocho, & ab alijs. 16. & 17.
Præsentationis admissio potest fieri post tempus præscriptum. 39.
Priuilegia plura sublata in Concil. Trid. 31.
Priuilegium restringitur ad causam eius limitatam. ibid.
Circa priuilegia quæ consideranda. ibid.
Procuratio neque remitti, neque præscribi potest. 2.
Et datur in signum subiectionis. 19.
Procuratio debetur pluribus diebus, si vnica die visitatio expedire non potest. 21.
Procurandus non est iterans visitationem eodem anno sine causa. 4.
Proprietariæ Monialis pœna. 103.
Punctator constituendus. 53.
Purificatoria quando dilauanda. 42.

Q

QVando, & quoties visitandum. 4.
Quando quis visitare dicatur. 5.
Qui multum emungit, elicit sanguinem. 73.

R

RAtio pulsandi pro officijs Diuinis. 56.
Recipientis condemnatos, & facinorosos pœna. 80.
Recognoscentibus defectum suum, & sponte se humiliantibus quando miserendum. 73.
Rectores non denunciantes legata pia puniendi. 36.
Regulæ plures obseruantiæ in correctione. 73.
De Regularibus quæ inquirenda. 67.
In reiteratione Visitatoru à quibus incipiantur. 4.
Reliquiæ Sacræ quomodo visitandæ. 12.
Et circa ipsas quæ inquirenda. 25.
Et quæ præstandæ. 31.
Non residentis pœna. 74.

S

SAcerdos ignarus quomodo puniendus. 74.
In Sacramentorum administratione aliquid exigentis pœna. 80.
De Sacrario quæ inquirenda. 25.
Circa Sacristiam quæ inuestiganda. 82.
Scala Ecclesiæ qualis. 43.
Scopus Visitationis quis. 2.
Sedens in loco maioris in vltimo loco constituendus est. 78.
Seminarium quando, & quoties visitandum. 18.
Sequestrum quando concedendum. 87.
Silentium, solitudo, & visitatio diu con-

gregationem Carthusianam, in suo rigore conseruauerunt. 2.
Simonia variè committitur. 76.
Qualiter probetur. ibid.
Simoniaci pœna. ibid.
Status personalis forma. 52.
Circa statuta Ecclesiæ quæ videnda. 31.
Stola ex veste benedicta confecta, benedicenda est. 42.
De suggesto quæ inquirenda. 27.
Summus rigor non emendationem: sed desperationem, & odium inducit. 73.
Suppellex Ecclesiastica quæ requiratur. 32.
Per Manus Laicorum minime contrectanda. ibid.
Quæ amplius vsui Ecclesiastico esse non potest, comburenda. ibid.
Suppellectilem Ecclesiasticam prophanis, vel ad vsum prophanum commodantis pœna. 80.
Circa suppellectilem Ecclesiasticam, quæ inspicienda. 32.
Supputatio distributionum quomodo facienda. 53.
Suspensus à perceptione fructuum tenetur nihilominus officijs Diuinis interesse, 48.

T

Tabella erratorum. 54.
Tabernaculum quale, vbi, & quomodo collocandum. 24.
Tecta Ecclesiæ. 43.
Telare Altaris. 46.
Tempus immemorabile. 39.
Testes in libris publicis Parochialibus describendi. 33.
Testificationes ex libris Parochialibus quando faciendæ. ibid.
Tintinnabulum pro eleuatione Sanctissimi Sacramenti quale, & vbi. 46.
Translati ad aliam Ecclesiam, qui libros Parochiales successori non dedit pœna. 80.
Tripudia diebus festis tollenda. 32.

V

Vagabundus potest beneficio priuari. 75.
Venatoris Sacerdotis, & Diaconi pœna. 78.
Venditio fructuum nondum à solo separatorum, non dilata in id tempus solutione est nulla. 38.
Visitare quando quis dicatur. 5.
Visitare negligens mortaliter peccat. 1.
Visitatio maxime necessaria. ibid.
Et vtilissima pag. 1.
Ab Episcopo per se, & per alium facienda. ibid.
Quotannis, & quando. 4.
Non iteranda eodem anno sine causa. 8.
Absq; Missa sacrificio non facienda. 20.
Neque ex improuiso. 12.
Visitatio remisse facta cortex visitationis dicitur. 3.
Et ex illa multa mala procedunt. ibid.
Sicut ex diligenti, & iusta, multa bona. ibid.
Visitationis omissio fuit vna ex causis exterminij Religionis Germaniæ. 2.
Visitationis actus dicuntur illi qui fiunt in loco visitato. 6.
Ante visitationem quæ agenda. ibid.
Visitans tres, & quatuor Ecclesias in die redarguitur. 3.

INDEX.

Visitans Cathedralem, vel Collegiatam in Capitulo prius sermonem habeat. 47.
Visitator qualis esse debeat. 3.
Medici amici, & Pastoris personas sustinet. ibid.
Quot præcipuè curare debeat. 2.
Non quæ sua, sed quæ Christi sunt, quærere debet. 3.
Non debet in principio anni visitare, quæ in fine anni visitata sunt. 4.
Caueat, ne aliquid publicè contra Ecclesiasticos dicat. 48.
Neue animi perturbationem signis demonstret. ibid.
Ne sit facilis ad credendum, neque ad condemnandum, neque ad indulgendum. 52.
Ne munera accipiat, neque à suis accipi permittat. 82.
Visitator quomodo de vita, & moribus Clericorum, & Laicorum inquirere possit. 47.
Quando possit cogere etiam per censuras ad veritatem dicendam. ibid.
A quibus præcipuè de statu generali Ecclesiæ, atque de alijs Ecclesiasticis inquirere debeat. 52.
A quibus de Monialibus. 93.
Quæ de Canonicis inquirere debeat. 48. *& seq.*
Quæ de Parochis. 57.
Quæ de Cappellanis. 61.
Quæ de Custodibus. ibid.
Quæ de Clericis. 62.
Quæ inquirenda de Clero generali. ibid.
Quæ de Regularibus. 67.
Quæ de Confratribus. 68.
Quæ de locorum piorum administratoribus. 69.
Quæ de Notarijs. 70.
Quæ de Ludi Magistris. 71.
Quæ de Bibliopolis, & Impressoribus. 71.
Quæ de Populo. 72.
Visitator quomodo, & quando concionari debeat. 20.
Et quæ. 22.
Visitator ante concionem de frequentioribus populi abusibus se informare debet. 20.
Visitator vnicuique Ecclesiastico exercitationes studiorum præscribat. 36.
Illis, qui legata pia præstare, exequiue debent, certum terminum constituat. ibid.
Pias testatorum voluntates sustineri curet. ibid.
Curet etiam in beneficio vacanti, vt oneribus satisfiat. 47.
Et vbi opus est, depositarium deputet. ibid.
Præfectum Chori, & Punctatorem instituat. 53.
Etiam à prandio meditationi, aut sacræ lectioni incumbat. 21.
Visitator quomodo procedat, vbi non est tanta infamia; per quam ad solemnē peruenire possit; & contra. 74.
Visitator in correctione facienda, sicut in cæteris extrema cauere debet. 73.
Et vbi speratur emendatio, in Ecclesiasticis peccata, præsertim carnalia velare debet, quantum potest. 74.
Visitatores Ordinarij qui sint, & quare tot. 2.
Visitatori quid initio visitationis agendum. 18.
Quid, vbi à prandio ad locum visitandum peruenerit. 21.

Quid

Quid in beneficio vacanti. 47.
Visitatoris mensa qualis. 82.
Visitatus honorificè Visitatorem recipere debet. 20.
Vnio tribus modis fit. 40.
Quæ ad eius validitatem requiruntur. ibid.
Quando, & quomodo reuocetur. 41.
Vnio à Vicario generali fieri non potest. 40.
Vnio facta beneficijs Iurispatronatus à 40. annis citra Concil. Trid. quando sit nulla. ibid.
Monasterio facta, an, & quando Ecclesiam vnitam ab Episcopi iurisdictione eximat. ibid.
Vnionem factam supra 40. annos prætendens, ipsam ostendere debet. ibid.
Vniones sunt odiosæ. 41.
Et facilè reuocantur. ibid.
Vniones à 40. annis citrà Conc. Triden. diligenter examinandæ. ibid.
Voluntatis vltimæ commutatio, quando fieri possit. 37.
Voluntas testatoris infrà annum executioni mandanda est, & quando. 36.
Vsurarius manifestus ad restitutionem etiam censuris cogendus; nisi omnino pauper sit. 78.
Vsurarij pœna. ibid.

Finis Indicis.

PRA-

PRAXIS COMPENDIOSA DE VISITATIONE.

CAPVT I.

De necessitate & vtilitate Visitatoris.

VISITATIO totius suæ Diœcesis ab Episcopis necessario ac omnino facienda est: quod adeò verum est, vt neq; personalis impotentia excusset: nam eo casu Episcopus per aliũ hoc munus adimplere debet: Et non tantum necessaria, verùm etiam maximè necessaria, ac plenè debita Visitatio dicitur: Et ratio est, nó solùm, quia ita sacris Canonibus, & Concilijs iussum, & consuetudine introductum est; sed & quia aliàs Episcopus eorum, quæ ad officium suum spectant, cognitionem habere, & per consequens illi satisfacere minime potest: & etiam, quia contra charitatem facit, subditos saluberrimis visitationis fructibus defraudans. Hinc est, quòd mortaliter, atque grauissimè peccat Episcopus, qui in hoc munere negligens est; & non solùm mortaliter peccat, quando totius Diœcesis visitationẽ; verùm etiam, quando eius, saltem notabilem partem negligit, vt visitationem Monialium: non enim tantùm visitare, sed totam Diœcesim plenè visitare tenetur: & plenè intelligo, non solùm ratione loci, *vt in Constitutione Innoc. 4.* habetur; sed etiam ratione actionis per ea, quæ infrà in capitulo proxime sequẽti dicemus.

Hinc etiam est, quod ius visitandi, neque remitti, neque præscribi potest, & ne visitatio prætermittatur, neque procuratio.

Vtilis autem admodum, imò vtilissima est visitatio: nam in ijs, quę ad familiæ gubernationem, ac regimen spectãt, vtilitatem maximam domini præsentia, ac visitatio præstat: Vnde interrogatus Pindarus, quæ fruges maximè pinguefacerent equum, oculus inquit domini: quod autem sterquilinium agrum plu-

c. Episcopum 10. q. 1. Conc. Trid. sess. 24. c. 3. cum simil. Soc. de Visit. nu. 1. & num. 7. dic. Episcopum, & d. c. 3. & c. fi Episc. de off. ord. lib. 6. Conc. Prou. 1. & 4. eod. c. decernimus. 10. q. 1. c. cauendũ 10. q. 3

Pauin. de Visit. p. 49. 10.

Soc. n. 7. Fusch. de Visit. lib. 1. c. 1. num. 11. gl. & alij in Cle. 2. de stat. Mon. Soc. nu. 7. c. 1. de cons. lib. 6.

c. cũ ex officij de præscrip. Socin. nu. 17. cum seq.

Philos. 1. œconom. Soc. n. 3.

rimum pinguefaceret, vestigia, respondit, domini.

Ad conseruationem autem, atque ad augmentum Ecclesiasticæ disciplinæ visitationem inæstimabilem vtilitatem afferre, ipsa experientia docet.

Idem etiam maximè apparet in disciplina Monastica, & regulari: vnde Clemen. 2. de stat. Mon. non immerito dici solet, tria in suo rigore cõgregationem Carthusianam diù conseruasse, nempè silentium, solitudinem, & visitationem: contra verò inter Abb. Sphan. alias causas, quæ recensentur, excidij, atque exterminij religionum Germaniæ, hæc vna est, quia non visitabantur. Et (vt paucis expediam) visitatio adeò vtilis, & necessaria est; quia, nisi visitarentur, *vt inquit Host.* animæ periclitarentur. Et hinc est, *vt ideàit*, quòd de iure, seu de cõsuetudine tot sunt Visitatores ordinarij, videlicet, Archipresbyter, Archidiaconus, Episcopus, Archiepiscopus, Legatus, & Papa, vt nempè cautius curentur animæ. Vtilitas etiam Visitationis ex nunc de eius scopo dicendis plenius patebit. de exti. exter. relig. Germ. Host in sum de of. Arch.

CAPVT II.

De scopo Visitationis.

CVM Visitator, medici, amici, & pastoris personas præcipuè sustinere videatur, præcipuus erit visitationis scopus infirmitates curare, miserorum necessitates subleuare, subditorumque actiones vnire, ac regulare, *vt S. Ant.* latè, ac pulchrè demonstrat.

S. Ant. in sum. par. 3. tit. 21 c. 5. Pauin. par. 1. q. 1. Vel breuius, *vt ex Pauin.* colligitur, Visitationis scopus est, reformatio status Ecclesiarum, personarum, ac rerum Ecclesiasticarum, nec non morum Laicorum, ad Dei optimi maximi honorem, animarumque salutem.

Vel *vt in sacro Conc. Trid.* habetur, vt quæ ad Dei cultum, ad animarum salutem, & ad pauperes sustentandos instituta sunt, visitatores cognoscant, & exequantur. Sess. 22. c. 8.

Vel, vt in eodem specialius dicitur, præcipuus visitationis scopus est sanam, orthodoxamque doctrinam expulsis hæresibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionẽ, pacem, innocentiamque accendere; cæteraque prout locus, tempus, & occasio ferret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Sess. 24. c. 3.

Debet etiam Visitator maximè prospicere, vt Ecclesiæ, quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, alijsque debitis obsequijs non fraudentur: & quæcunque ad Dei cultum spectant, diligenter curentur, atque ijs, vbi oportet, prouideatur, sed licet Visitator hæc omnia maximo studio curare debeat, hoc tamen præcipuè, vt Ecclesiasticorum mores, & actus reformentur; qui aliorum in omnibus forma, & exemplũ esse debent; & à quibus tanquàm ex fonte ferè omnia bona, & mala scaturire experientia demonstrat. Conc. Trid. sess. 7. c. 8. Sess. 21. c. 8. Pauin. par. 1. q. 1.

Et ex his omnibus simul iunctis non solum præcipuus, sed totus visitationis scopus habetur.

Ex prædictis autem duo præcipuè inferuntur, quæ maximè Visitatores obseruare, ac semper meminisse debent: Primũ est, Visitatorem non se ipsum, id est, non vtilitatẽ, non cõmodum, non hono-

honorem proprium quærere debere; cũ hic nullum de hoc verbum habeatur; sed ad Dei cultum, ad animarumque salutẽ pertinent; hoc est, non quæ sua sunt, sed quæ sunt Christi. Alterum est, Visitationem, cum res tanti ponderis sit, non negligenter, & remissè, vel, quod peius est, iniustè tractandam esse; sed omni diligentia, & iustitia: nam ex eo, quòd visitationes remissè, seu negligenter, atq; iniustè fiunt, rigor disciplinæ, vigor iustitiæ, conuersatio bona lamentabiliter, ac maximè pereunt: ita ex eo, quod diligenter, ac iustè fiunt, disciplina, iustitia, conuersatio in subditis virtuosa præcipuè conseruantur, ac florent. ideò non immeritò redarguũtur illi, qui tanquam cursores, & rhedarij sic celeriter se expediunt, vt eis tres, & quatuor Ecclesias in die vidisse sufficiat.

Et damnum, quod huiusmodi visitationes, (si eas visitationes, & non potius visitationis cortices, appellare volumus) afferre solent in vnius collegiatæ visitatione expertus sum: nam statim, vt fatebantur ibi omnes, post quandam visitationem omnis disciplina corruit, & etiã residentia in choro fuit intermissa.

c. cum Aposto. c. procurationes de censibus.

Carth. in opusc. ul. de regim. Archid. c. 27.

Fusch. lib. 1. c. 5. sub n. 11.

CAPVT III.
Visitator qualis esse debet.

VISITATOR, qui alios reformare intendit, ipse prius talis esse debet, quales alios esse cupit; præcipuè autem in actu visitationis, non solum omni vitio, ac vitij suspicione carere; verùm etiam se omnibus virtutibus ornatum, cumulatumque præbere debet.

Charitatem præcipuè erga omnes habeat, ita tamen, vt illam cum iustitia exerceat; & vbi seueritate opus sit, ita illa vtatur, vt cum charitate semper coniuncta esse cognoscatur. grauitatem in omnibus, maximè verò in verbis, gestibus, & vestitu conseruet, ita tamen ne humanitatis obliuiscatur suæ, &c.

Sit iustus, non respiciendo qualescunque personas: neque amicorum commoda, neque inimicorum dispendia quærat; sed tantùm honorem Dei præ oculis gerat, sit sapiens, & prudens, ne modica moueatur suspicione, quæ sapientis animum immutare non debet; neque hæsitet, vbi non est hæsitandum. In omnibus, maxime in arduis, tria præcipuè semper attendat, videlicet, quod liceat secundum æquitatem, quod deceat secundum honestatem, & quod expediat secundum vtilitatem. Sit fortis, vt viriliter agat; neque desperet, si maximis difficultatibus, & persecutionibus sit circumseptus: sed pro viribus faciat quicquid potest, meliora semper sperando. Sit diligens, vt citò (sicut tamen res exigit) se expediat. Maximè verò in principio seueritate, in progressu diligentia, in fine iustitia vtatur: sed cum seueritate sit lenitas, cum diligentia prudentia, cũ iustitia denique pietas, & misericordia secundum diuersitatem casuum. Sit secretus ipse, curetq; Notarium, & alios esse secretos, ne occulta; præcipuè Clericorum, laicis præsertim sine necessitate prodantur. Rectè sciat, & memoria iugiter teneat, quales facultates habeat, ne concedat, quod nõ potest; neq; neget, quod honestè concedere debet: omnia autem gratis concedat, nec non à Notario concedi faciat, ea videlicet, quæ

De qualitatibus Visitantium latè Paui. p. 1. quæst. 1. Pet. p. 1. q. 4. Fusch. li. 1. c. 3. Episcop. Com. de Visit. lib. 1. c. 4. c. disciplina. dist. 45. cum simil.

Cone. Prou. 2. tit. 1. de eret. 6. c. Episcopum. 10 q. 1. Tur. Crem. in d. c. episcopum.

tunc in actu visitationis expediuntur.

Eligatur ergo in Visitatorem Sacerdos secundum Concil. Prouin. aliàs vbi Sacerdos aptus haberi non potest, saltē Diaconus (& licèt hoc non sit omnino de iure communi necessarium, est tamen admodum conueniens) vir probus, grauis, & prudens, Iurisperitus, & in Concilijs necnon in functionibus, ac rebus Ecclesiasticis benè versatus; & ad exhortandum aptus, ita vt docere, inquirere, ac corrigere valeat: & vbi vnus non sufficit, plures eligi possunt. Si verò Visitator nequam sit, officioque suo perperam ac peruersè fungatur, Notarius, & alij officiales id superioribus propalare tenentur. Episcopus autem tenetur de excessibus Visitatoris.

S. Ant. d. c. 5. d. c. episcopum. Pauin. p. 2 q. 2. Archi. in c. si episcopus, de off. ord. lib. 6.

CAPVT IV.

Quando, & quoties visitandum sit.

Concil. Trid. sess. 24. c. 3. cum simil. Soci la. tèn. 27 cum seq. Doc in d. c. 1. & in Clem. 2. de stat. Mon. Pauin. p. 1. q. 4. Socin. in præcit. loco.

VISITATIO totius Diœcesis singulis annis fieri debet; vel si propter eius latitudinem, tota quotannis visitari non poterit; maior saltem pars visitari debet, ita tamen, vt biennio tota compleatur, etiam si non esset necessitas visitandi: iterari autem eodem anno fine causa visitatio non debet; si quis tamen sæpius visitare voluerit; semel tantum procurandus est, in alijs verò visitationibus recipietur, vt hospes: nisi id sibi ex priuilegio, vel ex consuetudine competat: quod de eodem Visitatore eadem ratione visitante intelligitur: nam si alius vel idem ipse à summo Pontifice delegatus, vel Visitator inferior pro sua iurisdictione visitasset, Ordinarius etiam eodem anno, vt Ordinarius visitare potest; ab illis tamen punitos iterum punire nequit; sicut etiam ab illis absoluti innocentiam suam iterum demonstrare minimè tenentur. Et licet tota Diœcesis, vt supra tamen dictum est, possit, & debeat quotannis visitari; non tamen debet Visitator illa loca, quæ in fine vnius anni visitauit, in principio alterius anni visitare; quia in visitatione nihil corrigendum esset: neque etiam, nisi absoluta, atque perfecta visitatione totius diœcesis debet Visitator reiterare vnius loci visitationem, nisi ex causa, eodem videlicet anno; alio enim anno poterit visitare, cum visitationi illius anni per exitum renunciauerit: nisi fortè, vbi propter diœcesis latitudinem biennium requiritur: sed quamuis posset; conducibilius tamen erit, inprimis illa loca visitare quæ diutius visitata non fuerunt, & quæ visitatione magis indigent. Et si commodè, vel absque difficultate ad vnamquamque Ecclesiam accedere non poterit, de pluribus locis ad vnum congruū Clericos & laicos studeat conuocare; ne in illis visitatio postponatur. Impedimentum autē legitimū non est paupertas loci; sed quando propter niues, vel glacies, aliaue legitima arbitrio boni viri impedimenta Visitator ad illa minimè accedere potest. Quo autem tempore facienda sit Visitatio, communiter concludunt Doctores posse semper fieri, licet commodius fiat tempore æstatis, maximè collectis fructibus: verùm in hoc considerandā est inprimis latitudo Diœcesis: nā vbi satis lata est, non est distinguendum tempus, nisi quādo Parochi adeò in functionibus Parochialibus detinentur, vt nullo

Abb. in cap. nuper de censib. Concil. Trid. sess. 24. c. 3. cap. de his de accus.

Doct. in d. c. 1. & in d. Clem. 2. & in c. in singulis, de stat. Mō. d. c. 1. Pauin. p. 1. q. 7.

d. c. 1.

gl. in d. cap. 1. Soc. sub num. 12. S. Ant. c. 5. Fusch. lib. 1. c. 1. n. 3.

nullo pacto visitationi incumbere queant, nisi cum Parochianorum, atq; cultus diuini detrimento: vbi verò Diœcesis lata nõ est: tũc aliquãdo expediens erit visitare tempore messis; quando videlicet impensæ faciendæ sunt circa Ecclesiam: eo enim tempore omnes ad Ecclesias restaurandas, amplificandasque, & ad eelemosynas faciendas promptiores sunt: aliquando verò vtilius erit alio tempore, quando videlicet laici minus occupati sunt; quia eo casu illorum, quæ in Parochia prouisione indigent, maior cognitio haberi potest. Habenda est etiam ratio locorum visitandorũ, præcipuè propter aëris intemperiem. Et quia dictum est Visitationem nequaquã faciendam esse, quando in actionibus, functionibusue Parochialibus maximè Parochi occupantur, etiã si lata sit Diœcesis: ideò hac de causa scriptum est, intermittẽdas esse visitationes per octo dies ante, & post Pascha Resurrectionis, & rursus à festo Ascensionis vsque ad octauam Corporis Christi; nisi aliqua vrgentissima causa sit. Est etiam intermittenda, seu complenda Visitatio à Natiuitate Domini vsque ad congregationem Vicariorum foraneorum ante septuagesimam habendam: eo enim tempore præparationi visitationis anni ineuntis maximè incumbendum est. Intermittenda quoque est visitatio per quindecim dies ante Synodum, quo tempore Congregationes Visitatorum frequenter haberi debent.

Instru. Visi. fol. 50.

Instru. Visi. fol. 50.

CAPVT V.

Quando autem quis visitare dicatur.

QVANDO autem quis visitare dicatur videndum est: hoc enim vltra causam procurationis scire expedit: quia aliquando Canonici Visitatores deputantur, qui pro interessentibus in choro haberi solent quando visitant, vel visitationis occasione eo tempore impediuntur, occupanturne. Est ergo communis Doctorum conclusio, quod quis dicitur visitare, quando pro negotio communi, pro cultu diuino, & pro animarum salute vadit; Ideo si Prælatus vidit ad loca visitanda gratia confignandi, vel confirmandi pueros tantum, vel consecrandi Ecclesiam, vel pro Clericis ordinandis, vel similibus, vel pro quocunque alio communi negotio, vel quia multos tangit, intelligitur visitare. Item vbi fit aliquid pro animarum salute, aut pro cultu Diuino, ampliando, vel pro statu Ecclesiæ melius reformando, secus autem quando vadit pro expeditione causarum; ita dicunt simpliciter Doct. Ego vero arbitror visitationem, accipi bifariam, in proposito, strictè videlicet, & secundum communem vsum loquendi, & largè; & distinguendum esse inter casus latè aut strictè interpretandos; & vbi facienda esset lata interpretatio Episcopus vadens causa confirmandi pueros, Ecclesiã cõsecrandi, ordines conferendi, posset dici visitare, secus vbi facienda esset stricta interpretatio, vt vbi esset præiudiciũ tertij; Ideo *in S. Cong. Conc. Trid* declaratum fuisse dicitur *in vna Tudert*. Episcopũ exeuntem per oppida, vt tantũ Sacramentum Confirmationis cõferat non esse procurandũ, licet multi

Arch. & alij in d. c. 1.

graues Doctores contrarium asserant, quorũ opinio potest verificari, quando non potuit huiusmodi functionem in visitatione expedire, & sic prout est residuum propriè visitationis; nam cõmuniter Docto. concludunt, Visitatorem posse reuerti ad perficiendam visitationem, & esse eo casu procurandum; & sic in casu fictæ interessentiæ in choro, qui strictè interpretari debet, intelligẽdum est de propria visitatione; quando videlicet quis habens auctoritatem visitandi, functiones quæ ad extrinsecam correctionem, morumque emendationem, ac Ecclesiarum restaurationem, & huiusmodi principaliter exercet: alioquin missus ad confessiones alicuius populi audiendas, etiam ipse visitare diceretur, quod in hac materia praxis non admittit; nisi fortè in actu visitationis, quando videlicet esset cum Visitatore, & dixi principaliter; quia si ex alia causa abesset, non haberetur pro interessenti; sicut etiam vbi non esset canonica visitatio. Ita etiam stricta interpretatio facienda esset, quo ad obligationem visitandi: quia nõ diceretur satisfacere huic muneri Episcopus, qui per totam Diœcesim iret gratia confirmandi pueros tãtum, vel etiam ordines conferendi, & alias huiusmodi functiones exercendi, quæ correctionem principaliter nõ intendunt: minusque satisfacere arbitror, qui vt hominibus forsan visitare videãtur, superficialiter visitant per ea *quæ supra diximus*.

Et notandum est, actus visitationis illos dici, qui in loco visitato fiunt.

Arch. & plerique alij in d. c. 1.

in d. c. 1.

Arch. in c. 1. de Cleric. non resid. lib. 6.

Fedet. de Sens. cõsi. 148. num. 3.

CAPVT VI.

Quæ ante Visitationem generalem agenda sunt.

EDICTVM de Visitatione per mensem ante proponendum, & à Parochis publicandum.

Literæ pastorales de Visitatione ad populum, quas duobus ante Episcopi aduentum proximis diebus festis Rector, vel alius Ecclesiæ Præfectus infra missarum solemnia, dum populi frequẽtia adest, de scripto recitet.

Literæ excitatoriæ ad Vicarios foraneos.

Assiduæ Congregationes Visitatorum pro vtili progressu Visitationis.

Diligens inquisitio Visitatorum, & Vicariorum foraneorum præcipuè circa abusus populi, necessitates Ecclesiarum, & vsurpationes bonorum iuriumue Ecclesiæ.

Oratio quadraginta horarum ad præscriptum institutionum.

Delegatio, vnius, vel plurium sacerdotum ad oppida præcipuè insigniora ad audiendas confessiones cum facultate absoluendi à censuris & à casibus reseruatis, & ad disponendum populũ pro profectu visitationis, ad aliaq; facienda iuxta iussum ipsius Episcopi.

Distributio negotiorum inter Coadiutores, seu Ministros in Visitatione.

Recognitio Ordinationum saltem duorum præcedentium annorum.

Recognitio scripturarũ in Archiuio ad singulas plebes visitandas pertinentium.

Collectio memorialium opportuna ex ipsis scripturis.

Præ-

Præterea vbi fit Visitatio Pontificalis, & solemnis, paramenta Episcopi, & alia vt in Pontificali.

Synodus verò, quã vnum ex præparatorijs dicit esse *Paum.* non præparatorium sed actio principalis per se existit: habet tamen symbolum cum Visitatione.

Fanin. par. 1. c. 45.

Hæc præparanda sunt à Visitatore, quæ autem sequuntur à visitandis.

Diligens cura Parochorum, Vicarij præsertim foranei, vt omnes qui sacramentum Confirmationis susceperi sũt, & reliqui omnes fideles obuiam ordine prodeant Episcopo aduentanti; ac statis hymnorum psalmorumque precibus illum tanquam Christi vicem gerentem excipiant, & vt semper tempore visitationis frequentissimi adsint.

Petr. p. 1. c. 3. Fusch. lib 1. c. 4. Conc. Prou. 4. eo.

Ornatus Ecclesiæ, suggestus, & sacristiæ, signum solemni campanarum sono pridie diei visitationis, & quando Episcopum aduentari exploratum habuerit.

Ex his tamen quædam ad solemnem, & Episcopalem visitationem tantũ spectant, quæ facile dignoscuntur.

CAPVT VII.

Delegatio, & facultates Visitatoris.

CAROLVS

Lata. n. diœcesis est iusta caus., vt Prælatus per aliũ visitare possit. gl. in c. procurationis. de censibus. Pauin. par. 1. q. 3.

DEI, & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Mediolanen. Ecclesiæ, &c. Dilecto nobis in Christo R. D. N. I. V. D. Sacerdoti Ariminen. salutem, & benedictionem à Domino. *Quoniam animaduertimus non posse per nos ipsos solum Diœcesis nostræ, quæ lõgè latèq; patet visitationem ad constitutum biennij tempus ex sacri Conc. præscripto plene absolui: idcirco in eam deliberationẽ venimus, & quo diligentius, & visitationem vniuersam absoluamus; & in executionis vsum perpetuo salutaria decreta inducamus, Ecclesiasticos aliquos homines, spectata morum probitate, prudentia, doctrina, disciplinaq; vsu peritos delegerimus: quamobrem nos tua, &c.*

Vbi plures Visitatores eligũtur.

Hoc procemium accomodatur, quãdo Diœcesis lata est, vbi autem ex alia causa fiat delegatio, exprimenda est illa causa, vel saltem in genere dicendum est, se varijs impedimentis detineri, & deinde prosequendum est.

Quamobrem nos tua in primis pietate, charitate, & prudentia, integritate, & peritia confisi, sperantesq; inde fore, vt quæ tibi, tuæq; visitationi, & promotioni commisimus, mandauerimusue; ea per te bene agãtur; te etiam vnum ex his quos delegimus, nostra Archiepiscopali auctoritate, omniq; meliori ratione, his literis promotorem præfectum, Visitatoremq; nostrum declaramus, decernimus, atque constituimus, facultatibus tibi vt infra attributis.

Vbi plures sunt Visitatores.

Primò igitur hoc tuæ charitati, prudentiæ, & sollicitudini delegamus, atque committimus, vt nostro nomine, nostraq; tum ordinaria, tum Apostolica nobis in hoc visitandi munere, vel canonum iure, vel Põtificijs sanctionibus, vel sacri Concilij Tridentini decretis delegata auctoritate Vrbis, & Diœcesis nostræ Mediolanen. visitationem diligẽter, & accuratè obeas; nempè Ecclesias omnes, & singulas, maiores, & minores, Collegiatas, Parochiales, & quæ sine cura sunt, capellas, etiã Monasterijs exemptis iure vnionis aduunctas, & earum item Sacerdotes, & Clericos, quo ad Parochialem curam Sacramentorũq; admi-

administrationem attinet, ac decretorum executionē, siue Regul. siue Sæculares in illis ipsis Monasterys, Ecclesiisue curā gerētes; Itē oratoria, quæuis hospitalia, collegia, sodalitia, confraternitatesue laicales, seu scholas, alioue quouis nomine nuncupatas, etiam in Ecclesiis Regularium, etiam exemptas, quoad executionem vltimarum voluntatum; Eleemosynas etiam montis pietatis, aliorumq; piorum locorum, tam virorum quam mulierum fabricas, scholas, etiam librarias, & publicas bibliothecas, & artes impressorias officinas, ac præterea non solum Ecclesiasticos homines; sed etiam populos curæ nostræ commissos sedulo, plenēq; visites, ac visitare studiosè cures: & quicquid quauis ratione corruptum, seu deformatum animaduerteris, corrigas, & reformes, & ad iuris, decretorumq; sacri Tridentini Concily, aliorumue Prouincialium, & diœces. Mediolanensium conciliorum, edictorum, instructionum, ac ordinationū quarūcunque per nos, & de mandato nostro promulgatorum, & publicatorum, præscriptam normam, & regulam dirigas, reducas, & reformes: & in omnibus, quæ ad sanctam sacramentorū administrationem, ad cultum diuinum augendum, & ad Ecclesias reparandas, & ampliandas, aut ad cleri, ecclesiasticorumq; hominum vitā, & studia, aut ad mores populi, aut ad piarum voluntatum executionem, aut ad rectam gregis Christiani institutionem, ad omnem denique Christianæ vitæ conformationem, animarumq; salutem pertinent, consulas, geras, agas, quæ necessaria atque opportuna sunt. De criminibus, delictis, excessibus contra reos inquiras, aut si expedire censueris eorum nomina ad nos, Vicariumue nostrum deferas, crimina perspicua, manifesta, notariaue, de quibus quæri inquiriue opus non est, liberè corrigas, pœnamq; condignam pro personarum ratione, proq; delicti grauitate, ex canonum iure, ac decretorum, edictorumue nostrorum præscripto irroges, atq; summas: ac perinde ex authoritate Apostolica nobis concessa potestatem, ac facultatem tibi damus citandi, inhibendi, agendi, prosequendi, procedendi ac de plano sine strepitu, formaq; iudicij, manu regia, sola facti veritate inspecta, etiam nullis seruatis ordinibus, ac terminis, quos in Archiepiscopali foro seruari, vel instituti, vel moris, stiluè est.

Concil. Trid. sess. 22. c. 8.

In diœces. Mediol.

Si Epis. copus habet huiusmodi auctoritatem.

De omni præterea, & quacunq; causa extraiudicialiter etiam agere, audire, cognoscere, & decidere, licere tibi volumus, & concedimus.

Causas item coram Vicarijs, qui in vrbe vel in Diœcesi sunt, præterquam generali pendentes, in quocunque statu illæ sint, auocandi, reassumendi, ac eisdem inhibendi potestatem damus; Vt quoque contra omnes & singulos, qui quouis vllo modo deliquerint; prout tibi videbitur, agendi, eosdemq; vt iudicio personaliter sistāt pœnis, mulctis, etiam censuris Ecclesiasticis præpositis, monendi, siq; non paruerint, pœnas mulctas, consurasq; huiusmodi subyisse declarandi: Rursus etiam illos contumaces, & alios quoscunque & in his, & in alys omnibus, quæ vel vniuersè, vel specialim mandauimus, parere recusantes, & eorum quemlibet, tum pro manifesta offensa, tum etiam pro libertatis & immunitatis iurisdictionisq; Ecclesiasticæ defensione, & conseruatione fulminandi, & promulgandi easdem pœnas iterum atque iterum sanciendi, grauiores, etiam irrogandi, interdictum Ecclesiasticum imponendi, brachium sæculare si opus fuerit, implorandi, & vt iuris erit, detinendi, carcere coërcendi, mulctandi, absoluendi, & omnia denique, & singula agendi, gerendi, statuendi, decernendi, mandandi, exequendi, quæ ad Dei gloriā, & animarum salutem expedire censueris, liberam, integram,

Vbi sunt plures Vicarij.

gram, amplam, atq; omnem facultatem, tum nostra ordinaria, tum auctoritate Apostolica nobis delegata his literis tibi elargimur, concedimus, ac impartimur: & eos, ac omnes alios delinquentes nobis subditos, auctoritate etiam nobis à sacro Concilio Tridentino tradita, ab omnibus casibus nobis reseruatis, ac quibuscunque censuris, suspensione, interdicto etiam generali à iure, vel ab homine, ex quacunq; causa quas & quos nobis reseruauimus, exceptis ijs, quæ à nobis aut à Vicarijs nostris Vrbanis fulminatæ & infictæ fuerint per te ipsum, seu per alios imposita pœnitentia salutari, gratis in vtroq; foro absoluendi, liberandi, ac relaxandi auctoritatem concedimus, ita tamen, vt facultatibus prædictis absoluendi vti non possis, nisi in actu ipso visitationis extra Ciuitatem, & cum personis, & hominibus incolis illius plebis, cuius visitationi tunc incumbis.

Vbi plures sunt Vicarij.

Iuramentum verò ab omnibus medicis, ac fidei professionē à quibuscunq; confessarijs, Concionatoribus, ludimagistris, ac ab alijs tam publicè, quam priuatim artium liberalium exercentibus, ac bibliopolis, & impressoribus iuxta formā tabellarum, & decretorum nostrorū prouincialiū, & diœcesanorum recipias, remittentesq; omnes ab officio, donec præfatum iuramentū, fideique professionem respectiuè præstiterint, suspendas; eos verò, qui paruerint absolutè à pœnis, & à censuris absoluere, & liberare possis. necnon profitendi, ac docendi facultatem dare per bimestre, quo spatio elapso à nobis impetrent. Ecclesias verò quæ ob vetustatem, vel aliter collapsæ sunt, & ob eorū inopiam nequeunt instaurari, demoliendi ad præscriptum ordinationum nostrarum ac Visitationis Apostolicæ, decretorūque diœcesanorum, illasque ac illarum materiam in profanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi cruce, ad præscriptū sacri Concil. Trid. conuertendi, tibi facultatem tribuimus.

Vbi id decretū est etiam Visitatione Apostolica.

Necnon beneficiorum quorūcunq; vacantiū fructus, qui supersunt, solutis omnibus oneribus, ne in diuinis defraudentur, ac fabricarum redditus, in vsus eiusdem Ecclesiæ altarisue necessarios & vtiles, etiam suppellectilem Ecclesiæ, prout tibi expedire magis visum fuerit, ex præscripto sacri Concily Tridentini, & decretorum diœcesanorum expendi cures, ac in illis beneficijs Ecclesiasticis Parochialibus per obitum, vel per resignationem, etiam in curia, seu aliter quomodocunque vacantibus, etiam reseruatis, vel affectis, statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, idoneum in ea Vicarium cum congrua tuo arbitrio fructuum portionis assignatione, qui onera ipsius Ecclesiæ vacantis sustineat, constituas: Vicecuratosq; Capellanos, Confessores, ac Prædicatores, vbi opus esse cognoueris ad bimestre duntaxat, deputes. Necnon informationes assumendi in causis ad sanctum officium Inquisitionis spectantibus contra quorumcunque Regulares procedendi vsque ad sententiam exclusiuè, iuxta formam breuis, ac in ipsa Visitatione extra Ciuitatem de causis sponsaliorum inter personas illius plebis, quam tunc visitabis, cognoscendi, denuntiationesq; etiam iuxta eiusdem sacri Concily dispositionem remittendi, quæcunq; Ecclesiæ Sacramenta ministrandi, Verbum Dei prædicandi, Ecclesias quoque & cœmiteria polluta, adhibita aqua per nos benedicta, reconciliandi, corporalia, & paramenta Ecclesiastica quæcunque benedicendi, cæteraq; omnia in præmissis, & circa ea necessaria; seu quomodolibet opportuna, gerendi, & exequendi plenam, amplam, omnimodam facultatem, qua possumus, tam ordinaria quam Apostolica à nobis delegata auctoritate tenore præsentium tibi damus, concedimus, & impartimur.

Vbi Epīscopus auctoritatem habet.

Mandantes omnibus, & singulis Vicarijs nostris, Archipresbyteris, Archidiaconis, Præpositis, Primicerijs, Decanis, Canonicis, Capitulis, Parochis, Rectoribus Ecclesiarum, Altariumue Capellanis, Clericis, quibuscunq; cæteris, cuiusuis generis beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & locorum item piorum curatoribus, præfectis, atq; administratoribus, vniuersitatibus, aliisq; omnibus & singulis, ad quos spectare vllo modo potest, vt te Visitatorem per nos vt supra, delectum, & constitutum recipiant, tuisq; monitionibus, præceptis, decretis, ac iussis pareant, pœnis propositis etiam pecuniarijs, interdicti, suspensionis, & excommunicationis in subsidium pro contumacia, culpæue grauitate, arbitrio nostro, vel tuo, declarandis, irrogandisq;, ac locis pijs applicandis. Magistratibus verò & Iudicibus, aliisq; Officialibus Curiæ secularis, tam in ciuitate, quàm in Diœcesi, nec non vniuersitatibus, communitatibus, & alijs ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, vt quoties fuerint requisiti, tibi pro præmissorum executione assistant, omnemq; fauorem, opem, & auxilium etiam brachij secularis prompte, ac efficaciter præstent, atque exhibeant. Hanc verò visitationis delegationem cæteras omnes facultates his nostris Archiepiscopalibus literis, vel vniuersè vel specialim concessas ad biennium tibi suffragari volumus. In quorum fidem præsentes literæ nostræ, & Cancellarij nostri infra scripti subscriptione, ac sigilli Sancti Ambrosij impressione munitas fieri iussimus.

Dat. Mediol. Cal. 3.
N. Archiepiscopus.
Locus sigill. N. Cancell.

Hæ sunt facultates, quas mihi concessit sanctæ mem. Carolus Card. S. Praxedis Pastorũ exemplar, ac Ecclesiæ disciplinæ restitutor, cuius memoria in sempiternum erit, quæ secundum qualitates Visitatorum ampliari vel moderari possunt.

CAPVT VIII.

Edictum de Visitatione.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, &c.
Episcopus.

CVM ad nostri Pastoralis officij rationem Visitationis cura ita pertineat, vt ex sacrorum Canonum iure, & Conciliorum decretis prætermittere neq; possit, neque debeat: nos illud à nobis debitum munus omni, qua maxima possumus diligentia, Deo iuuante aggredi, atque perficere cupientes, perutile fore existimamus omnibus, & singulis iurisdictionis nostræ fidelibus, cæterisq;, quorum id interest hoc significare; In eam verò curam ita incumbemus, & ordinariæ nostra auctoritate accuratè visitemus oẽs, & singulas has Mediolanẽsis & Ciuitatis, & Diœcesis Ecclesias, Metropolitanam nostrã, Collegiatas, earum item capitula tum personas, curatas præterea Ecclesias, etiam eas, quæ ipsi Metropolitanæ, Collegiatis, alijs Ecclesijs, Monasterijs, Collegijs, aut piis quibusuis locis annexæ sunt. Monasteria item, quæ cõmendata sunt, Abbatia, Prioratus, siue præpositura,

stituræ, alioquè nomine nuncupata, in quibus non viget regularis obseruātia, cætera quoque beneficia curata, ac non curata, secularia, regularia, quouismodo cōmendata, etiam si exempta sint, Ecclesias item quascunq; quauis ratione exēptas, quæuè in nullius Diœcesi sunt, quibus Metropolitana nostra propior sit, quā alia Cathedralis Ecclesia, omnes denique Ecclesias non Curatas, Capellas, Oratoria, Hospitalia, Collegia quæcunq;, Cōfraternitates Laicorum, Montes Pietatis, pia loca omnia quamuis exempta sint, etiā ad Laicorum administrationem pertinentia. Moniales etiam quæ Sanctæ Sedi Apostolicæ immediatæ, & Regularib subiectæ sunt, quo ad clausuram, Monasteria insuper, in quib. cura exercetur animarū in ys, quæ ad Sacram. administrationē pertinent, omnes denicq; & quascunq; sæculares personas Eccl. etiam exemptas, & Regulares extra Monasterium vitam agentes. Hoc igitur nostræ publico promulgato Edicto omnes, & singulos certiores facere voluimus: nos die octauo huius mensis visitandi initum facere velle eo animo, eoq; consilio, vt quantum in nobis est Diuina benignitate adiuti, omni & diligentia, & pietatis, & Pastoralis officij studio in ea incumbamus; quæ ad animarum salutem, ad cultus Diuini rationem, ad Ecclesiarum statum, ad Christianā morum institutionem, ad Cleri, & fidelis populi vitæ, atq; officij disciplinā spectare iudicabimus. Quare monemus omnes, & singulos, ad quos earū Ecclesiarum, Ministeriorū, & piorum locorū, quæ diximus, cura, vel gubernatio, vel administratio, vel Missarū, ac Diuinorū officiorum, quæ in ijs præstanda sunt celebratio, aliorūue munerum iunctio pertinet, vt quo die singulas illas Ecclesias, locaq; visitabimus, proferāt, ac ostendāt nobis, vel ei cui tale munus delegauimus suorum omniū beneficiorum, & sacrorū ordinum titulos, & Ecclesiarum, Capitulorumuè Statuta, Constitutiones, ac obligationū onera, quæ eis imposita sunt. Inuētarium præterea bonorum mobilium, & immobilium, atque eas res omnes ostendant, quæ ad Ecclesiæ, aut pij loci cultum, apparatum, & ornatum pertinent. Et quæ singuli pro vniuscuiusq; muneris, officijq; ratione ex præscripto Conc. Prouinc. præsto habere tenentur.

Si quis autem cuiusuis ordinis, aut dignitatis sit, aliqua in medium afferre voluerit, quæ ad Dei laudem, Ecclesiarū cōmodum, & animarum salutem interesse putauerit, eum hortamur in domino, vt omnia ea nobis, vel sermone, vel scripto patefaciat.

Et quoniam ab ijs, quæ aliis præstant, initium sumi decet, primùm Metropolitanam nostram Ecclesiam visitabimus, ad alias deinde Ecclesias, & loca, quæ diximus, progrediemur, ea seruata ordinis ratione, quæ ad eam rem bene gerendam magis expedire nobis videbitur. Itaque monemus, præcipimus atq; citamus Capitulum Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ, eiusq; Archipresbyterum, Archidiaconum, Primicerium, Præpositum, Decanū, Canonicos qui ordinarij appellātur Magistrum Cærimoniarū Notarios, Lectores, Macetonicos, Capellanos, Hostiarios, Clericos, Veglones, & Veglonissas, Parochos, item tres eiusdē Metropolitanæ Ecclesiæ, Scolares, Confratres, Ministros, cæterosq; singulos, qui nostræ Metropolitanæ Eccl. ministrant, vel ministrare debent, vt eo, quem diximus, die octauo sum-

mo mane omnes ad visitationem conueniant, ac sui quisq; beneficij, quod in ea Eccl. obtinet, titulos, dispensationem, Statuta, Constitutiones, Ordines, obligationumq; onera, & alia omnia nobis, vt supra ediximus, exhibeat, in eaq; visitatione, quam statuto tam die aggrediemur, etiamsi non eo ipso die absoluere poterimus, tãdiu adesse pergat, quoad omnibus ijs, quæ ad eã pertinẽt, quæq; nos necessaria, & opportuna censuerimus, perfectis illam omnino absoluerimus.

Et, vt hæ nostræ literæ Cancellarij nostri, aut Coadiutoris eius manu subscriptæ, sigilloq; nostro signatæ, quas Edicti publici vim, ac testimonium habere decernimus, omnib. ijs, quibus ediximus, ac aliis, quorũ id interest, & in posterum quauis ratione intererit, notæ, ac manifestæ, planæ esse possint, volumus eiusdem nostræ Metropol. Ecclesiæ, & aliarũ huius Ciuitatis Ecclesiarum, quæ Collegiatæ sunt, ac Monasteriorũ vnus affigi, ac retinqui, eosq; omnes quos diximus, eisdẽ ita teneri, vt si illi ipsi personaliter monuti, requisiti, ac citati essent. In quorum testimonium has confici, signo nostro muniri iussimus. De earum verò affictione, quod quuis noster in hac parte Nuntius ad nos referet, in eo fidem illi omnino habebimus. Dat. &c.

Hoc Edictum per mensem, vel etiam breuiori tempore secundum loci qualitatem ante visitationem tam in Ecclesia Cathedrali, quam in singulis ciuitatis, Dœcesisque Ecclesijs, locisq; visitandis, publicandum, ac affigendum est: reprehensibile enim est visitationem ex improuiso obire, quod intelligendum est de visitatione generali, vel nisi aliqua legitima causa subsit.

CAPVT IX.

De literis Pastoralibus ad populum.

LITERAE Pastorales de Visitatione, quę quidem secundũ populi qualitatem ædẽdæ sunt, ex illis colligi possunt, quæ *in Actis Ecclesiæ Mediolan.* habentur, & ex *Conc. Prouin. 4. eod. tit. de Visit.* Multa etiam ex ijs quæ de fine, seu scopo visitationis supra dicta sunt. Plura verò ex literis Pastoralibus de *Visitatione Beatissimi, & sanctissimi D. Nostri D. Clem. VIII.* de quo habemus: *Cur indies magis lætemur, maioresq; gratias Deo agamus, cum eum, nõ quæ sua sunt: sed quæ sunt Dei, quærere, nõ humanas affectiones, consanguineorumq; commoda sectari; sed in Dei gloria, & cleri, populiq́ue disciplina procuranda positũ, & defixum esse intelligamus, vt veram, & rectam Põtificatus administrandi rationem, præclaraq́ue exempla sanctissimorum veterum Pontificũ, qui tantam Ecclesiæ dignitate sua virtute stabilitam, & ampificatam reliquerunt, longo interuallo reuocare videatur: sic Deus Sanctitati suæ longã vitam, atq; perseuerantiæ donum impartiri dignetur.*

Iis autẽ literis præcipuè populus inuitandus est, vt eo tẽpore frequẽs sit, & instruẽdus, vt intelligat, quid sibi in illa actione agẽdũ sit: & tandẽ hortãdus ad vberrimos visitationis fructꝰ cõsequẽdos.

Hæ verò literæ duobus fere his proximis ante Episcopi aduentum intra missarum solemnia promulgandæ sunt. Concil. Prou. 4. eod.

CAPVT X.

Literæ excitatoriæ ad Vicarios foraneos.

LITERAE excitatoriæ ad Vicarios foraneos, etiam ipsæ secundum qualitatem Vicariorum maximè scribendæ sunt: exempli tamen gratia infrascriptæ pro-

propõnuntur: priores autem, si ab Episcopo, aliæ si ab inferiori scribantur.

Reuer. Vicari, *die 15. huius mensis, nisi quid fortè secus acciderit, istic diuina ope, atq; auxilio erimus, vt visitationẽ istius plebis aggrediamur. Et quoniã de tua diligẽtia multum confidimus, tibi nihil opus est in memoriam redigere, vt hanc ob causam Deo preces facias, ab alijsq; fieri cures: populoq; tibi concredito huius rei grauitatẽ, vtilitatemq; exponas, atque vt huic actioni frequẽs interfit, præcipias; vtq; vt ea, quæ necessaria sunt præpares. Tantum attingemus cupere nos, vt Parochis omnibus, alijsq; Ecclesiasticis significes, pergratum nobis futurum, si quantum in illis erit, operam diligenter dabunt, vt hæc Visitatio fructuosa sit; quemadmodum si contra caderet, permolestum futurum nobis esset. Norint omnes, quæ de victus frugalitate sancita sunt, velle nos vt omnino obseruentur: quod si qui superfluos sumptus in hoc facient, sciant id nobis molestum futurum, nosq; in eos animaduersuros esse. Erimus omnino decem, equos autem septẽ habebimus. Deus tibi gratiæ suæ munera impertiat.* Arimini die, &c.

Et literis eiusdem tenoris, vt vidi etiam anno præterito, aliquando vtebatur præsul ille, doctrina, sanctitate, vigilantia, alijsq; virtutibus, atque officijs Pastoralibus insignis. *Ioan. Baptista Castellius Episcopus Arminen.* qui Ecclesiam suam, quam Ecclesiastica disciplina, atq; pietate mirifice exornauerat, obedientia coactus, relinquens, in Galliam apud Regem Christianissimum Apostolicus internuncius profectus, ibi. celeberrimus maxima dilectissimi populi sui iactura feliciter obijt.

Admodum Reuer. vti frater. *Die Sabbati proxime futuro istic Deo adiuuante adero, vt visitationem istius plebis aggrediar; Non dubito, quin abs te, atque ab alijs Ecclesiasticis hominibus ea præparentur, quæ ad hoc munus rectè ac fructuosè exequendum necessaria sunt, quod mihi sane pergratum accedet. Omnis à vobis diligentia adhibeatur, vt huic actioni populus frequens interfit. Quæ de ratione mensæ frugaliter parandæ sancita sunt, vos obseruaturos esse credo; quod contra si fieret mihi admodum molestum esset. Deũ Opt. Max. precor, vt tibi gratiæ suæ munera augeat.*

Vbi verò Visitator expedire censuerit, poterit etiam iubere atque præcipere populo, vt sub pœna excommunicationis visitationi interfit; quod tamen raro faciendum arbitror. Fusch. post alĩos lib 1. c. 4. n. 7.

CAPVT XI.

Præparanda ac secum deferenda à Visitatore in Diœcesi.

Plura ex his in instr. visit. fol. ex. 1. cum seq.

VISITATOR secum ad vsum visitationis afferat Concil. Trident.
Decreta generalia Visitationis Apo.
Acta Eccle siæ Mediolan.
Concil. 6. Prouinc.
Synod. xj. diœcesanam.
Instructionem Visitationum.
Fuschum, & alios auctores de Visitat. Sacramentale.
Institutionem de modo procedendi in delictis, & mulctis & pœnis, ac pœnitentijs irrogandis Clericis vel laicis, in causis quæ expediri possunt in Visitatione.
Literas patentes sui officij.
Alias literas aliquarum facultatum sibi specialiter datarum.
Indicem Vicariorum foraneorum, & eorum facultates.
Indicem plebium, regionumuè, & parochia-

rochiarũ nominatim suæ Visitationis.

Designationes item,& delineationes singularum regionum visitandarum distinctas.

Visitationes earundem regionũ vltimò tempore plene factas.

Memorialia opportuna.

Tabellæ erratorum plures copias.

Varias formulas videlicet.

Reconciliationis Ecclesiæ,& cœmeterij etiam separatim.

Denunciationis excommunicati, & interdicti.

Absolutionis ab excommunicatione solemni. Relaxationis interdicti.

Præceptorum, seu ordinationum contra Concubinarios, incoestos, & alios delinquentes.

Sequestrorum varijs formis.

Cautionum præstandarum iuxta qualitatem casuum.

Libellos distribuendos, imagines sanctorum, coronas calculos Aue Maria cũ indulgentijs. Afferat etiam Visitator quatuor quinternettos distinctos: primum continentem sub breui compendio,quæ dietim occurrũt, aut deferũtur distinctis folijs pro quali bet Parochiali. Secundum vitam, & mores cleri cuiuscunque Parochiæ summatim.

Tertium breue compendium Visitationis, scilicet titulum Ecclesiæ, nomen titularis, redditus ordinarios, & extraordinarios, familiarum, & animarum numerum, & alia huiusmodi. quartum continentẽ memoralia vrgentium prouisionum faciendarum,vt puta, erectionum, dimembrationem, vnionium, sequestrorum, relaxationum, processuũ pendentium, fideiusionum, & similiũ.

Vlterius, quando Episcopus visitat, afferenda sunt etiã, quæ ad Pontificalium vsum, & pro Sacramenti Confirmationis administratione necessaria sunt.

CAPVT XII.

Præparanda pro Visitatione à Præfecto Collegiatæ siue cura animarum.

Plura ex his eliciuntur ex Conc. Prouin. 4. eo. Et ex instru Visit. fol. 117. cum seq.

Instrumẽta. Fundationis, Dedicationnis, Consecrationisue Ecclesiæ.

Statuta Erectionis Collegiatæ, Capituli, cum indice separato illorum decretorum, quæ non seruantur, causis, & impedimentis explicatis.

Priuilegia Ecclesiæ, & capituli,quæ sint in vsu,& in viridi obseruãtia.

Tabella Consuetudinũ, & Rituũ peculiarium, præsertim in diuinis officijs Ecclesiasticisq; funct.

Index festorum, solemnitatumuè propriarum ipsius Ecclesiæ.

Inuentaria Reliquiarum Indulgentiarũ, sacrarum Suppellectiliũ Librorum Ecclesiæ & scribatur,quo tẽpore, & quibus præsentibus facta sunt.

Index omnium,singularumq; rerum, quæ vel consecrandæ, vel benedicendæ sunt: qui dandus est ante diem Visitationis, Episcopo ita opportunè,vt de certa hora, de alijsque necessarijs deliberare possit.

Liber in quo descriptæ sunt ordinationes in Visitatione Apostolica, atque in alijs

Vbi Visitatio Apostolica facta fuit.

aliis Visitationibus factæ: causis & impedimentis separatim in folio explicatis earum, quæ executioni nondum mãdatæ fuerunt.

Indices
- RR. D. Præpositi, Canonicorum, aliorumq; de Capitulo cum officijs singulorum.
- Dignitatum, canonicatuum, & præbendarum, cum titulis, & priuilegijs singularum.
- Prædiorum, bonorumuè cũ situ, mensura, finibus, & alijs circumstantijs.
- Vnionum à 40. annis citra ante Concil. Trident.

Indices
- Iurium, Reddituum, ordin. & extraor.
- Onerum.
- Legatorum.
- Annualium.
- Alienationum.
- Locationum ad longum tempus,
- Contractuumq; aliorum omniũ, &
- Distractuum.
- Vsurpationum.
- Litium.

tũ massę capituli, tum prębendarũ separatim.

- Instrumentorum
- Scripturarumque

ad Ecclesiam spectantiũ.

- Librorum singulorum ecclesiasticorum illius Ecclesiæ impressorum, manuuè exaratorum.

Libri
- Punctatorum.
- Ordinationum capitularium.

Altariũ
- Capellarum cum redditibus, oneribus, ac suppellectili propria.

Indices
- Beneficiariorũ, officialiumuè & vbi, & cum quibus habitẽt.
- Capellanorum: Chorialiũ, Titulariũ, Mercen.
- Custodum,
- Clericorum Ecclesiæ ascriptorum.
- Cantorum, & Organo sonantium.

Indices
- Laicorum omnium in ecclesiasticis muneribus aliquam operam præstantium.
- Scholarum
- Sodalitatumuè

quouis nomine in illa Ecclesia institutarũ,

- Sepulturarum, & quales, & quorum sint.

Index Decretorum Prouinc & diœcesan. ad Canonicos, & ad Capitulum spectantium, quæ executioni mandata non fuerunt; vel aliàs non obseruantur: causis quoque & impedimentis explicatis.

In promptu etiam singuli Ecclesiastici habeant pro statu personali in Visitatione conficiendo.

Instrumenta beneficij.
- Ordinum
- Prouisionis
- Collationis
- Præsentationis, si iurispat. sit.
- Institutionis
- Possessionis
- Graduum personalium.

Dispensationes

Facultates quascunque.

Libros & tabellas, quæ in sacristijs affigi debent ad præscriptum libri Instr. & Concil. Prouinc.

Vbi autem cura animarum imminet, vlteri-

vlterius à Parocho præparanda.

Instrumenta { Fundationis, seu Erectionis } Parochiæ.

Indices { Intra fines Parochiæ existentium.
- Ecclesiasticorum omnium, siue in sacris, siue in minoribus constituti sint, cum habitationibus, vt supra.
- Beneficiorum, & titulorum omnium.
- Ecclesiarum etiam si commendatæ sint.
- Monasteriorũ cum numero ibi residentiũ, præcipuè Sacerdotum, & præsertim Confessariorum.
- Oratoriũ etiam campestrium.
- Capellarum, seu Cellarum.
- Sodalitatum, confratriarumuè.
- Hospitalium.
- Locorũ operũuè piorũ.

Finium Parochiæ.

Vnionum à 40. annis citra ante Concil. Trid. in Parochia factarum.

Libri {
- Status animarum.
- Baptizatorum.
- Confirmatorum.
- Matrimoniorum.
- Infirmorum.
- Defunctorum.
- Parochialis.
- Celebrantium.

Regestum, aut exemplum constitutionum Pontificiarum, literarum Pastoralium publicatarum, & aliarum huiusmodi ad præscriptum.

Index Decretorum, Prouincialium, & Diœcesanorum, quæ communiter in Parochia non obseruantur, causis, & impedimentis narratis.

Index separatus eorum, quæ ad vsum, & ad administrationem sanctissimæ Eucharistiæ habet.

Indices {
- Musicorum, cantorumuè.
- Organo in quauis Ecclesia sonantium.
- Puerorum, adolescentiumuè vitæ Ecclesiasticæ disciplinam ingredientium.
- Laicorum in funeralibus, alijsque officijs, ecclesiasticisuè muneribus operam aliquam præstantium.
- Hominum operibus pijs exercendis, aptorũ, aut iam deditorum.
- Medicorum.
- Chirurgorum.
- Tonsorum, aliorumque artem medicam exercentium.
- Ludimagistrorum, aliasuè liberales artes profitentium.
- Mulierum item docentium.
- Notariorum.
- Pictorum.
- Sculptorum.
- Bibliopolarum.
- Impressorum.
- Cauponariam, aut cœnacularem exercentium.
- Saltandi, tripudiandi, ac sonandi in choreis artem profitentium, docentiumuè.
- Opificum, artificumuè in sua Parochia frequentiorum.
- Eorum, qui primũ ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramẽtum admittendi sunt.
- Pupillorum, viduarum, aliorumque verè miserabilium.
- Puellarũ in periculo existentium.

Con-

Indices
- Coniugum inter se diſiunctorum.
- Aut illegitimè coniunctorum.
- Hæreſis quouis modo ſuſpectorum.
- Excommunicatorum.
- Interdictorum.
- Inconfeſſorum; &
- Eorum, qui in Paſchate ſanctiſsimam Euchariſtiã non ſumpſerunt.
- Immunitatem Eccleſiaſticam impedientium.
- Laicorum iure proprio decimam exigentium.
- Eorum, qui decimam non ſoluunt; vbi vniuerſaliter ſoluitur.
- Abuſuum Parochiæ frequentiorum.
- Superſtitionum.
- Publicè, & ſcandalosè peccantium.
  - Blaſphemorum.
  - Adulterorum.
  - Concubinariorum concubinatuſuè ſuſpectorum.
  - Talis, aleauè ludentium.
  - Aut iſtis domicilium exponentium.

  qui, vbi peccata publica, nõ ſunt, ſeparatim, ac ſub ſigillo dãdi ſunt. Synod. xi. quæ ad Viſit.

In Diœceſi à Vicario foraneo præparanda. Liber mulctarum.

Indices
- Votorum publicorum.
- Proceſsionum.
- Parochialium, in quibus concio formalis habetur tempore Quadrageſimæ, & Aduentus.
- Parochorum, qui ad concionandum apti non ſunt, ſed de libro tantum concionantur.

Fines, & diſtantia parochialium plebis.

In Eccleſia præpoſiturali capite plebis.

Liber diſtributionis oleorum ſacrorum, & aquæ baptiſmalis.

Omnes autem pridie illius diei, quo Epiſcopus viſitaturus eſt; chirographa, ſchedulaue in promptu eſſe curent eorum, qui ſanctiſsimum Confirmationis Sacramentum ſuſcepturi ſunt, & compatrum, commatrumque. vbi Epiſcopus viſitat.

Quod autem de ſacris reliquijs, indulgentijs, facultatibus, & decretis Viſitationum, indumentis, ornamentis, ſuppellectili eccleſiaſtica, libris, ſcriptis, inuentarijs, indicibus, fundationibus, redditibus, emolumentis, oneribus, vſurpationibus, alienationibuſque, titulis etiam beneficiorum, & ordinibus, cæteris denique Rectori, Præfectoue Eccleſiæ præſcriptum eſt, id omne aliorum beneficiorum obtinentes, aut quouis modo, ſeu nomine adminiſtrationẽ, curamue habentes; & rurſus fabricarum Præfecti, & confratriarum, hoſpitalium, eleemoſynarum, locorum, ac operum piorum quiuis curatores, cum viſitandi erunt, præſtent; quatenus eo de genere conſtitutum vllo modo ad ipſos pertineat. Patroni quoque iura patronatus exhibeant.

Hæc de præparatorijs, nunc de Viſitatione ipſa dicendum eſt: & ſic ad ſecundã huius opuſculi partem tranſeamus.

PARS SECVNDA.

CAPVT I.

De modo Visitandi.

EXPLICITIS præparatorijs, nunc videndum est, quo ordine Visitator procedere debeat: nam si Visitatio ordine expediatur, facilis erit labor, & magnus fructus, sicut ex inordinabiliter actis optatus fructus minimè sequitur.

c. qualiter de accusat.

Episcopus igitur, nisi legitimè impeditus fuerit, ipsemet propriam diœcesim visitare debet: sed antequam cleri, populiq; visitationem ineat, diuino priu auxilio implorato, à se, suaque familia visitandi initium vtiliter faciat: quia aliàs nunquam purè maculam in membro considerat oculus, quem puluis grauat; & superiectas sordes tergere non valent manus, quæ lutum tenent: & ne in visitatione vice salutis animarum, de quibus tractatur, scandalum præbeatur; sed, vt potius reliqui omnes domesticæ illius visitationis actione, executioneq; excitati pastoralia iussa facilius & fœlicius exequantur.

Soc nu. 25.

c. ea, quæ § si Vero de statu Mona.

S. Greg. 7. Morala

Pauin. p. 1. q. 3. Conc. Prou. 4. eod.

Deinde, nisi aliud censuerit, (cum in hoc ordo *cap. 1. de censib. lib. 6.* in Episcopo non sit substantialis) à cathedrali, cuius ipse præcipuum caput est, incipiat; postea visitet Ecclesias Collegiatas, in quibus, si sibi placuerit, confirmandos ex vicinioribus Parochijs confirmabit; Parochiales, & alias quoque Ecclesias etiam commendatas, etiam equitum ordinis Hierosolymitani, ac oratoria, & Capellas intra Parochiæ limites, etiam Monasterijs vnitas, & illas, quæ his conditionibus institutæ sunt, vt Ordinarius, aliusue superior Ecclesiasticus, ne visitationis, correctionisue causa id sibi vendicare possit; alioquin nulla sit erectio, ac testatoris voluntas; nisi institutio sedis Apostol. auctoritate comprobata erit; quia tunc non visitabit, nisi negligentes fuerint illi, quibus à testatore id commissum fuerit; Hospitalia, confraternitates in Ecclesijs quoque Regularium erectas, Montes pietatis, & alia loca pia, quæ immediatè sub Regum protectione non sunt, etiam laicalia merè priuata, in ijs videlicet, quæ ad obseruandam, exequendamque piam testatorum voluntatem spectant; scholas quascunque, ac bibliothecas, & tabernas librarias; ædes, habitationesue Ecclesiasticorum, etiam si in priuatorum, laicorumque domibus degant; Ecclesiasticos denique quoscunque suæ iurisdictioni subiectos, & populum tandem separatim, nisi qualitas negotij aliud exposcat, in ijs, quæ ad forum Ecclesiasticum spectant, vbi intèdit imponere pœnam pro crimine: extraiudicialiter autem ad finem imponendæ pœnitentiæ de omni crimine inquirere poterit. Monasteria verò Monialium etiam Regularibus subiecta quoad clausuram, in vrbe, vel post perfectam clericorum populique visitationem, vel opportuniori tempore visitare poterit. Seminarium etiam cómodiori tempore, & tertio quoque mense visitabit; perfectius quidem bis quotannis videlicet in hebdomada post Paschæ, & ante vacationem, vt dicitur, studiorũ, quæ Idibus Septembris vel circa fieri solet.

Concil. Prou. 4. eod.

Conc. Prouinc. 4. eod.

Soc. sub nu. 14.

Conc. Prou. 2. tit. 2. decret. 25.

Doct. in d. c 1

Pius V. Constit. 139. Concil. Prou. 6. eod.

Expe-

Hoſt. in ſum. de cenſib. §. fin. S. Anto. d. c. 6. q. 6. d. c 1. c. cum Apoſtolus de cenſib Doct. in d. c. 1. Cald. conſ. 8. de cenſ. Pauin. p. 1. q 5. Fuſch. lib. 1. c. 4. nu 9. S. Anto. lib. 3. tit. 20. c. 6. §. de ſocietat. Conc. Prou. 4 eod. c. vt iuxta, & ibi But. de off. ord. Pauin. 1. q. 5. arg. c. in ſingulis, de ſtatu Monac. Conc. Prou. 4 eo. Conc. Prou. 4. eo. Conc. Trid. ſeſ. 24 c. 3. Rebuff. rela. à Fuſch. lib. 1. ca. 2. n. 18. c. ſi Epiſcopus.

Expedita viſitatione Ciuitatis, in qua Epiſcopus procurationem, etiam ſi Eccleſia Epiſcopatui contigua ſit, & etiam ſi domum ſuam ad prandiũ reuertatur, recipere poteſt; cum procuratio in ſignũ ſubiectionis detur; progredietur ad Eccleſias, & loca diœceſis: & ſiue in ciuitate, ſiue extra ciuitatem, caueat, ne in aliqua Eccleſia vltra quàm opus ſit, moretur, ne illa nimis grauetur, & aliarum viſitatio negligatur. Obſeruet autem in Viſitatione, quæ in Põtificali præſcripta ſunt: & confirmandos confirmet, & cõſecranda, conſecret: Ex cauſa tamen aliquid præponere, aut poſtponere poteſt.

Et vt facilius omnia ſuccedant, viſitationis negotia inter miniſtros, quos ſecum ſecundum qualitatem Eccleſię viſitandæ in vrbe aſſumere debet, diſtribuat: Extra autem ciuitatem, ſaltem Canonicum Eccleſiæ Cathedralis, ſi idoneus ſit, cum duobus alijs Sacerdotibus, ſi haberi poſſunt, huius rei vſu peritis, præter Capellanum, & Notarium habeat. Reliqua verò familia moderata, & vtilis ſit, quæ bonum exemplum præbeat, & cuius opera neceſſariò indigeat; nec ad ſummum cõputata Epiſcopi perſona plures quã decem homines ſint; & iumẽta ſeptem: poteſt verò alios etiam, ſuis tamẽ ſumptibus, ſecum ducere: Vbi autem ipſe totam Ciuitatem, & diœceſim viſitare minimè poteſt, Cathedralem ſaltem, aliaſque Eccleſias inſigniores viſitet; cæteras verò Vicario generali (illi enim hoc iure proprio haud competit) vel Viſitatoribus aſſignet; quibus victualium expenſas viſitati: cætera verò Ordinarius prouidere debent.

Nec videtur omnino damnanda opinio illorum, quia ad ſubleuanda expenſarum grauamina Viſitatores ad Eccleſias pauperes delegandos eſſe dicunt; licet indiſtinctè non ſit amplectenda, ſed forſan, quando Epiſcopus illas alias viſitauerit, illarumq; ſtatus cognitionem habet, & operam ſuam minimè neceſſariam eſſe arbitratur, & quando illæ Eccleſiæ non omnino ſunt pauperes; eo enim caſu ceſſat illa ratio, cum Epiſcopus illas ſuis ſumptibus viſitare teneatur, quando videlicet paupertas eſt euidens: Vbi ergo eſt penuria, & Eccleſia non ea eſt, quam ſuis ſumptibus Epiſcopus viſitare teneatur, neque requiratur ipſius Epiſcopi opera, tũc forſan expediens aliquando erit, Viſitatores mittere, licèt Epiſcopus nullo detineatur impedimento, & ex illis locis ad loca inſigniora, vel magis commoda confirmanda confirmandos conuocare poterit. In reiteratione autem Viſitationis, tum ipſe, tum etiam Viſitatores inferiores, illas Eccleſias, illosque Clericos, & populos viſitet, qui in priori viſitatione ab eo viſitati non fuerunt, niſi alijs viſitationis officium magis opportunum eſſe cognoſcat. Et hæc de Epiſcopo, quamuis multa ex his, & inferiori competant, & plura etiam ex illis, quæ dicentur, Epiſcopo quoque conueniant.

de offic. ord. li 6. Petr. 1. c. 17. Pauin. 1. q. 6. Doct. in d c. procurationes. Archid. in c. placuit 10. q. 1. d. c. 1. §. poſtquã de cenſ. 6.

Viſitator verò ab Epiſcopo delegatus, niſi alia forma ſibi præſcripta ſit, quam omnino ſeruare debet, priuſquàm viſitationis cauſa Eccleſiam adeat, Parochũ in Ciuitate, & Vicarium foraneum in Diœceſi, de eius aduentu certiorem faciat: reprehenſibile enim videtur, vt ſupra dictum eſt, viſitationem formalem ex improuiſo obire. Cùm verò ad viſitationem ſe confert, ſecum Notarium Clericum, & alium ad ſummum habeat, & vbi non ſunt Notarij Clerici, adhibendi ſunt duo alij Clerici ſcribentes in conſonantia; vel Notarius Apoſtolicus Laicus; Viſitanti enim ſoli non creditur; poteſt etiam, & expedit aliquando vocare ſibi Coadiutorem, Vicarium foraneum,

c. cum dilecta. de reſcript. Soc. ſub n. 3 & n. 31. Pauin. 1. q. 5. c. qualiter, & quando, de probat. Pauin. 2. q. 3. Imol. Clemſina. de ſtatu Mon.

neum, vel alium Sacerdotē illius, vel etiā alterius plebis; quando videlicet quamplura sunt negotia in illa Ecclesia expedienda: & primum ad caput plebis accedat, & ad se Vicarium foraneū pro informatione assumenda accedere iubeat: in progressu autem visitationis etiam, cum alterius plebis visitationem aggreditur, ad loca proxima, atque magis cōmoda pro ipsius plebis visitatione se conferat.

Visitāti soli non credit u. Petr. 1. cap. 3.

Parochus verò vesperè antequàm visitetur, & manè solemni campanarum sono illius aduentus signum det; quo tēpore visitationis populus frequentior sit, cum dies visitationis sit solemnis, & feriata, & ad Ecclesiā omnes conuenire debeant, ita vt censuris etiā cogi possint.

Aduentanti autem ad Ecclesiam, Parochus, aliusuè Ecclesiæ Rector, & reliqui omnes Ecclesiastici illius Parochię, Ecclesiæuè superpelliceo induti, qua debent reuerentia ad fores obuij assistant. Honorificè enim Visitator recipiendus est secundum varias regionum consuetudines.

Petr. 1. cap 3. Fusch. lib. 1. cap. 4.

c. Episcopi 7. q. 1.

Visitator autem Ecclesiam magna cum grauitate, religione, & deuotione intret; & factis ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum humiliter precibus, si manè accesserit, atque Missam non celebrauerit, horaq; congrua sit, cum sine Missa visitationem fieri minimè deceat, quæ tardius celebrari debet, recta in sacristiam proficiscatur, & inde ad celebrandam Missam secundum occurrentē diei solemnitatem ad præscriptum Kalendarij, cum oratione de Spiritu Sancto, cum Gloria in excelsis, & Credo: & dum ipse in Sacristia se ad celebrandum præparat, Notarius eius iussu literas patentes alta voce populo legat, atque publicet: si autem tempestiuum erit, Clerusq; ibi frequens sit, defunctorum animas interim absoluere poterit: hoc enim vt supra dictum est, quandocunque opportuniori sc. tempore fieri poterit, si verò ad illam actionem Clericorum numerus minor erit, domum Parochialem ingrdietur, tractaturus cū Parocho de ijs, quæ ad totam illā visitationem spectant, præcipuè de frequentioribus populi abusibus, vt de illis ipsum etiā cōcionando arguere possit. Hora igitur opportuna celebrandi, cū videlicet populus frequens erit, celebret, aut si ipse non potest, alium, vt supra, celebrare faciat: & si ipse celebrauerit, lecto Euangelio ab ipsius latere, aperto capite, nisi & ipse Episcopali dignitate fulgeat, stans ad populum sermonē habeat, vel si suggestum ascendere maluerit, depositis capsula, seu planeta, & manipulo, capite operto sedens alloquatur, vel etiā si opportunius censuerit, post Missam differat. Post autem communionem, vel si ita iudicauerit, post Missam, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum populo ministret. Peracto autem sacro, ac sacris vestibus depositis, licèt etiam ante Missam fieri possit, superpelliceo, siue, si Prælatus sit, Rocchetto & Mantelletto, vt aiunt, indutus, cum stola coloris iuxta ritum Ecclesiæ, albi, vel rubri, ad altare maius reuertens pluribus luminibus, ac intortitijs accensis, ostiolum sanctuarij aperiat, & sacrosanctam Eucharistiam ter genuflexus incenset, cantante interim Clero, *O Salutaris hostia, &c.* vel *ô sacrum cōuiuiū*: deinde extracta pixide è tabernaculo, & super corporali mundo extenso super altari posita, sanctissimum Sacramentum diligenter visitet, vt infrà dicetur; & postea in tabernaculo pixidem reponat, cantante Clero, *Tantum ergo Sacramentum, &c.* Pixide autem collocata ad gradus altaris dicat, *Dominus vobiscum*, & orationē sanctissimi

Soc. nu. 32. Soc. sub nu. 26.

Petr. 1. cap. 3.

S. Anc. lib. 3 tit. 20 cap. 6 §. de societatibus Fusch. lib. 1. Soc. nu. 28.

Petr. p. 1. c. 3.

Petr. d. c. 3.

simi Sacramenti, qua absoluta, priusquã ostiolum claudatur, iterum genuflexus sanctissimum Sacramentum ter incẽset. Extinctis postea luminibus, quatuor exceptis, sacras Reliquias visitet, easq; stãs ter incenset, canente interim Clero psallẽdam, antiphonamuè, deinde orationẽ dicat, sacris illis Reliquijs accõmodatã. Baptisterium etiam & olea sacra cũ luminibus duobus visitet. Reliquum verò visitationis superpelliceo exutus absq; luminib. prosequetur, vt infrà. Vbi autẽ à prandio illuc peruenerit, & illius loci visitatio illo eodẽ die expediri non possit, visitationi personali incũbat, vel inuentaria, indices, & alia, quæ à Parocho præparata esse debent, vt supra dictũ est, videat, & difficultates, si quæ in illis sũt, euacuare conetur: præcipuè decreta visitationum præteritarum reuisat, & quę executa non sunt, si cẽsuerit, etiã ab alijs quã à Rectore, cognoscat: inuentaria bonorum, ac supellectilium Ecclesiæ cõferat, & si fortè aliquid deerit, defectus causã cognoscat, vt infra latius dicemus. poterit etiam, si Clerus frequens erit, animas absoluere, vel pios aliquos homines audire. Vnum non prętermittam admodum Visitatoribus expediens, vt etiã à prãdio quotidie ante, vel post officium Vesperarum per dimidium horæ meditationi, vel saltem sacrorum, piorumque librorũ lectioni incumbat. Et si vna die Visitationem expedire non poterit, pluribus diebus, vt oportuerit, immoretur. Non enim verum est, quòd vna die tantũ procurãdus sit Visitator; quia, vt cõmuniter concludunt Doctores, si statim potest redire pro perfectione Visitationis, nonne melius est permanere, quandiu opus est, & ipsam Visitationem perficere? Si verò aliquis recusauerit visitari, vel procurationẽ dare, excipiẽs se exemptum, licèt offerret se id incontinenti coram ipso Visitatore probare, aut corã alio cõpetenti iudice, etiam si appellaret ad S. D. N. poterit tamen excõmunicari; quia Visitator in præiudicium sui iuris, nec exceptionem, nec probationes oblatas recipere, neq; appellationem admittere tenetur. Et hoc potest facere delegatus, si potestatẽ habet: & quando cõstat Ordinarium esse in quasi possessione; secus si contrarium constaret: in dubio autem penderet ex futuro euentu. Et Visitator eo casu debet procedere, vt pars, non autem, vt Iudex: non tamen potest excommunicare, aut interdicere ex sola allegatione exẽptionis; quia ille per huiusmodi exceptionem non diceretur spoliare Episcopũ; sed requiritur, quod visitationi resistat. Tunc enim Epis. potest vti gladio spirituali, & tẽporali: quia etiam per violentiã intrare potest, & resistentes expellere. Et cõducibilius esset, (quãdo non timeretur scandalũ) non vti censuris, sed vi ingredi. si tamen quis se excusaret, quoad procurationem, ob inopiam; eo casu, quando paupertas est euidens, non debet, nec potest cogi. Si verò nõ est euidẽs, etiã per censuras cogi potest. Sed Visitator non debet cogere, quãdo id esse verũ, probabiliter putat; secus verò, quãdo suspicatur ipsum falsò paupertatẽ allegare. Neq; excusatur Abbas, vbi Monasterio imminet cura animarũ ob paupertatem Eccles. Parochialis, quia ratione populi ad procurationem tenetur: & hoc notandum est; quia facilè occurrere potest, & mihi occurrit in facto.

Ecclesia autem dicitur pauper, quando non potest aliquem honestè, & sufficienter alere, hospitesque superuenientes recipere; & quando sibi & suis non sufficit. Hoc tamẽ arbitrio iudicis relinqui solet. Si quis verò visitationem impedire præsumpserit, est excommunicatus in Bulla cœna Domini.

Conc. Prou. 1. 20.

Archi. Ioan. Andr. & alij in d. cap. 1.

c. cum nuper de consti.

Innoc. in c. venerabilẽ de sent. excom.

Soc. nu. 16. & nu. 24.

S. Ant. d. c. 5.

Hunc articulũ latè discutit Borg. decis. 28. nu. 40. lib. 1.

Soc. nu. 20.

Fusch. lib. 2. c. 19.

Soc. nu. 28.

Butr. in c. fi. de offic. Arch.

gl. in c. clericus, 21. q. 1.

Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 165. num. 2.

CAPVT II.

Quæ præcipuè Visitator concionando populum docere debeat.

d. c. 1. §. sanè, & ibi not. de cens. 6. Visitator tenetur concionari saltem per aliũ.

CVM Visitator ipsemet, vel saltem per aliũ concionari teneatur; ideò, quæ potissimum populum docere debeat, dicendum est.

In *Concilio Bracaren. secundo*, fuit statutum, quę Episcopi visitantes docere debeant: Id quod à *Grat. in lib. decret.* registratum est. Sed quædam illorum in his regionibus nunc superflua videntur.

d. c. 5. S. Anton. verò ait prædicationem communem, & aptam ad populum esse, vel de duodecim articulis fidei, vel de septem vitijs capitalibus, vel decem Præceptis; vel de septem Sacramentis, vel de virtutibus, vel de beatitudinibus, vel de alijs materijs moralibus, prout expediens erit secundum qualitatem, & capacitatem audientium.

in opus. de regim. Archi. S. Dionys. Carthus. inquit Visitatorem populum docere debere.

1. Vt in primis decem Dei præcepta, necnon præcepta Ecclesiæ omnes scire, atque idem adimplere curent.

2. Vt odium præcipuè vitent, ac se inuicem diligant, exemplariter, atque pacificè mutuò conuersando: qui hominem odit, neque Deum, neque seipsum, neque aliquem verè, ac spiritualiter diligit; sed in damnationis est statu: cùm etiam inimicos quilibet diligere teneatur.

3. Vt mortalia semper deuitent peccata; & in cibo, potu, ac in vestimentis temperatè se habeant.

4. Vt circa suum Pastorem, ac superiores se habeant reuerenter, ac obedienter: oblationes, & decimas promptè, deuotè, fideliterque persoluant.

5. Informandi sunt coniugati qualiter inuicem se habere debeant.

6. Parentibus quid agendum circa sobolem suam, illam educando, instruendo, corripiendo, & castigando, nuptuique tradendo, vel ad spiritualia hortando.

7. Item monendi sunt Domini, quomodo cum familia, ac operarijs se gerere debeant.

8. Vt dies festiuos deuotè expendant; & crapulam vitent.

9. Vt in verbis modesti sint; cùm de omni etiam otioso verbo ratio reddenda sit.

Conc. Prou. 1. eod. *In Concilio Prouinc.* dicitur, vt Visitatores concionando studeant vehementi cohortatione ad religionem, vitæ innocentiam, pacemque & concordiam omnes adhortari.

c. oportet 8. q. 1. In hoc ego, sicut & semper Auditorum capacitatem, & qualitatem præ oculis præcipuè habendam, & simpliciter ad Dei gloriam, animarumque salutem, non autem ad pompam, vt dicitur, prædicandum censeo.

Soc. sub num. 28. Deinde frequentiores illius loci abusus considerandi sunt; & de ijs euitandis, ac de virtutibus illis aduersantibus seminandis, vehementer agendum est.

Aduertendæ sunt etiam Ecclesiæ necessitates; & eo casu populus ad illas sublenandas adhortandus est. Aliæ etiã circumstantiæ perpendendæ sunt; vt puta si

ta si frugum abundantia, vel penuria sit, & huiusmodi, vt inde, vel de benignitate, vel de iustitia Dei agendum sit; Qua occasione populus ad purè Deo seruiendum, vel saltem ad ipsum timendum excitari poterit. Non alienum etiam puto, cùm vox concionatoris præcipuè vehementis, & qui auctoritate polleat, afficere multum videatur; in concionis initio aliquid de Visitatione dicere, vt laici illam etiam ad ipsos spectare cognoscant, vtq; ad sui ipsius visitationem quilibet excitetur; atque ad cooperandum in illa actione ad Dei honorem, & ad suam, proximiq́ue vtilitatem pro viribus incumbat. Et licèt qui in quolibet loco frequentiores abusus sint, ex Vicario foraneo, Parocho, & ab alijs viris pijs, & fide dignis cognoscendum sit, tamen tanquam magis communes infrascripti, vel saltem plures ex illis ex *Pauino* colliguntur, de quibus monendus est populus.

pauin. p. 2. q. 1.

Primum. Vt omnes dies festos colant, & Vt in Ecclesia deuotè versentur.

Vt attentè, ac piè, sacrificio Missæ, diuinisq́ue officijs intersint.

Vt mulieres sint velato capite.

Vt superstitiones omnino fugiant.

Vt caueant, ne faciant abortum propter culpam inexcusabilem.

Ne parentes infantes anno ætatis non expleto secum in lecto teneant.

Vt pueros suos moneant, & corrigãt; vt à furtis, mendacijs, periurijs, à cæterisq́ue malis moribus, & conuersationibus caueant.

Ne eos magistris committant qui illos potius perdant, quam virtutibus, ac litteris instruant.

Ne iuuenes, & puellæ saltationibus, aut cantilenis lasciuis, præcipuè diebus festis inuigilent.

Ne puellæ se figmentis fucent, vt rubicundiores, vel candidiores appareant.

Ne pompa vestium, & superfluis ligaturis ac ornamentis vtantur.

Ne solæ cum viris domesticè versentur, neque cum omni genere mulierum.

Ne tempore interdicto solemnitates nuptiarum faciant.

Ne sponsi ante benedictionem à Parocho recipiendam coniungantur.

Vt autem facilius huic muneri Visitator satisfacere possit, locos aliquos cómunes visitationis tempore magis opportunos colligat, habeatq́ue, vt, exempli gratia.

Ad excitandum populum ad cultum dierum festorum.

In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis; coram Domino mundabimini, sabbatum enim requietionis est. Leuit. 16.

Ad constructionem, reparationem, & ornatum Ecclesiæ.

Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus mundare sancta, & renouare. Machab. lib. 1. c. 4.

Et rursus, *& cogitauit de altari holocaustorum*, & reliqua.

Et ornauerunt faciem templi coronis aureis, & scutulis, &c. *Et facta est lætitia in populo magna valdè: & auersum est opprobrium gentium.*

Ad soluendas decimas integras.

Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea; & probate me super hoc dicit Dominus. si non apperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam, &c. Malachi. cap. 13.

Hæc autem omnia, videlicet accessum Visitatoris, receptionem, Missæ celebrationem, concionem, &c. breuiter Notarius describat hoc pacto.

1593. die 3. Martij.

Multum. R. D. N. Visitator delegatus à Reuerendißimo Domino, &c. *vt literis*

teris patentibus datis Mediolani die, &c. patet, accessit ad Ecclesiam Præposituralem, Collegiatam, ac Parochialem S. N. caput plebis, quæ alias visitata fuit per præfatum Reuerendissimum D. Archiepiscopum die &c. & per R.D.N. die &c. vt ex ipsis visitationibus in Archiuio Archiepiscopali existentibus patet: in qua quidem Ecclesia præfatus R. D. Visitator fuit ab infrascriptis RR. D. Præposito, & Canonicis reuerenter receptus, & facta oratione D. O. M. genibus flexis ante altare maius, in Sacristiam pro Missæ præparatione accessit, interim, vt ipsius facultas, & auctoritas ad omnium notitiam facilius deueniret, & ne quis huius rei ignorantiam prætendere posset, eius literæ patentes perme Notarium infrascriptum, mandato & iussu ipsius D. Visitatoris alta voce ibidem lectæ, & publicatæ fuerunt, præsentibus RR. D. Præposito, Canonico, & alijs pluribus de Clero, & Populo: & Missa de Spiritu Sancto celebrata, & concione habita, accessit ad visitandum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. circa quod inquisiuit, mihiq; scribendum mandauit, vt infra.

CAPVT III.

Quæ præcipuè videnda, ac perquirenda in Visitatione materiali, & à Notario scribenda.

Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentū.
- An assiduè asseruetur, & vbi.
- An in hostia magna, vel in particulis.
- Quot reperiantur particulæ.
- Quando renouetur Sacramentum.
- Quando hostiq, & particulæ.
- Pixidis purgatio, quando & quomodo fiat.
- A quo conficiantur hostiæ, & particulæ, & cuius expensis comparentur.
- Vbi, & qualiter asseruentur.

Hæc & alia inferius scripta separatim à Rectore perquirenda.

An processio fiat tertia qualibet dominica, & quomodo eundo, & redeūdo.

Expositio quando, & quare fiat.

Et quomodo reponatur.

An custodia in hebdomada Sancta ad præscriptum *Conc. 6.* vbi, quomodo, & cuius expensis.

An honorificè, & deuotè ad ægrotos deferatur.

An etiam tempore Paschatis ad alios domi detentos.

Tabernaculū
- Quale videlicet, quæ materia, & quæ forma, & quis ornatus, & an serico introuestitum.
- An in summitate imago Christi resurgentis, vel pectus vulneratum exhibentis, vel Crux parua quæ amoueri non possit.
- Ostiolum eius quale, in qua parte

Tabernaculũ
- parte, quomodo munitum, & an facile aperiatur.
- Clauis qualis: An ab alijs seiuncta, & quomodo custodiatur, & an plures, vbi plures sunt Parochi.
- Vbi, & quomodo collocatum, & an firmiter hæreat.
- An, & quomodo tectum: an sit integumentum, quod baldachinum appellatur, an conopeum, & quale.
- An in ipso, vel sub ipso aliquid aliud retineatur.
- An sit benedictum, à quo, & quando.

Lãpas
- An iugiter è regione ardeat lampas, vel cereus, & cuius expensis.
- An lumen oleo oliuarum nutriatur.
- Quot lampades ardeãt diebus festis, & solemnioribus, & quot cerei.
- An lampas ex aurichalco sit.
- An ex alia materia, & an nitida sit.
- An singulis hebdomadis expurgetur, & à quo.
- An in lampade aliquid curiosum immisceatur.
- An lampadariũ sit, & quale.

Tabernaculum gestatorium, pixides, & alia sint, prout in indice eorum, quæ ad vsum, & ad administrationem sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti pertinent.

- Vbi, & quomodo asseruentur.
- Vascula, Armaria, Vela } qualia.
- Expositio, & ostẽsio, quando, & quomodo fiat.
- Claues quot, & quales, & penes quos.

Sacræ Reliquiæ
- An sit aliqua historia Sanctorum, quorum reliquiæ insignes ibi sunt, & an publicè legatur.
- An festus dies Sancti, cuius reliquiæ insignes sunt, solemnis agatur. Recognitio earum, & vnde translatæ sint, & quomodo ibi collocatæ; & an aliquæ absq; Episcopi facultate, vel consensu additæ.

An ad ægrotos exportentur.

Baptisteriũ
- Quale, videlicet, quæ materia, quæ forma, & quis ornatus Baptisterij, & ciborij, & an tabella ad os eius.
- Vbi est situm, an in capella, & in loco ad præscriptum.
- An conopæo tectum.
- An clathris septum.
- Olea sacra, an noua; & sufficientia, & à sordibus expurgata.
- An vetera comburantur.
- An decenter asseruata.
- An in vasculis ad præscriptum, quæ sint duplicata.
- An cotyla è corio, intus serico vestita.
- An sacculus albus ex serico.
- An aqua baptismalis pura, & munda, & quando, & quomodo deferatur, & an in vase reponatur.
- An vasculum sit ad deferendam aquam baptismalem.
- An sacrarium sera, & claue munitum.
- An baptizandi ante nonum diem deferantur.

Oleum sacrum pro infirmis.

An nouum, & sufficiens, & à sordibus expurgatum.

An seruetur in vase ad præscriptum in fenestra à parte Euangelij in capella maiori, vel si ibi sint sacræ reliquiæ à parte Epistolæ.

An fenestra sit tabulis, & serico intus circumsepta, & ornata, & an sera, & claue munita.

An clauis à Parocho custodiatur, & vbi.

An sit aliud vas simile ad afferendum.

An olea ita accommodata sint, vt translatione minimè effundi possint.

Vnde assumatur, & an cũ Clero Parochiæ, & quomodo.

An verus comburatur, & in sacrarium proijciatur.

An etiam bombyx.

An vas in cotyla à corio intus serico vestita asseruetur.

An sit sacculus sericus violaceus cum cordulis longis.

Et visitatio hæc semper hoc in loco describatur, licet differatur, vt quando ex aliqua causa oleum seruatur in domo Parochi.

Sacrarium. Quale, vbi, & an sit sera, & claue munitum.

Quę sit eius forma, an videlicet ad instar crucis, vel rotũda.

Quo in loco sita.

Cuius longitudinis, latitudinis, & altitudinis.

An populi capax.

Tectum an laqueatum, & bene sarctum.

Ecclesiæ

Parietes an sint rimis, an incrustati, & an picti.

An parietibus Ecclesiæ sit annexa domus alicuius particularis.

An locus, etiam ipsius Ecclesiæ, ad vsum sordidum.

Pauimentũ an integrum, an lateritium, an marmoreum, vel cæmentario opere factum.

An solo æquatum, an ad illius ingressum ascendatur, vel descendatur, & qua altitudine.

An de fundatione constet.

An sit consecrata, & an ipsius consecrationis dies festus agatur.

An in ea celebretur.

An sit libera, vel iurispatronatus.

Quot Capellas, & altaria habeat.

An munda, & nitida sit.

An in ea aliquid prophanũ retineatur.

An imagines, & sculpturæ veritati scripturarum, traditionumuè Ecclesiasticarum adsentiantur.

An in eis effingendis sit aliquid irreligiosum, inhonestum, falsum, aut non rectè factũ, & absque recognitione, & facultate Præfecti.

An portentur aues, & ducantur caniculi ad Ecclesiam, quod non licet.

De Capella maiori.

Vbi, an videlicet in eminentiori loco, in capite Ecclesiæ.

Et ad Orientem versus sita sit.

Longitudo, altitudo, & latitudo.

An sit fornicata.

An ornata, vel sculptura, vel pictura.

Paui-

Pauimentum eius an altius solo, & quantum.

Gradus ad eius ascensum quot & quales.

Clathra an ferrea, & qualia.

An imago Crucifixi sub arcu decenti, vel vbi.

Chorus si sit, vbi, & qualis.

Fenestræ quot, quales, vbi, & quomodo munitæ.

An fenestra, seu locus pro vrceolis, & vbi.

An clauus pro appendendo bireto celebrantis, & vbi.

De Altari maiori.

An lateritium, vel ligneum,
Latitudo, longitudo, & altitudo eius.
Gradus quot, & quales.
Bradella qualis.

Spatium { à pariete / à clathris } quantum.

Mensa qualis, & an consecrata tota; si consecrata an tela creata cooperta, & vbi non consecrata, an sit mensa lignea, & in ea petra sacrata inserta ita, vt vix digito dignoscatur, & ne ab altaris fronte vltra sex vncias disten.

An petra sacra longa, & lata ad præscriptum.
Telare an sit, & quale.
Gradus pro candelabris, vbi opus est.
Vmbella, seu baldachinum.
Mappæ quot, & quales,

Tela, Crucifixus, candelabra, tabella secretorum cum coronicibus, ac reliqua suppellectilia, vt in indice proprio.
Redditus distincti, & vnde.
Onera distincta.
Quis oneribus satisfaciat.
A quo tempore.
Cum qua facultate.
Et an plenè satisfaciat.
Schola Sacramenti an sit, de qua in loco suo.

De Capellis, & Altaribus minoribus.

Titulus, forma, redditus, & onera eorum, &c. vt supra.

An sine permissu Episcopi ædificata sint.

Ostia {
- Quot.
- Qualia.
- Vbi.
- Ad quos vsus.
- Quomodo munita, & tuta.
- Quorum valuæ quales.

Fenestræ {
- Quot.
- Quales.
- Vbi.
- Quomodo munitæ.

Campanile {
- Quale.
- Situs eius, & vbi eius ostium.
- Campanæ quot, quales, & à quo pulsentur; cuius expēsis campanæ, & funes comparentur, restaurenturue.
- An ita accomodatum sit, vt ascendi possit.
- An sit Horologium.
- An crux in eius summitate.
- An fiant pulsationes congruentes secundum decentiam horarum, & distantiam populorum, maximè in diebus solemnibus.
- An inseruiat ad vsū profanū.

Labrum aquæ benedictæ {
- Quot, quale, & vbi.
- An aspergillum decens catenula appensum.

Suggestus {
- Qualis.
- Vbi.
- A firmus.
- Cuius expensis.

Organum {
- Quale.
- Vbi.
- Cuius expensis manuteneatur.
- A quo pulsetur, & cui' expēsis.
- Quando vsui sit.
- Quis sit subleuans folles, & cuius expensis conducatur.

Confessionalia
- Quot.
- Qualia.
- Vbi.
- An sit fenestella cum lamina, & tela, vel saltem burato ad præscriptum.
- An imagines sacræ, quot, & quæ.
- An tabellæ etiam affixæ ad præscriptum.

Sedilia muliebria
- Quot.
- Qualia.
- Cuius expensis confecta.

Sepulturæ.
- Quot.
- Quales, & an duplici integumento opertæ.
- Vbi.
- Quorum sint.

Capsæ, abaciuè eleemosynarũ & incertorum
- Quot
- Quo loco.
- A quibus & quomodo } curentur.
- Eleemosynæ quomodo distribuantur.
- Res incertæ, quãdo & Quomodo } distrahãtur.

Vas oleorum pro lampade.
- Quale.
- Vbi.

Sacristia.
- Vbi.
- Forma eius.
- Fenestræ quot, & quomodo tutæ.
- Antiporta.
- Altare, siue armarium ad altaris instar, cum mappa, cruce, & candelabris duobus: apud quod celebraturi induantur.
- Oratorium cum scabello, imagine sacra, & tabella orationum pro Missa cum coronicibus.
- Vas aquarium, quale, & vbi.
- Linteum candidum.
- Vas pro lauandis purificatorijs, & corporalibus.
- Armarium pro paramentis quot, & quale.
- Redditus ordinarij & extraordinarij.
- Suppellex, vt in indice.
- Custos quis sit.

Atriũ, Porticus vel vestibulum.
- An sit.
- An decens,
- An immunitate gaudeat.
- An in eo profana exerceantur.
- An candelæ vendantur.
- An sit aliqua ex parte vsurpatũ.
- An sit mundum.

Circa Ecclesiam an immunditiæ sint.

Cœmeterium.
- Quale, videlicet an oblongum, vel quadratum, & an amplum, Vbi.
- An muro circumseptum, & qua altitudine.
- An in eo crux constituta, & integumento operta.
- An Capella, & Vas aquæ benedictæ cum aspersorio non appenso.
- An ostia tria.
- An Carnerium.
- An sine arboribus, & alijs huius generis.
- An transitus, & per quos.
- An sordes in illud proijciantur, & à quibus.

Fabrica Ecclesiæ
- An sint, ad quos cura spectet ex aliqua dispositione, vel consuetudine.
- An fabrica negligatur.
- An expẽsæ fiãt ad propriũ, & ad vtiliorem vsum.
- Et describantur onera ipsius fabricæ.

An

Aedes parochiales & Canonicales

- An sint propriæ Ecclesiæ,
- Quot locis constent, & quales sint.
- An sint proximæ Ecclesiæ, & tunc,
- An immunitate gaudeant,
- An habitentur à Parocho,
- An etiam ab alijs, & an à laicis, & à quibus.
- An in illis iudicia secularia exerceantur.
- Ostium, an vnicũ, vel plura,
- An prospectus in eas, & vnde.
- An restaurandæ.
- An impensę fiant pro modo reddituum, & præbẽdarũ.
- Claues canonicæ penes quẽ noctu custodiantur.

Archiuiũ.

- Vbi.
- Quale.
- Quomodo clausum, & penes quos sint claues.
- An, & quot Archiuistæ constituti.
- An, & quomodo mutẽtur.
- An ab omnibus illius plebis, vel Collegiatæ, vel Parochiæ delatæ sint scripturæ ad Ecclesiam suam spectantes.
- An deferantur intra sex menses.
- An custodiantur periculo Archiuistarum.

- Qualis, & vbi.
- An libri ordine, vel aceruatim dispositi sint.
- An benè, & fideliter custodiantur.
- An reconcinnentur, & instaurentur.

Bibliotheca.

- An iudex certo loco in perpetuum asseruetur.
- Quis sit bibliothecarius, & à quo deputatus.
- Quæ ratio inita sit pro librorum Ecclesiasticorum copia augenda.

Præbẽdæ.

- Quot.
- Sub quibus titulis
- Et earum redditus, & onera.

vt in indice.

Parochia.

- Quomodo distincta, an videlicet familijs, vel certis terminis.
- An extendatur extra Ciuitatem, vel oppidum.
- Eius fines, vt in indice.
- An Parochus sufficiat pro Sacramentorum administratione.
- Quot animæ in Parochia sint, videlicet à communione in Ciuitate. n.
- Extra Ciuitatem. n.
- In totum in Ciuitate. n.
- Extra Ciuitatem. n.
- An aliquod flumen, vel aliud impedimentum sit, cuius causa impediatur Parochus, ne Sacramenta aliquando ministrare possit,

Monasteria, Ecclesiæ, oratoria, hospitalia, loca pia, &c. vt in proprijs indicibus.

Vlterius in Ecclesiæ Præposituralis, vel aliàs capitis plebis visitatione, vel in fine totius plebis visitationis describendæ sunt Ecclesiæ, personæ Ecclesiasticæ, circuitus totius plebis.

Distantia locorum plebis, atque plebes finitimæ, exempli causa.

In Plebe Corbettæ sunt
- Præposituralis collegiata vnica.
- Præbendæ nouem.
- Canonicatus verò duodecim.
- Ecclesiæ Parochiales. n. 17.
- Portiones verò. n. 19.
- Ecclesia commendata. n. 1.
- Monasteria Regularium. n. 3.
- Ecclesiæ simplices. n. 18.
- Oratoria. n. 27.
- Sacerdotes. n. 37.
- Clerici tonsurati. n. 8.
- In habitu inseruientes. n. 15.
- Dignitates. n. 2.
- Sacræ Theologiæ Doctores. n. 2.
- Circuitus plebis milliaria. 20.

Distantia Parochialium etiam ab vrbe, & à capite plebis.

Corbetta à Mediolano mil. 13.

Mazenta à Corbetta mil. vno cum dimidio, à Mediolano 14.

2. Mercallum à Mazenta mil. vno, à Corbetta 2. à Mediolano 15.

Mesarum à Mercallo mil. vno, à Corbetta 3. à Mediolano 16.

Bernatum à Mesano mil. 2. à Corbetta 4. à Mediolano 18. Et sic de alijs.

Plebes finitimæ
- Ab Oriente, Cessani, & Neruiani.
- A Ponente, Ticini Buffaloræ.
- A Meridie, Rosati, & Abbiati grassi.
- A Septentrione, Legnani, & Dayraghi.

CAPVT IV.

Quæ potissimum à Visitatore in visitatione materiali præstanda sunt.

IN primis iuxta ordinem eorum, quæ ab Ecclesiæ Præfecto præparanda diximus circa Ecclesiæ, Oratorij, Capellæue fundationem diligenter videndum est, quando Ecclesia fundata sit, à quo, & an cum consensu Episcopi, qui in antiquis præsumitur interessisse, quando Ecclesia est decens, & ad præscriptū fabricata: nam si aliter esset, contrarium esset præsumendum, nisi ab Episcopo visitata fuisset, ab eoque in illa visitatione ordinationes factæ essent, in quibus nihil de Ecclesiæ demolitione diceretur, quia tunc videretur consensum præstitisse: vbi verò semel, & iterum etiam visitasset, & nullum confeciſſet decretum, vel saltem non appareret, & Ecclesia alijs quoque indigeret, ex hoc non arbitror ipsam fuisse approbatam, quia ex decretis ostenditur voluntas Visitatoris: quæ si aliqua ex causa facta non fuerint, vel omissa sint, voluntas, & consensus Visitatoris apparere non potest. In dubio autem, si ibi publicè celebratur, præsumitur approbata.

Faciunt. not per Archid. in c. a nemo, de consec. dist. 1. & per Alex. cons. 101 sub nu. 5. lib. 7.

Videantur etiam, an aliqua sit conditio in fundatione, quæ adimplenda sit & legitima fuerit, eam omnino adimpleri studeant: sic etiam de erectione collegiatæ, vel curæ, & de dote Ecclesiæ, licèt

licèt ob antiquorum in Curiam, vel ob temporum iniuriam raræ sint scripturæ antiquæ Ecclesiarum.

Circa Ecclesiæ consecrationẽ, dedicationemuè, cognoscat Visitator, per quẽ facta sit, & quo tempore, &, vbi constat, si in Ecclesia monumentum publicũ non sit, apponi curet, & si dies incertus sit, diem præscriptum statuat, & vt dies ille festus, & solemnis agatur, decernat; Parochoque aliquè Ecclesiæ Præfecto mãdet, vt id in librum Parochialem, siue actorum Eccl referat. De consecratione verò Ecclesię, vel altaris, si dubitatur debet cõsecrari, & si motum fuerit altare, Ecclesia iterum consecranda est, si verò moti sunt parietes tantùm, solùm est reconcilianda.

c. Eccle-siæ cap. si motũ de con-sec. dist. 1.

Quoad statuta verò in Ecclesijs collegiatis, videat à quo condita fuerint, & an sint cõfirmata, & à quo, & an inita a ipsa statuta, vel in ipsis contenta, & an Canonibus, & concilijs consona, & præcipuè an sint, quę Simoniam sapiant, vel in præiudicium tertij confecta. Num etiã aliqua sint, quæ non obseruentur, & si non obseruantur, an prius illæ sublata fuerint, & an periuri sint Canonici. Et vbi aliqua statuta minus legitima sint, Visitator deputet duos de capitulo, si idonei sint, vel alios, qui ea reforment, & ad ipsum deinde afferant recognoscenda, & postremo ad Ordinarium, vel ad S.D N. confirmanda, si confirmatione opus sit. In primis autem curet, vt periurij occasio tollatur.

Circa priuilegia Visitator videat, à quo, & quando concessa sint: & an illis per Sac. Conc. Trid. per quod plura sublata sunt, per Pontificia suè sanctiones, vel aliter derogatum sit, an ad tẽpus cõcessa sint, an vltra concessionis causam extendantur. Nam priuilegium strictè intelligendum, & ad eius causam limitatam restringendum est, & an causa expressa, vel tacita cesset: an per abusum, vel per non vsum, quando respicit fauorem personarum illius Ecclesiæ, priuilegium amissum sit: Nam quando Ecclesię fauorem respicit, tunc priuilegium minimè amittitur.

Abb. & alij in c. cum ordinẽ de rese.

c. cum accessissent, de constit.

Quoad consuetudines, & ritus potissimum videat, & cognoscat, an sint rationabiles. Consuetudo enim irrationabilis corruptela, non autem cõsuetudo dicitur: an sint præscriptæ, & quæ contra canones sunt, an supra hominum memoriam, vel saltem vltra quadraginta annos introductæ; an à Sac. Conc. Trid. vel alio iure reprobatæ sint: an sint onerosæ Ecclesiæ, quia tunc remouẽdæ sunt, quando sunt multum onerosæ, nisi vltra hominũ memoriam introductæ sint. An consuetudo sit certa, vel dubia: nam quæ dubia est, non est quasi consuetudo obseruanda, donec declaratum fuerit esse certam consuetudinem: & rationabilis consuetudinis transgressores tanquam legis præuaricatores puniendi sunt.

c. 1. & c. fin de consuet.

c. fin. de cõsuet. & ibi Dec.

Turrecrema. in c. in his dist. 11. d. c. in his.

Sacras verò reliquias recognoscere Visitator debet, & si de recognitione aliàs diligenter facta constet, videat ex collatione inuentariorum, an aliquæ sublatę, vel additæ sint, & qua facultate. Et vbi hoc in genere delictum inuenerit, delinquentes grauiter mulctet, puniatuè: Et si eos nesciuerit, clauium custodes, quos etiam mulctare debet, nisi ipsas decenter, ac tutò iuxta facultates Ecclesiæ asseruauerint.

Cætera de sacris reliquijs supra dicta sunt.

De indulgentijs autem; In primis eas Visitator recognoscat, & an expirauerint, vel reuocatæ fuerint, accuratè videat, & an à deputatis vigore Sac. Conc. Trid. recognitæ fuerint, & an in proprio eiusdẽ generis codice, vel in tabella exscriptæ

scriptæ sint, & eius exemplar in archiuio, vel in sacristia asseruetur. An de Ordinarij facultate promulgentur. Literæ indulgentiarum vbi affigantur: capsa, in quam eleemosyna fidelium conijcitur, vbi ponatur. Eleemosyna, quę eo nomine offertur, per quos colligatur, & cui attribuatur.

Circa suppellectilem Ecclesiasticam videat, an sit ad præscriptum instructionum, quoad numerum, formam, & nitorem; præsertim verò in Ecclesijs Parochialibus, vt omnino sit qualis in Synodo vndecima præscripta est, alioquin mulctetur Rector, vt ibi dicitur. An decenter asseruetur, & ne permittat, vt in ædibus etiam Rectorum Ecclesiarum asseruetur, nisi necessitas aliter fieri coëgerit, & tunc facultate scripta ab ipso impetrata ad tempus, ita tamen, vt in armario decenti, & in loco saltem cancellis distincto, & à domestico vsu separato teneatur. Nec etiam permittat eam per manus Laicorum contrectari etiam sub velamine custodię. Cognoscat etiam an vestes, & alia, quæ benedicenda sunt, fuerint benedicta, & à quo: quod in libro Parochiali describendum foret. De corporalibus, purificatorijs, calicibus, & alijs huiusmodi, si minus dicenda sint, mox dicetur.

Syn. 11. §5.

Petr. p. 2. c. 5.

In Actis. De forma autem, & de numero suppellectilis habetur plenè *in instruct. suppell. Eccles.*

Circa libros Eccl. videlicet Missalia, & alios, quicunq; sint, videat, quomodo decẽtes sint, & quomodo asseruẽtur. Et si ex auaritia, vel negligẽcia Rectoris, alteriusue titularis ipsos neglectos viderit, in eũ animadertat, & vt diligẽter custodiãtur, prouideat. Cõferat indices veteres, & cognoscat, an aliquis desit, & cuius culpa id factum sit, intelligat: & vt inueniatur, restituaturque, decernat.

Curet etiam, quando amplius vsui in Ecclesia esse non possint, ne in aliquem sordidum vsum, si sacri sint, vertantur; sed vt comburantur, eorumque cineres in sacrarium proijciantur. Libri verò in quibuscunque Ecclesijs requisiti, describuntur *in instr suppel. Eccl.* In Actis.

Quod attinet ad dies festos, & solemnitates proprias, præsertim quando etiá concursus exterorum est, & abusus plurimi esse solent illis diebus ratione illarum solemnitatum, videat Visitator librum Parochialem, in quo descripti sint dies illi festi, & abusus, qui eo tempore committi solent, eosque omnino euitari curet, præsertim commessationes, & tripudia, & si opus sit, agat cũ Syndicis, & alijs maioribus de populo. Et quando abusus essent graues, potius ab illis solemnitatibus cessandum esset, si aliter remoueri non possent, quàm illas profanè, & cum animarum detrimẽto, celebrare. Et non solùm incumbat in hoc, vt abusus tollantur: sed vt etiam religiosè, & piè colantur festa; cùm pro nominis Dei sanctificatione sint introducta.

Regi. nal. de reform. Ang. de. cret. 1 §. Vt in solemnitatibus.

Fusth. lib. 2. c. 3. n. 29.

CAPVT V.

De libris à Parochis conficiendis, & comparandis.

CIRCA libros à Parochis conficiendos, qui præcipuè sunt, status animarum, Baptizatorum, Cõfirmatorum, Matrimonio coniunctorum, infirmorũ, & de-

& defunctorũ; Item alius (& hic requiritur etiam ab alijs Ecclesiæ præfectis) in quo tũ ipse Parochus, tũ etiam alij, in ea Ecclesia celebrantes dietim, ac ordine scribere debent se celebrasse, & ab Ecclesiæ præfecto subscribendũ est, & vbi in hoc erratũ est, mulctandus est præfectus, & sacerdos nõ subscribeus ad præscriptũ Conc. Item expediens admodũ est, vt in Collegiatis, & Parochijs præcipuè sit liber bene compactus, in quo describãtur Eccl. fundationis, & cõsecrationis monumenta testificationesuè, bona, iura, & cætera omnia, quæ ratione ipsius Ecclesiæ, vel Parochiæ in visitatione requirũtur, vt supra in præparatorijs dictũ est, Itẽ alia notabilia, vt quando Epis. dictæ Eccles. visitauit; quando in ea confirmationis Sacramentũ ministrauit quando aliquid Eccl. si e legatũ, donatumuè fuit; quando ipse Rector vel Eccclesiæ præfectus beneficiũ officiumuè habuit, & plura alia huiusmodi: Et hæc omnia distinctè. Circa (inquam) hos libros Visitator inprimis videat, an liber status animarum sit ad præscriptũ instructionis, ita vt ex eo Parochus singularum animarum curæ suæ commissarum cognitionem facilè habere possit; Et vbi in hoc eum defecisse cognouerit, ipsum arbitrio suo mulctet; sicut etiam, vbi in alijs libris à præscripta formula recesserit. Deinde alios suprascriptos libros inspiciat: & si codices benè compacti, & decentes non fuerint, infra breue tempus alios bene compactos, & decentes comparari iubeat, etiam pœna appposita. Et aduertat ne Parochus quicquam aliud in ipsis describat; sed ea tantum, quæ ad rem faciunt. Et illa ordine, præcipuè in libris baptizatorum, & matrimonio iunctorum; qui quando ordinatè scripti sunt publici sunt, & probant: quia à Sacro Concilio Tridentino sunt præscripti; & alij etiam quia à Concilio Prouinciali sunt ordinati in hac prouincia publici sunt. Ad maiorem tamen authoritatem omnibus huiusmodi libris præstandam describendi essent testes: & vbi sũt horologia, in libro baptizatorũ, addenda esset hora natiuitatis, *secundum Rebuff.* Sed & nõ vbi sint horologia possent scribi circa horam tertiam vel sextam; & in testes possunt adduci aliqui notabiles; & postea addi cum alijs pluribus, si fuerint præsentes. Et in libro defunctorum poterit scribi, quando mortuus est, quando sepultus, & in qua parte Ecclesiæ, & qua pompa funeris, & qua hora. Sic etiam eadem ratione, in libris confirmatorum, & matrimonio iunctorum describenda esset hora: non tamen est mulctandus, neque redarguendus Parochus, si horam non apposuerit, neque testes scripserit, præterquam in libro matrimonio iunctorum. Qui verò id præstiterit in hoc laudandus erit. Intelligat præterea Visitator, an Parochus vllum testificationum genus libris suis Parochialibus descriptũ, cuiquam tradat sine Episcopi concessu, nisi aliquod, quo petenti testificatio fiat de eius ætate, vel natalibus: Et si illũ in hoc peccasse cognouerit, ipsum vel moneat, vel mulctet arbitrio suo. Et, vt Visitator facilius perspiciat, an libri ad præscriptum sint, formulas describendas esse duxi.

Concil. Prou. 4. de lacr. miss. §. in vna quaque.

Synod. 11.

Borgn. decis. 12. sub n. 13. tom. 2.

Rebuff. in tract. de Regist. seu lib. baptis. & sepult. Fusch. lib. 2. cap. 3. Rebuff. vbi supra.

Forma status animarum.

Nella contrada del Maino.

Nella casa di M. Francesco delli Amici habita Co. Ch. Gio. Antonio di Piatti d' anni 50. barbiero.

Co. Ch Margarita sua moglie d' anni 45.

X. Co. Francesco suo figliuolo d' anni 22. sartore.

X. Co. Antonia sua figliuola d' anni 18.

Dionisio figliuolo di Francesco d' anni 4.
Co. Ch. *Gregorio fratello di Gio Antonio sodetto d' anni 43. legnamaro.*
X. Ch. *Anna sua figliuola d'anni 10.*
X. Co. *Pietro de Porri d' anni 16. seruo.*

Formula Baptismi ita describitur.

Adi primo di Febraro 1592. à hore 15. è stato battezzato da me P. Nicolò Beni Curato di S. Paolo, vel si aliàs scripserit, Curato soprascritto vn puttino, il quale nacque alli 28. di Genaro prossimo alle 20. hore in circa, figliuolo d' Andrea Longo, è di Caterina Bibiana consorti habitanti nella mia Parochia nella contrada de Specchij, è gli è stato posto nome Luc' Antonio Longo. Compare è stato Alessandro figliuolo già di Giacomo Soleri della Parochia di S. Gioãni sopra il muro; è Commare è stata Maria Seuerina moglie già di Tomaso Serasino della mia Parochia, presenti Gioanni Bellone mio Chierico, Gio. Battista Lazerini, è mol' altri.

Non tamen, vt supra dixi, necessariò scribenda est hora baptismi, & natiuitatis, neque addenda sunt nomina testiũ.

Et si ab alio quàm à Parocho baptizatus fuerit, scribatur etiam de cuius mandato, vel facultate. Et vbi dubium erit, an infans baptizatus fuerit, scribat Parochus fuisse baptizatum cum conditione, si es baptizatus, &c. & sic de exposito, scribat infantẽ expositum fuisse baptizatum.

Sic etiam potest scribi liber confirmatorum omissis omittendis: addendus tamen est locus, in quo quis confirmatus fuit.

Formula Matrimonio iunctorum.

Adi 5. Luglio 1592. hora 13.
Fatte le tre publicationi nelli tre giorni di festa, cioè 23. 25. & vltimo di Giugno nella Messa Parochiale, alla presenza sempre d' vna gran parte del populo della mia Parochia, è non essendosi scoperto alcuno impedimento frà Gioanni figliuolo d' Agostino de Seuoli della Parochia di S. Martino in Compito, & Lodouica figliuola d' Aleffandro Vanni della mia Parochia, è stato celebrato questa mattina nella mia Chiesa frà essi il Matrimonio per parole de presenti all' interrogatione di me P. Aluigi Bonello Curato di S. Pietro alla Vigna (vel, Curato soprascritto) presenti il Sig. Pietro Bãdi, il Sig. Giulio figliuolo del Sig. Gio. Maria Castiglione, il Sig. Carlo figliuolo del Signor Giouanni Basso, è mol' altri huomini, è donne. Gioãni Seuoli. Lodouica. Vanna.

Vbi verò denunciationes prætermittuntur, scribendum est, hoc pacto.

Vsatasi la debita diligenza per intendere, se vi fosse alcuno legitimo impedimẽto per il Matrimonio, che voleuano contrahere il Sig. Giulio Rauerti figliuolo del già Sig. Marc' Antonio, è la Signora Anna Visconti figliuola del Sig. Nicolò tutti duoi della mia Parochia, ne essendosi scoperto alcuno legitimo impedimento, è stato celebrato questa mattina nella mia Chiesa il Matrimonio frà essi, pretermesse le denũciationi solite d' ordine di Monsig. Reuerẽdissimo Vescouo, per parole de presenti all' interrogatione di me, &c. vt sup.

Facultas autem concessa prætermittendi denunciationes est registrata infra. ipsa verò habetur in filo cum aliis.

Vbi verò vnica tãtùm fit publicatio, ita describendum est.

Adi 8. di Maggio 1592. hora 12.
Fatta vna sola publicatione in giorno di festa, che fù alli 3. del presente, nella mia Messa Parochiale, alla quale erano presenti molti della mia Parochia, & altri, è pretermesse l' altre di ordine di Monsig.

Vica-

Vicario generale in absenza di Monsig. Reuerendiss. Vescouo, & non essendosi inteso esserui impedimento, &c. vt supra.

L' altre publicationi furono poi fatte alli 24. & alli 29. di Giugno nella Messa, come di sop.

Facultas autē permittendi denunciationes est registrata *infra*. Ipsa verò habetur in filo cum alijs huiusmodi facultatibus.

Concil. Prou. 1. quæ ad Sacra. Matr. Et si alius Sacerdos ex facultate Episcopi, vel Parochi Matrimonio contrahendo intererit: exemplum illius facultatis in libro describatur: ita etiam de Coadiutore Parochi in libro de Matrimonijs scribat Parochus illius nomen, & cognomen, diemque, mensem, & annum notet, quo ille Parochialis curæ Coadiutor adiunctus est, facultatemque Matrimonia celebrandi, ab Episcopo, vel ab ipso consecutus est. Concil. Prou. 3. de ijs, quæ ad Matr.

Formula libri defunctorum.

Adi 22 di Febraro 1593.

Il R. S. Gieronimo Castiglione della mia Parohcia è morto questa notte passata à hore sette, è meza; Fù cōfessato da me P. Gio. Antōio Curato soprascritto alli 17. & alli 20. del presēte mese, cōmunicato alli 18. hebbe l'estrema vntione; alli 20. fu sepolto nella Chiesa Collegiata di S. Ambrosio nella sepoltura de suoi maggiori, appresso alla Capella di S. Alessandro; v' interuennero il capitolo di S. Ambrosio, 24. altri Sacerdoti seculari, & li Frati di S. Angelo, presenti il Sig. Paolo Clerici, il Sig. Camillo Guida, è moli' altri huomini, è donne. Hieronimo. Castiglione.

Vlterius alij libri conficiendi sunt à Parochis, videlicet, de distributione eleemosynarum, de votis, & consuetudinibus pijs, & liber formularum de denuntiationibus dierum festorum, &c. de quibus habetur. *in instr. sup. Eccles.* In Act.

Alios verò libros Parochus habere debet, præter illos, qui Ecclesiæ sunt, atque successoribus debentur; vt sunt Breuiaria, Psalteria, Sacramentalia, Pontificale, & alij, de quibus, vt supra diximus, *in libro Instru. sup. Eccles.* Et hi sunt testamentum vetus, & nouum, Conc. Triden. & Conc. Prouin. & Diœc. Catechismus Romanus ad Parochos, conciones R. F. Ludouici Granaten. vel aliud homiliarium ab Episcopo delectum, vel deligendum, Summa Antonina, vel alia ab Episcopo præscripta, vel præscribenda: & in hoc genere præcipuè probari vidētur summæ Mart. Nauar. & Francisci Victoriæ. In Act. Concil. Prou. 1. eo. Synod. 11. Fusch. lib. 1. c. 23. sub nu. 3. & lib. 2. c. 13. n. 18.

Piarum institutionum Thesaurus.

Regula doctrinæ Christianæ. Syno. 11.

Alij etiam arbitrio Episcopi præsertim ad Euangeliorum, & Epistolarum explicationem.

Hortandi etiam sunt Parochi, vt in lectione Pastoralis S. Gregorij, & S. Io. Chrys. de Sacerdotio assiduè versentur. Concil. Prou. 1. eo.

Vtilis admodū est etiam lectio speculi Io. Langhæ Crucij de vit. & hon. Eccl.

Expedit etiā habere aliquem Psalmorum commentatorem, & aliquem, qui Missæ sacrificium, aliaq; Diuina officia, & cæremonias explicet. Diligēter ergo Visitator inspiciat, an huiusmodi libros habeant; sicut etiā maximè inquirat, an libros, aut scripta prohibita habeāt, etiā, quę res lasciuas, seu obscœnas, & pietati, ac morū honestati inutiles ex professo præcipuè tractant, narrant, aut docent; vel in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, vel alia his similia. Fusch. lib. 2. c. 3. nu. 18.

Verùm, quia parū libros habere prodest, nisi illis necessarium quoq; studiū adhibeatur, cum hac de causa præscripti sint: ideo Visitator non solùm Parochis; sed vnicuique Ecclesiastico homini pro ingenij illius industria, intelligentia, &

ingenij illius industria, intelligentia, & munere studiorum rationes, & exercitationes singularib. decretis prestituat, ac præscribat, & vbi opus esse viderit, aliquibus etiam præter illas studiorũ exercitationes præscriptas, iubeat, etiam pœna suspensionis, aliaue arbitrio suo

Synod. II.

proposita, eos certo constituto tempore ad examinatores in vrbe eo potissimum nomine constitutos se conferre; vt doctrinarum, librorumue, quibus ex visitationis decreto studuerint, accuratam diligentemque rationem ijs reddent.

CAPVT VI.

De Legatis pijs.

Concil. Prou. 6. de bon. & iur. Eccl.

VISITATOR in visitationis munere, de pijs legatis accuratè, diligẽterq; inquirat; accersitisque etiam ad se, si videbitur, hęredibus, alijsue, qui ea exequi præstare uè debẽt, de illis ipsis decernat, certumq; præterea tẽpus, quo ea illi præstent, omnino constituat; & si tempore constituto non soluerint, arbitrio Episcopi puniãtur. Interim eorum nomina in tabellã in Sacristia loco conspicuo affixam referri iubeat. Cognoscat etiã an

Concil. Prou. 2. tit. 3. decret. 17.

illa Rectores, & Notarij ad præscriptum denunciauerint, videlicet, Rector infrà quindecim dies, & Notarius infrà tres menses, & si in hoc deliquerint, eos moneat, vel etiam puniat. Aduertat quoq;, ne piæ testatorũ voluntates vllo pacto prætermittantur, mutenturue; vbi sustineri, ac adimpleri possunt.

In interpretatione verborum diligenter consideret, an restrictiua, vel exemplificatiua sint, adhoc, vt dignosci possit, an legatum augeri debeat, vel non: quando ad onus persoluendum id, quod soluitur, non sufficit, neq; testatoris voluntas ex alijs cõiecturis discerni potest: Consideret etiam an à principio erat sufficiens legatum pro onere, vel non. Item an multum excedat onus à tempore, quo impositum est.

Borgni. lib. 1. decis. in indice verb. Verba. Borgni. decis. 17. lib. 1. sub. nu. 72. cap. quanto de censi. Tyraq. post alios de priuileg.

In hac verò frequentissima materia, pro vtiliori, ac faciliori Visitationis expeditione, infrascripta, quæ frequentiora sunt, hic apponere constitui.

In causis ergo pijs memoria teneat Visitator iuris diuini, & iuris naturalis tantum considerationem habendã esse.

pię caus. priuileg. 164. Bart in l. Titia. § Seia. ff. de ant. & argen. leg. Tyraq. priui. Aretin. cons. 94. num. 4. Tyraq. priuil. 57. & 58.

Et in legatis generaliter factis ad pias causas melius deberi. Ideò vbi testator reliquit Ecclesię calicem, intelligitur de argento, vbi vestem, intelligitur de serico, licèt hoc *Tyraq.* non placeat, sed fortè procedet in dubio; & vbi alia efficacior præsumptio non esset.

Authen. Ampliatus. C. de fi deicõ. cap. nos quidem. vbi doct. de testa. Concil. Prou. 2. tit 3. decret. 16. c. si hæredes. vbi Abb. de testa. Tyraq. priui. leg. 97. Aret. cons. 94. num. 3. Tyraq. d priuil. 97.

Meminerit etiam conditionem mixtã casu deficientem pro impleta haberi in legatis pijs; sicut etiam in dubio de mera potestatiua dicitur.

Item voluntatẽ testatoris infrà annum executioni mãdandã esse: Et vbi opus sit, rem à testatore relictam hæredi ipsius iussa non implenti sequestri nomine deponere iubeat; ipsumque ad omne emolumentum, & interesse soluẽdum cogat

Ampl. hæc conclusio, vt procedat etiã si hæres esset impeditus, alijsue occupationibus detentus.

Secundò ampl. vt procedat etiam in declaratione, & in electione.

Primò limitatur non procedere, quãdo qualitas operis longius tempus requirit; quia eo casu sufficit ita inchoasse, vt de eius negligentia minimè appareat.

Secundò limit. non procedere, quãdo testator prouidit de tempore: quia eius voluntas seruãda est: & intelligitur currere tempus à die scientiæ, & à die aditę hæreditatis.

De-

Declaratur etiam hæc conclusio, vt nõ procedat in legatis pijs, quantum ad hoc videlicet, vt expectetur annus: legata enim pia infrà sex menses soluenda sunt: & currit tempus à die insinuationis testamenti. Quantum verò ad deuolutionem executionis ad Epis. nec expectatur annus; sed requiritur tãtum duplex monitio post negligentiam exequi debentis: Vbi verò vnica tantum monitio præcedit, expectatur annus.

Abb. in d.c. nos. quidem.

Abb. in præcit. loco.

Aduertat etiã Visitator, ne commutatio vltimæ voluntatis in aliũ vsum, quã expressũ, fiat; quia nequaquã fieri potest.

Clem. 2. de relig. dom.

Primò, ampl. hęc cõclusio, vt procedat, etiã si Episcopi authoritas interceſſerit.

Secundò, ampl. vt procedat etiam, si fieret authoritate legati de latere.

d. Clem. 2.

Primò, lim. non procedere, vbi authoritas Sum. Pont. interuenerit; quia Sum. Põt. id de plenitudine potestatis potest.

d. Clem. 2. Socin. de mãt. oblat. lib. 19. num. 3. d. Clem. 2. Socin. d. nu. 3. Abb. in d. cap. nos. Soc. in præcit. loco n. 4. d. cap. nos. Tyraq. priuileg. 43. Soc. d. num. 4.

Secundò, limit. quando nõ potest seruari ad illum vsum propter aliquod impedimentum: tunc enim fieri potest authoritate Episcopi, & cõsensu partium, & si pars non consenserit, Episcopus solus exequi poterit.

Sublimitatur non procedere, quando testator vlterius processit; sicut etiã quãdo dixit, quòd posset cõmutari: sed hæc nõ est sublimitatio, quia tunc est implementũ, non autem cõmutatio voluntatis.

Tertiò, limit. non procedere in commutatione rẽporali ex iusta causa, quia eo casu Episcopus potest.

Declaratur hæc cõclusio, vt procedat in vltimis volũtatibus, secùs fortè in cõtractibus, quia eo casu potest fieri commutatio cum voluntate hæredis, vt *Soc.* ait, licet non audeat omnino affirmare, Contrarium autem videtur velle Abb.

Soc. d. num. 4. Abb in d.c.nos quidẽ in princ.

Aduertat etiã Visitator, quando executio legati nemini mandata est: nã, si testator Eccl. constrúi mãdet, & non dicat, per quem, hæres exequi tenetur: secus est in relictis pauperibus, vel pro redẽptione captiuorum: quia tunc Epis. est executor. Et curet, vt fructus medij temporis etiam soluantur. Quod locum habet, quando dies appositus est gratia legatarij; vel vbi legatũ relinquitur Monasterio, vel capellæ construendæ: tunc enim fructus medij rẽporis illi debẽtur.

Abb. in d.c. nos quidem, nu. 4.

Abb. in d.c. nos, num. 7.

Inspiciat etiã diligenter, vbi legatum relictũ est pro aliqua puella nuptui tradenda etiam nominatim, an illud factũ fuerit intuitu personę, vel ad piã causam Hoc enim casu deberetur alij puellæ, si illa decesserit, antequam consequeretur legatum. Si verò aliquos legata pia, vel obligationes Eccles. factas de fraudantes, & inuadentes inuenerit: nisi moniti emendentur, illos tanquã sacrilegos puniat, etiam excõmunicationis sentẽtia: qui si scienter pro defunctis legata defraudent, diuinæ pietatis exacerbationẽ prouocãt; & de fide futuræ resurrectionis titubare dicuntur. Et quia sæpè executoris incuria vltimæ voluntates differuntur, videat Visitator, vbi executor exequi inchoauit, vel legatum pro exe cutione sibi factum agnouit; & ipsum ad exequendum compellat, vel alium illius expensis deputet.

Abb. in d. c. nos. in fin.

c. nonnulli. 12. q. 2.

c. quã oblationes. 12. q. 2.

Collect. in d.c. nos quidem. Peir. p. 4. de legat. fol.

CAPVT VII.

De Decimis, & Primitijs.

4. Parochianos,

CVM decimæ de iure Diuino in dominij recognitionẽ Deo debeantur, ab omnibus soluendæ essent: sed vbi cõmuniter non soluũtur, non sunt petẽdæ,

de decim. cũ fim.

sess. 25. c. 12. S. Thom. 2.2. q. 87. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 12. Rebuff. post Aufr. de decim. q.

vel à peculiaribus, vt cõmuniter asserunt Doctores, vel à Papa, seu à Concilio, vt dicit *Couar.* quia aliter, secundum ipsum, non deberentur. Vbi autem communiter soluuntur, & aliqui ab earum solutione se immunes prætendunt; nisi illius immunitatis rationem ostenderint, ad solutionem cogendi sunt. Et ita fuit iudicatum hic *anno 1590. in causa Parochi Figini, contra D. Ioannem Antonium Cattaneum.* Et sententia *Papiæ à R. Borgnino* confirmata fuit. Quod multò magis procedere debet in hac Diœcesi ob tempus duorum mensium constitutum prætendentibus huiusmodi immunitates. Et quod de decimis dictum est, intelligitur etiam de primitijs: nam quibus in locis soluuntur, ab omnibus tam nobilibus, quàm ignobilibus, & rusticis soluendæ sunt: Idque ad summæ ex communi illius loci consuetudine, diuturnoque vsu comprobatæ rationem: & ad eas in agro soluendas cogi possunt: & qui eas subtrahunt, earumuè solutionẽ impediunt, excommunicandi sunt: nec ab hoc crimine, nisi restitutione secuta, absoluendi sunt.

Synod. 4. decr. 38.

Concil. Prou. 3. de ijs, quæ ad bon.

Synod. 4. d. decr. 38.

Concil. Trid. sess. 25. cap. 12.

Inuestituræ autem decimarum Ecclesiasticarum, laicis hominibus in perpetuum factæ diligenter, accurateque videndæ, ac recognoscendæ sunt: & nisi legitimè exigantur, ad restitutionem etiam fructuum compellendi sunt. Noualia verò, licet decimæ alij soluantur, Visitator, nisi rationabilis causa in cõtrariũ sit, Parocho adiudicet quando videlicet nihil ex agro illo percipiebatur. Vbi igitur decimas soluendas esse Visitator prospexerit, debitores conuocet, illisque ad soluendum breue tempus statuat; eorumque nomina in tabellam in Sacristia conspicuo loco affixam referri iubeat: qui si debito tempore non soluerint, Episcopi arbitrio puniantur.

Concil. Prou. 3. quæ ad bon.

c. cum contingat, de decim.

Couar. vari. res. lib. 1. c. 17. n. 13.

Concil. Prou. 6. de bon. & iur.

Vlterius intelligat Visitator in hac materia an primo die Dominico Quadragesimæ, nec non primo die Dominico Aduentus Parochus doceat populum quod sacrum Concil. Trident. de decimarum solutione decreuerit.

Concil. Prou. 1. quæ ad bon.

Maximè autem describi sigillatim faciat, qui soluit, vel non; & quantum soluatur à singulis.

Soc. sub nu. 28.

CAPVT VIII.

De alienationibus, & locationibus bonorum Ecclesiasticorum.

Visitator videat in primis inuentarium bonorum, iuriumuè per publicum notarium confectum; & diligenter aduertat; an bona Ecclesiæ alienata, vel ad longum tempus, vel alio modo minus legitimè locata sint; Præcipuè videat, an locationes ad longum tempus à triginta annis ante sacrũ Conc. Trid. factæ legitimę sint, & in vtilitatẽ Ecclesiæ.

Concil. Prou. 1. eo. tit.

Concil. Trid. sess. 25. cap. 11.

An fructus venditi, vel locati sint antequam à solo sint separati, non dilata in id tempus solutione; Tunc enim contractus est irritus.

Concil. Prou. 1. quæ per. ad bona. d. Conc. Prou. 1. eod. tit. §. nolumus.

An bona Ecclesiæ locata sint consanguineis in primo vel in secundo gradu, vel etiam in tertio non obtenta facultate in scriptis.

Concil. Prou. 2. tit. 3. decr. 7.

An patronis, vel ijs, quorum cessione ea be-

Concil. Prou. 1. quæ ad bon. d. Conc. 2. decr.

ea beneficia obtinentur. Etiam si locatio sit ad modicū tēpus, etiam si per suppositas personas. Et si aliquem in ijs peccasse Visitator cognouit, ipsum fructuū vnius anni amissione mulctet.

Concil. Prou. 2. tit. 3. decr. 6.

Videat etiam accuratè, an bona permutata, vel alio modo alienata sint à personis Ecclesiasticis absque legitima facultate: tunc enim detinens compellendus est, etiam per censuras ad restituenda bona cum fructibus non iure perceptis.

Concil. Prou. 2. tit. 3. decr. 11.

In locationibus autem ad meliorandum factis omnino seruari curet, quod *Conc. Prou. 2.* præscriptum est.

At quantum ad hanc materiam pertinet, maximè meminerit Visitator duo in bonorum Ecclesiasticorum alienatione semper requiri, causam videlicet & solemnitatem. Quæ autem solemnitates requirantur, post alios docet *Borg. latè in suis decisionibus.* Borgn. decis. 45. & 46. to. 1.

Si verò, per procuratorem, alienationem, locationemuè factam fuisse repererit; nisi de speciali mandato, nempe de huiusmodi bonis constet, mandatūq; omnino seruatum sit, Visitator instrumentum rescindat, seu potius nullum declaret. Ad fructuum autem restitutionem detentorem condemnet, à tempore inuestituræ, vel ex æquitate à tempore, quo præsens rector beneficium obtinuerit. Borg. in præcit. loco.

Quando verò contractus fuit validus, sed rescindendus est, si lis fuerit mota, condemnandus est reus à tempore motæ litis.

CAPVT IX.

De Iurepatronatus.

CIRCA iuspatronatus in primis diligenter perquirere debet Visitator, an verè beneficium sit iurispatronatus, & ex quo capite. Nam solum ex fundatione, & ex dotatione, quando Ecclesia erecta non habet dotem sufficientem, & quis eam de suo dotauerit, vel ex priuilegio summi Pontificis constituitur. Probatur autem titulus ex documento authentico, & per multiplicatas præsentationes, quæ effectum sortitæ sint, per antiquissimum temporis cursum, memoriam hominum excedentis; quod propriè dicitur centum annorum: non enim sufficeret minus temporis spatiū. In communitatibus verò, vniuersitatibus, & porentioribus plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiritur: Nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragatur, quàm si præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes etiam continuatæ non minori saltem quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur. d. cap. 9.

Concil. Trident. sess. 28. cap. 9.

d. Sess. 25. c. 9.

Borg. de magis communi decis. 17. to. 1.

Cognoscat etiam an præsentatio infra tempus legitimum realiter facta sit; licet admissio post tempus præscriptum fieri possit.

Item an patroni se in bonis Ecclesiæ intromiserint, vel aliquid aliud fecerint, quare iurepatronatus declarandi sint priuati: præcipuè an pro præsentatione, nominationeuè aliquid acceperint; vel bona, iurauè vsurpauerint: an etiá per longum temporis spatium illud amiserint. Quia videlicet Patroni per decem

Concil. Trid. sess. 25. cap 9.

Concil. Trident. sess. 22. cap. 11. Bald. de præs. p.

decem annos non præsentauerunt: & si res, cui ius patronatus annexum exstitit, pluris vendita sit occasione iurispatronatus: esset enim eo casu Simonia.

1.q.3. print. q. 9. de comuni. Concil. Prou. 1. quæ per. ad col. benef. Concil. Trident. sess.25. cap. 9.

Videat etiam si huiusmodi beneficijs alia beneficia libera vnita sint; & quo tempore: nam si à quadraginta annis citra, ante Concil. Trident. facta fuerit vnio, perpendat, an nulla sit, vel reuocanda; quando non sit in euidentem vtilitatem Ecclesiæ: Ita etiam si nondum plenum effectum sortita sit, ipsam nullam declaret.

Sylu. de benef q. 6. sub num. 9.

Intelligat etiam si translatum sit iuspatronatus, & quomodo: & si in laicũ, an cum consensu Episcopi, qui requiritur, cùm ipse cognoscere ac iudicare debeat, an patronum mutare, Ecclesiæ expediat. Et aduertat, quando transfertur Ecclesia, vbi est iuspatronatus; quia si iuspatronatus est solùm ratione fundi, vel constructione ex simplici translatione patronatus cessat: si verò ex ratione dotis, tunc noua Ecclesia erit iurispatronatus.

Turrec. Crem. in cap. monasterium. 16.q.6.

Cognoscat etiam an præsentatus ad præscriptũ iurauerit. Et quando institutio ad inferiorẽ spectat, videat, an institutus ab Ordinario fuerit examinatus: & vbi inter patronos est lis, si institutio ad Ordinarium spectat, Oeconomum interim deputet: Huiusmodi enim deputatio ad institutorem pertinet.

Concil. Prou. 1. quæ pert. ad collat. benef.

CAPVT X.

De Vnionibus.

Concil. Trid. sess. 7. c. 6. & sess. 25. c. 9. Concil. Prou. 1. quæ ad bon. d. sess. 25. c. 9.

VNIONES etiam iurispatronatus quadraginta annis citra, ante sacrũ Concil. Trident. factas Visitator diligenter examinet; & vbi nullæ, vel annullandæ sunt, ipsas nullas declaret, vel annullet ad præscriptum sacri Concil. Trid. præcipuè vniones ad beneficium iurispatronatus, quæ effectum sortitæ non sunt. Et qui Vnionem suprà quadraginta annos factam esse prætendit, eam Episcopo, Visitatoriuè ostendere debet.

Rebuff. in Prax. de vni.

Ad validitatem autem Vnionis plura requiruntur; præcipuè autem, vt ex causa fiat, vt videlicet sit euidens necessitas, vel vtilitas; vt secundum canones fiat, nempe cum consensu Capituli, nisi consuetudo aliter se habeat; vt Ecclesiæ temporalibus minimè vniantur; vt dignius minus digno non vniatur; vt lite pendẽte non fiat; & vt verus annuus valor vtriusque exprimatur, etiam quod beneficium sit manuale. Et aduertatur, quia etiam à Vicario Generali Vnio fieri non potest, nisi id ei specialiter mandatũ sit.

Rebuff. in præcit. loc.

Vlterius etiam, cum causæ cognitio requiratur, vocandi sunt etiam illi quorum interest coram Ordinario loci, qui Vnionem fecit.

Et notandũ est, quòd quando fit Vnio à Papa, vel à legato de latere de Ecclesia Episcopo subiecta Monasterio alicui, vel alio modo, non eximitur illa Ecclesia à iurisdictione, & à subiectione Episcopi; & ideò poterit visitari, nisi, quantum ad Papam, aliter in Vnione expressum esset. Et aduertendum est Vnionem tribus modis fieri; Primò, vt ex duobus vnum fiat. Secundò, vt Ecclesia vna alij subijciatur, & hoc casu in impetratione principalis Ecclesiæ, non est opus exprimere accessoriè vnitum. Tertiò vt vtraque Ecclesia remaneat principalis.

Concil. Trid. sess. 7. c. 7. Borg. decis. 4. n. 9. to. 2. & in induc. verb. Vnio. Rebuff. in loco præcit.

Et

Et notandum etiam est, beneficium per vnionem dici, & esse suppressum; ideò amplius vacare non dicitur, cum non sit beneficium, sed prædium; nequ potest permutari; & si quis permutauerit, licet permutatio effectum non habuerit, non potest ad illud redire, quando sciuerit fuisse vnitum; & Vnionis instrumento scriptum sit, quòd per cessum, & decessum Vnio effectū sortiretur. Et quando Vnio facta est sine causæ cognitione, & solemnitatibus, beneficium potest impetrari absque declaratione; secus autem si facta esset cum solemnitatibus, ex falsa causa.

Oldra. cons. 257. cum alijs adductis per Gomes. in regul. de trien. poss. q. 2. Rebuff. in præal. loc.

Vniones autem cùm odiosæ sint facilè reuocantur, ideò cessante causa Vnionis, Vnio reuocari potest. Reuocatio autem cum ijs requisitis fieri debet, quæ in Vnione requiruntur. & à quolibet interesse prætendente reuocatio peti potest: & causa subsistente Episcopus potest reuocare etiam Vnionem à Papa factam. Vnione verò reuocata, Ecclesia in illo eodem statu remanebit, in quo ante Vnionem erat, absque tamen præiudicio possidentis. Et alienationes interim legitimè factæ validæ erunt.

Rebuff. in præd. loc.

CAPVT XI.

De Fabrica Ecclesiæ generatim.

VISITATOR diligenter inspiciat, an Ecclesiæ restaurandæ, vel reparandæ sint; & vt id quamprimum præstetur, curet: etsi opus sit, earum omnem censum, partemuè huic sumptui necessariam; etiamsi equitibus Ordinis Hierosolymitani obueniret, sequestri ratione apud bonum virum depodi iubeat, qui in illarum instaurationem eiusdem iussu erogetur. Et si aliter fieri non possit, onera per aliquod tempus subleuet.

Concil. Prou. 5. de Eccles. & earum suppel.

Si verò aliquis sit, ad quem id spectet, ipsum cogat. Vbi autem nemo tenetur? omnes & singulos, diuites præsertim pro opere illo ad aliquid offerendum hortetur; eorumque oblationes à cancellario fabricæ in libro scribi faciat: & vbi cancecellarius non extat, ipsum cum alijs fabricæ præfectis deputet. Vbi denique minimè restauari possunt, & planè labuntur, eas profanari, & erecta ibi Cruce ad matricem, lapides, &c. necnon cœmeterium, ossibus inde ad illam asportatis, transferri mandet.

Syno. 4. decr. 35.

Concil. Trident. sess. 12. cap. 7.

Concil. Prou. 5. de Eccl. & earū sup.

Curet etiam, vt altaria omnia sint ad præscriptam formā, & necessarijs indumentis, & ornamētis instructa: Alioquin ea amoueri faciat, sicut etiam altaria nimiū altari maiori, vel inter se vicina, & quæ in loco Baptisterij constituēdi sunt.

Syno. 4. decre. 35. instru. Visit. pag. 55.

Item vt spatium inter altare maius, & cancellos accommodetur: & capellæ minores mensura constituta, aut aptentur, aut tollantur.

Vt demum loca Ecclesijs superiora, vbi profana seruantur, vel habitetur, vel dormiatur, omnino amoueantur.

Plura in hac materia à Visitatore præstanda sunt, quæ infra de Ecclesiæ constructione colligi possunt. Quæ verò quantum ad fabricam, & ad supellectilem etiam Ecclesiasticam statim exequenda sunt; hæc quæ sequuntur, potissima esse videntur.

CAPVT XII.
Sigillatim subitò exequenda.

Pauin. p. 1. c. 3. in fine.

ECCLESIARVM, quæ in locis periculosis, & quæ latronũ spelunçę sunt, destructio, & translatio.

Ex instr. Visit.

Altarium demolitio, vbi facienda est.

Altarium portatilium confractio, si non ad mensuram.

Sepulchrorum, quæ extant, amotio.

Sepulchrorũ obstructio, si loco prohibito.

Amotio bradellarum, & sedilium, & huiusmodi impedimentorum ab Ecclesia.

Item profanorum supellectilium, aut rerum.

Item locorum superiorum, vbi dormitur, aut habitatur, aut profana seruantur.

Dilaniatio corporalium, & purificatoriorum indecentium ratione mensuræ, vel sordium, quæ purgari non possunt.

Item superpelliceorum, tobalearum, sacrorumque indumentorum, quæ in Ecclesia toleranda non videntur.

Item Missalium, & Breuiariorum indecentium.

Profanatio calicum, & patenarum indecentium.

Clausio, & obstructio portarum lateralium.

Amotio arborum, vitium, stipitum, & huiusmodi à cœmeterijs, & ab alijs locis sacris.

Item ramorum incisio, quæ obsunt parietibus, vel tectis Ecclesiæ.

Vbi autem fiat dilaniatio supellectilis Ecclesiæ, sicut etiam quando supellex nullo pacto vsui amplius esse potest, ipsam supellectilem comburi, ac eius cineres in Sacrarium proijci iubeat. Si tamen ex veste sacra stola, vel manipulum elici potest, licet vestis illa benedicta fuerit, nihilominus, stola, manipulumue benedicetur, quia est mutata forma, & particularis benedictio datur.

Soc. sub nu. 26.

Quod de sedium amotione dictum est, quarum causa plura scandala oriuntur, & non habet locum in sedibus patronorum; quod intelligendum est, vbi est in vsu.

Arch. in c. vestimenta, de consecr. dist. 1. Euseb. lib. 1. c. 27. Petr. p. 2. c. 6.

CAPVT XIII.
De Ecclesiæ constructione.

Ex instr. fab.

QVONIAM aliquando in Visitatione de Ecclesiarum constructione agitur, licèt delineatio à Præfecto fabricæ prius approbanda sit, & ab Ordinario confirmanda, quàm fabrica Ecclesiæ inchoetur.

Hæc summatim colligenda duxi, quę etiam ad ipsam Visitationem præcipuè ad decreta conficienda proderunt.

Ecclesia sit instar Crucis arbitrio Archiepiscopi. Est enim forma magis cõueniens; licèt etiam rotunda construi possit.

Ampla pro capacitate populi, & aliorum ad diem festum confluentium; Mensura autẽ hominis est cub. 1. vnc. 8.

Parie-

Synod. II.

Parietes à latere, & à tergo extrinsecus minimè picti, nisi rubro colore: In frontispicio autem pingi possunt,& debent,præcipuè in Parochialibus imago B.Virginis cum Domino nostro,& imago patroni,vel mynisterium,quo Ecclesia illa nuncupatur.

Atrium, vel porticus sit;omnino autem vestibulum in Parochialibus.

Tecta,vel laqueata, vel fornicata,vel alio modo pro regionum vsu;ita tamen vt tecti proiectura eiusmodi fiat, qua stillicidia ab imis parietibus procul sint.

Pauimentum non spicatum, non è lateribus coctilibus, vel alio lateritio opere,nisi vitriato, sit : In insigni autem Eccl.saltē ex marmore, alioue solido lapide sit:In alijs verò,vbi hoc fieri nō potest,silicib. expolitis vel opere testaceo.

Ostia non arcuata, sed quadrangula, & duplo altiora, quàm latitudo pateat: imparia sint, quot sunt naues, è quibus Ecclesia constat. Omnino autem tria sint: ostium medium cæteris ornatius. In Cathedralibus autem sculptura leonum exornari decet.

Ostiorum valuæ ornatæ, & firmæ è cypresso, aut cedro, vel saltem nuce opere fabrili ornatæ:munitæ à parte interiori pessulis,seris,& claui b. grādiusculis.Vbi verò extrinsecus muniri oportet,ostiolum sit in valuis ianuæ dexterę.

Ostium à tergo ne sit, nisi quâ ingressum fieri necesse est ad Sacristiam, campanile, cæmeterium, vel ad domicilia ministrorum : Propè altare, vel è regione eius laterali,alioue eiusmodi modo, qui illud rectà spectet, nullo pacto construatur.

Fenestræ sint à parte superiori paululum rotundæ ex lateribus aliquantulo latiores intrinsecus, quàm extrinsecus.

Fenestra orbicularis, vnde lumē præcipuè Ecclesia ,vel capella maior excipiat,ampla sit,pro modo Ecclesiæ super ostium maius extrinsecus exornata.In alijs etiam nauibus in frontispicio forma oblonga iudicio Architecti.

Potest etiam excipi lumen ad vsum Ecclesię,& Capellæ è tholo in vmbilico, videlicet fastigiatæ fornicis, laternis vndique factis.

In media Ecclesiæ naui, vbi per tecti altitudinem potest, tum in nauibus etiam inferioribus laterales fenestræ fiant; eæque impares ab vtroque latere, atque in vniuscuiusque inter columnij medio, ita ordine extructæ, vt sibi respondeant, neque in zophiro, epistilioue recti valdè distent.

In capellis pro earum magnitudine ab vtroque latere fiant. Vbi autem non potest, & necessarium sit lumen,à tergo capellæ recipiatur;dummodo fenestræ, nec nimiam altaris partem occupent, neque altare, quod propè parietem sit, rectà spectent, aūt nullo sanè modo super altare sint. Vbi autem super altare fenestra necessariò extruenda est,prouideatur, vt aqua foris defluat, intrò verò ne gutta quidem penetret.

Fenestræ omnino altæ extruantur, vt foris existentes introspicere non possint.Et si necesse aliquādo erit,fenestram minus altam præscripto extruere;ea vitreis valuis ita muniatur, vt nullo modo aperiatur.Vitreæ verò sint mundę,& integræ, non autem fractæ.

Omnes autem quales quales sint ferreis clatris,opere vitreo,vel tela saltem, & filo æneo muniantur, instruanturue, ita tamē vt aperiri, aut amoueri aliquādo possint ad vaporis exhalationes.

Vbi scala gradibus pluribus constat, gradus sint impares è marmore, vel è solido lapide,& quinto, tertiove gradu planum fiat; quod pro ascensus ratione cubitos circiter tres cōgruenter pateat.

Gradus singuli altitudine sint vnciarum octo, latitudine ferè cubitali.

Capella maior sit eminentiori loco in capite Ecclesiæ; è cuius regione ianua prima sit. Eius pars posterior Orientem versus rectà spectet: etiam si à tergo eius domicilia populi sint. Ad Occidentem verò, vbi pro ritu Ecclesiæ à Sacerdote versa ad populum facie, Missæ sacrum ad altare maius fieri solet. Fornicata, & ornata sit pro dignitate Ecclesiæ.

Pauimentū eius exstruatur solo Ecclesiæ altius pro situ loci, proque ratione Ecclesiæ.

Altare maius ita constituatur, vt ab eius infimo gradu ad cancellos spatium intersit cubitorum octo, & plurium Ecclesiæ ratione; ad minimum verò quatuor: Et si opus est, altare parieti propius amoueatur; ita tamen vt ab ipso etiā pariete procul sit cubito vno, & dimidio. Sit autem à scabelli solo altitudine cubitorum duorum, & vnciarum octo, ad summum decem: longitudine cubitorum quinque & plurium pro Ecclesię magnitudine; latitudine verò cubitorū duorum, & vnciarum duodecim, & plurium pro longitudinis & situs modo. Gradus sint tres computata bradella, vbi satis spatij datur. At verò vbi id magnitudo Ecclesię requirit, sint quinque. Altitudo singulorum graduum sit vnciarum octo. Bradella à fronte altaris cubitos duos, & à lateribus etiam producta, vncias sexdecim pateat, ita vt à tribus partibus illud complectatur.

Crucifixus in omni Ecclesia Parochiali, præcipuè sub ipso capellæ maioris arcu fornicato collocetur, aut parieti affigatur; qui super arcu est sub tecto laqueato, atque super ianua clatrati cancelli capellæ.

Chorus sit à statione populi seclusus, & ab anteriori, vel posteriori parte altaris maioris pro ratione Ecclesiæ iudicio Architecti.

Tabernaculū marmoreum, aut æneū tabulis populeis, circūuestitum intrinsecus sit, aut ligneum, sed non è tabulis nuceis, ex alijsue, quæ humiditatem gignunt, sed populeis, vel similibus politè elaboratis.

Forma octangula, vel sexangula, vel quadrata, vel rotunda; prout decentius accōmodata videbitur ad Eccles. formam.

Amplum pro dignitate, & magnitudine, rationeuè Ecclesiæ.

Sit pijs mysteriorū passionibus Christi imaginibus exsculptum, & inaurato artificio certis locis decoratum. In summo tabernaculi sit imago Christi resurgentis, vel sacra vulnera exhibentis: vel crucifixus, vbi pro exiguitate Ecclesiæ super altare propter occupationem tabernaculi non sit congruus locus Cruci. Ostiolū ab anteriori parte sit ita patens, vt pixis, & tabernaculum gestatoriū commodè introducatur, & expromatur, & ita ad aperiendum accommodatū, vt in frontispicio planè hærens Sacerdotis sacrā Eucharistiam depromētis brachium, manumuè non impediat, sit ornatum sacra Christi crucifixi, vel resurgentis, vel vulneratum pectus exhibentis imagine, vel alia pia effigie.

Panno serico rubei coloris, si Eccle. sit Ambrosiani ritus, aut albi, si Romani, intus ab omni parte vestitum, atq; ornatum sit. In Altari maiore collocatū firmiter fixum hæreat, benè claue munitū. Vbi autem in altare totum collocari nō potest, à tergo suppositis suffulcris bene firmis illud totum, aut pars hiatur; ita tamen, vt nō impediatur, quominus altare circuiri possit. A fronte altaris distet non minus cubito, & vncijs sexdecim; non tamen ita distet, vt ad sacrā Eucharistiam depromēdam sacerdoti gradu,

du, etiam ligneo opus sit, nisi situs, & illius structuræ ratio aliud postulet. In insignioribus Eccl. à parte posteriori sacra Eucharistia è tabernaculo sumi potest: in qua parte alterum ostiolum præscripta forma fiat. Sub tabernaculo nullum armariolum sit, neque suppellex sacra, neque libri ibi asseruentur.

Capellæ minores omnes vna, eademq; longitudine, latitudine, & altitudine constent, exceptis ijs, quæ in capite brachiorum Eccl. sunt; quæ sicut præcipuè extruendæ sunt, ita cæteris aliquãdo ampliores, & forma illustriori esse poterunt, inter se tamen conuenientes.

Ne subter suggestum, vel vnde organo sonatur, vel Euangeliũ, Epistolauè legitur, aut canitur, capella, altareuè extruatur, neq; permittatur. Nec inter pilam structilem, columnamuè, aut arcum, tignumuè, quò tectũ suffulcitur in ingressu Eccl. primo loco sitũ, & parietem, qui ab anteriori parte est, capella extruatur, nisi pro Baptisterio: neque in loco, vbi Sacerdos capellæ maiori terga vertat.

Capellæ minoris latitudo sit cubitorum nouẽ, aut vndecim, & amplior pro ratione Ecclesiæ, non autem minor cubitis septem. Longitudo ab ingressu vsque ad parietem, cui altare adhæret, nõ maior cubitis septem, minor autem ad minus cubitis quinque, & vncijs octo; quæ tamen in capite Ecclesiæ à latere capellæ maioris sunt, longitudine aliquanto maiores permitti possunt.

Pauimentum altius, quàm Ecclesiæ solum vncijs octo; interdum etiam amplius permitti potest.

Limen vnciarum sexdecim, & ad summũ viginti è marmore, lapideuè solido.

Vnaquæque capella fornicato opere extruatur.

Altaria in fronte media vniuscuiusque capellæ construantur, non à lateribus.

Altarium minorum altitudo à bradellæ solo cub. 2. vnc. 8. longitudo 4. cũ dimidio, ad minus quatuor: latitudo 2. scabellum, seu bradella sit latitudine cubitorum duorum, altitudine vnciarum octo, lõgitudine ita, vt ab vtroque latere cingat altare. Vbi autem non potest, saltem illud adæquet.

Altaria omnia non ex opere ligneo, sed ex lapidibus, lateribusue extruantur, atque ita vndique obstruantur, vt feneſtella, foramenuè nulla ex parte in ipsis relinquatur, vbi quidquam asseruari possit. Quæ autem quatuor, pluribusuè columellis, aut pilastratis angularibus suffulciuntur, non prohibentur. Sub ijs tamen nihil reponatur reliquijs sacris exceptis.

Altaria quæ opere fornicato extructa non sunt, vel ita, vt fornix cõmodè purgari nequeat, vel Sacerdotem celebrantem contegat integumento (quod capoccielo dicunt) operiantur: quod integumentum, si è ligno, aut tela erit catenis ferreis è tecto, vel è pariete pendẽtibus, aut alia firma structura sustineatur. Sit autem hoc integumentũ aliquantisper ab altari elatum, ita tamen vt facilè purgari queat.

Feneſtella in pariete, qui à tergo altaris est à latere vbi Epistola legitur, ex marmore, solidouè lapide, vbi potest, fiat, alta à solo duobus cubitis; cuius latitudo sit vnciarum sexdecim, altitudo viginti quatuor, distincta marmoreo, lapidiouè opere transuerso. Pars superior ad peluim cum vrceolis, dum sacrũ fit, reponendam, vsui sit; inferior verò ad proijciendam aquam ablutionis manuum Sacerdotis sacrum facientis: Ideò in medio foramen habeat, vnde illa fluat in cisternulam suffossam.

Clauus ferreus, quo birretũ Sacerdotis celebrantis appendatur cum orna-

mento præsertim ex auricalcho à latere Epistolæ propè fenestellam non altius à pauimento cubitis duobus affigatur.

Tintinnabulum paruum gestatorium, vel parieti laterali, vnde Euangelium legitur, affixum vnicuique altari hæreat ad signum eleuationis Corporis Domini.

Clathra ferrea in sūmo capellę tribus cubitis alta affigantur; licet aliquando etiam altiora permittantur, exornata, vbi fieri potest, paruulis pilis, aut vasculis in ima, media, & summa parte. Vbi autem capella octanguli, sexanguliue formam exhibet, clathra illi formæ respondeant. Ianuæ clathrorum valuis vtrinque & pessulo, & sera claudantur. Vbi verò ferri copia non habetur, fiant columellæ è marmore, alioue solido lapide, aut saltem ex ligno polito, ac tornatili, in quorum summa parte coronix apponatur.

Coronix lignea vnicuique scabello altaris etiam maioris, non amplius alta tribus digitis circum altare adiungatur; etiam vbi scabellū à fronte altaris tantum extat.

Telare altaris ex quercus, nucisue asseribus perpolitè confectum, vnciarum quatuor; & huiusmodi, vt mensa altaris ab anteriori parte, & ab vtroque latere circundetur.

Mensa saltem ad minus latè pateat cubitum, & dimidium: longitudine verò æquet altare, si fieri potest.

Lapis altaris portatilis sit longus vncias viginti, latus verò sexdecim, præter capsæ, cui insertus est, dimensionem.

Capsa verò è tabula nucea omnino sit, crassitudine vnciarum circiter duarum.

Insertus autem sit mensæ in medio non longius à fronte altaris vncijs octo.

Si Parochialis sit, habeat baptisterium, vel extra Ecclesiam, si insignis sit, vel in capella à parte Aquilonari. Sit etiā Sacristia cum armario, Oratorio, Lauatorio, & alijs ad præscriptum instructionum.

Campanile etiam cum duabus saltem campanis, si sit parochialis.

Cæmeterium muro clausum, vt supra dictum est; & vbi non claudatur, infra breue tempus suspendatur. Concil. Prou. 4. eod. Syno. 11.

Et hæc, quantum ad ipsam Ecclesiam pertinet, tetigisse sufficiat.

Circa autem ipsam Ecclesiam Visitator videat, ne sint cubicula porcorum, neque stabula redolentia fœtorem Ecclesijs, cultuique diuino impedimenta præstantia: Nam hæc omnia proh beri possunt per Ecclesiasticas censuras. c. decet. de immur. eccl. lib 6.

De supellectili Ecclesiastica, quæ in Ecclesijs cathedralibus, quæ in collegiatis, & in alijs Ecclesijs, & in vnoquoque altari requiritur, plenè, & summatim habetur in instructionibus suppellectilis Ecclesiæ. Petr. P. 2. cap. 11. In Act.

CAPVT XIIII.

Quæ vlterius à Visitatore præstanda in beneficio vacanti.

In instruct. VLTERIVS in hac visitatione materiali aduertendū est, quando beneficium est vacans. Eo enim casu describatur titulus beneficij, & modus vacationis: Et si Ecclesia Parochialis sit, an viciniori Parocho commendata sit; vel ab ali-

ab aliquo alio sacerdote ad id approbato regatur: Et videatur facultas, & an adhuc vigeat; & num tempore vacationis oneribus in toto, vel in parte satisfactum sit, & à quibus: & quis fructus perceperit: & quis bonorum administrationem habeat, & qua facultate. Præterea rationes fructuum videat; & vbi nemo sit, deputetur depositarius, vel plures idonei, & curatores eorumdem fructuum, & beneficij vacantis. Prouideaturque debito seruitio durante vacatione, nec non fabricæ ornamentis, & supellectili sacræ, vbi opus est. Vbi autem non constat tempore vacationis oneribus satisfactum esse, Visitator hæredes, alioquè, ad quos spectat ad probandam satisfactionem compellat dato illis congruo termino; Alioquin eos ad satisfaciendum condemnet; etiam pro præterita omissione; factis præterea sequestris, & relaxis deinde concessis, prout iuris fuerit.

Et hæc de Visitatione materiali; nunc ad personalem transeamus.

PARS TERTIA.

CAPVT I.

De modo visitandi personas.

Panin. p. 1. q 7. Petr. p. 1. cap 3. Soc. nu. 26.

CIRCA personarum, siue Ecclesiæ mysticæ visitationem, sicut etiam de materiali dictum est, debet Visitator, nisi aliud ceniuerit, à digniori incipere. Et vbi visitat cathedralem, vel aliã collegiatam, in loco vbi actus capitulares expediuntur, prius breuiter loqui poterit, omnes charitatiuè admonendo; vt diligenter considerent, vtrum sciant, vel probabiliter credant aliquid esse in Ecclesia reformandum, corrigendumuè; & quòd solum Deũ præ oculis habẽtes audaciter loqui debeant: illisque etiam in virtute sanctæ obedientiæ præcipere potest, vt sibi tanquam capiti omnia significent, quod tamen de occultis non intelligitur: & hoc etiam magna circumspectione, ac rarò faciendum arbitror: Deinde secretò cum singulis de Capitulo, & cũ aliis Ecclesiasticis loquàtur. Vtilius enim procedit inquisitio, quando sigillatim fit. Et hoc vesperi, quo venit, si commodè fieri potest. Quod fortè aliquando in Episcopo succedet, qui plures ministros, coadiutoresue habet. Difficile autem in delegato, cum quo vnicus notarius est, & aliquando Vicarius foraneus tantum. Manè autem circà populũ inquirit; vel vna die debet esse cum Clericis, & alia cum laicis; Et licèt nulla infamia præcedant, potest gradatim, & summariè, absque iudicij strepitu inquirere, de vita, & moribus Clericorum, & Laicorum: etiam vt eos in ijs, quæ ad forũ Ecclesiasticum pertinent, mulctet, ac puniat. Ab inuito tamen iuramentum exigere nequaquam potest, per quod occultum prodere cogatur. Sed cùm aliqua absque iuramento corrigenda referuntur; tunc super ijs iuramentum exigere

Petr. d. cap. 3. equaliter de accusat.

c. inquisitionis. §. tertiæ, de accusat. c. cũ Apostolus, de cens. 6.

Arch. in c. cauendum. 10. q. 3. Soc. nu. 27.

d c. 1. §. fanè & ibi doct. de cens. 6.

sere poterit. Nec debet quenquam quouis alio modo cogere, vt dicat quæ corrigenda sunt in ijs, quæ ad ipsius officium spectant: sed simpliciter quærat; volentesque respondere audiat. Bene potest etiam per censuras eos cogere veritatem dicere de his, super quibus inquirit; & quæ ad visitationem conueniunt.

Pauin. p. 2. q. 5. Soci. sub num. 28.

Caueat autem visitator, ne populo publicè dicat; Si quis aliquid sciat de Canonicis, Rectore, de alijsue Ecclesiasticis, mihi dicat; quia debitam illis pœnam imponam; vel sic, & sic faciam. sed secretò cum aliquibus de Parochia fide dignis inquirere debet. Nec chartulas,

Pauin. d. q. 5.

quas Rustici contra suos Rectores clanculum offerunt, passim recipere debet, nisi contra publicè infamatũ; nec nimis credulus sit: & maximè effugiat, ne incognita pro cognitis habeat.

Bart. in l. 1. §. fe-ciſſe. ff. de eo, per quẽ fact. Futch. lib. 1. c. 8. n. 14.

Caueat etiam ne animi perturbationes signis demonstret; ne præsentes habeant quid mirari: & hoc etiam ad visitationem materialem spectat. Constantis enim viri est; cuius animi motus vultus non detegit. In monitionibus verò procedat leniter, & asperè secundum naturam materiæ, & personæ; Omnia autem paterna charitate, Christianoque zelo agat; vt facilius, feliciusque visitationis fructus consequi valeat.

d. §. sanè, & ibi Gemin.

Videat autem inprimis indicem Cleri illius Collegiatæ, vel Parochiæ iam præparatum, & exhibitum: & intelligat, an aliquis eorum absens sit; & cognoscat, an legitimè: etsi fuerit causa studij, an percipiat fructus, ac prouentus præbendæ, quos percipere non deberet, vbi aliàs deficeret seruitium Ecclesiæ; vel vbi ipse esset dies. Sed nunc omnes indifferenter eos percipiunt; quia eorũ absentia videtur redundare in vtilitatem Ecclesiæ. Intelligat etiam an ibi sit cura animarum, & an competat capitulo; quia eo casu, certæ personæ attribuenda esset.

Turrecre. in cap. de quibusdã, sub n. 1. dist. 37. Doc. in cap. 1. de cler. non resid. 6.

Inquisitio autem generalis hoc pacto fieri poterit, secundum tamen prudentiam Visitatoris; qui habita ratione personarum, & locorum, quædam addere, & plura omittere poterit: nam de omnibus, & de singulis inquirere, non semper erit necessarium; neque omnia vna, aut altera die expediri poterunt.

CAPVT II.

Quæ potissimum inquirenda de Canonicis in Visitatione.

Plura ex his ex S. Anton. Socin. & ex Cõc. Prouin. Concil. Prouin. 2. eo. c. cum

VISITATOR singulos Canonicos secretò interrogare poterit, deinde etiam aliquos præcipuè viros ætate, vsu, & probitate commendatos de infrascriptis.

Cultus diuinus

- Vtrum ipse sciat, credat, aut fama sit aliquem de Capitulo nunquàm, vel rarò residere, aut diuinis officijs interesse; etiam quod sit suspensus à perceptione fructuum, quia & ipse tenetur residere.
- Vtrú sciat, &c. quòd Missæ, & officia diuina, die, ac nocte horis competentibus solemniter, celebranda omittantur.

in cunctis, &c. cũ Vinton. de elect. Anch. in Clem. 2. de vit. & hon. cle. c. quidã, &c. sũ

An

creatu-ra, de celebr. miss. Petr. p. 2. cap. 13.

An propter anniuersaria defunctorum, vel alias peculiares Missas, Missa ferialis, vel ordinaria prætermittatur; quod non licet.

Vtrum celebrentur horis & locis præscriptis; & an adhibita pausa in fine, & in medio; quando non fit officium de feria.

Concil. Prou. 5. quæ ad diu. off.

Vtrum aliquo pacto dignoscatur, Canonicos antequã ad chorum perueniant, præparationem in Concil. præscriptam adhibere, vel non.

An sint, qui ex industria vsque ad extremum præfiniti temporis punctum distulerint aduentum.

Concil. Prou. 1. & 5. eo. Cultus diuinus

Vtrum in choro disciplina ad præscriptum Concil. etiam quo ad ingressum, & regressum, seruetur. Præcipuè an fiant collocutiones, & risus in choro, an sedium mutationes; an officium submissa voce recitetur; an epistolæ, aliæuè scripturæ legantur, & an cum habitu decenti incedant,

An officia ad præscriptum Kalendarij dicantur; & an præcipuè duæ Missæ canantur.

Vtrum aliquis sit, qui minus competenter legat, vel canat.

An lectio in Missa solenni ante Epistolam canatur

Petr. d. cap. 13.

An cantus lasciuus & an ita canatur, vt propter modulationis suauitatẽ maior pecuniæ quantitas à laicis extrahatur.

An horæ diebus festis in cãtu recitentur.

An organa quid seculare resonent, seu aliud, quàm cantum Ecclesiasticum.

Vtrum Martyrologium post Primam legatur.

An post Completorium generalis Confessio.

Vtrum Libri apochryphi in Ecclesia legantur.

Vtrum Antiphona, Salue Regina, vel alia pro tempore Sabbato canatur.

Concil. Prou. 6. quæ ad diu. off. Concil. Prou. 2. tit. 2. decr. 14.

Vtrum pro summo Pontifice, & pro Episcopo ægrotantibus, & defunctis oretur, & Missa celebretur; & pro Canonico defuncto.

Cultus diuinus

Vtrum aliquid circa diuina, & cæremonias inscio Episcopo innouetur, mutetur uè.

An mos Metropolitanæ in diuinis officijs, in ijs videlicet, quę propria non sunt, seruetur.

An in processionibus, stationibus, & supplicationibus publicis oẽs deuotè orent, & cũ grauitate religiosè & suppliciter cantando incedant, & finita supplicatione eo, vnde processerunt, reuertantur, non curiosè interim circumspectãtes, nec vacantes profanis colloquijs.

Capitulũ

Vtrum Capitulares Conuentus, tam de rebus spiritualibus, quam de temporalibus singulis hebdomadis fiant; & an aliqua distributio hac de causa assignata fit interessentibus.

An habeantur extra tempora diuini officij diebus ferialibus præscriptis.

An fructuosè, & vtiliter, & quomodo fiant.

An, quando de rebus grauioribus agitur, res in vno capitulo præpositæ in alio deliberentur suffragijs occultis ad præscriptum.

An fauore, aut odio, aut alio deprauato affectu priuatorum res magis, quàm publicæ gerantur.

An præfectus omnium suffragia non grauatè audiat.

An expectetur ante conclusionem omnium sententia.

Concil. Prou. 4. quæ ad capi.

Vtrum sit, qui extra locum, & tempus suum loqui soleat, præueniendo, vel interrumpendo votum alterius.

Capitulum

Vtrum in receptione Canonici in fratrem, vel ad distributiones aliquid intercedat, quod Simoniam sapiat: etiam si quis sponte solueret, vbi esset statutum de soluendo.

Vtrum quando Canonicus recipitur in fratrem, vel alio tempore iuret obseruare statuta Capitularia, & consuetudines.

Concil. Triden. sess. 24. cap. 4. Fel. in c. cum M. nu. 21. de constit.

Vtrum Canonicus Cathedralis etiam in capitulo fidei professionem præstiterit, & quo tempore.

Quando electio Syndici, Thesaurarij, & aliorum Officialium fiat; & quamdiu in officio persistant, & an in electione digni, & idonei eligantur, qui functioni suæ grauiter incumbant.

Vtrum Syndicus, seu Thesaurarius, & Prouinciales in singulis capitulis temporalibus ea referant, quæ euenerunt, vel facta sunt post aliud capitulum circa negotia ad ipsos spectantia;

Vtrum in capitulis spiritualibus de rebus temporalibus agatur.

Capitulum

Vtrum à Cancellario ordinationes capitulares in libro describantur ad præscriptum.

Concil. Prou. 4 quæ pert. ad capit.

Vtrum aliquam Ecclesiam, Præbendam, capellã, vel aliud beneficium habeãt, cuius præsentatio, vel prouiso ad capitulum spectet: & quo modo in hoc se gerant.

Vtrum sciat esse discordiã, rixam, odiumuè inter aliquos de capitulo.

An sit, qui alios iniuria afficere soleat.

Discordia

An, qui cæteris præesse, & dominari curet, ambiatque.

An sit, qui alijs detrahere, vel de illis murmurare soleat.

An sit qui discordiam inter fratres seminet, foueatuè.

Vtrum, & quando absens habeatur pro præsente, & interessente.

Vtrum abusus hebdomadæ, & sex mensium sublatus sit.

Distributiones

Vtrum sciat collusionem aliquam fieri in distributionibus quotidianis.

Vtrum earum supputatio fiat ad præscriptam instructionem.

Vtrum

Canonica

Vtrum sciat, credat, aut fama sit aliquem in Canonica secum retinere bannitum, vel malè viuentem, aut etiam cuiuslibet qualitatis Laicū, præter famulos.

An sciat, &c. aliquem, qui Canonicales ædes habeat, ipsas non habitare, in ijsque cibum & potum non capere.

An sciat Ianuam Canonicę nocte clausam teneri; & penes quem eius claues custodiantur.

Bona

Vtrum sciat, &c. bona mensæ alienari, vsurpariuè vel saltem malè, ac negligenter gubernari.

Idem de bonis cuiuslibet præbendæ.

Et an cū cōsensu Canonici.

Vtrum sciat reditus, ac prouentus Eccl. malè dispensari.

Archiuium

Vtrum omnia instrumenta, & scripturæ ad capitulum pertinentia in Archiuio tutò custodiantur.

Vtrum etiam iura præbendarum singulorum.

Vtrum Archiuium ab vno tantum, vel à pluribus custodiatur.

Sacristia

Vtrum sciat, &c. Sacristam, custodē, aliumuè vasa, vel vestimenta, & alias huiusmodi res, & ornamenta, vel libros, aut alia diuino cultui dicata benè custodire.

An sciat, &c. aliqua de mobilibus, vel immobilibus diminuta esse; & per quē, & quale, & quomodo & qualiter.

An rectè, & ad præscriptū Concilj custodiantur.

Bibliotheca

Bibliotheca etiam in collegiatis esse debet, vt Canonici, & pauperes nō beneficiati, qui nō habent libros proprios, literis vacare possint. Quamobrē Carolus Cardinalis S. Praxedis Vir sanctissimus, Ecclesięq; nostri temporis splendor clarissimus, & nunquam satis laudatus, libros suos innumerabiles Capitulo nostro legauit; amplamq; Bibliothecā in ædibus Canonicalibus cum alijs etiam locis capitularibus construi curauit.

Concil. Prou. 4. eod.

Petr. p. 2. c. 12.

Mores

Vtrum sciat, &c. aliquē Ecclesiasticum cuiuscūq; status, & ordinis, præcipuè aliquem Canonicum habere cōcubinā, vel suis expensis in domo, vel extra domum retinere, aut cū aliqua suspecta muliere cōsortium, aut colloquium habere.

Vtrum sciat, &c. aliquē esse blasphemum, Simoniacum, vsurarium, aleatorem, conspiratorem, calumniatorē, detractorem, murmuratorē, rixosum litigiosum, auarum, gulę, ac ebrietati inseruientē, otiosum, negotijs secularib. deditum, venatorem, artē medicā exercentem, rerū Ecclesiasticarū alienatorem, cōsumptoremuè; & præcipuè an sint, qui circa comestiones, & illicitas fabulationes ferè dimidietatem noctis expendant.

c. dolentes, de celeb. Miss.

21. q. per totam.

Vtrum sciat, &c. aliquem arma offensiua vel defensiua ferre, vel domi retinere.

Concil. Prou. 1. eod.

Vtrum sciat, &c. aliquē habitū talarem, & ad præscriptū Cōciliorum, ac sacrorū canonum,

Spec. de vit. & honest. Eccles. lib. 1. c. 2.

num, ac tonsuram nō deferre.

Mores — Cum autē Visitator Canonicos, aliosuè Ecclesiasticos alloquitur, singulorum etiam statum personalem ad infrascriptam formam describere poterit. Et secum secundum illorum qualitates agere; ab illisq; quos magis pios, ac zelātes cognouerit, diligentius inquirere poterit, etiam de aliqua persona particulari, vbi diffamatio aliqua, vel legitima suspicio adest. Non tamen sit facilis ad credendum, multoque minus ad aliquem condēnandum, sicut nec etiam ad veniam: Quia facilitas veniæ est occasio ad peccādum: & præcipitatio ad condemnandum est maxima iniustitia.

Status personalis forma.

Die 27. Februarij 1592.

R. P. Thomas Seraphinus Mediolan. Canonicus S. Ambrosij, fil. q. Petri, & Luciæ Abaduæ iugalium, annorum 35. Cōpletorium die 17. Ianuarij educatus in Seminario decem annis.

Habet tres fratres minores, & sorores quinque: quarū tres sunt nubiles, & duæ nuptæ, & auxilio eius non indigēt.

Patrimonium medioere, & commune cum fratribus; ascendit enim ad redituum annuum scutorum 800.

Incubuit literis humanioribus, & Rhetoricæ per biennium, deinde Philosophiæ, ac Theologiæ.

Est corporis constitutione valida.

Clericus à sanctæ memoriæ Cardinali Sanctæ Praxidis die 20. Iunij 1569.

Ostiarius ab eodem die 10. Martij 1575.

Lector ab eodem die 28. Septemb. 1576.

Exorcista ab eodem 24. Martij 1578.

Acolitus ab eodem die 20. Decembris 1578.

Subdiaconus ab eodem ad titulum præbendæ, & Canonicatus Sancti Satyri in Collegiata Sancti Ambrosij die 23. Iunij 1581.

Diaconus ab eodem die 25. Iunij 1582.

Sacerdos ab eodem die 30. Iunij 1584.

Canonicus S. Ambrosij, & fuit facta collatio Præbendæ & Canonicatus sub titulo Sancti Satyri vacantis per obitum P. Andreæ Oldradi ab eodem Sanctæ memoriæ Cardinali die 25. Aprilis 1581. quæ præbenda est reditus, Scut 70. vel circa.

Receptus in Canonicum à fratribus die 29. Aprilis 1581.

Ad participationem distributionum admissus die 29. Iunij 1581. quæ distributiones ascendunt ad summam scutorum centum viginti pro quolibet Canonico.

Professionem fidei in Synodo celebrata anno 1582. fecit, & fidem exhibuit.

Nullum aliud beneficium, neque pensionem habet.

Est Syndicus capituli hoc anno constitutus die 3. Ianuarij.

Doctor sacræ Theologiæ Mediolani die 25. Octobris 1580.

Habet facultatem audiendi confessiones in genere, etiam Ecclesiasticorū, sub die 21. Ianuarij 1592.

Celebrat ferè quotidie, vt dixit, ex deuotione, excepto onere hebdomadæ ratione collegiatæ; &, vt plurimū in eadem Ecclesia celebrat: aliquando verò in Ecclesia Monialium S. Catharinæ P. N. cum facultate Reuerendiss. Ordinarij sub die 3. Martij 1592.

Diuinis officijs ferè semper interest.

Nullis

Nullis alijs occupationibus detinetur: & quod supereſt temporis in Theologiæ ſtudium, vt dixit, impendit.

Confeſſarius eius eſt Ven. P. Paulus Parochus Sancti Victoris in Theatro, cui ſingulis ſaltem hebdomadis (vt ex teſtimonialibus literis ipſius confeſſarij apparet) peccata confitetur.

Habitum decentem, & tonſuram ordini congruentem, præter mantellum, quod eſt nimis breue, defert.

Libros habet, vt in indice.

Videtur ſatis verſatus in concionibus Granatæ, & in libro inſtitutionum piarum.

Habitat in ædibus Canonicalibus cum Ludouico eius fratre Clerico, & Ioanne Alberto eius famulo.

Habet talentum concionandi mediocriter. In cæremonijs Eccleſiaſticis ſatis eſt verſatus. Scribit comptè etiam in lingua latina.

Canit cantu, vt aiunt, firmo, & figurato ſufficienter.

Aptus ad regimen alicuius Collegij.

Circa dignitatem habentes, Theologum, Pœnitentiarium, Doctorem; & alios huiuſmodi, deſcribat etiam functiones, quas exercent; & alia peculiaria. Inquirat de inſignijs dignitatum, à quo introducta, & quo tempore, etſi ea loco, & tempore requiſitis deferant, vt à cæteris de Clero diſtinguantur: eosque admoneat, vt ſicut ſignis cæteris præſtantiores dignoſcuntur, ſic etiam moribus, & honeſtate alijs præcellant. Agat autem præcipuè cum præfecto Chori, & Punctatoribus: & vbi opus eſt, alios deputet, præſtito illis iuramento ad præſcriptum: Ijſdemque ſupputationum, & ſolutionum formã, & erratorum tabellam, quæ ab ipſis punctatoribus notanda ſunt, ſi non habent, tribuat. Præfecto autem inſtanter iubeat, vt Chori, nec non proceſſionum, ac funeralium diſciplinam ad Conciliorum, ac inſtructionum præſcriptum ſeruari omnino curet, ſicut etiam vt diuina officia horis præſcriptis recitentur. Et vt hæc facilius Viſitator præſtare poſsit, ſupputationum formam, erratorum tabellam, ac rationem pulſandi ad diuina officia, ſcribendam putaui.

Synod. diœc. 1. decr. 28.

Supputationum igitur forma, ex ratione diſtributionis facilè colligitur. Diſtributio autem ita fieri conſueuit, vt Matutino denarij ſex attribuantur, Primæ 3. Tertiæ 3. Sextæ 3. Nonæ. 3. Veſperis 6. Completorio 3. Miſſæ conuentuali 9. Proceſsioni in Eccleſia 3. extra Eccleſiam 6. Quę diſtributiones diebus feſtis de præcepto duplicantur. Solemnioribus verò vtpotè diebus Natiuitatis Domini, Circumciſionis, &c. Omnium ſanctorum, Natiuitatis, Annunciationis, & Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis, Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ, SS. Apoſt. Petri & Pauli. die feſto Patroni, & vbi Pontificialia exercentur, triplicantur.

Supputatio itaque facienda eſt ad rationem denariorum iuxta vniuſcuiuſq; laborem, & ſecundum cenſum, & prouentum maſſæ: detrahendo tamen vnicuique quod detrahi par eſt, non ſolum ratione abſentię, ſed etiam ratione erratorum, ſi qua commiſſa ſunt. Concil. Prou. 4. de diſtr. quo.

In tertijs autem partibus Prębendarũ in diſtributiones collatis, vnuſquiſque, prout opulentior, tenuioruè ſit ſuę prębendę tertia pars, quã ad diſtributiones confert, cõſequitur ex præſcripta ratione ſeruitij. Si verò defecerit, ęquis portionibus cæteris in Choro præſentibus ac deſeruientibus accreſcit, & pro præſentibus, etiam habentur, qui ſacris Canonibus, vel Trid. Synodo: excuſantur; vel d. c. 1. de cle. non reſid. & ibi doct. Concil. Prou. 1. de com.

minis. Fusch. lib 1. c. 20. sub num. 62. Concil. Prou. 5.

pro manifesta Ecclesiæ vtilitate absunt; vel ex necessitate, vt est infirmus etiam sua culpa, si, quando in morbum incidit, erat residens, vel pro residente habebatur: ita tamen vt id tantum percipiat eo tempore, quod verisimiliter, si sanus fuisset percepisset. Quod de distributionibus quotidianis dictum est, procedit etiam in datis interessentibus officio funeris

quæ ad distr. Lap. alle 42.

CAPVT III.

Tabella erratorum, quæ in diuinis officijs obeundis coërcentur.

QVICVNQVE hebdomadarius, aliusue, qui munus aliquod in diuinis officijs obire debet, stato tempore officij sui subeundi non conuenerit, & munus ipsum per se, vel legitimè impeditus per alium non præstiterit, vel de illo impedimento præfectum Chori opportunè certiorē non reddiderit, triū dierū distributionem eo ipso amittat; quod pariter incurrat is, qui huic in ordine succedens, si à Præfecto admonitus, vt absentis vices suppleat, non paruerit.

Idemq; de eo statuitur, qui curā præparandi libros habet.

Nemo in Choro, siue in Ecclesia Sacrarionè quicquam, quod ad diuinorum officiorum rationem seu cultum pertinet, fieri iubeat, ijs exceptis, quibus id ex proprio officio incumbit.

Qui secus fecerit, vnius diei distributione plectatur.

Quisquis in Choro, aut in processionibus in aliquo infrascriptorum errauerit, mulctetur illius horæ distributione, quæ cæteris accrescat.

Qui pileum in Choro detulerit.

Qui subirretum in Missarum celebratione ad altare detulerit

Qui Chirothecas in Choro, aut processionibus adhibuerit.

Qui in Choro vagatur.

Qui priuatim ibidem officium recitat.

Qui in Choro dormitat, si ab alio Canonico, qui propè assidet, seu ab alio præfecti iussu expergefactus dormitare non destiterit.

Qui literas, libros, scripturasue alias præter eas, quibus tunc pro ratione diuini officij, quod agitur, necessariò vtendum est, perlegerit.

Qui à Chori parte, in qua sedet, aliqua non impeditus valetudine vnà cum cæteris non psallit.

Quique Antiphonas, Responsoria, aliàque id genus ad lectorile non cecinerit.

Qui Antiphonas alias, aut cantus, quam quæ officio conueniunt, cecinerit; quiuè prædictorum partem omiserit.

Qui habitu cuique pro ratione ordinis, loci, temporis, ac officiorum præscriptum non induerit.

Qui Clericalem coronam perspicuam, & ordini conuenientem non gesserit.

Qui caligas, seu alias vestes alterius coloris, quàm nigri gestauerit.

Qui

Qui fubuculas ad manus, collumuè rugolas aut acu artificiosè elaboratas detulerit.

Qui interiori veſte vſq; ad talos non demiſſa vſus fuerit.

Qui in Choro cachinnatur, confabulatur, ſeu cum alio quopiam extra Chorum exiſtente colloquitur; niſi id fiat aut cauſa officij ſui in Choro obeundi, aut neceſſarij reſponſi vnico verbo, ſi fieri poteſt, reddendi.

Qui è loco, vel ab ordine ſuo in Choro aut proceſsionibus, diſcedit, niſi officij, quod obire debet, aut ſuperiori locum cedendi ratio id poſtulet.

Qui è Choro abit, antè quam abſolutis diuinis officijs, bini omnes decenti ordine ſimul recedant; niſi corporis neceſsitas cogat: tumq; id Præfecti conceſſu, moxque reuerſurus faciat.

Qui Epiſtolas, Capitula, Orationes, Lectiones, & id genus alia, memoriter in Choro recitauerit, aut cantauerit.

Qui item ſæpè admonitus cæremonias ex inſtituta earum ratione in Choro, alibiuè præſtare neglexerit.

Qui, dum in Choro diuina officia celebrãtur, Miſſam, quam priuatam vocant, mercede aliqua celebrauerit, præter tabellæ præſcriptum ordinem, illius horæ diſtributionem amittat.

Quicunque ſingulis diebus dum per Octauas Corporis Domini noſtri, Veſperis, aut Matutino, aut proceſsionibus, in propria Eccleſia, vt alijs inſeruiat non interfuerit, præter amiſsionem Ordinarij cenſus, vnius diei amiſſione plectatur.

Qui in funeralibus, aut proceſsionibus aut alijs officijs, quæ extra propriam Eccleſiam capitulariter celebrantur, ad ſuam Eccleſiam non fuerint reuerſi, tanquam abſentes à toto illo officio cenſeantur.

Qui Concioni intra Miſſam haberi ſolitæ, aut lectioni poſt Veſperas conſuetæ integrè non adfuerit; ille tanquam abſens à Miſſa, notetur: Hic verò dimidia Veſperarum diſtributione careat.

Theſaurarius, canepariuſuè, qui alicui plus ſoluerit, ceſſerituè, quàm ſupputationis ratio ad præſcriptum Conciliorum tulerit, aut aliquid quouis modo, pactouè erogauerit, antequam memoratæ ſupputationis ſyngraphã ad formam eorundem Conciliorum ſubſcriptam acceperit, vnius menſis diſtributione, ac etiam maiori pœna Reuerendiſsimi Archiepiſcopi arbitratu plectatur.

Qui verò, vel ante ſolutionis, ceſſionisue, & ſyngraphæ prædictæ tempus aliquid, vel etiam poſt, pluſquam ſibi debeatur; vllo quouis modo, pactouè acceperit, is à Reuerendiſsimo Archiepiſcopo, & quod acceperit reſtituere cogatur, & triplo mulctetur: quod locis pijs applicetur.

* * *

CAPVT

CAPVT IV.

Ratio pulsandi pro officijs.

Ratio pulsandi ad Matutinum, & ad Tertiam.

	Ad Matutinum.			singulis mensibus. Ad Tertiam.	
Ianuarij	à primo die vsque ad 10.		pulsetur		
	hora	hora	12. q. 2.	hora	16. q. 2.
	à 10. ad 20.		12. q. 1.		26. q. 1.
	à die 20. ad finem.		12.		16. q. 1.
Februarij	à die 4. ad xv.	hora	11. q. 2.	hora	16.
	à 15. ad 20.		11. q. 1.		15. q. 3.
	à die 20. ad finem.		11.		15. q. 2.
Martij	à die primo ad 10.	hora	10. q. 2.	hora	15.
	à die 10. ad 20.		10.		14. q. 2.
	à die 20. ad finem.		9. q. 2.		14.
Aprilis	à primo ad 10.	hora	9. q. 1.	hora	13. q. 2.
	à 10. ad 20.		9.		13. q. 1.
	à 20. ad finem.		8. q. 2.		13.
Maij	à primo ad 10.	hora	8.	hora	12. q. 2.
	à 10. ad 20.		7. q. 2.		12.
	à 20. ad finem.		7. q. 1.		11. q. 3.
Iunij	à primo ad 10.	hora	7.	hora	11. q. 2.
	à 10. ad 20.		7.		11. q. 2.
	à 20. ad finem.		7.		11. q. 1.
Iulij	à die primo ad 10.	hora	7. q. 1.	hora	11. q. 2.
	à 10. ad 20.		7. q. 1.		11. q. 2.
	à 20 ad finem.		7. q. 2.		11. q. 3.
Augusti	à primo ad 10.	hora	7. q. 2.	hora	12.
	à 10. ad 20.		8.		12. q. 2.
	à 20. ad finem.		8. q. 2.		12. q. 3.

Septem.

Septembris	à primo ad 10.	hora	9.	hora	13.
	à 10. ad 20.		9. q. 2.		13. q. 2.
	à 20. ad finem.		10.		14
Octobris	à primo ad 10.	hora	10. q. 1.	hora	14. q. 2.
	à 10. ad 20.		10. q. 2.		14. q. 3.
	à 20. ad finem.		11.		15.
Nouembris	à die primo ad 15.	hora	11. q. 2.	hora	15. q. 2.
	à 15. ad 20.		12.		16.
	à 20 ad finem.		12.		16.
Decembris	à primo ad 10.	hora	12. q. 2.	hora	16. q. 1.
	à 10. ad 20.		12. q. 2.		16. q. 2.
	à 20. ad finem.		12. q. 2.		16. q. 2.

Ratio pulsandi ad Vesperas.

A Kal. Nouembris vsq; ad Kal. Martij tam in festis quam in ferialibus. hora 20.
A Kal. Martij vsque ad Kal. Maij, tam in festis quam in ferialibus. hora 19.
A Kal. Maij vsque ad Kal. Septembris. hora 18.
In ferialibus. hora 19.
A Kal. Septembris vsq; Kal. Octobris, tam in festis quã in ferialibus. hora 19.
A Kal. Octobris ad Kal. Nouembris in festis. hora 19.
In ferialibus. hora 20.
In Quadragesima dieb. ferialibus ad Vesperas vnico signo post Sanctissimi Sacramenti eleuationem pulsetur.
Salutatio verò Angelica, quæ ante Vesperas pulsari solet, in Quadragesima pulsetur, vel in meridie, vel hora 19.
Completorium in Quadragesima diebus ferialibus pulsetur per dimidiam horam. hora 21.

CAPVT V.

Inquirenda quoad Parochos.

INQVIRAT autẽ quo ad Parochos Visitator à Vicario Foraneo, & ab alijs Ecclesiasticis, præcipuè aũt à teste Synodali (si aliquis sit in illa Plebe à Pũctatoribus & ab alijs Officialibus & etiam à laicis fide dignis.

Vtrũ sciat, credat, aut fama sit aliquẽ Parochũ illius plebis à Parochia sua facilè abesse, præsertim diebus festis, etiã si abesset, vt alijs Ecclesijs inseruiret.

Secundò. Vtrũ sciat, &c. negligentẽ esse in cognoscendo populũ suũ. Et hoc etiam ab ipso Parocho experiri potest.

Tertiò. Negligentem in docendo populum ea quæ ad salutem necessaria sũt; tum in generali, concionando diebus festis, & tempore ieiuniorum, ter in hebdomada Quadragesimæ & Aduentus, &

in Schola doctrinæ Christianæ; tum etiam in particulari.

Et hoc an sit, experiatur Visitator.

4 In Sacramentorũ administratione.

5 In exponendo vim Sacramentorum in eorum administratione. Et hoc idem experimento Visitator cognoscat.

6 Negligentem in celebratione Missę: Et hoc ex libro, in quo celebrantes scribunt, inspiciat.

7 In oratione Matutina, Vespertina, & pro defunctis.

Gene. Prou. 4. de Paroch. Petr. p. 2. c. 13.

8 In diuinis officijs etiam cantandis; quando ea cantare tenetur, & in processionibus.

9 In Visitatione, & cura infirmorum, vt etiam non vocatus eos inuisat.

10 In funeralibus, & anniuersarijs pauperum.

11 In remouẽdis scandalis, superstitionibus, abusibus, litibus, discordijs, rixis, & quibuscunq; peccatis, præcipuè publicis.

12 In seminandis, inducendisque virtutibus, præcipuè quoad cultum dierũ festorum, & quoad rectam, & religiosam in Ecclesijs conuersationem.

13 In subleuando, & subleuari curando pauperes miserabiles Parochæ.

14 In præcipua cura Clericorum, aliorumque Ecclesiasticorum Parochiæ.

15 In conseruandis bonis, & iuribus Parochialis Ecclesiæ.

Item an sciat, &c. aliquem Parochum aliquos particulares ad Missam audiendã expectare, cũ populi præcipuè incommoditate.

Item an sciat, &c. aliquem non obseruare in administratione Sacramẽtorũ ea, quæ in sacramentali præscripta sunt.

An sit, qui in Sacramentorum administratione aliquid petat, suscipiatuè, vel in aspersione aquæ benedictæ, quando in ædibus fit.

An sit, qui nimis prõperè cadauera sepeliat. Item an sciat, &c. aliquem, &c. esse simoniacum, auarum, sordidum, aleatorem, gulę, & ebrietati deditũ, luxuriosum, iracũdum, venatorem, negotijs secularibus implicatum, alioquè modo scandalosum.

An sciat, &c. aliquem, &c. bona Ecclesiæ dilapidare, vel malè administrare, vel ad longum tempus, vel propinquis locare.

An sciat, &c. aliquam esse difficultatem, quo minus Parochus in Sacramentis administrandis, & quæ ad diuinum cultum pertinent celebrandis, omnibus sufficienter satisfacere possit.

An Parochus audiat in confessione non suos Parochianos.

Statũ autem singulorum Parochorũ, vt de Canonico dictum est, Visitator cõficiet, vel in vniuscuiusque Parochiæ Visitatione, vel die congregationis post absolutam visitationem: si propter literarum, ac diuinarum cæremoniarum examen, tunc oportunius erit, ad quod Theologi, & cæremoniarum Præfecti illius plebis opera vti poterit.

In conficiendo autem statum Parochi, illis, quæ de Canonico dicta sunt, addat, an Clericum domi retineat: An libros parochiales confecerit ad præscriptum: An doctrinam Christianam singulis diebus festis doceat. Et an eius sodalitatem instituerit: An sermonem ad populum intra Missarum solemnia diebus præscriptis habeat, & qua hora Missam celebret: Et an ad Kalendarij præscriptum, quæ populo denunciandæ sunt, denunciet.

An officia diuina temporibus statutis canat.

An diebus Dominicis ante quatuor stata ieiunij tempora supplicationes, Litaniæq; habeantur pro ordinandis.

An

An educationem, disciplinam, & progressum Clericorum sibi subiectorum procurauerit, ac Reuerendiss. Archiepiscopo tertio quoq; mense significauerit: An personarum Ecclesiasticarum domicilij mutationem eidem denunciauerit: An quæ de conuentu menstruo præscripta sunt, seruet: An absque legitima facultate ludimagistri officium præstet, & demum quem fructum anno illo, tum ratione progressus spiritualis populi, præsertim quoad Sacramentorum frequentiam, tum etiam ratione ipsius Ecclesiæ fecerit.

CAPVT VI.

Quæ in literarum examine potissimum inquirenda in Visitatione.

QVOD autem ad literarum examen spectat, præcipuè cognoscendus est progressus, & fructus exercitationum in alia Visitatione præscriptarum: & an in Catechismo ad Parochos, in alijsque libris præscriptis versatus sit. Maximè verò insistendum est circa Sacramentorum cognitionem, & administrationem: exempli causa.

Circa sacramentũ in genere
- Quid sit Sacramentum.
- A quo Sacramẽta instituta sint.
- Quare instituta sint.
- Quomodo differant Sacramẽta nouæ legis à Sacramenta veteris legis.
- Quot sint Sacramenta nouæ legis, & quare tot.
- Quæ Sacramenta ministret Parochus.
- Quid Parochus intendere debeat in Sacramentorum administratione.
- An ministrãs in peccato mortali peccet mortaliter.
- An excommunicatus possit ministrare Sacramẽta, & quomodo.

De Baptismo
- An hoc Sacramentum sit omnino necessarium.
- Quotuplex sit Baptismus.
- Quę sit eius materia & forma.
- An Parochus peccet vtendo alia aqua, quam Baptismali, & quando.
- Quot modis ministretur, & Parochus possit vti ritu, quẽ maluerit.
- Quando quis baptizandus sit.
- Quæ facienda à Parocho ante administrationem, in administratione, & post administrationem Baptismi.
- Expositos quãdo, & quomodo baptizet, & quomodo illum, qui dum in vtero est, in aliqua parte baptizaret.
- Quomodo monstrum.
- Quos à susceptione excludat.
- Quæ cognatio, & inter quos oriatur.
- Quid faciat quando deficit, vel corrumpitur, vel congelatur aqua.

De pœnitẽtia
- Sal quo vtitur, vnde sumat, & an benedicat, & quid agat de benedicto, quod supersit.
- An hoc Sacramentum sit necessarium.
- Quomodo differat à pœnitẽtia, vt est virtus.
- Quæ materia, & quæ forma.
- Quæ præparatio, seu dispo-

- De pœnitentia
  - tio in Confessario, & in pœnitente requiratur.
  - Quos ad Confessiones admittat, & an non suos Parochiales.
  - Quem ordinem teneat, quando audit Confessiones.
  - Quomodo audiat mulieres.
  - An extra Confessionale.
  - Quomodo audiat ægrotas.
  - Qui sint casus reseruati Summo Pontifici.
  - Qui Episcopo, & quomodo se gerit cum habente casum reseruatum.
  - Quid sit peccatum.
  - Quomodo cognoscatur mortale à veniali.
  - Quæ circumstantię necessario confitendæ.
  - Quæ pœnitentia iniungenda pœnitenti.
- De sanctiss. Eucharist. Sacramento
  - An sit necessarium, & quando.
  - An domi manens non ægrotus in Paschate communicandus sit.
  - Quæ sit eius materia, & forma.
  - Quomodo differant Sacramẽtum, & sacrificium.
  - Quomodo sit ibi Christus, & quare fiat consecratio in vtraque specie.
  - Qui expellendi ab hoc Sacramento.
  - Quando communicandum.
  - Quo ordine.
  - Quibus auxilijs.
  - Quomodo instruendi, & admittendi, qui nondum susceperunt.
  - Sanctissimum hoc Sacramentum.
  - In administratione ad ægrotos quid faciendum, scilicet.
  - Ante administrationem.
  - In ipsa administratione.
  - Post administrationem.
  - Quoties eidem ęgroto ministret.
  - Quid pro purificatione detur.
  - Processio sanctissimi Sacramenti an, quomodo, & quando fiat.
  - Expositio quare, & quomodo fiat.

Hæc autem inquirat, nisi in Visitatione Sanctissimi Sacramẽti id ipsum cognouerit.

- De Sacramẽto Extremæ Vnctionis
  - An sit necessarium, ita vt cadauer illius qui illud recusauerit, non sit in sacro sepeliẽdum.
  - Quæ sit eius materia & forma.
  - Effectus proprius quis.
  - Quando, & quibus ministrãdum, & quoties eidem.
  - An ipse semper sacrum oleum deferat, & quomodo.
  - Quid agat, quomodo oleum deficit.
  - Quomodo se gerat.
  - Ante administrationem.
  - In administratione.
  - Post administrationem.
- De Sacramẽto Matrimonij.
  - Quæ sit materia, & forma.
  - Quando accipiat consensum ante denunciationes.
  - Denunciationes quando & quomodo faciendæ.
  - Quæ sint impedimenta dirimentia Matrimonium.
  - Quot testes necessariò requirantur.
  - Quando, & vbi Matrimoniũ cele-

celebrandum, quando sponsi benedicantur.

Quomodo, & inter quos affinitas oriatur.

Alia præterea inquiret secundum Parochi, & loci qualitatem; præcipuè autem de Contractibus, & Vsura, de Restitutione, de Censuris, de Cæremonijs Missæ, & de diuinis officijs. Et fiat examen circa Rubricas, & ordinationem officij, vt dignosci possit, an recitare sciat. Et hæc de cæremonijs, de diuinis officijs, & etiam de exercitationibus studiorum in Visitatione prescriptis inquirat quoque à Canonicis, & ab alijs Sacerdotibus.

CAPVT VII.
Quæ inquirenda de Capellanis.

DE Capellanis autē siue Titulares, siue Mercenarij sint, inquirat Visitator.

An cum facultate legitima celebrent.

An præscripta in facultate obseruent.

An præcipuè hora, & loco præscriptis.

An semel saltem singulis mensibus pro defunctis.

An illis celebrantibus Clericis superpelliceo indutus inseruiat.

An Processionibus interfint, & quomodo.

An diebus festis diuinis officijs, Concioni, & Lectioni adsint.

An doctrinam Christianam doceāt, & vbi.

An libros ad præscriptum habeant.

An literarum studijs, exercitationibus præcipuè decretis incumbant, Doctoresque præscriptos audiant.

An Missam celebrent ante Matutinum.

An officium recitent aliquid manuale faciendo.

An ad statutas congregationes singulis mensibus conueniant.

Alia præterea de moribus, habitatione, & habitu, vt supra, perquirat, statumque peculiarem conficiat: & si quis alterius Diœcesis sit, eius dimissoriam diligenter videat, præsertim an tempus in ea præscriptum transactum sit.

CAPVT VIII.
Inquirenda de Custodibus.

AN diligentē curā adhibeāt, ne ad sacra admittātur excōmunicati, interdicti, publicè criminosi, alijq; indigni.

An mercimonium, profanasq; deambulationes, & quicquid in Ecclesijs cōmittere turpe, & sceleratum est, & quod diuini officij celebrationem dehonestat fieri pro virili prohibeant. An curent, vt viri, & fœminæ in locis ipsis separatim assignatis permaneant.

An canes qualescunq; illi sint ab Ecclesia arceant, vel ingressos expellant.

CAPVT IX.

Inquirenda de Clericis.

DE Clericis verò inuestiget potissimum.

An ad præscriptum peccata confiteantur, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumant.

An Missam singulis diebus audiant; & an celebranti inseruiant, & an tunc aliquid de officio recitent.

An Ecclesijs, quibus ascripti sunt, iugiter inseruiant.

An functiones peculiares de uotèexerceant.

An concionibus,& lectionibus sacris diebus festis intersint.

An doctrinam Christianam doceant.

An Congregationem Clericorum frequentent.

An rectè legant, pronuncientuè, &

An competenter, & perfectè scribant.

An litterarum studijs incumbant.

An præseferant ingenium, memoriam, capacitatem, & spem profectus pro ratione ætatis.

An, qui decimum quintum annum attingunt, libros præscriptos habeant. Concil. Prouin. 1. eod.

An reuerentes, & obedientes sint parentibus, Sacerdotibus, & magistris.

Alia præterea de moribus, &c. vt supra.

Et videat literas testimoniales Vicarij, Foranei, Parochi, Confessarij, Magistri, & Prioris Doctrinæ Christianæ.

Quantum verò ad literarum examen,fiet secundùm qualitatem personæ. Præcipuè verò videndum est, an intelligant linguam latinam, & fidei rudimenta teneant; & an Missæ inseruire ad præscriptum sciant.

CAPVT X.

Inquirenda de Clero in generali.

Plura ex S. Dionys. Carthus. in opus. de regim. ad Timoth. 1. cap. 3.

DE Clero autẽ in genere hæc inquirẽda videntur. In primis verò iuxta regulam Apostoli.

An irreprehensibiliter conuersentur, id est absque graui, & notabili culpa.

An sobrij. Quo circa inquirendum est.

An sint potatores, seu ebriosi; an tabernas visitent; an commessationibus vacent: an bibendo, & comedendo sint dissoluti: an demum frugalitatem in Concilijs præscriptam seruent.

An ornati, id est, morigerati, & prudentes. Quocirca solerter est pensandum, an pro ordinis, & officij sui ratione sint sufficientis literaturæ, & an etiam sint benè compositi.

An pudici in verbis, & in factis; vel an lasciui, & inhonesti.

An hospitales, & cæteris misericordiæ actibus dediti.

An creditum sibi gregem informent de credendis, atque agendis publicè, ac priuatim, & vnumquemque secundum exigentiam sui status.

An

An aliquẽ corporaliter, aut spiritualiter cædant, lædant, siue inordinatè affligant.

An sint contentiosi.

An cupidi.

An domesticis suis efficaciter præsint, taliter illos regendo quòd alijs exemplares existant.

An etiam sint superbi, & iracundi: & non potius humiles, mites, iusti, benigni ac continentes.

Insuper inquirendum est, an ea, ad quæ ex Decretalibus obligantur, adimpleant; videlicet:

Plura in tit. de vit. & hon. cler.

An arma deferant, an barbarinos cultellos, siue similia: nisi fortè per loca periculosa ad incutiendum terrorem latronibus; & tunc cum facultate legitima.

An comam relaxent; & an barbam nutriant.

An ad bibendum se inuicem, vel alios incitent.

An officia, siue cõmercia sæcularia potissimum inhonesta exerceant.

An Monasteria Monialium, absque manifesta, ac rationabili causa frequentare præsumant.

An cum mulieribus secundum iura prohibitis morentur.

An nimis ioculatoribus, seu histrionibus sint intenti.

An aleis, taxillisue ludant; siue huiusmodi ludis intersint.

An vestimentorum, & ornamentorum superfluitates, preciositates, curiositates, ac pompas deuitent.

An Tabellionatus officium exerceant.

Amplius, quæ in Decreto habentur, videlicet.

c. his igitur, dist. 23. cum alijs simil.

An à vulgari sæculariq́ue vita secluſi sint, atq; à vanitatibus, ac voluptatibus mundi se abstineant, ita, vt neque pompis intersint, neque spectaculis.

An publica conuiuia fugiant; & priuata, non solum pudica, sed etiam sobria colant.

An dolos, coniurationes, detractiones, odium, indignationem, turpium lucrorum occupationes indignè deuitent.

An pro beneficijs medicinæ Dei, id est, pro Sacramentis, & spiritualibus beneficijs, siue suffragijs pecuniam exigant, aut suscipiant.

An negotiationi incumbant.

Et in summa, an abstineant non solùm ab ijs, quæ in se mala sunt: sed etiã ab his, quæ speciem mali habent.

Plura etiam ex Sacro Concilio Tridentino, ex Concilijs Prouincialibus, & Diœcesanis addi possent; quæ ex inquisitionibus de Canonico, Parocho, & Capellano elici possunt.

Præsertim verò Visitator videat, an functiones etiã; ordinũ minorum in vsum reductæ sint & an exerceantur per constitutos in illis ordinibus. Et consideret, an minores ordines exercentibus stipendia assignari possint. Videat etiã an sit aliquis diuino ministerio ascriptus, qui quæstum sordidum exerceat, vel mendicet.

Concil. Trid. sess. 23. c. 17. Concil. Prou. 1. eod.

Concil. Prou. 4. quæ ad fac. ord. §. vsus. d. c. 17.

Inquirat etiam diligenter de funeribus, qua videlicet pietate, quo ordine, quo tempore, quibus cæremonijs fiant; & quam mercedẽ, eleemosynamue sacerdotes exigãt, aut suscipiant; & an in eis auiditatem præseferant; & an miserabiles, quibus videlicet nihil supereſt, sumptibus Ecclesiæ sepeliant.

Concil. Trident. sess. 21. cap. 2. Concil. Prou. 1. de funer.

Videat an Clerici beneficiati in loco suorũ beneficiorũ actu residentes, saltẽ in quatuor maioribus festiuitatib. anni, Paschæ videlicet, Pentecostes, Natiuitatis Christi, & Assumptionis Beatæ Virginis, vel omnium Sanctorum in Ecclesijs, in quibus residẽt, publicè in Missæ solennioris officio sub summo sacro de

mana

manu celebrantis, reuerenter, & deuotè sumant sacrosanctum corpus Domini.

Et an pro summo Pontifice ægrotante, & pro eodem defuncto orent.

Concil. Prou. 6. quæ ad

An etiam pro Episcopo ad præscriptum Concilij.

Inquirat etiam de fructibus, & prouentibus Ecclesiæ, quomodo dispensentur.

Et accurratè videat instrumenta ordinum, & bullas beneficiorum: præcipuè autem infra scripta perpendat.

diu. off. Concil. Prou. 1. quæ ad bon.

CAPVT XI.

Aduertenda circa instrumenta Ordinum.

DILIGENTER, & studiosè circa ordinum instrumenta Visitator consideret.

Concil. Triden. sess. 23. cap. 12.

An in ætate non legitima promotus fuerit; id est ad Subdiaconatũ ante 22. annum ad Diaconatum ante 32. Sacerdotiũ ante 25. inchoatum.

An plures ordines sacros, vel minorem, & Sub diaconatum eodem die susceperit, & etiam, an plures minores nõ dispensatus ab Ordinario suo.

An sine dispensatione propter interstitia, vbi opus sit.

An, si à non suo Episcopo absque dimissorijs sui Ordinarij.

An in temporibus à iure non statutis sine canonica dispensatione; & an in ordine malè suscepto ministrauerit.

An per saltum; & an sic promotus ministrauerit.

An obstiterit natalium defectus, etiam occultus; & si fuerit dispensatus in minoribus saltem ab Episcopo, & in maioribus à summo Pontifice, an in dispensationis petitione falsum narratũ, aut suggestum sit.

An cum dimissorijs Capituli, vel alterius loco Capituli infra annum à die vacationis concessis promotus fuerit, & hoc casu, an occasione beneficij recepti, vel recipiendi arctatus fuerit.

An maiores ordines ad titulũ beneficij, pensionis vel patrimonij nõ sufficientis, & actu non possessi susceperit.

Consideret etiam, & inquirat an furtim, vel cum aliquo corporis vitio; quod deformitatem notabilem induceret, fuerit promotus.

An excommunicatus, aut per simoniã.

An irregularis ex delicto, vel bigamia non dispensatus.

Et circa hæc magna diligentia adhibenda est, quia vbi ordines sacri extra tempora statuta, aut ante ætatem legitimam, vel sine proprij Episcopi dimissorijs sint accepti ex Constitutione Pij Secundi ad literam relata à *Fusch.* suspensio ipso iure incurritur, & administrando irregularitas; vt demum ad beneficiorum priuationem procedi possit: Item de eo, qui per saltum promotus est; cum quo tamen ex legitima causa, si non ministrasset, Episcopus dispensare poterat. Et qui suscipit aliquem ordinem etiam minorem per Simoniam propriã, realem ante ordinationem commissam, licet occultam, quæ sit causa ordinationis, est excommunicatus; etiamsi committatur dando alicui tertio, nõ autem Ordinatori. Et illegitimus absque dispen-

Fusch. lib. 2. c. 28. n. 36. Conc. Trid. sess. 23. cap. 14.

dispensatione ordinatus, siue illegitimitas sit publica, siue secreta, est irregularis. Et quando etiam furtim contra prohibitionem ordinantis, si prohibitio fuit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, est excommunicatus, & irregularis; cum quo Papa solus dispensat. Qui etiam eodem die duos ordines sacros suscipit, posteriore est suspensus: & in eo Papa solus dispensat.

Nau. d. cap. 25. sub n. 68. cap. 1. de fil. presbyt. Nauar. num. 69. Nauar. num. 70.

Si ordinatus fuerit illegitimè cum dimissorijs Capituli, vel eius nomine est suspensus ab executione ordinum, si est in sacris, ad arbitrium futuri prælati; sin autem in minoribus est constitutus, priuilegio non gaudet.

Concil. Trident. sess. 7. c. 10. & sess. 23. c. 10.

Si est excommunicatus, licèt minores ordines susceperit, efficitur irregularis, si excommunicatio erat maior; cum quo solus Papa dispensat.

Si verò maiores ordines ad titulum beneficij, pensionis, vel patrimonij non sufficientis, & actu non possessi susceperit, est suspensus; sicut etiam quilibet alius malè promotus; cum quo solus Papa dispensat. Sixt. V. constit. 29.

Itaq; hæc pœna communis est contra quoscunq; malè promotos; vt sint suspensi ab executione, ministerio, & exercitio ordinũ susceptorũ; & sine spe, & facultate ad alios superiores ascendendi. Et si ministrare præsumpserint, sic irregulares effecti, priuati sint omnibus dignitatibus, beneficijs, & officijs Ecclesiasticis, & inhabiles facti ad illa, aliaue similia, vel dissimilia obtinenda. At Regulares sunt etiam priuati voce Actiua, & Passiua. Et absolutio a reatu, & dispensatio ab irregularitate summo Pontifici reseruata est; ita, vt nec per Iubilæa neq; per indulgentias extraordinarias, etiam Cruciatæ sanctæ ab alio absolui, vel dispensari queant; nisi in articulo mortis *ex dicta Constitutione Sixti V.* Ideò Visitator aduertat, quando post illam Constitutionem promotus fuit, quæ edita fuit *Nonis Ianuarij Incarnationis Dominicæ anno 1588.* d. const. 29.

CAPVT XII.

Circa obtinentes beneficia.

CIRCA verò beneficia obtinentes, eorumq; titulos, videat:

An aliquo Canonico impedimẽto prępediti sint: & si adest dispẽsatio an sit ad beneficia & ad quot, & ad qualia.

Concil. Trident. sess. 21. cap. 6. Rot. decis. 11. de iure pat. in antiq. Felin. in cap. ex parte, de rescript. c. licet, de elect. 6.

An ante 14. annum, vel ante primam tonsuram beneficium obtinuerit.

An beneficium sit erectum, & confirmatum ab ordinario, ita vt sit beneficiũ.

An beneficiũ sit simplex, an residẽtiale.

Ad quem eius collatio spectet.

An sit eius conditionis, vt beneficiatus necessariò in aliquo ordine, tẽpore collationis constitutus esse debeat.

An sit tale, vt beneficiatus infra certũ tempus debeat ordinari, vt est Ecclesia Parochialis: vel si esset Archipresbiteratus, vel Præpositura, licet beneficium esset simplex. Et videat an infra illud tempus fuerit promotus.

Borgn. decis. 17. sub nu. 21. lib. 1. Pariſ. cons. 15. num. 7. lib. 4. Staph. de iur. Grat. de mod. & form. impetr.

An item certam ætatem, vel aliam qualitatem requirat. Collatio tamen de Canonicatu, licet beneficium sit clericatus, non autem Canonicatus, tenet. Sicut etiam de Curato pro simplici, & de dignitate pro officio.

An sit Iurispatronatus, & tunc inspiciatur, si haberi potest, fundatio.

An beneficiatus legitimè electus, præsentatus, ac institutus fuerit.

An patronis, vel instituentibus aliquid promissum, vel solutum sit.

An sit ei aliquod beneficium vnitum, & diligenter videndum est, an valeat Vnio, vel an reuocanda sit ex ijs, quæ supra dicta sunt de Vnionibus, & an conditiones in Vnione appositæ seruentur.

An facta sit collatio cum conditione, si aliud, quod obtinet, resignet, & cui.

An cum alia conditione, vel pacto.

An cum diminutione.

An sit derogatum oneribus contra Sacrum Concil. Trid. Sess 25. cap. 5.

An permutatio facta cum aliquo in dignitate Ecclesiastica existēti, hoc summo Pontifici non narrato, quia non valet. Rebuff. in pra de form. lig. nu. 12.

Ante omnia autem inuestigādum est, an aliqua Simonia intercesserit: quocirca plura considerāda sunt.

Si ex permutatione beneficium obtinuerit, considerandus est vtriusque beneficij valor. Notabilis enim inæqualitas in permutatione Simoniæ præsumptionem arguit: multò magis, quando beneficiū est nullius momēti, vel est Capellania ficta; præcipuè vbi adest consanguinitas, & quando probabiliter beneficium erat de proximo vacaturum, vel per obitum, vel per ingressum Religionis: Et saltem coniectura inæqualitatis beneficiorum, si aliæ concurrāt, sufficit ad irritandam permutationem. Considerādum est etiam an sit tractatum, vel etiam simpliciter concluſum inter partes de permutatione. Pariſ. cons. 140. lib. 4.

Si ex cessione obtinuerit, videat quænam fuit causa impulsiua, & si facta sit iuxta *Bullam Pij V.* & an sit facta publicatio, & petita possessio tempore præscripto. Cōſt. 58. Const. Pii V. 32. Greg. 13. Conſit. 87.

An aliqua pars fructuum reseruata sit absque superioris auctoritate.

An is, qui beneficiū obtinebat, vt illud cederet, aliquod emolumentum temporale sit consecutus.

An facta sit mentio, quod renuntians fuerit promotus ad titulum illius beneficij. Conſit. 87.

An aliqua intercesserit confidentia, quæ coniecturis probatur, *vt in Bulla Pij V.* de qua latè *Nauar. in suo Manuali, & Episcopus Vulter. in tractatu de irregularitate & Can. impedimentis.* Nauar. cap. 27. nu. 110. Vulter. cap. 35. num. 5.

Vt quando quis, cesso, dimissoue beneficio, & publicata resignatione, possessionēq; capta, in illo, eiusdē rebus, vel fructibus aliquomodo, per se, vel per alium se ingesserit.

Et alijs modis *in dicta Bulla* specificatis, & à dictis Doctoribus diffusè declaratis. Et singulæ coniecturæ per singulares testes probantur, vt ibi dicitur.

Onera quoque, quibus beneficium affectum est, diligenter inuestigāda sunt, & an ipsis satisfiat: Præcipuè autem:

An plura obtineat beneficia, & si ea ex sui natura incomparabilia sint, vel propter pluralitatem ex Concilio Tridentino: Et quātum ad hoc attinet, perpendatur vniuscuiusq; beneficij valor, & personæ qualitas, & Concil. Trid. sess. 24. cap. 17.

An de omnibus in impetratione mētionem fecerit.

An officium diuinum recitauerit, & si non recitauerit, an fructus malè perceptos restituerit.

An alijs etiam oneribus satisfecerit, vel ratione Missarum, vel interessentiæ diuinis officijs in Choro, & huiusmodi, vel ratione fundationis, vel de iure, vel de consuetudine: Et vbi defecerit, an restituerit fructus malè perceptos.

Si quis verò beneficiatus sit alterius Diœcesis, inuestigetur, an per longam habitationem, domicilium contraxerit. Concil. Pro. 1. quæ ad bon. §. sacrorū.

An literas dimissorias, vel testimoniales habeat, & si ad tempus vel indefinitè concessæ sint ita, vt vel expirauerint, vel adhuc durent: Et si sub aliquibus

bus conditionibus conceſſæ ſint, an illas adimpleuerit: & ſi ob aliquam cauſam, puta inimicitiæ, an illa ceſſauerit. Et hæc videnda ſunt etiam cum extero non beneficiato, vt ſupra dictum eſt.

CAPVT XIII.

Circa penſionem obtinentes.

QVOD verò ad obtinentes penſionẽ aliquam Eccleſiaſticam pertinet, in primis videndum eſt:

An Canonicè ſit impoſita.

An licita ſit, vel illicita: quando autem licita ſit, vel non, tradit *Gig. in tract. de penſionibus* præcipuè cognoſcat, qua cauſa occaſioneue impoſita ſit: & an aliquid Simoniacum interceſſerit, & an fuerit impetratum beneficium, vt renunciaretur cum penſione contra *Conſtitutionem Pauli IV.* Hoc enim caſu eſt excommunicatio ipſo facto. Conſtit. 34.

An qui eas obtinent poſt *Bullam Pij V.* Officiũ Beatiſsimæ Virginis recitauerint, & qui à recitatione defecerint, an fructus malè perceptos reſtituerint.

An Ordinatus ſit ad titulum illius pẽſionis.

Poteſt etiam inquiri de illo, qui extinxit penſionem, an cum facultate Summi Pontificis id factum ſit.

Gig. de penſion. c. 4. & 5. Spec. de vit. & hon. Eccleſ. lib. 4. c. 31.

CAPVT XIIII.

Inquirenda de Regularibus.

DE Regularibus à Vicario Foraneo, à Parocho, & ab alijs pijs Viris inquiret potiſsimum.

An prædicent, ſine facultatis, benedictioneſue teſtimonio, etiam in locis, vbi ſpiritualem, temporalemque iuriſdictionem habent.

An hæreſes, ſcandala, aut errores prædicauerint.

An collectam inter concionandum proponant, faciantue.

An concionator ſe ipſum commendet eleemoſynæ cauſa.

An publicent indulgentias ſine Epiſcopi conſenſu.

An profeſsionem fidei præſtiterint omnes, qui eam præſtare tenentur, videlicet Profeſſores, Concionatores, & Confeſſarij ad præſcriptum *Bullæ Pij IV.* Conc. Prou. 1. quæ ad ſac. pœnit Cõſtit. edita die 10. Aprilis 1572.

An audiant confeſsiones ſine facultate ſcripta: Eſt enim pœna excommunicationis. Conc. Prou 3. quæ ad ſac. pœn.

An ſe ingerant in caſibus reſeruatis ſine Epiſcopi facultate contra *Conſtitutionem Pij V.* Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap 8.

An relaxent publicam pœnitentiam ſine Epiſcopi conceſſu. Decl. Apoſt. vt in lib. inſtit. fol. 97.

An conueniant ad proceſsiones generales in Parochia, vel in plebe, vbi habetur Monaſterium.

An in eorum Eccleſia imagines ſacræ inſolitæ pictæ ſint, vel veritati non conuenientes, vel aliàs contra Sacrum *Concil. Tridentinum.*

Concil. Trid ſeſſ. 5. c. vlt. Conc. Prou. 6. eod. d. ſeſſ. 5. c. vlt. Conc. Prou. 4. eod. Conc. Prou. 1. de prædic. verbi Dei. Conc. Prou. 1. quæ ad fid. Conſtit. 14.

An in Monasterio Monachorum, vbi commodè fieri potest, Lectio Sacræ scripturæ habeatur. Sess. 25. de inuoc Sanct. Conc. Trid.

An seruent, & publicent censuras latas ab Episcopis. sess 5. c. 1. Conc. Trid. sess. 22. de reg.

An item festa per ipsos inducta. Fusch. lib. 2. c. 15. num. 62. d.

An mulieres claustra Monasteriorum ingrediantur contra *Constitutiones Pij V. & Gregorij XIII.* cap. 12. Const. 22. Const. 36.

CAPVT XV.

Inquirenda quoad Confratres.

INQVIRATVR in primis de titulo, & qua ratione ita appelletur, & si sit ex ijs, quæ sunt sub protectione Regum immediatè, seruetur limitatio Cõcil. Trid. sess. 22. c. 8. Schola à quo, quando, & quare fuerit instituta, seu erecta: & institutionis literæ à quo Notario fuerint confectæ; vel saltem an approbata, à quo, & quando, & à quo Notario literæ approbationis, confirmationisue confectæ fuerint.

Quæ sint eorum instituta, & an approbata, quãdo, & à quo: & an, & quomodo de approbatione illorum cõstet.

An illa seruare nitantur: præcipuè, an frequenter peccata sua confiteantur, & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentũ suscipiant.

An ad processiones conueniant.

An tunc vultu cooperto incedant.

An cum birreto, seu pileo super caputio.

An diebus solemnioribus ad Parochialem Ecclesiam accedant ad audiendam Missam.

An Sacerdotem patrem, & ducem in spiritualibus habeant: & an omnes coràm vno, & eodẽ peccata confiteãtur.

An sint Officiales, quot, & qui, & eorum officium.

An, quando, & quomodo renouentur, & An à Præfecto, vel à Vicario foraneo confirmentur.

Scholares quot sint, & an omnes in libro descripti, & quomodo recipiantur, & an soluant, vel promittant aliquid in ingressu, & quid, & quare.

An, quando, & quomodo congregẽtur.

An inter illos sint aliqui rixosi, ac malè viuentes.

An bona Confraternitatis vsurpantes, vel etiam conducentes.

An bona rectè administrentur.

An redditus distribuantur secundum voluntatem defunctorum, & secundum institutum eorum.

An cõmessationes die festo, vel aliàs, faciant, præcipuè de bonis Confraternitatis.

An, & quæ onera habeant, & an illis satisfieri curent.

An Eleemosynam quærant, & an cum facultate.

An tempore Missæ, & diuinorum officiorum in Ecclesia, & an quotam partem Quæstuario assignent.

Et quomodo impendatur.

An omnia in librum ordine referant.

An Thesaurarius singulis annis rationem reddat præsente Præfecto, vel Vicario Foraneo.

An nomina debitorum ad Visitatorem deferantur.

An suppellex Ecclesiastica decenter asseruetur, & vbi, & à quo: & hoc videat idem Visitator.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

An facultates aliquas habeant, & illas exhibeant, sicut etiam de Indulgentijs, priuilegijs, & alijs, vt supra in præparatorijs.

Deinde si pauci sint scholares, potest fieri status singulorum, & videantur calculi: videatur & liber Ordinationum suarum, an aliqua extet, quæ minimè permittenda sit: Et tunc præcipuè Præfectus spiritualis, & prior arguatur.

CAPVT XVI

Inquirenda quoad Administratores locorum piorum.

VISITATOR, quantum ad Administratores piorum locorum attinet, in primis inquirat de fundatione, Confirmatione, ac de Institutis; à quo, quando, & quibus conditionibus facta sint.

An sint sub cura, & iurisdictione Ordinarij; vel sint exempta, vel priuata ita, vt ipse tanquam vltimarum voluntatũ executor solùm visitare, administrationisq; rationes videre possit.

A quo deputentur, & quando, & vbi congregentur.

An sint Officiales, qui, & quot, & an sint perpetui, vel ad tempus: & quomodo eligantur, confirmenturq;.

Clemẽt. 2. de relig dom. An antequã ad administrationem accedant, iurent, inuentariumq; ôficiant.

Conc. Prou. 1. de prior. lo. adm. An cõgregationes pro loci, & bonorũ cõseruatione fiant, quãd, & quomodo.

An debitores sint illius pij loci.

Concil. Prou. 1. de prior. lo. adm. An aliquas constituriones, regulamue habeant, & an illas obseruent.

Concil. Prou. 1. eod. An Ordinationes proprias habeant.

Conc. Prou. 2. tit. 3. decr. 12. An bona alienentur non seruatis seruandis.

An locanda publicè proponantur.

An detur fideiussor à conductore.

Quot redditus, & quomodo eos distribuant.

An ad vsus præscriptos, præcipuè pro fabrica Ecclesiæ, vbi ad id tenentur.

Conc. An expendãtur omnia per mandatũ secundum voluntatem testatorum, an institutum loci.

Prou. 2. tit. 3. decret. 20. An pecuniam inter se ipsos præcipuè mutuo dent.

Synod. 4. decr. 4. An Eleemosyna solùm verè pauperib. distribuatur, & ad præscriptũ Conc. & an ad illũ vsũ, cuius nomine fuit petita.

Conc. Prou. 1. eod. An omnia Ordine in librũ deferãtur.

An instrumenta, & priuilegia benè custodiantur.

Conc. Prou. 3. de doct. Christ. An vbi plures aluntur, curanturuè, doctrina Christiana diebus festis exerceatur.

An, qui in dictis locis gratis aluntur, horarias preces B. Virginis, vel, si rudes sint, coronam singulis diebus recitent.

An Missam quotidie audiant.

Conc. Prou. 1. eod. An, qui Eleemosynam quærunt, sint bonæ famæ, & eiusdem Diœcesis; & an seruent præscripta.

An omnibus oneribus satisfiat, & quomodo.

Deinde illorum statum conficiat; calculos videat, & debitorum nomina describi curet.

Vlterius, si Hospitalia sint, interroget diligenter etiam pauperes, an illis aliquid in spiritualibus, vel in temporalibus deficiat: & curet prouideri iuxta institutum, & facultates Hospitalis.

Petr. P. 1. cap. 3. An viri à fœminis separati sint, nisi certissimè constet eos esse coniuges.

An cameræ sint separatæ pro mulieribus, præcipuè pro prægnantibus.

Concil. Prou. 1. eod. An in illis sint circulatores, aleatores, nebulonesuè, & huiusmodi

Si sit Mons pietatis, videat accuratè eius institutionem; consideret diligenter an in libris omnia fideliter describantur: & an describatur cuius qualitatis, & quantitatis sit pignus.

An custos pignus diligenter custodiat cum chirographo eidem annexo exprimente diem, quo pignoratum fuit; & cuius sit.

An ex custodis negligentia pignora deteriora fiant.

An in venditione interueniat fraus; vt puta si supponatur vnum pro alio pignore.

An exprimatur etiam in libro qualitas pignoris venditi.

An restitutum sit domino, quod superfuit.

Concil. Prou. 1. de piet. lo. adm. An aliquid vltra sortem omnino accipiatur, nisi pro ministris, alijsq; necessarijs sumptibus.

Concil. Prou. 1. cit. 3. decr. 16. An plus pro scuto acceptum sit dimidio reali.

An apud Montem pietatis pecunia deponatur; aut mutuò detur cum aliquo augmento.

CAPVT XVII.

Inuestiganda de Notarijs, quoad effectus per Concil. Trid. considerat. sess. 22. cap. 10.

Concil. Trid. sess. 22. c. 10. AN sint periti in arte sua.

An sint, qui obscurè dicent, præsertim in Legatis pijs.

An benè renunciantes informent de clausulis.

An taxam præscriptam seruent.

Concil. Prou. 1. eod. Host. & Abb. in c sicut, ne Cler. vel Monach. An in principio sui officij iuramentũ ad præscriptum præstiterint. Videlicet:

Primò, Quòd de his, quæ videbunt, & audient, & requisiti fuerint, sine diminutione veritatis, & comistione falsitatis conficient instrumentum.

Secundò, Quòd secreta ipsis ex iusta causa iniuncta cœlabunt.

Tertiò, Quòd super Vsurario contractu, vel sub fraudem inito, vel alio quocunque illicito nullum conficient Instrumentum.

Quartò, Quòd de omnibus instrumentis, quæ conficiunt, tenebunt penes se protocollum.

Quintò, Quod erunt fideles illi, à quo fuerint constituti: & si sciuerint damnum illius tractari, illi reuelabunt, vel per se, vel per alium certum nuntium.

Sextò, Quod officium istud ipsis injunctũ cupiditate, amore, odio, & timore remotis, in omnibus, & per omnia secundum bonam conscientiam fideliter exequentur.

Concil. Prouin. 1. eod. An aliud iuramentũ quando cooptãtur in Collegio, præstent ad præscriptũ.

Conc. Prou. 2. tit. 5. decr. 17. An iuramentum seruent.

Concil. Prou. 1. eod. An sit, qui legata pia ad præscriptum minimè denunciet.

An sit qui in actis superflua, & superuacanea interserat.

CAPVT

CAPVT XVIII.

De Ludimagistris Scholarum, quæ in numero sunt locorum piorum.

INQVIRAT etiam Visitator de Ludimagistris:

An Scholæ literarum sint, & quot; & à quibus fundatæ.

Magistri quales, videlicet an probi, & docti, & ab Episcopo approbati.

Et quomodo doceant.

An professionem fidei fecerint; & vbi, & coram quo.

An authores honestos, & vtiles interpretentur, & quos præcipuè.

An ipsi, vel scholares habeant aliquem librum prohibitum, vel suspectum: Et videantur libri, & habeatur index illorum.

An scholares in literis, & in moribus diligenter instruant.

An præcipuè curent, vt in scholis, & extra omnis honestas seruetur.

An permittant colloquia lasciua, & obscœna, aut cantilenas scandalosas.

An scholares in ingressu scholæ, & antequam studia incipiant, ac lectiones audiant, deuotam aliquam orationem faciant.

An, & quoties in hebdomada scholares doctrinam Christianam doceant.

An diebus festis cum scholaribus ad scholam doctrinæ Christianæ conueniant. Concil. Prou. 3. quæ ad fid.

An exemplis, & monitis scholares ad pietatem & præcipuè ad Ecclesiarum frequentationem ad Missas, Concionem, & diuina officia audienda, & ad Sacramenta frequentanda hortentur.

CAPVT XIX.

Inquirenda quoad Bibliopolas, & Impressores.

Concil. Prou. 6. tit. 1. AN professionem fidei præstiterint; & quando & coram quo.

Concil. Prou. 3. Concil. Prou. 6. quæ ad fid. An proponant libros venales, nisi prius illorum indice confecto, & approbato.

An etiam in cæteris seruent, quæ illis præscripta sunt; præsertim in regula indicis, & in edicto, & in Concil. Prouinc.

An præcipitè imprimant, aut libros introducant, qui prius approbati non sint ab Inquisitore, & à delegato ab Ordinario, etiamsi alias concessu superiorũ impressi fuerint. Concil. Prouin. 6. tit. 1.

CAPVT

CAPVT XX.

Inquirenda præcipuè quoad populum in genere.

QVAMVIS omnia infrascripta Parochi ipsi referre deberent: quia tamen aliquando, vel timore, vel amore, vel etiam, quia nesciunt, aliunde ex causa, cuncta non omnes fideliter referunt; ideò etiam ab alijs fide dignis, ætate quidem, vsu, & probitate commendatis secretò inuestigandũ est.

Soc. sub num. 28.

An sciant, credant, aut fama sit aliquẽ esse hæreticum, vel hæresis suspectum, vel libros prohibitos habere.

An sciant, &c. aliquem esse excommunicatum vel interdictum; & quare, & quamdiu.

Aliquem inconfessum; & quitempore Paschatis sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum non susceperit.

An sciant &c. aliquem adultum fidei rudimenta ignorare.

Gloss. in pung. sanc de spec. in Eccl. nõ

Aliquẽ in Eccl. indeuotè, minusq; piè ac contra edictũ de reuerenti in Ecclesia conuersatione versari; Aut candelas in Ecclesijs, vel etiam in cœmeterijs vendere: quod non licet.

Aliquem dies festos violare.

Missam integram diebus festis deuotè, & attentè non audire.

Quadragesimam, aliaue ieiunia, præsertim quando in diem festum incidunt, non obseruare.

Aliquem erga parentes impiè se gerere.

Aliquem filias, vel sorores prostituere.

Aliquem filiorum curam, ac disciplinam negligere.

Aliquem blasphemum, maleficum, furarium, concubinarium, aleatorem, vel quouis alio modo peccatorem publicum & scandalosum.

Aliquem discordiam, inimicitiamue grauem, rixam, vel odium habere, aut inter alios seminare, aut fouere.

An sciant, &c. aliquos illegitimè matrimonio coniunctos.

Aut thoro separatos.

Aliquem teneri ad persoluenda legata pia, vel decimas, seu primitias, qui non soluat.

Aut bona Ecclesiæ vsurpare.

Aliquem pupillos, viduas, aliasque miserabiles personas opprimere, eorumque bona indebitè occupare.

Aliquem iudicem, vel magistratum secularem, causas, & querelas Ecclesiasticas, spirituale sue cognoscere; aut Ecclesiasticã libertatem, & immunitatem aliquo alio pacto violare.

Aliquem filios, famulosue, qui in pascendis bestijs occupantur diebus festis ad audiendam Missam non mittere.

Plura alia etiam colligi possunt ex interrogationibus, quæ ab Episcopo, seu ab eius delegato testibus synodalibus faciendæ sunt, quas Burcard. recenset. Et alia *ex Synodo Coloniensi sub Adolph. 3.* Burcard. lib. 1. cap. 94.

Hæc, quoad inquisitionem, & cognitionem.

Quæ autem in his Visitator præstare debeat, videnda sunt.

CAPVT

CAPVT XXI.

Quæ à Visitatore post Inquisitionem maximè præstanda sunt.

CVM cognitio status Ecclesiæ, ac personarum non sit finis Visitationis; ideo vltra Inquisitionem alia præstanda sunt à Visitatore. Euacuãda enim sunt omnia supradicta, quæ Visitatoris opera indigẽt. Videamus ergo in primis generaliter de correctione facienda: deinde ad casus aliquos particulares deueniemus. Facta igitur diligenti Inquisitione, si Visitator omnia benè, honestè, ac legitimè acta intelliget, Deo gratias aget; & Visitatos, vt de virtute in virtutem procedant, hortabitur. Vbi autẽ correctione opus est plures Conclusiones, seu Regulæ cõstituendæ sunt.

cap. placuit. 10. q. 1.

c. beatus dist. 45.

Prima Regula generalis; Visitator in correctione facienda, extrema, sicut etiam in cæteris, cauere debet: nam facilitas veniæ incentiuũ præbet delinquẽdi; & nimia iustitia, siue summus rigor, nõ correctionẽ, & emendationẽ, sed desperationẽ, & odiũ inducit: Et qui nimis emungit, sanguinẽ elicit: & immoderata facit correctio deteriorẽ, sed moderata satis correctio gignit amorẽ. Et in dubio misericordia sẽper prævalere debet.

c. nisi cũ pridem, de renũc Prou. c. 30. c. denique; distinct. 4. gl. in extrauag. Ioan. 5. quia igitur ne sed. vac. cap. alligant, 26. quæst. 6. d. c. 5. & 6. c. importuna de pœn. dist. 1. gl. & doct. præsertim, Abb. in c. de hoc de fin. in d. cap. de hoc. Dec. in cap. atsi clerici, sub n. 5. de iud.

Secunda Regula quam cum ix. sequẽtibus tradit S. Ant. Recognoscentibus defectum suum sine accusatione, & se humiliantibus ignoscendum est.

Quam regulam declarandam arbitror, quando delictum non esset notorium: quia notorietas est loco accusatoris; vel quando facilè id scire potuisset Visitator: Et fortè se ipsum quispiã malitiosè accusauit, sciens delictum ad Visitatoris aures peruenturum: licet aliqualiter forsan parcendum sit.

2. Nõ simpliciter est parcendũ; quandò ex illa remissione, & gratia daretur occasio peccandi; maximè vbi esset scandalũ. Hoc tamẽ casu leuius puniendus esset.

Declaratur etiam alijs modis hæc regula à doctoribus: sed suprascriptæ duæ declarationes sunt frequentiores.

3. Regula. In his, quæ ex fragilitate cõmittuntur, & nõ ex habituata malitia, quę nec sunt scãdalosa, posśut etiã; & debent delinquẽtes misericorditer puniri.

4. Regula. Ratione multitudinis, vbi timetur scandalum, prudenter procedendum, ac etiam parcendum est.

5. Regula contumacibus, & ex superbia peccantibus non est parcendum.

6. Neque est parcendum illis, qui post plures admonitiones iniquitatem operantur; quia incorrigibiles dicuntur.

7. Non est ignoscendum illis, qui suis iniquitatibus corrumpunt alios.

8. Quãdo aliquod scelꝰ reperitur diffusũ in multos, præcipuè in Clericos, seuerè puniendũ est; nisi timeatur scandalũ.

9. Vbi defectus est circa formam Sacramentorum, grauissimè puniendũ est.

10. Vbi est immũditia in corporalibus, & alijs huiusmodi ad diuinũ cultũ spectantibus, seueritas adhibẽda est. Nimis enim absurdum est in sacris sordes negligere; quæ etiã in profanis dedecerent.

Etsi Ethnici tanti faciebant nitorem, & munditiã in suis tẽplis, vt *Valer. Max.* refert; quanto magis nos facere debemus, qui Deo vero inseruimus.

11. Generaliter, vbi scandalũ, ac Dei iniuria manifestè apparet, non est parcendum: quia quãuis pium sit propriam

Doct. in d. c. atsi clerici. c. quia dist. 50. c. vt cõstituerentur, dist. 5. Dec. in c. 1. sub n. 12. de off. deleg. cap. quanto, 2. q. 4. c. 2. dist. 82. quãdo autẽ quis dicatur incorrigibilis in d. c. atsi clerici. & in c. cum ab homine de iud. c. Rsceandæ. 74. q. 3. c. Nihil iniquius, 32. q. 6. Anch. in clem. 1. de vit. & hon. cler. S. Ant. in præcit. loco. S. Ant. vbi sup. c. 2. de cust. euch. Valer. Max. lib. 1. cap. 1.

iniuriam tolerare; impium tamen est Dei iniuriam dissimulare.

Soc. sub num. 26. S. Ioan. Chrys. in 4. Matth. hom. 5. facit tex. in c. si is 23. q. 4. pauin. p. 1. quæst. 6. & 7.

12. Vbi Ecclesiastici pœna plectendi sunt, nisi delictum notorium sit, secretò quoad eius fieri potest, puniendi sunt; nec passim more latronum in carcerem detrudendi sunt. Secretò etiam moneri, examinari, & corrigi eos oportet; ne populo odibiles fiant.

S. Dyon. Carthu. d. c. 15.

13. Cum ignorantibus ex negligentia rigorosè agendum est. Cum Sacerdotib. verò tardioris ingenij, & conuersationis deuotæ diligentiam suam adhibentibus specialiter piè agendum, ac patiendum est: quia in pluribus supernaturaliter adiuuantur.

Conc. Trid. sess. 24. cap. 3.

14. Episcopus, seu alius ab eo delegatus, licet iterum visitare possit: non potest tamen punitos ab inferioribus Visitatoribus punire.

Neque ab ipsis absoluti innocentiam suam iterum demonstrare tenentur.

Soc. sub nu. 28.

His generaliter præcognitis, redeamus, vnde digressi sumus. Si igitur Visitator inuenerit delicta, aut delicta illa sunt notoria, aut non: primo casu corrigere debet pœnam illis debitam infligendo, non obstante appellatione, inhibitione, exemptione, aut etiam querela ad sedem Apostolicam; quæ nullo pacto in Visitatione suspendunt Visitatoris decretum quando ad correctionem procedit, non cõpilato processu. Et notorium crimen dicitur in hoc casu, vbi populus est testis, & dicitur populus testis, vbi maiori parti notum est. Secundò verò casu, aut orta est infamia, sed non tanta, per quam ad solemnem Inquisitionem peruenire possit, & tunc si ratione scientiæ Visitator cognoscet, & si omnino ignarus erit, ipsum priuabit: quia eo casu esset ille irregularis. Et supra omnimodam ignorantiam dispensatio non cadit, quia de iure diuino est, quod Sacerdos habeat scientiam: Aut non est penitus ignarus, & tunc si honestæ vitæ sit, Coadiutorem, aut Vicarium cũ parte fructuum pro sufficienti victu deputet; aut eum instruat, vel potius iubeat, vt ad aliquem erudiendus accedat: & infra aliquod temporis spatium examini coram Ordinario, vel coram eodem Visitatore se subijciat. Si verò ratione delicti, ipsum secretò moneat, excessus suos illi narrando, ac benignè secum agat, demonstrando, & admonendo, ne in illos amplius incurrat. Maximè autem curet, vt occasiones præcipuè proximas peccandi in posterum omnino remoueat. Si verò tanta sit infamia, vt ad solemnem Inquisitionem peruenire oporteat; tunc ipsum, vt absq; alio processu veritatem dicere, delictumque suum fateri velit, moneat: Quod si renuerit Inquisitionem solemnem faciat, deferẽdo iuramentum, &c. Et vbi constabit de delicto in ista secunda Inquisitione procedet. Perpendat tamen semper Visitator, an ille alias sit bonæ famæ: & an multũ possit ædificare, vel destruere, & an sit corrigibilis, vel nõ, præcipuè verò qualis fuerit vita præterita in illo genere criminis. Vitiorum etiam circunstantias diligenter consideret, & secundum prudẽtiam à Deo sibi datam agat, ita vt disciplina populis salutaris, ac necessaria conseruetur: Et qui correcti fuerint, emendentur, aut si resipiscere noluerint, cæteri salubri in eos animaduersionis exemplo à vitijs deterreantur. Hæc generatim. Nunc ad casus peculiares deueniendum est.

Crem. in c. si Laicis dist. 48. Conc. Trid. sess. 22. cap. 6.

Soc. sub num. 28.

Conc. Trid. sess. 13. cap. 3.

Primùm videamus, quomodo cum Clerico non residente, habitumque non deferente Visitator agere debeat. Confecto processu, & plenè probato delicto, mandet illum citari etiam ad valuas Ecclesiæ, in qua beneficium habet. Forma autem

Conc. Trid. sess. 24. cap. 10.

Arch. in d. c. 1. sub num. 5.

Soc. sub num. 28. Diaz. in in pract. in verb. illiterati. Franc. in cap. fin. de temp. ordin. lib. 6. Turre.

autem præcepti habetur infrà cum alijs Formulis frequentius in visitatione necessarijs. Et si infra terminum præscriptum non comparuerit, illum beneficio priuatum declaret.

Const. 30. Const. 31.

Quod locum habet etiam in non deferēte habitum talarem, licet resederit, ex *Constitutione Sixti V.* quæ Constitutio nō solùm beneficiatos, sed etiam pēsionem habentes comprehendit, licèt quantum ad hoc, ab eodem alia Constitutione moderata fuerit: & contra eum ad fructuum restitutionem coram Vicario etiam vigore Visitationis agi decernat. Si verò in cæteris habitum congruentem non detulerit, permissis Canonicis moritionibus, cōmunione priuetur, donec ad præscriptum habitum sumpserit. Si autem propter non residētiam tantū, videtur etiam quod possit agi ad priuationem.

c. Episcopi, 21. q. 4. c. conquerent & ibi Docto. de cler. nō resid. Doct. in d. c conquerēte. Innoc. in c. ex tut. de cleric. nō resid. Innoc. in d. c. ex tut. Conc. in verbo Vagabūdus. Fusch. lib. 2. c. 22. nu. 17. Conc. Trid. sess. 23. c. 16. Fusch. sub. d. nu. 17. Decl. Cong. sac. Cōcil. Trid. Concil. Trid. sess. 24. c. 12.

Ampl. etiam si beneficium esset modici valoris.

Secundò Ampl. etiam, quando abesset Clericus ex iusta causa, si monitus pro Ecclesiæ suæ necessitate, vel vtilitate venire recusaret.

Tertio Ampliatur etiam, quādo quis non tenetur ad residentiam, si est vagabundus, & post monitiones factas non resipiscit. Vagabundus autem dicitur cum per absentiam ignoratur, an viuat, vel non, aut si sponte consideratur diu abesse. Si verò non sit beneficiatus, sed tamen alicui Ecclesiæ ascriptus, ei sacrorum vsus interdici potest. Sed si nulli Ecclesiæ ascriptus est, ad Ecclesiā reuocari, & in Diœcesi inuitus retineri minimè potest. Ex decreto tamen sacri *Cōcil. Trident.* obtinens dignitatem, Canonicatum, Præbendam, aut portionē, absens vltra trimestre, saluis tamen illarū Ecclesiarum Constitutionibus, quę longius seruitij tempus requirunt, primo anno dimida parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac residentiæ fecit suos, priuandus est. Quod si iterum eadem vsus fuerit negligentia, omnibus fructib. illius anni priuari debet. Crescente verò contumacia secundum Canones puniendus est. Ideò qui primo anno in cathedrali, vel in collegiata non residentem priuat, redarguitur. Absens autē dicitur is, qui licèt in ciuitate maneat, Ecclesiam tamen absque legitima causa non frequentat. In tribus autem mensibus minimè imputantur horæ, quibus Canonicus desierit inseruire, & pro quibus in distributionibus punitus est. Contra Parochum tamen ex *Proœmio Constit. Pij V.* durius agendum est; licèt dicta Constitutio de Parochis aliud beneficium residentiale habentibus loquatur. Contra Parochum etiam prę cipuè agendum est, quando abest ijs tēporibus, quibus fidelium confessiones frequentiores esse solent. Nummo enim aureo singulis diebus, quibus sine legitima causa abfuerit, mulctandus est. Vbi verò Parochus cum legitima facultate abest, Vicarium idoneum, & ab Ordinario approbandum debitam illi mercedem assignando constituat. Contra illum etiam, qui absque facultate discesserit procedatur ad præscriptum, videlicet puniatur numero aureo.

Trid. sac. Cōc. Congr.

Dec. cōgr sacr. Concil. Trid. Constit. 64. Syno. 11.

Concil. Trid. sess. 23. c. 1. Syno. 11.

Contra malè promotos.

AGendum est, vt supra dictum est de aduertendis circa Instrumenta Ordinum.

Contra Parochum non promotum ad Sacerdotium intra annum.

PRocedet declarādo ipsum beneficio priuatum: neque anno elapso potest purgari mora. Annus autem incipit à die adeptæ possessionis pacificæ, vel

c. licet, de elect. 6. Glo & alij in d. c. licet.

c. commissa, de elect. 6. Staph. de lit. grat. de var. mod nat. fol. 228. doct. in d.c. licet.

quando per eum stetit, quominus ipsam adeptus sit. Et donec annus omnino lapsus non sit, priuatus declarari nequaquam debet, quia verè nondum priuatus est; Licèt illum intra annum amplius promoueri non posse perspicuũ, ac certum sit. Limitatur non procedere, vbi fuisset iustum impedimentum, & quando per ipsum nõ stetit, & protestatus est. Quando verò incurrit irregularitatem, si sine culpa, nõ priuatur, secus si sua culpa. Et quando certò constat, illum infra annum non esse promotum; vt si de promotione postea facta ad Presbyteratum appareat, non poterit se tueri ex reg. de triennali possessore, secus autem in dubio. Non promotus autem ad Sacerdotium habens Capellaniam requirentem Ordinem Sacerdotalem, vel aliud beneficium non curatum infra annũ, non est priuatus: quia Parocho solùm priuationis pœna ipso iure imponitur. Si tamen monitus fuerit, vt promoueretur, secùs esset.

Monach in d.c. licet. Gomes. de trien. poss. q. 10. circa fin.

Quod arbitror verum, quando legitimè, & pœna priuationis ipso facto monitus fuerit.

Rot. dec 320 in antiq. Diaz. in praxi. crim. c. 48. Staph. de lit. grat. de var. mod vac. fol. 228.

Item etiam, quãdo in fundatione apposita esset pœna priuationis, quamuis ipse Capellanus ignoraret.

Contra non recitantes Horas Canonicas.

PRocedendum est ex *Constitut. Pij V.* quam declarat *Nauar.* & ipsam etiam refert *Fusch.* ad priuationẽ fructuũ pro rata. Et ibi declaratur, quomodo fiat diuisio. Quæ Constitutio habet etiã locum contra non recitantes officium Beatissimæ Virginis Mariæ, si pensionẽ, aliquoduè emolumentum Ecclesiasticum percipiunt. Et qui Canonicè admoniti fuerint, si culpabiles iterum reperiantur, beneficio priuari possunt. Officium autem omittere, vt beneficio priuari possit, is iure dicitur, qui quindecim dierum spacio bis illud omiserit. Et in hac prouincia Mediolanen. non solùm potest procedi vigore dictæ *Cõstitutionis Pij V.* sed etiam virtute *Concil. Prouin. 1.* à summo Pontifice confirmati, in quo innouatur pœna *in Concil. Lateranen.* imposita, videlicet priuatio omniũ fructuum. Quando autem infirmitas excusat à recitatione officij tradunt *Nauar. & Fusch.* quando videlicet infirmitas est talis, quod dicendo officium, causaret damnum, aggrauaretq; morbum.

Naua. in man. c. 25. num. 122. Fusch. lib. 1. c. 20. sub num. 22.

Conc. Laterã. Conc. Prou. 1. de cas.

hor. non inter. Fusch. lib. 1. c. 20. n. 11.

Nauar. d. c. 25. nu. 110. Fusch. d. c. 20. num. 151.

Contra Simoniacum.

VIsitator illum beneficijs priuatum declarare, ad Vicariumq; criminalem puniendum remittere, vel pœnis secundum *Canones, & Pij V. Constitut.* mulctare debet. Licèt ad hoc, vt beneficium Simoniaci vacet, declaratio nõ sit necessaria. Et sciat Simoniam variè cõmitti; quãdoque enim in ordine, quandoque in beneficio etiam simplici, & quandoq; in Prælatura, quandoq; ignorante ordinato, vel electo, vel aliàs prouiso; quandoq; eo sciente, quandoque etiam pecuniam dante. Et contrahitur nõ solùm quando pecunia ipsa in numerato pro re sacra datur, aut recipitur, vel de danda, & recipienda tacitè, vel expressè conuentum fuerit: Verum etiam cùm dans, humanum obsequium, seruitium, fauorem, atque gratiam aliquam requirit, vel exigit. Et meminerit Simoniam coniecturis probari, & quamlibet personam Catholicam in testem admitti, nullamq; exceptionem, nisi capitalis inimicitiæ, & conspirationis reijci.

Conf. 5. c. cum secundã leges, de hær. 6. Caldar. in c. post translationem, de renũ. Abb. in c. de simoniaco, de simon. Spec. de vit. & hon. eccles. lib. 4. cap. 4. Rod. latè, declarat de simon. par. 4. q. 4. cum sequen.

Probatur autem Simonia per modos his versibus comprehensos.

Aspectus, sculptum, testis, notoria, scriptum.

Iurans, confessus, præsumptio, fama probabunt.

Con-

Contra blasphemantem Deum, aut Virginem Mariam.

Pius V. Const. 5. SI sit Clericus, primùm fructib. vnius anni quorumcunque beneficiorum mulctatur. Si iterum beneficijs omnibus priuatur: si tertiò omnibus etiam dignitatibus exutus deponendus, & in exilium mittendus est. Quòd si Clericus nullum obtinuerit beneficium pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice punitur, pro secunda carceribus mancipatur; pro tertia verbaliter degradatur, & ad triremes mittitur. Si Laicus pro prima vice pœnam vigintiquinque Ducatorum incurrit, pro secunda pœna duplicanda est; pro tertia centum Ducatos soluere debet, & ignominia notatus exilio damnatur. Qui verò plebeius fuerit, nec sit soluendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesiæ cõstituitur per diẽ integrum; pro secunda fustigatur per vrbẽ; pro tertia lingua eius perforatur, & mittitur ad triremes.

Pius V. Const. 5. c. querelam, de iureiur. & c. peruenit, de fideiuss. Staph. de lit. grat. de var. mod vac. fol. 140. Plura tradit Lãgheruc. in Spec. de vit. & hon. eccle. lib. 2. c. 9. cũ seq. Concil. Trident. sess. 25. c. 14. Conc.

Contra sanctos blasphemantes.

Pœna est pro blasphemiæ, & personæ qualitate arbitrio Iudicis.

Contra Clericum periurum in iudicio.

Agitur ad priuationem beneficiorum.

Contra Concubinarios, adulteros, &c.

Præsuppositis ijs, quæ supra in genere dicta sunt, an videlicet peccatum sit publicum, vel secretum, an delinquens sit solitus, vel non, &c. distinguendum est inter Clericum, & Laicum: rursus, vel Clericus est in sacris, vel non; si non est in sacris, vel est beneficiatus, aut pensionem habet, vel non, & hi omnes puniendi sunt secundum Sac. *Concil. Trid.*

An autem ibi cõprehendantur distributiones quotidianæ tradit *Nauar. in suis responsis.* Notorius tamen, si monitus concubinam non dimiserit, à beneficijs suspenditur, & si adhuc incorrigibilis erit, illis priuandus est. Et diligenter cõsideret, atque cognoscat Visitator, an ille irregularitatem hoc casu contraxerit. Laici autem viri, & mulieres puniendi sunt, & ipsi secundum eandem sac. *Conc. Trid.* dispositionem, quam in virtute sanctæ obedientiæ ordinarijs *Pius V.* obseruari iubet, & etiam alijs pœnis. Parochus verò, qui cum filia spirituali rem habuit, beneficio priuandus est, atque acriter puniendus, præsertim quando esset etiam contracta cognatio per Baptismum.

Et circa hanc materiam Visitator meminerit, tam Clericos, quàm concubinas esse puniendos etiam ex sola suspicione, vel illis Canonicam purgationem indicendam, vbi oritur scandalum.

Et si constat aliquem secum in domo mulierem suspectam habere, eo ipso videtur probata fornicatio: & si publicè eam detineat eo ipso conuictus est.

Aduertat etiam Visitator, ob periurij timorem, concubinarium minime esse compellendum iurare relinquere concubinam, præcipuè, quando de eius incontinentia dubitatur.

Curet etiam Visitator, maximè cum Ecclesiasticis, præsertim in his peccatis carnalibus, velare quantum potest, quãdo correctio speratur. Licèt potissimũ curare debeat, vt honestas, quæ Ecclesiasticis summopere necessaria est, omnino seruetur. Ideo, quando correctio minimè speratur, & peccatum notorium est, maximum rigorem exhibere debet.

Prou. 6. quæ ad cler. discipl. Naua. cons. 6. de verb. fig. c, sicut, & c. si autem de co. hab. cle. & mil. Staph. de lit. grat. de var. mod. vac. fol. 140. Conc. Prou. 6. quæ ad cler. disciplin. Const. v. Conc. Prou. 6. quæ ad mat. §. graue c. omnes 30. q. 1. Rot. de filij. Presb. decis. 4. c. 2. de coha. cle. & mul. c. tua eod. c. 3. & gl. in c. tua. c. cleri. cos vbi gl. de cohabi. cler. & mul. Pauin p. 2. qt. n. 50. Fusch. lib. 1. c. 4. sub. nu. 15. c. 3. dist. 32.

Quicunque autem aliquam absq; facultate domi habet,

Vel recipit,

Licet nulla sit suspicio,

Etiamsi illa arctissimo ei vinculo coniuncta sit.
Etiam si tantùm parandi cibi.
Aut alia simili causa adesset.
Etiam si non pernoctaret.
Mulctetur pœna vnius aurei nummi, quoties culpam hanc admiserit.

Contra Vsurarios.

Lup. post alios in c. quãquã in præf. num. 8. de vsur. Lup. ibidem sub num. 18.

SI est clericus, primò suspenditur; secundo, videlicet si post illam pœnam in eodẽ errore vsurariæ prauitatis perseueret, ab officio, & beneficio deponitur.

Et hoc vltra pœnas iure inflictas, & alias etiam arbitrarias; vt magis communiter asserunt Doctores. Et contractus etiam est iuratus nullus. Et agendum est etiam contra Notarium, qui sciens rogatus cõscripsit. Generaliter autem omnis vsurarius, manifestus, nisi omnino pauper sit, ad restitutionem etiam cẽ n suris cogendus erit.

Concil. Prou. 1. cod.

Contra Ecclesiasticos Negotiatores.

Agendum est varijs modis ratione culpæ, & personæ.

Pœna inprimis est amissio quęsitorũ, non tamen omnium; quando videlicet Clericus esset pauper. Deinde est pœna arbitraria, vel pecuniaria, vel carceris, vel suspensionis, aut alterius grauioris arbitrio ipsius Visitatoris.

Card. in cle 1. de vita, & hon. cle.

Diaz. cap. 50.

Contra Calumniatorem.

Calumniator punitur eadem pœna, qua puniendus erat reus, si esset in culpa.

Abb in rub de calumn.

Contra Detractorem.

Pœna excommunicationis:
Et etiam flagellis plectitur, præcipuè si in scriptis deliquerit.

c. detractores, 3. q. 4. c. qui in alterius, 3. q. 1.

Contra Murmuratorem.

Pœna excommunicationis.
Triduana pœnitentia expiandus est.

c. cessemus dist. 90. Inno. 3. part. dec. cap. 57.

Contra Maledicum.

Clericus maledicus, maximè contra Sacerdotes, cogitur ad postulandam veniam; & si noluerit, degradatur.

c clericus. dist. 46.

Contra Contentiosos pertinaces.

Pœna excommunicationis post Canonicam monitionem.

c. placuit. dist. 90.

Contra illum, qui alterius sedem, locumuè occupauerit.

Postponendus est cæteris.

c. sin. dist. 91.

Contra Clericos Venatores.

Presbyter in voluptate venandi sæpius detentus duobus mẽsibus; Diaconus verò ab omni officio suspenditur. Vbi autem non ita frequenter, pœna erit arbitraria, quia simpliciter clericis prohibita est venatio saltem clamosa.

c. 1. de cle. ven.

Contra Præpositum Sacramento Eucharistiæ ipsam Eucharistiam incautè dimittentem.

Est pœna suspensionis trium mensium ab officio; & maior, vel minor secundum causam facti.

c. 1. de custod. Euch. & c. sanè de celeb. miss. Fusc. h. l. 1. cap.

Contra sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum non bene custodientem.

Si mus illud comederit, pœnitere debet quadraginta diebus; si verò illud perdiderit triginta diebus.

c. qui benè, de conse. dist. 2.

Contra illum, qui oneribus sui beneficij integrè satisfacere neglexerit.

Visitator ipsum ad fructuum malè perceptorum restitutionem compellat; eumque per sex menses bonorum Ecclesiasticorum administratione prohibeat. Et vbi ipsum peccasse iterum inuenerit, grauioribus eum pœnis afficiat.

Cone. Prou. 1. quæ ad ben.

Hoc procedit etiam in ijs, qui beneficia

Concil Prou. 2

quæ pertin. ad bō.

cia commendata habent; qui grauius plectendi sunt.

Contra illum, qui post possessionem apprehensam ante mensem titulum beneficij Episcopo non ostenderit.

Concil. Prou. 2. titul. 3. decr. 1. Conc. Prou. 6. quæ ad bon. cap. Concil. Trid. sess. 22. c. 11.

Mulctatur ille dimidia parte fructuū, & prouentuum vnius anni.

Quod procedit etiam, quando Canonicus vigore optionis illud obtinuerit.

Contra Occupantes bona, iura, iurisdictiones, &c. Ecclesiæ, vel loci pij.

Pœna est excommunicationis ipso facto.

Ampl. etiam si per alium, & quocunque quæsito colore quis huiusmodi bona, iura, iurisdictiones, obuētiones, fructus emolumētaue in proprios vsus cōuertere, illosq; vsurpare præsumpserit.

Ampl. etiam in impediente, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur.

Ampl. etiam in Clerico consentiente; qui quibuscunque beneficijs quoque priuatus, ad quæcunque alia beneficia inhabilis à suorum ordinum executione etiam post integram satisfactionem, & absolutionem sui Ordinarij arbitrio suspenditur.

Ampl. in patrono; vt etiam iure patronatus eo ipso priuatus existat.

Ampl. quoad pœnā ne possit absolui, nisi facta integra restitutione: Et tunc à summo Pontifice tantum.

Contra Clericum non se opponentem vsurpantibus bona Ecclesiæ suæ.

c. in generali de elect. lib. 6.

Pœna est, vt nihil de Ecclesiæ prouentibus percipiat tempore, quo id sine debita contradictione permiserit.

Contra alienantes bona Ecclesiastica absque legitima facultate.

Pœna est excommunicationis ipso facto. c. 1. de reb. eccl. nō alien.

Vbi Paulina est in vsu recepta.

Ampl. vt procedat in hypotheca.

Ampl. vt procedat in locatione vltra triennium.

Et beneficiatus est priuatus illo beneficio.

Vbi autem non est in vsu, agitur censuris, & alijs pœnis ad restitutionem bonorum cum fructibus. Conc. Prou. 2. tit. 3. decr. 6.

Ampl. vt procedat etiam in permutatione.

2. Ampl. etiam, si dictum fuerit, cum consensu superioris, si alienatio facta sit antequam consensus accederet. Concil. Prou. 2. tit. 3. decis. 7.

Contra Remittentes caducitatem, nisi seruatis seruandis.

Agitur pœna arbitraria. Conc. Prou. 1. quæ ad bon. gl. in cā læpè, 12. q. 1.

Contra beneficiatum, qui negligit bona Ecclesiæ.

Si negligentia est notabilis, potest agi vsq; ad priuationem beneficij. *glos.* quā notabilem *Gomes.* dicit. Gomes. in epilog. cas. neglig. sub reg. de trien. poss.

Contra Negligentes conficere inuentarium bonorum Ecclesiæ tempore præscripto.

Pœna est arbitraria.

Contra locantem bona Ecclesiæ consanguineo, in primo, vel in secundo gradu, vel patronis, vel ijs, quorum cessione beneficium habet. Concil. Prou. 2. titul. 3. decr. 5.

Agitur pœna priuationis fructuum vnius anni. Infra autem tertium gradū, locatio est nulla; & pœna est arbitraria. Concil. Prou. 1. quæ ad bon. c. pen. dist. 89.

Contra locatorem bonorum Ecclesiasticorum absque publico instrumento.

Pœna est arbitraria. Synod. 3. dec. 45.

Et hoc procedit etiam si ad breuissimum tempus facta esset locatio.

Contra

Contra Clericum Canonem, censumuè recipientem absque instrumento publico cum bonorum descriptione.

Concil. Prou. 2. tit. 3. decr. 19.

Pœna est dimidia pars fructuum illius anni.

Contra administratores bonorum piorum alienantes bona immobilia, non seruatis seruandis.

Conc. Prou. 1. quæ ad bon.

Pœna est arbitraria: & contractus declarandus est nullus.

Hoc procedit & in permutatione. Itē in nobilibus pretiosis.

Contra mutuantes pecuniam loci pij, præter eius institutum: præcipuè quando administratores eam suscipiunt.

Concil. Prou. 2. decr. 20. quæ ad bon.

Pœna amotionis ex illo, alijsque locis pijs abundat per sex annos; & Præfecto excommunicationis.

Contra exigentem aliquid in Sacramentorum administratione.

Concil. Prou. 1. de ijs quæ ad fac. adm.

Pœna est arbitraria.

Ampl. vt procedat siue directè, vel indirectè petat.

Conc. Prou. 1. quę pert. ad celeb. Miss.

Contra committentem abusum in Missa (vt aiunt) noua.

Pœna est arbitraria, grauis tamen.

Concil. Prou. 1. quę pert. ad celeb. Miss.

Contra celebrantem, aut permittentem celebrari in aliqua Ecclesia absq; facultate singulis sex mensibus renouanda.

Pœna est arbitraria, sed grauis.

Concil. Prou. 1. de eccl. & earum cult.

Contra Commodantem supppellectilē sacram, hominibus profanis vel ad vsum profanum.

Pœna est arbitraria, sed grauis.

Contra translatum ad aliam Ecclesiam, qui eius successori libros Parochiales non dederit.

Concil. Prou. 1. de ijs, quæ ad fac. adm.

Pœna est grauissima, arbitraria tamē.

Contra peccantes in materia funeralium ad præscriptum Concil. Prouin. 1.

Conc. Prou. 1. de funct.

Pœna est arbitraria, sed grauis.

Contra recipientes condemnatos, & facinorosos ex libero loco in domibus Ecclesiæ absque facultate.

Conc. Prou. 1. de eccl. & earum cult.

Pœna excommunicationis, & alia arbitraria.

Contra procrastinantem denunciationes in matrimonio, vel benedictionem absque iusta causa.

Concil. Prou. 1. quæ ad fact. Matr. Synod. 11. pag. 69

Pœna est arbitraria.

Contra negligentem professionem fidei emittere.

Pœna est nummi aurei.

Contra violantes dies festos.

Concil. Prou. 3. Synod. 11. pag. 10.

Pœna amissionis rerum, & alia arbitraria; Ex edicto autem Mediolani annis præteritis edito est pœna interdicti ipso facto.

Contra Canonicos, & alios Clericos non interessentes concionibus.

Concil. Prou. 2. tit. decr. 72.

Pœna est arbitraria.

Contra illos, qui tempore concionis ab Ecclesia discedere solent.

Concil. Prou. 3. quæ ad conc. pert.

Pœna est arbitraria vsque ad excommunicationem exclusiuè.

Contra sacerdotem, aliumuè beneficiatum non adiuuantem Parochum in doctrinæ Christianæ munere.

Synod. 11. pag. 6.

Pœna est duorū nummorū regalium.

Contra

Contra Parochum non deferentem ad Episcopum loca pia suæ Parochiæ, in quibus administratores non exercent munera sua.

Concil. Prou. 1. de pior. lo. adm. Pœna est arbitraria.

Contra audientem confessiones absq; facultate.

Concil. Prou. 1. quæ ad sac. pæn. & Conc. 4. eod. Pœna est excõmunicationis ipso facto.

Contra Notarium non reuelantem legata pia infratres menses, postquam mortem testatoris sciuerit.

Concil. Prou. 2. titul. 3. decr. 17. Pœna excommunicationis ipso facto.

Contra surripientem bona clerici defuncti ad Ecclesiam, vel ad ministros pertinentia.

Concil. Prou. 2. titul. 3. decr. 15. Pœna excommunicationis latæ sententiæ.

Contra Rectores piorum locorum, eorum curam & administrationem negligentes.

Clem. 2. de relig. domib. Pœna excommunicationis ipso iure.

Contra Præfectum loci py consentientem mutuari pecuniam præter institutum loci administrati.

Concil. Prou. 2. tit. 3. decr. 20. Pœna excommunicationis.

Contra non deferentem infra nonum diem ad Ecclesiam infantem baptizandum.

Conc. Prou. 1. de baptism. Pœna excommunicationis.

Contra incendiarios.

Bap. tuanos, de sent. excom. gl. ibid. Fusch. lib. 2. c. 21. n. 38. Pœna excommunicationis ipso facto: & quando sunt Ecclesiarum publicandi sunt ipso facto; aliter excommunicandi sunt.

Contra renitens succurrere Ecclesiæ Parochiali ac Rectoris necessitati; quando ex Episcopi decreto tenentur.

Pœna arbitraria, & etiam censuris, & interdicto generali. Concil. Prou. 6. de Parock.

Contra Confratres contumaces.

Seuerius agendum est: & si nulla alia ratione emendari possunt, sodalitas extinguitur. Conc. Prou. 2. titul. 3. decr. vlt.

Contra violantem libertatem Ecclesiasticam.

Excommunicatio ipso facto. Bulla in Cœna Domini.

Libertas autem Ecclesiastica consistit in priuilegijs concessis super spiritualibus, vel tẽporalibus generaliter, vel singulariter, siuè à Deo, vel à Papa, siue ab alijs principibus: & consistit in personis, rebus, & iuribus Ecclesiasticis. Lap. alleg. 92. & ibi Mand. Fusch. lib. 2. c. 21.

Plures autẽ alios casus, in quibus est pœna excommunicationis latæ sententiæ refert, ac plenè declarat post alios *Nau. in suo Manu.* Nau. in Manu. c. 27.

Et hæc quoad correctionem satis sint. Cætera verò Visitator agat secundum opportunitatẽ loci, & temporis. Professionem fidei à quocunque, qui eam præstare tenetur, & non præstitit, recipiat, & renitentes suspẽdat: & si absolutè paruerint, absoluat. Idem de iuramento à Medicis prẽstando. Omnẽ præterea curã adhibeat, vt abusus frequentiores præsertim, quę immediatè Dei honorẽ respiciũt, tollãtur: Vt discordiæ, & inimicitiæ penitus extinguãtur; & vt immoderati sumptus coërceãtur. Curet etiã, vt Confraternitates sanctiss. Sacramenti, Nominis Iesu & Beatiss. Virg. instituantur, augeanturuè, sicut etiam Schola doctrinæ Christianæ; & demũ, vt populus Christianis operibus intentus, D. O. M. puro corde inseruiat. Maximè autem studeat, vt Ecclesiastici omnes otium fugiant, peccatiq; occasionem vitent; atq; se Laicis exemplum vitæ Christianæ præbeant iuxta illud Malach. *& purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, &c.* Malach. 3.

CAPVT XXII.

De causis expediendis, vel remittendis.

Instr. Visit. MAXIME autem studeat Visitator, vt quæ in actu visitationis expediri possunt, ne omnino differat. Quæ verò ob grauitatem causæ, difficultatem uè personæ negantis delictum, maturius iudicium requirant, & longiorem processum, de ijs informationem diligentissimè conficiat, cuius copiam ad Vicarium criminalem remittat, retento originali in actis; facto præcepto illi, vt se coram ipso Vicario criminali certo tẽpore præsentet, vel se in carcere constituat, vel præstet fideiussionem, vt causæ, vel delicti ratio postulabit: reliquas verò causas ad mores, ad Cleriq́ue disciplinam pertinentes, præsertim pro decretorum executione, omni breuitate expediat extra iudicialiter, & summariè in loco Visitationis: & vbique pœnas, mulctas, pœnitentias priuatas, & publicas arbitrio suo irroget; & exequatur.

Negotia quoq; ciuilia, quæ post sumptas informationes terminari non possunt, ex quo vlteriori processu egẽt, Vicario Ciuili, vel Generali, prout res postulabit, remittat. In dubijs merè legalibus consulat Vicarium Generalem, vel Ciuilem, vel Criminalem pro ratione materiæ; in reliquis verò rd Reuerendissimum Archiepiscopum, vel Vicarium Generalem scribat. Si autẽ aliquid reperiri, vel deferri contingat contra Clericum de regione alij Visitatori assignata, copiam talis delationis cum informationibus sumptis, retento sibi originali, ad illius regionis Visitatorem quã primum transmittat. Memorialia verò secreta criminalitatem continentia absque indicijs seruentur extra acta Visitationis penes Visitatorem cum indice, tradanturq́ue Archiepscopo. Et curet Visitator, vt scripturæ à Notario dictim extendantur, ne remaneant imperfectæ. Et in fine actorum cuiuscunque Plebis fiant duo iudices.

Hæc à Visitatore, vt muneri suo satisfaciat præstanda sunt. Cauere autem vlterius maximè debet, ne munera cuiusuis generis accipiat, neque à familiaribus suis accipi permittat. Concil. Trid. sess. 24. c. 3. cap. cum Apostolus. de vit. Concil. Prou. 1. eo.

Mensam verò frugalem, ac moderatã, videlicet cum duobus ferculis habeat, & in ea lectionem, etiam si ad Laicos diuertere necesse esset, quorum hospitia, in primis autem coniuuia, quam maximè potest, effugiat.

CAPVT XXIII.

Formulæ nonnullæ eorum, quæ in Visitatione frequentius accidunt.

Contra non residentem, & nõ deferentem habitum Clericalẽ.

MANDATO admodum R. D. N. &c. Visitatoris, &c. citetur ad valuas ecclesiæ Parochialis, & Collegiatæ S. Victoris Burgi Corbettæ per quemlibet nuntiũ N. filium

N. filius q. N. D. N. eiusdem Burgi, ac eiusdem Ecclesiæ Canonicus Curatus ab ea absens vltra annum, & in habitu Laicali incedens, quatenus die 10. proximè futura post harum affixionẽ, si iuridica fuerit in tertijs, vt compareat Mediol. coram R. D. Vicario Criminali in loco solitæ audientiæ ad videndum se priuatum declarari dicto Canonicatu, quem in prædicta Ecclesia obtinet, & in restitutione fructuum perceptorum, & condemnari ob id, quia in habitu Clericali nunquam vel rarò incessit, neque modo incedit, vt ex processu super hoc confecto constat, & circa hæc omnia opportuna, &c. fieri, aliter, &c. Dat. Corbettæ, die &c.

N. Visitator.

Die, &c. Detulit mihi Notario, & Visitationis Cancell. infrascripto N. nuntius publicus medio eius iuramento præsentialiter, &c. se affixisse, & affixam reliquisse in valuis dictæ Ecclesiæ S. Victoris copiam suprascriptam citationis.

N. Not. ac Visit. Canc.

Forma Denunciationis factæ à Parocho de inconfessis, & de concubinarijs.

VEN. Presbyter N. Rector huius Ecclesiæ denunciauit R. D. V. in eius Parochia nonnullos esse, qui in Paschate proximè præterito sacram Eucharistiam non sumpserunt, alios verò, qui in publico concubinatu in grande vicinorum, aliorumq; Christifidelium scandalum existũt.

Inconfessorum nomina sunt hæc. N. &c.

Concubinariorum autem. N. &c.

Forma Notorij aliunde prouenientis.

DEuenit ad notitiam R. D. V. qualit. N. ab anno citra, vltrà stetit, & stat de præsenti in concubinatu publico cum N. &c. eam secum in vna, & eadem domo retinendo in animarum suarum detrimentum, & in grande vicinorum, aliorumq; Christifidelium scandalum: propterea ex ordine Præf. R. D. V. vocati dicti N. & M. & summariè examinati dixerunt, &c. vt infra, &c.

Citatio contra inconfessos.

MAndato, &c. citantur omnes infrascripti coram ipso R. D. V. in ædibus Parochialibus, &c. vbi elegit, &c. pro die crastina hora decimatertia ad docendum se confessos fuisse peccata sua, atq; in Paschate Resurrectionis proximè præteritæ sacram sumpsisse communionem iuxta formam, & dispositionem sacrorum Can. Alioquin citantur ydem coram Vicario criminali Mediolani pro die tertia iuridica immediatè sequenti ad videndum se interdici ab ingressu Ecclesiæ, & Ecclesiastica sepultura, & interdictos in propria cuiuslibet Ecclesia Parochiali, ac in alijs vicinioribus Ecclesijs denuntiari, & eorum singulorum nomina descripta ad Cathedralis, & propriarum Ecclesiarum valuas affigi, & ab Ecclesia eijci, & expelli, & alia necessaria fieri, &c. alioquin, &c. & hoc ex officio, &c. Dat. &c.

Quorum citandorũ nomina sunt hæc N. &c.

Quando Inconfessi allegant se satisfeciisse præcepto Ecclesiæ.

QVI R. D. V. terminum octo dierum proximè futurorum statuit eidem N. ad docend. se confessum fuisse peccata sua, & in Paschate Resurrect. proximè præteritæ sacram sumpsisse Eucharist. iuxta formam, & dispositionem sacrorum Can. alioquin, &c.

Contra concubinarios delatos, qui præsentes confitentur.

VOcatus N. Parochiæ, &c. & summariè examinatus fassus est verum esse, quòd ab anno, & vltrà stetit in concubinatu cum M. dicens, è vero che son stato insieme con M. più d' vn' anno, è che l'hò conosciuta carnalmente in casa mia, & in altri luoghi.

Ex tunc præf. R. D. V. eidem N. præsenti, &, vt apparuit, audienti, & intelligenti mandauit sub pœna scutorũ 100. auri, locis pys arbitrio Reuerendiss. Ordinarij applicandorum eo ipso incurrenda, & excommunicationis in subsidium, ne debeat dictam M. in domo sua retinere, neque cum ea etiam extra domum suam conuersari, seu cohabitare, aut colloquiũ vel aliqu od' aliud commercij genus, vel directè, vel indirectè habere.

Si dictus concubinarius mandatum acceptauit, seque ad obseruantiam obligauit dicat.

Prout dictus N. præsens vt supra facere, & obseruare promisit; & pro præditis omnibus, & singulis se, ac bona sua in forma obligauit, & iurauit, quoad pœnam.

Si verò ei etiam iniungat, vt præstet fideiussorem, dicat. Et pro prædictis exequendis fideiussorem præstet, qui se in solidum cum eo ad prædicta omnia obliget in forma, &c.

Etsi fideiussorem præstiterit, dicat.

Prout dictus N. præsens vt sup. promisit, &c. & pro eo, & eius precibus, &c. dictus N. &c. Parochiæ S. N. P. N. N. &c. sponte, &c. sciens se nõ teneri, &c. volẽs, &c. omni meliori modo, &c. superscriptæ obligationi, & promissioni, vt principalis, & in solidũ dictus N. accessit, seq; ac sua bona, &c. in ampliori forma Cameræ obligauit, videlicet renuncians, &c. tum iuramento, ac alijs debitis clausulis.

Contra Concubinarios non comparentes, ac etiam absentes à Diœcesi.

MAndato R. D. N. &c. in scriptis moneantur infrascripti inferius nominati. Et si opus erit, ad valuas Ecclesiæ, qui publicè in concubinatu, & in grande vicinorum, aliorumq; Christifidelium scandalum, prout de eo relatio side digna ipsi D. R. V. facta est, viuunt quatenus sub excommunicationis pœna quo ad viros, quo ad mulieres vero exitly à Ciuitate, & Diœcesi Ariminẽsi, ac alijs pœnis arbitrio, &c. termino trium dierum proximè futurorum post præsentium præsentationem, quos eisdem assignauit, & assignat præfatus R. D. V. pro prima, secunda, & tertia monitione Canonica, debeant te separare ab omni inhonesto commercio, nec simul vlterius in domo, seu extra domum cohabitare, vel aliquo modo conuersari præsumant; Et hoc ex officio, &c. & omni meliori modo, &c.

Quorum præcipiendorum nomina sunt hæc, videlicet N. &c.

Contra occupantes bona, iurauè Ecclesiæ, siue locorum piorum.

MAndata R. D. N. V. &c. moneantur, & requirantur semel, iterum, tertio, ac peremptoriè omnes, & singuli infrascripti possessores, seu potius occupatores, & quouis quæsito colore, & titulo detentores infrascriptorum bonorum, iurium, decimarum, annuorumq; redditũ, vel præstationum; quatenus pœna scutorũ ducentorum locis pys Arimini applicandorum, & excommunicationis in subsidiũ infra terminum quindecim dierũ ab executione prætenta immediatè sequendorum debeant, ac vnusquisque illorum debeat bona, & iura sic indebitè possessa, ac detenta liberè relaxasse, ac publica documenta restituisse, ac consignasse R. Presbytero N. Parocho Ecclesiæ S. N. P. N. tanquam ad dictam Ecclesiam spectantia, illiq; damna, & interesse infra tres men-

ses

ses soluisse; ab omnibus molestationibus, seu iactationibus desuper hoc abstinuisse, seu infra præfatum terminum corã Reuerendißimo Episcopo, vel eius Vicario Generali comparuisse, & docuisse se illa legitimè posßidere, ac de prætensis iuribus, & de titulis obtentis fidem feciße, aliter in eorum contumaciam, ac declarationem incursus dictarum pœnarum coniunctim, vel succeßiuè; nec non realē executionem pro dictis bonis, & iuribus procedetur. Non obstantibus, &c. & si de præmißis, &c. citato procuratore fiscali, ac dicto V. P. N. compareat, &c. de cuius intimatione, &c. Dat. &c.

Quorum præcipiendorum nomina sunt hæc, videlicet N. &c.

Bona vero, & iura occupata sunt hæc, videlicet.

Contra occupantes, seu ingerentes se in bonis Ecclesiæ vacantis.

MAndato R. D. &c. Præcipit infrascriptis, quatenus pœna aureorum centum, & excommunicationis in iuris subsidium non audeant se inposterum quouis quæsito colore, & prætextu ingerere in bonis Ecclesiæ Parochialis Sancti N. loci N. Plebis N. vacantis per obitum Ven. P. N. & si quis senserit se grauatū, compareat coram d. R. D. V. infra biduum ad dicendum, & probandum quicquid dicere, aut probare voluerit. In quorum, &c. Dat. &c.

Quorum nomina sunt hæc, videlicet.

Contra negligentes executiones ordinationum.

MAndato R. D. N. V. &c. Moneatur Ven. Presbyter N. &c. Rector Parochialis Eccl. S. N. loci N. Plebis. N. quatenus termino trium dierum, quorum primus pro prima, secundus pro secunda, & tertius pro tertia monitione Canonica post harum præsentationem pœna suspensionis ipso iure incurrendæ soluisse debeat in manibus N. thesaurarij Scholæ Sanctißimi Sacramenti scuta decem auri pro executione Ordinationum in Visitatione dictæ Ecclesiæ factarum; quas adhuc minimè adimpleuit, imò adimplere neglexit. Et de harum præsentatione, &c. Dat. &c.

Contra Contumaces, & non obedientes præceptis.

MAndato, &c. Citetur N. pro die tertia post huius præsentationem coram Præf. R. D. V. in ædibus præposituralibus burgi Legnani, &c. vbi, &c. ad videndum se condemnari in pœnas, & censuras in præcepto sibi transmisso contentas, & comminatas, &c. eo quia ipsi præcepto non paruit, imò potius parere contemsit, &c. & ad videndum in præmißis, & circa præmissa fieri omnia alia expedientia, &c. de cuius, &c. Dat. &c.

Forma consensus demembrationis, & vnionis animarum.

REu. D. N. Præpositus Ecclesiæ Præposituralis, & Parochialis S. N. asserit, & consentit, & assensum & consensum præstat mihi Notario præsenti ac stipulanti, vt Reuerendiss. N. Episcopus posßit à dicta eius Ecclesia Præposturali, & Parochiali separare Ecclesiam S. N. loci N. eamq; cum animalibus ac iuribus omnibus, &c. dictæ Ecclesiæ in perpetuum vnire, ac incorporare Eccle-

sia Paroch. S. N. loci N. præsentibus N.N. testibus, &c.

Forma deputationis Administratorum Scholæ, siue loci pij.

N. I. V. D. *&c. Visitator, &c. Inter alia muneris nostri officia illud postremò loco non habemus, vt pijs Confratrijs, præsertim augustiß. Sacramẽti Corporis D. N. I. Christi tales præficiamus pro earũ regimine, qui ea pietate, & sanctæ charitatis, ac sollicitudinis zelo præditi sint, vt huic præstãti muneri satisfacere possint: Vestra igitur pietate, charitate, ac diligẽtia freti, vos omnes, & singulos inferius nominandos in Deputatos & Officiales vt infra, regimini, & gubernationi Scholæ Sanctißimi Sacramenti, ac B. V. in Ecclesia Parochiali S. N. &c. cũ opportunis facultatibus ipsius Scholæ bona, redditus, & prouentus quoscunque administrandi, regendi, malè alienata, aut quouis modo occupata recuperandi, lites in Tribunali Ecclesiastico mouendi, & motas prosequendi, caducitatẽ protestandi contra debitorem opportunis iuris remedijs agendi, soluẽtibus debitas quietantias, & cõfessiones seruatis seruãdis faciendi, ac alia gerendi, & exequendi, quæ ad Præf. Scholæ vtilitatem pertinent, seu pertinere possunt, cum interuentu R. N. ad biennium, ad Dei, & B. V. M. eius genitricis laudem, & honorem facimus, constituimus, & deputamus: quo tempore elapso nullius momenti, ac roboris sit quicquid à vobis actum erit: & quolibet anno Reuerendiß. Ordinario, vel alij eius nomine administrationis rationem reddere debeatis. In quorum fidem, &c. Dat. &c.*

Nomina Deputatorum sunt hæc, videlicet N. &c.

N. Visitator.

Forma sequestri pro executione ordinationum.

MAndato R. D. N. *&c. Visitatoris Reuerendiß. &c. præcipitur infrascriptis debitoribus quibuscunq;, nec non colonis partiarijs, fictabilibus & emphyteotis bonorum spectantium ad R. N. Titularem Ecclesiæ, & Clericatus S. N. loci N. plebis N. quatenus penes se in sequestrum teneant, saluent, & custodiant omne & totum id, quod penes se habent, aut in posterũ habebunt de fictis libellarijs simplicibus ac fructib. & redditibus quibuscunq; spectantibus ad Præf. R. N. nec illos, seu partem aliquã eorum alicui respondeant, vel relaxent, absq; expressa licentia eiusdem Reuerendißimi N. &c. Et hæc pro executione ordinationum factarum, & faciendarum ab eodem Reuerendiß. seu ab eius Delegatis in Visitatione de eadem Ecclesia S. N. contra prædictum. Et hæc omnia sub pœna iterũ de proprio soluẽdi, & scutorum quinquaginta auri locis pijs Mediolani applicandorum arbitrio, &c. & excommunicationis in subsidium, &c. Et de eius præsentatione, &c. Dat. &c.*

Quorum sequestrandorum nomina sunt hæc, N. &c.

Aduertet Visitator, ne passim ad alicuius instantiam concedat sequestrum: Nam regulariter non conceditur de iure, nisi debitum ostendatur per publicũ instrumentum, vt pro singulari notat *Corset.* Corset. Verb. sequestrũ.

Neque concedi solet absque causæ cogni-

Franc. in c. locupletari, n. 7. de regul. iur. 6.

cognitione; cum non solum possessor, sed neque etiam detentor soleat amoueri à possessione sine causæ cognitione

Et vbi permissa est sequestratio, si à principio præstetur idonea cautio cum fideiussore, vel pignore; non autem iuratoria, tunc sequestratio impedietur: & si facta esset, reuocabitur.

Franc. in d.c. locupletari in fin.

Forma Relaxationis bonorum sequestratorum.

MAndato &c. præcipitur infrascriptis, inferius descriptis, & nominatis colonis, fictabilibus, emphyteotis, & debitoribus quibuscunq; R.N. &c. penes quos omnes, & singuli fructus, ficta, & pecunia spectantia ad dictum R.N. ratione beneficij, seu Capellæ S. N. &c. sequestrata fuerũt de mandato R. N. Visitatoris sub die 5. Aug. 1592. quat. statim habito præsenti præcepto, & sine aliqua exceptione relaxẽt omnia penes eos sequestrata spectãtia vt sup. ad R.N. attẽta cautione, & promissione per eum præstita de standO, & parendo iuri, &c. & de exequendis omnibus ordinationibus à R. R. Visitatoribus factis, & faciendis circa dictos fructus, &c. de qua in actis, &c. Et hæc sub pœna cuilibet contrafacienti scutorũ centum auri locis pijs Mediolani arbitrio Reuerendissimi applicandorum, nec non excommunicationis in subsidium, &c. De cuius, &c. Dat. &c.

Quorum præcipiendorum nomina sunt hæc, videlicet N. &c.

CAPVT XXIIII.

De Decretis conficiendis.

Concil. Prou. 5. eod.

ANTEQVAM Visitator è loco, vel saltem è plebe visitata discedat, decreta ad localem, atque ad personalem visitationem spectantia etiam vt subdelegatus sed. Apost. authoritate sacri *Cõcil. Trid.* conficiat: ipsaq; legitimè, vt infrà, intimari curet, reseruando Ordinario etiam tanquam Apost. sed. delegato authoritate sacri *Concil. Trid.* & etiam sibi hac ratione subdelegato ius etiam alia decreta ratione præsentis visitationis conficiendi, vel edendi.

Concil. Prou. 5. eod. Instr. Visit.

In decretis autem conficiendis non generatim, sed sigillatim, & quantum fieri possit distinctè, diligenter statuendum erit, & à quo, & cuius sumptu, & quo temporis spatio quicquã fieri, præstariuè oportebit: & quæ præterea pœna negligentibus, aut contumacibus erit irroganda. Quod vt plurimum verũ est, vt mox dicemus, quando constat, ad quem impensa spectet: Quando autem non constat, an ad rectorem, vel ad populum spectet, dicatur absolutè fiat (vt puta) pixis pro ratione Ecclesiæ. Quando etiam perspicuum est ad Rectorem spectare; ad idque efficiendum speratur auxilium à populo, caueat Visitator, ne in ordinatione verba apponat, quib. populus ab auxilio præstando retrahatur. Moneat tamen Rectorem, vt tempore constituto, vel cum populi adiumento, vel sine eo id præstet: de qua monitione in actis constet. Quando autem à populo impensa facienda est, præfiniatur idem tempus Syndicis, Consulibusue prius auditis, si fieri potest. Et quicunq; tenetur, potest compelli etiam per censuras,

Petr. p. 2. c. 10.

suras, & omnia opportuna remedia, quacunque appellatione, exemptione, & cõtradictione remota. Qui autem ad impensas in Ecclesijs Parochialibus præcipuè faciendas teneantur, videndum est.

Prima Conclusio indubitabilis, quando sunt reditus separati sufficiẽtes pro fabrica, & reparatione Ecclesiæ, quod nullus alius tenetur: Vt est hic in Ecclesia Metropolitana.

Vel si Episcopus, vel alius haberet quartam pro fabrica; nec posset excusari consuetudine, vel præscriptione.

Secunda Conclusio etiam ab omnibus recepta: Vbi est pia, & laudabilis consuetudo, vt ad id populus teneatur, illa seruanda est. Instr. Visit. Quæ consuetudo est in hac diœcesis in diuersis locis, præsertim in ditione Heluetiorum, in territorio Bergomen. ac in alijs locis montanis, atq; ab vrbe remotioribus.

Tertia sit Conclusio. Vbi nihil pro fabrica assignatum est; neque est consuetudo, vt ad id populus, vel alij teneãtur; tunc si Parochus diues est, si commodè potest, ipse ad Eccl. reparationem, ad aliaque onera subeunda tenetur; Ad hoc enim bona relicta sunt. Non tamen ad cæmeterij impensam tenetur; sicut neq; tenetur ad impensam sepulturarum; cum hæc ad populum semper spectet. d. c. 1. de eccles. ædif. Concil. Trid. sess. 21. cap. 7. Instr. Visit.

Quarta Conclusio. Vbi Parochus est pauper, itavt sibi solùm census, redituse pro honesta victus sustentatione suppetant; populus ad fabricæ, aliorumque impensam tenetur. Quia Parochus se ipsum magis, quàm fabricam sustentare debet. Petr. p. 2. cap. 10.

Quinta Conclusio. Quando reditus separati, vel quarta non sufficiunt; & Parochus est mediocriter diues; hoc casu Parochus cũ populo vel patronis, cũ alijsue, qui fructus aliquos ex illa Ecclesia prouenientes percipiunt, ad supplementum, vel ad totum, si nulli sint reditus separati, arbitrio Episcopi cum consilio capituli, vbi hoc est in vso concurrere debet. d. c. 7. Concil. Trid. sess. 21. cap. 7.

Et hoc casu assignentur potius Parocho, quæ ad paramẽta, mappas, corporalia, & huiusmodi pertinent, & reparatio altaris maioris: Populo verò, quæ pertinent ad Baptisteriũ, Campanile, cãpanas, muros, tectum, pauimentum, & ianuas Ecclesiæ. Quoniã ad hæc populus propensior est; & ad hæc magis teneri videtur. Quæ autem ad Sacramentũ Eucharistiæ spectant communiter assignantur præstanda sumptibus Scholæ sanctissimi Sacramenti: nisi illius magna inopia adiumentum, vel à Parocho, vel etiã à populo exigat. Quia tunc ab omnibus simul præstanda sunt, consideratis considerandis. Potest etiam decerni, vt ex eleemosynis publicis eo nomine faciendis præstentur. Instr. Visit. Instr. Visit.

Et quod de Ecclesijs dictum est, idem est de ædibus parochialibus, & de alijs necessarijs.

Sexta Conclusio. In Collegiatis beneficiati omnes conferre tenentur, vbi reditus fabricæ nõ sufficiunt: quia qui comodum sentit, etiam onus sentire debet. Eadem ratione conferre debet vsufructuarius, & etiam pensionarius, qui vsufructuario comparatur; non tamen quãdo pensio est exempta, & ab omni onere libera constituta; licèt pensionarius nõ teneatur ad procurationem. Eadem ratione tenetur qui decimas parochiales exigit. d. c. 1. Petr. d. cap. 10. Doc. in d. c. 1. Gig. de pens. q. 38. n. 2. & q. 52. num. 4. Gig. d. q. 38.

Septima Conclusio. Ad impensas faciendas in altaribus minoribus tenẽtur titulares, si diuites sunt, vt vel patroni. In taxandis verò titularis fructibus pro capellæ, altarisue reparatione, ornatuè, habenda est ratio eleemosynæ, quæ assigna- Instr Visit.

assignatur mercenario implenti onera, & munera illius capellę ad rationē prę-
Synod. 3. decr. 16. scriptam videlicet lib. 180. singulis annis. Si verò titularis valdè inops esset, ipsi aliquid amplius arbitrio Visitatoris reliqui poterit.

Instr. Visit. De fructibus etiam beneficiorum vacantium, vel ob missas non celebratas debitis fabricę, ornamentis, alijsque Ecclesiæ, altariumuè necessitatibus attribui potest; vbi alij non sint, qui de iure teneantur, vel sponte præstent.

Vltimum remedium pro huiusmodi impensa fit supersedere à toto, vel à parte seruitij illius capellæ; & illud, quod
Instr. mercenario tribueretur, in hāc impensam conferre; titulari verò inopi facultatem impartiri alibi celebrandi; donec illud, quod à Visitatore decretum est, præstetur.

In ijs autem, quæ minutiora sunt, vt claues rerū sacrū, & Ecclesiarū, corporalia, purificatoria, vasa pro sacris oleis, cotyla hostiarum, & corporalium, vas pro illis abstergendis, mantilia pro manuum ablutione, & huiusmodi non excusetur Rector vllo quouis inopiæ prætextu, quominus, etiam negligente po-
Syn. 11. pulo, ab ipso ordinationis tempore hęc constituto omnia præstentur.

Studeat autem maximè Visitator decreta ad executionem Conciliorū Prouincialium, ac diœcesanorum conficere: & in illis, quę magis vrgere videntur, verbis efficacioribus, grauioribusq; pœnis decernat.

Decreta pro studiorum exercitatione ad præscriptum pro singulorum Ecclesia-
Syn. 11. sticorum capacitate conficiat Parocho, alijue Ecclesiastico in officio, & munere suo in experto sacerdotem assignet, cū quo conferat.

Vltimo loco ponatur ordinatio generalis, vt videlicet seruentur decreta etiā in alijs visitationibus facta ād præscriptum Instr. etiam cum impositione pœnę.

Explicitis decretis, illa, quę etiam populo Visitator publicāda censuerit, post Euangelium ante concionem, vel statim post Missam publicabit: alia verò in Congregatione cleri, quam absoluta Visitatione plebis habebit; vel si secreta sint, coram duobus testibus in faciem eius, contra quem decretum intimari faciet. Notarius verò testimonium publicationis, intimationisuè scribat, hoc pacto; lectæ & publicatæ fuerūt supradictæ omnes ordinationes in Ecclesia post Missam coram Parocho, & magna parte populi, præsertim N.N. consulibus, die 15. Iunij 1592.

Quę verò separatim pro clero. Hæ autē lectæ & publicatæ ferunt ad præsentiā totius cleri ob id etiam coràm præfato R. D. Visitatore conuocati, & congregati in Sacristia S. N. &c. die &c.

Quę secretò alicui. Hę fuerunt intimatę; in faciem præsentibus N. &c.

Curet postea Visitator, vt cùm primū Concil. Prou. 5. quæ ad syn. §. visitationis. decreta eduntur, in libro benè confecto accurratè, rectèque exscribantur, & subscribantur, vel à Ordinario, siue ab eodē Visitatore vel à Notario Cancellario Visitationis; & deinde vt in Archiuio, siue in Sacristia, vel in alio loco tuto, & decenti asseruentur.

Verum, quia Visitatio non ideò instituta est, vt bonę & sanctę constitutiones fiant; sed vt vitia à medio tollantur, scādalosi puniantur, boni conseruētur, imbecilliores cōfirmentur, cultus diuinus conseruetur, augeaturq; & vt Ecclesiæ, quæ reparatione, vel renouatione indigent, reparentur, ac renouētur, vt Ecclesiæ bona vsurpata restituātur, & alia huiusmodi, vt sup. latè de Visitationis scopo, diximus; idcircò Visitator diligenter studeat, quemadmodum supra dictū est;

vt decreta executioni statim mandentur, præsertim verò, quæ de structura, suppellectilibuè Ecclesiastica constituta erunt. Et quæ in illis exequendis difficultas, vel controuersia oriri posse videbitur, curet, vt planè tollatur: sibiq; persuadeat, post suum discessum reformationem suam debitam executionem minimè habituram: nisi ipse, quæcunque

Conc. Prou. 5. cod.

potest, antequam discedat, executioni demandarit.

Omnino autem pro executione illorum, quæ tunc minimè exequi poterit, literis postea sæpissimè instet, donec executioni mandentur. Et vt illud faciliùs præstare possit, summatim sibi scribat, quæ exequēda restant. Et hæc ad laudē summæ Trinitatis, ac Deiparæ Virg.

PARS QVARTA.

CAPVT I.

De Visitatione Monialium.

Delegatio, & facultas Visitatoris.

N.

DEI, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus, &c. Dilecto nobis in Christo R. D. N. S. I. V. D. & Canonico Ecclesiæ nostræ Cardinalis salutem in Domino. Cùm per nos ipsos per necessarium Visitationis munus adimpleri non posse perspicamus, confisi de tua pietate, integritate, & prudentia; sperantesq; fore, vt quæ tibi commiserimus, & mandauerimus, ea per te benè gerantur, nostra auctoritate, nec nō sacri Trid. Conc. & alys omni meliori modo tenore præsentium tibi facultatem damus, & mandatum visitandi omnia, & singula Monialium Cœnobia, & Monasteria Ciuitatis, & Diœcesis nostræ: teq; Visitatorem nostrum constituimus; vt nostra, & alia quacunque nobis competenti auctoritate Canonicas sanctiones, & sacri Conc. Trid. Prouinc. & Diœces. aliaq; nostra Decreta, Statuta, Regulas, Cōstitutiones, ac Ordinationes de obseruantia regulari, pietate, moribus, religione; regimine, honorum administratione, aliisq; reb. omnibus in capite, & membris omnium, & singulorum Monasteriorum, pœnis quibuscunque, & censuris arbitrio tuo infligendis, ac alys iuris remedijs executioni mandari cures, & facias: Ecclesias, tam exteriores, quàm interiores, Monasteria, domos, & alia huiusmodi quæ renouatione, seu reparatione indigent, renouari, ac reparari facias; & quæcunqae alia, quæ ad Dei honorem, & ad ipsam Monialium vtilitatem esse censueris; præsertim circa Sacramentorum administrationem, ac verbi Dei prædicationem agas, agiuè cures. Item puellas ad habitum admittendi, nec non nouitas ad professionem recipiendi; Item coercendi, mulctandi, ac etiā censuris plectendi, atque excommunicatas declarandi omnes, & singulas personas vtriusque sexus in præfatis omnibus, & ad ea quomodocunq; pertinentibus tibi pote-

potestatem facimus. Postremò, vt quoties opus fuerit Visitationis causa, septa, & clausuram eorundem Monasteriorũ, vnà cum alio, vel duobus Sacerdotibus spectatæ vitæ tibi benè visis, ingredi possis, licentiam ad beneplacitum impartimur. Tibiq; ad huiusmodi Visitationis actæ nomine, & Vice Cancellarij Episcopalis recipienda, & conscribenda quemcunque Notarium Ecclesiasticum eligere, atque assumere licere volumus. In quorum fidem, &c. Dat.

CAPVT II.

Præparando, à Præfecta, Monialium pro Visitatione.

INDEX Decretorum, seu capitum Regulæ. Constitutionum, Ordinationum in alijs Visitationibus Staturatum. } quæ cõiter non obseruãtur causis & impedimentis descriptis.

Liber status Monialiũ à qualibet Præfecta initio sui officij conficiendus, vel recognoscendus; vel saltem nomina singularum cum officijs, quæ habent.
Priuilegia quæcunque,
Indulgentiæ,

Iudices {
- Supellectilis Sacristiæ.
- Distributionis temporis, diebus festiuis, & ferialibus separatim in hyeme, & æstate.
- Horarum Canonicarũ, quo videlicet tempore recitentur.
- Victus quotidiani.
- Librorum omnium, etiam manu exaratorum, supellectilis, aliarumq; rerum; quæ singulis Monialibus, in cellis, locisue suis retinendæ à Præfecta conceduntur, permittũturue.
- Supellectilis, aliarumuq; rerũ, quæ in ingressu, vel professionis tempore a puellis, nouitijsque Monasterio darĩ solent.
- Officialium Ministrorumue Monasterij, & aliorum quibus vel Monasterium ingredi, vel Præfectam, aliasue Officiales, vel Moniales alloqui licet ex facultate, quæ initio cuiuslibet anni concedi solet.
- Deputatorum, protectorumue.
- Famulorum.
- Reditus, & exitus ordinarij & extraordinarij.
- Reparationum, & meliramentorum factorum post aliã visitationem.
- Vsurpationum,
- Litium,
- Alienationum,
- Locationum,
- Creditorum, & debitorum.

Inuentaria bonorum, iuriumue Monasterij. Quæ omnia perficere potest Præfecta auxilio Confessarij, & etiam deputatorum, in ijs scilicet, quæ ad temporalia spectant.

Cone. Prou 2ª tit. ead é diui. 2.

CAPVT III.

De modo Visitandi.

VISITATOR, si est Episcopus, duobus, vel tribus (licet plures adducere possit) iuxta qualitatem Monasterij, vel si non est Episcopus vno, vel duobus secũ assumptis; quibus singulis aliquid præcipuum, ad cooperandum mandet, Monasterium visitet; Prius tamen Missã celebret, in ipsaq; illis sanctiss. Eucharistiæ Sacramẽtum ministret: & post Missam ante cratem, vel feneſtellam, vt cõmodius erit, sermonem habeat, in quo inter cætera agat de scopo, & vtilitate Visitationis, & quomodo in ipsa Moniales se gerere debeant: maximè autem vt omni charitate veritatem dicant, non eorum solùm, de quibus requirentur, sed etiam omniũ, quorum pro disciplina restauranda, vel conseruanda, vel etiam augenda, & pro illarum profectu necessaria, vel vtilia esse iudicabunt, docens etiam illas grauiter peccare, quæ mendaciũ dicunt, præsertim in hac materia, quæ veritatem tacẽt, & quæ ex indignatione, rancoreuè, & odio aliquid de alijs detegunt, manifestantq;. Sermone autẽ absoluto, accensis luminibus sacosanctũ Eucharistiæ Sacramentum quod in Ecclesia exteriore in tabernaculo decente super altare maius seruandum est, sacras reliquias, & oleum sãcrum pro infirmis, quæ eitam in Ecclesia exteriore in feneſtellis ad præscriptũ seruari debent, visitet, vt supradictum est. Et hoc modo regulariter visitandum est. Quandoque tamen ex improuiso à visitatione locali inchoandum est; & tunc sermo habendus est immediatè ante visitationẽ personalem. Et si fortè aliquis ipsum impedire præsumpserit; nisi monitus resipiscat, excommunicatus est ipso facto. Et monitio vnica sufficit; sed debet fieri per Visitatorem, & non per alium post impedimentum, & sufficit vna talis monitio.

Clem. fin. de stat. Monac. & ibi Card.

CAPVT IIII.

De Visitatione personali.

ANTEQVAM Visitator personalem Visitationem aggrediatur, præteritarum visitationum, decreta, indices, & alia, quæ à præfecta præparata erunt, vt supra, diligenter videat, atq; consideret. Visitationem autem incipiat interrogãdo Præfectam seperatim quoad Moniales, in præsentia tamen aliquorum, qui sint maturi, & modesti, & qui defectus occultos, quos audiunt, alijs non reuelent, vel in præsentia Notarij; quia visitãti soli non creditur, sed vel Notarius, ve alij si fieri potest, ita intersint, vt eos Moniales adesse non cognoscant. Interroget autem Præfectã, & aliquas ex Monialibus, & etiam alias probatioris vitæ, vt infrà, in statu generali; A Præfecta præcipuè (si fidelis, & pia sit) aliquarum Monialiũ cognitionem, notitiamq; habere curet, illarum præsertim quæ magis piç, & illarum, quæ teteriores cõmuniter existimantur, vt veritatem cognoscere, ac quomodo cum illis se gerere debeat, melius scire possit. Postremò ante cratem

Clem. 2. de stat. Monac.

S. Ant. d. c. 6.

c. quoniam, de pro ba. Imol. in

cratem collocutorij Visitationem incipiat, conficiendo statum generalem, vt infrà, & regulariter à maioribus Officialibus, & ab antiquioribus incipiat: aliquando tamen expediens erit, vnam ex maioribus, & vnam ex inferioribus alternatim audire. Maximè autem cauendum est, ne percipi aut cognosci possit, à qua aliqua id intellexerit; ne inter ipsas simultates, quæ ab eis difficilè euelluntur, oriantur. Et Visitator cum illis non sit vt Iudex, neque vt mater, sed vt pater agat: Et in ipsa visitatione Discretas cõgregare: atque ijs, quæ contra earum institutum perspicua, notoriauè sunt, in congregatione, prouideri curet. Status autem hoc pacto confici potest.

CAPVT V.

Status generalis Monialium. S. N.

Die prima Octobris 1592.

MONIALES S.N.P.O. Mediolani sub Regula S. benedicti, sub regimine Ordinarij, vt semper fuerunt. Sunt num. 50. & ita est numerus præscriptus; Vt constat instrumento rogato per N. Notarium Cancellariæ Archiepiscopalis, sub die 12. Aprilis 1583.

Professę velatę sunt	36.	Et nomina singularũ, & officia, quæ habẽt, sunt vt in indice.
Habentes suffragiũ	31.	
Nouitiæ Chorales	5.	
Professæ conuersæ	7.	
Nouitiæ	2.	

Habitus est niger. In hocq; nulla est differentia inter professas chorales, & nouitas, & etiam conuersas; nisi quod illæ vtuntur cuculla, hæ autem non: Et illę velo nigro velatę sunt; hę verò albo: Cõuersę etiam grossiori, ac viliori panno vestiuntur.

e. super eo, de arg.

Constitutiones habent iussu Cardinalis S. Praxedis beatæ memoriæ pro Monialibus editas; quarum aliqua pars sicut etiam regulæ capitulum in communi quotidie legitur.

Habent etiam nonnullas Ordinationes à plurib. Visitatoribus factas, ac in libro descriptas; quæ ferè omnes executioni mandatæ sunt.

De officialium.

Officiales maiores, videlicet, Abbatissa, Prioriſſa, & Discretæ, quæ sũt sex, suffargijs tacitis corã superiore, vel alio delegato ante cratem collocutionis extra Monasterium existente eliguntur, & cõfirmantur. Et pro electione Abbatissę duę partes suffragiorũ requiruntur: pro aliarum verò electione maior pars sufficit: Minores autem Officiales à maioribus coram prędicto superiore, vel delegato, & confessario creantur, vel coràm hoc tantũ nominãtur, & à superiore confirmantur, vel etiam nonnullę arbitrio suo constituuntur: & quęlibet officium sibi assignatum libenter suscipit. Suffragium autem non habẽt, nisi quę triennio post emissam professionem in Monasterio commoratę sunt. Antequam verò dies electionis veniat, quotidie pro fœlici electioni per mẽsem officium de Spiritu Sancto in Choro dicitur; & singulis festis, & ferijs sextis fit oratio publica.

electione, & quo tẽpore in officio persistãt.

Maiores in officio piennio, aliquãdo etiã triennio arbitrio superioris durant: minores verò singulis annis mutãtur, & renouantur, vt supra. Et quod de duabus sororib. germanis prędictũ est, omninò seruatur, ne videlicet quando vna est Abbatissa, altera sit Prioriſſa, Discreta, vel Ianitrix, vel Scriba, vel Celeraria.

De paupertate.

Nulla, quod sciatur, aliquid proprij habet, vel etiam quid superfluum, alie-

& vita in commui.

numuè à paupertate, quam profeſſa eſt præterquàm quod nonnullę ſunt, quę libros pretioſiores, ornatioresque, imagines, & huiuſmodi retinent.

Quod à parentibus, ab aliuiſuè alicui donatur, Abbatiſſę ſtatim aſsignatur, quę ex eo illius Monialis neceſsitatibus, ac etiam commodis honeſtis prouidet; niſi pro Monaſterij neceſsitate, vel vtilitate alia cauſa vrgeat. Idem ſeruatur in acquiſitis à Monialibus, induſtria, ac labore. A Præfecta enim earum laboribus quicquid cuiuſcunque Monialis opera Monaſterio acquiritur, in libro deſcribitur, & diligentioribus neceſsitatibus, commodiſuè prius prouidetur.

Omnes aluntur, & veſtiuntur ſumptib. Monaſterij. Et veſtes laneæ, & pelliceæ, in locis communibus aſſeruãtur; quorũ ſingulis duæ Moniales præfectæ ſunt.

Victus quotidianus eſt, vt in indice. Veſtiuntur verò Moniales iudicio, & arbitrio Abbatiſſę; cui Prioriſſa, & diſcretę neceſsitates ſingularum Monialium iudicare tenentur. Et nulla apud ſe veſtes habet, præter eas, quæ ad quotidianũ vſum ſunt neceſſariæ.

Nulla, quod ſciatur, quidpiam etiam alij Moniali donat. Abbatiſſa tamen benefactoribus Monaſterij, Monialiumque parentibus, ac conſaguineis proximis ſemel, vel bis in anno aliquid parui momenti cum conſenſu Capituli largitur.

Pecuniæ in capſa quæ duabus clauibus diuerſi operis clauditur, collocantur; quarum clauium ab Abbatiſſa vna, & altera à maiori Diſcreta aſſeruatur; Neque capſa aperitur, niſi vtraq; ſit præſens cum ſcriba maiori.

De Obedientia.

Obedientes ſunt ferè omnes ſemper: & quãdo aliqua ex fragilitate repugnare, vel non ſtatim obedire videtur, pęna graui iuxta qualitatem delicti plectitur. Nulla, n. eſt à trib. annis, & vltra, quę pertinax, & ita contumãx, extiterit, vt illud crimen ad ſuperiorẽ referre opus fuerit, Diſcretis ad præſcriptũ Concil.

Conc. Prou. 1. eod.

Nulla eſt familiaritas, neque familiaritatis ſuſpicio extra Monaſterium: Inter ipſas quoque Moniales non videtur eſſe aliqua vitioſa, nimiaùè dilectio.

De caſtitate.

Dormiunt ſingulæ in ſuis lectis, & in cellis ſiuè locis, ſtationibuſuè peculiaribus; duabus tamen exceptis quæ ex cauſa, atque cum ſuperioris facultate in ſcriptis in eadem cella, licet in diuerſis cubilibus dormiunt.

Concil. Prou. 5. eod. S. Ant. d. cap. 6. Vital. in cle. 2. §. 1. n. 25. de ſtat. mõ. Petr. p. 4. de refor. mon. c. Fucar. de conſect. diſt. 5.

Nemo aliam tangit, niſi neceſsitatis cauſa; alioquin graui pœna plectitur.

Epiſtolæ, neque aliæ ſcripturæ extra Monaſterium ab'q; Præfectæ facultate minimè mittuntur; neq; etiã vlla attrementariũ priuatim habet: neq; literę recipiuntur, niſi prius viſæ ſint à Præfecta.

Vanitas nulla in veſtibus, velis, alioùè modo in ipſis Monialibus apparet.

Neque etiam calceamentis ferro minutè, perforatis vtuntur.

Neque longos crines, neque trenatos habent.

Conc. Prou. 4. eod.

Specula non habent, neque figmento vtuntur, Verba indecentia nullo pacto proferuntur.

Conc. Prou. 6 eod.

Vbi videri alias poſſent, vel à Concionatore, vel à Medico vel à quocunq; alio, velo conteguntur vſque ad os.

Petr. p. 4. de refor. monial. Fuſch. lib. 2. c. 15. ſub num. 42.

Canes, aues, iumenta, & ſimilia non aluntur in Monaſterio.

Clauſurã inuiolabiliter à ſingulis ſeruatur; & nulla ianuæ cùm aperta eſt, appropinquat.

De clauſura.

Nullus locus eſt, per quem in Monaſterium quis facilè ingredi poſsit præter ianuas.

Neque vllus locus eſt, ex quo in Monaſterium proſpiciatur; cui prouideri poſsit, vel cuius occaſione aliquod ſcandalum oriri queat.

Nemo

Nemo absque facultate Superioris in scriptis, & absq; necessitate Monasteriũ ingreditur; & illos nulla alloquitur, nisi illæ, quibus ab Abbatissa permissum est.

Ad custodiam ianuæ ordinariæ duæ saltem semper assistunt.

De Officio diu. Doc. in d. cap 2. Offici ũrecitatur suis horis, vt in indice.

Psalterium est secundùm ritum Ambrosianum: reliquum verò Monasticum congregationis Sanctæ Iustinæ.

Sunt ferè omnes frequentes.

Dicitur satis distinctè, & attentè.

De alijs exercitationibus spiritualibus. Oratio mentalis singulis diebus bis habetur; Videlicet in hyeme post Primam, & post Vesperas immediatè per horam.

In æstate verò post Matutinum, & post primum signum Vesperarum per dimidiam horam.

Examen conscientiæ fit per quartam partem horæ, antequam dormitionis signum detur immediatè.

Missam singulis diebus audiunt: Duæ verò Missæ quotidie celebrantur.

Confitentur peccata, & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum singulis diebus festis omnes regulariter sumunt; nonnullæ verò etiam ferijs sextis.

Sermones spirituales, concionesue audiunt à Confessario, vel à R. N. ad id deputato ferè singulis festis.

Lectio librispiritualis, vltra illã, quæ in refectorio habetur, in loco, in quo Moniales laboribus nauant, quod laborerium dicitur, per horam singulis diebus ferialibus adhibetur: aliquando etiam inter ipsas fit collatio eorum, quæ audierunt iubente Præfecta.

Leguntur autem libri, quos Confessarius singulis mensibus præscribit vltra caput regulæ, & partem aliquam constitutionũ, quæ ordine quotidiè leguntur

Diebus verò festis nonnullæ ad hoc deputatæ doctrinam Christianam conuersas per horam docent: aliæ separatim in aliqua lectione spirituali, vel in cantu tempus consumunt; Etsi fortè concio non habetur; tunc coniunctim legunt librum spiritualem

Conuentus, siue Capitulum, vt dicitur culparum singulis ferijs sextis habetur; & omnes conueniunt: & dicitur culpa erratorum; & iniungitur pœna ad præscriptum.

Disciplina vt dicitur, in communi fit ferijs sextis; tempore autem Quadragesimæ, & Aduentus, etiam ferijs quartis.

De concordia. Concordia, & pax inter ipsas Moniales esse videtur, & maximè seruatur, vt nulla temporis superioris delicta iniquo animo obijciat: & vt grauiter puniantur, quæ charitatem violant, & quæ zizania seminant.

De silẽtio. Silentium in Ecclesia, in refectorio, & post dormitionis signum regulariter seruatur; alijs verò temporibus, & locis non seruatur omniuo.

De Ianuis. Ianuæ duæ sunt; Vna enim ad vsum Monasterij non sufficit; quarum vna iumentis, curribus, & vehiculisque agendis; altera verò alijs vsibus, & commodis necessarijs inseruit.

Ianitrices quatuor ad ianuam primariam constitutę sunt; quarum duæ saltem semper assistunt: Ad ianuam verò curuum duæ deputatæ sunt, quæ ambæ, quãdo opus est, præsentes sunt, quãdo ianuę aperitur, & quando assistendũ est; Quando autem aliqua illarum iusto impedimento detinetur. Ab Abbatissa alia pro illa vice subrogatur.

De Ianuis. Claues duæ singulis ianuis, & etiam ianuæ ad instar cancelli, quæ in Monasterio est, ante illam curruum, sunt; quarum vna semper penes Abbatissam, aliæ verò apud ianitricem antiquiorem professione asseruatur.

Ianuæ

Ianuæ ante ortum solis minimè aperiuntur.

Concil. Prou. 1. cod. Clauduntur verò vesperi ante signũ Salutationis Angelicæ.

Nunquam aperiuntur nisi duabus ianitricibus præsentibus.

Nulla Monialis ianuæ appropinquat, quando aperta est: neque ipsa aperta, quemquam etiam parentem alloquitur.

De Rotis. Concil. Prou. 4. cod. Rotæ sunt quatuor; Vna ianuæ communi adiuncta, altera in parlatorio; tertia in cellula confessionum: quarta in Ecclesia pro illis, quæ ad Missam necessaria sunt; vt latius in Visitatione locali, seu materiali dicetur.

Omnes clauibus claudi possunt; & semper post salutationis Angelicæ signum, & tempore mensæ clauduntur; & Abbatissæ claues assignantur.

Præfectæ Rotæ primariæ, siue communi sunt quatuor; quarum duæ saltem ibi semper assistunt.

Cibus solùm è rota communi exponitur. Clauis valuarum interiorum rotæ Ecclesiæ ab Abbatissa seruatur sicut etiã clauis rotæ cellulæ confessionem: licet aliquãdo illa Sacristæ maiori, & hæc vltimæ Discretæ, ad quã spectat cura Monialiũ in ijs, quæ ad confessionem pertinent, assignetur, & relinquatur.

De Ecclesia. Ad Ecclesiam ferè omnes semper initio diuinorum officiorum conueniunt.

Habitum decentem deferunt.

Accessus ad Chorum; & recessus ab eo, ordine fit.

In proprijs sedibus persistunt vsq; ad finem nisi ratione officij discedendũ sit.

Silentium seruatur etiam propè Ecclesiam.

Cantus profanus, lasciuusue neque in Ecclesia, neque alibi adhibetur.

Musicis instrumentis, excepto organo, non vtuntur.

In Ecclesia exteriori officia minimè canuntur; sed tantum Missa, & quidem die festo ipsius Ecclesiæ.

De Refectorio. Ad sonitum campanæ refectorij omnes, præter illas quæ legitimè impediuntur, ad benedictionem mensæ conueniunt: Deinde locis suis singulæ iuxta professionem ordine discumbunt. Mensa autem sublata, & gratijs Deo peractis, ordine etiam discedunt.

Carnibus vescuntur diebus Dominicis, ferijs tertijs, & 5. ex dispensatione *Greg. 13.*

Ieiunant ferijs quarta, & sexta.

Ad primam, & ad secundam mensam, manè, & Vesperi libri spiritualis à confessario delectus à iunioribus per orbẽ hebdomadarijs legitur.

Silentium regulariter seruatur.

Nulla alij quidquàm elargitur.

Duæ Ianitrices, & duæ Rotæ Præfectæ ad primam mensam accedunt, aliæ verò ad secundam.

In Dormitorio dormiunt viginti tres.

Silentium seruatur; & vbi violatur, præfecta Dormitorio ad Abbatissam refert.

Lampas nocte iugiter ardet, sicut etiam in claustro, & in infirmaria, quando sunt ibi ægrotæ.

Dato signo Dormitionis omnes, etiã quæ in cellis degunt, statim ad dormitorium, cellasue se conferunt, & dormitum eunt, & an hoc fiat, inspiciunt Abbatissa, & aliæ officiales maiores.

De Dormitorio. Dormitorium nocte claue clauditur, & clauis ab Abbatissa custoditur.

Petr. p. 4. de reform. Monial. Informat. Cellæ verò diù, noctuq; apertæ sunt, ita vt eas Abbatissa semper inspicere valeat; præter illas claustri superioris, in quibus iuniores degunt, & illas nouitiarum, quæ extra vecte clauduntur noctu; & tempore Matutini à Præfecta claustri, & à Præfecta nouitiarum, vel ab earum substitutis aperiuntur.

Aegro-

Infirmatio. Aegrotæ omnes cubant in infirmaria; & valetudine recuperata statim ab ea recedunt.

Eas Abbatissa quotidie visitat.

Illarum curæ quatuor deputatæ sunt, quæ quanta maxima possunt patientia, & diligentia officio suo non desunt.

Vbi aliqua grauiter ægrotat, absoluta oratione mentali, pro ea aliquo breui temporis spatio superioris arbitrio semper oratur: nec alia suffragia spiritualia desunt.

Cibus quoque & medicamenta opportuna illi adhibentur.

Nulla medicamentum, etiam leue absque medici consilio sumit.

De Vestiaria. Vestes omnes in vno cõmuni loco asseruantur, præter illas ægrotarum contagionis nomine suspectas.

Vestibus quatuor præfectæ sunt, ad illas excutiendas, purgandas, ac farciendas; quæ etiam sororibus in singulas hebdomadas pro tempore, &, vt opus fuerit, illas distribuunt.

Subuculis, & linteaminibus lineis absque dispensatione vtuntur vltra quindecim annos.

De Laborerio. Duæ Moniales maturæ, ac prudentes laboribus Monialiũ præficiuntur, quę ad Rotam accipiunt, quæ eleborandæ sunt; eaque Monialibus distribuunt, & ex rota accepta mercede restituunt, præsente semper Rotæ Præposita. In hisq; nulla alia Monialis se ingerit; etiam si eius occasione à cognatis, parentibusue aliquid elaborandum mittatur.

Conc. Prou. eod. Frequentes sunt; & vbi aliqua non iustè impedita ab huiusmodi laboribus abstinuerit, punitur ad præscriptum Concilij.

Nulla, Ianitricibus exceptis, alibi, quã loco operibus elaborãdis cõstituto acupingit, aliudue quicquã manib⁹ elaborat.

Lectio libri spiritualis quotidie adhibetur; manè spatio dimidiæ horæ; à prãdio verò per horam: & legunt iuniores arbitrio Præfectæ. Aliquando rarò tamen, post lectionem, quæ audierunt inter se conferunt.

Sermones cantusue profani nequaquam proferuntur.

Præfecta laborum librum certum habet, in quo quicquid ex ijs laboribus lucri capitur, enucleat è scribit.

Ostia horrei, & eius loci, vbi farina asseruatur duabus diuersis clauib⁹ clauduntur, quæ singulę à singulis præpositis officio custodiuntur: & illæ cùm triticum & farina importatur vel exportatur, semper adsunt. De Horreo, & pistrino.

Triticum in Monasterio solum ad Monasterij vsum, & necessitatem asseruatur; sic de frugibus, & annona.

Offulæ & alia huius generis aliquando donandi causa tantum conficiuntur.

Quando panis cõficitur, accedunt ad ipsum conficiendum tres deputatæ, & conuersæ omnes, & aliæ, si opus est, iussu Præfectæ, vel Priorissæ.

Ostia collocutorij; & intus, & foris claue clauduntur. Claues autem ostiorũ exteriorum tempore Quadragesimæ, & Aduentus, & diebus festis semper à Confessario custodiuntur; alijs verò diebus, nocte tantum, die verò apud Abbatissam asseruãtur; apud quam etiã asseruari solet diù, ac noctù clauis ostij interioris. De Collocutorio.

Nunquam autem aperiuntur, nisi longiori collocutione opus sit: & cum ibi aliqua colloquendi causa adest, semper patent.

Auscultatrices ita loquentibus assistunt, vt quid intus, & foris dictum, factumue fuerit, ipsæ quoque audire, & cognoscere queant.

Abbatissa diligenter, ac prudenter regit, & maximè curat pacem & concordiam inter Moniales. De Administratione.

Visitat ter in singulos annos vnà cum Discretis cellas, supellectilem, & libros singularum Monialium.

Negotia grauia cum Discretis in congregatione, quæ singulis mẽsibus bis fieri solet, & sæpius, quando opus est, confert; grauiora verò in Capitulo.

Bona non alienantur, neque permutantur sine consensu, & interuentu superioris, seruatis seruandis, sicut neque ædificatur, neque æs alienum contrahitur vltra quingentos aureos. Locantur verò cum consilio deputatorum propositis Cædulis.

Reparationes hoc anno factæ ex cõsilio deputatorum sunt, vt in indice.

Instrumenta, & iura Monasterij seruantur in Archiuio sub duabus clauibus; quarum vna est penes Abbatissam, altera penes Discretam maiorem.

Abbatissa rationem bonorum Monasterij præscriptam fideliter, & accuratè habet.

Singulis tribus mensibus ad Capitulum summatim refert rationẽ accepti, & expẽsi: & quotannis superiori, & Monasterij Curatoribus deputatis.

Conuentio nulla fit de Eleemosyna spirituali, cum nouitia recipitur, sed superioris arbitrio remittitur.

Nouitiæ loco separato à cæteris Monialibus cum Præfecta, & eius coadiutrice habitant: Earum curam sola magistra electa, & eius socia habent; alia præterea nulla: quæ ipsas præcipuè in volũtate abijcienda exercent.

In principio autem ingressus exercitationibus spiritualibus maximè incũbunt, curante hoc Confessario.

Monasterio Nouitiæ causa nihil datur præter id, quod necessarium est ad victum, & vestitum illius temporis, quo in nouitiatu fuerit, quod soluitur antequã puella in Monasteriũ ingrediatur.

Quod verò Eleemosynæ gratia datur, deponitur tempore, quo puella habitũ suscipit apud virum à superiore approbatum.

Ante professionem per mensem Abbatissa Archiepiscopo significat, quo tẽpore nouitia professura sit.

Nulla cogitur vllo modo ad professionem emittendam.

Professionis diei, & anni, quo facta est, memoria in libro conseruatur, cùm subscriptione illius professæ, & saltem quando ipsa scribere nescit, eius quæ illam ad professionem admisit.

Die professionis, habitusue in forasterijs, ædibusue Monialium conuiuia minimè fiunt, neque bellaria dantur.

Anno die habitus, & professionis quælibet sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, maximè pro gratiarum actione suscipere solent.

De Conuersis. Conuersæ recitant loco diuinarum horarum orationem Dominicalem, & Salutationem Angelicam centies singulis diebus: aliquæ verum officium Beatissimæ Virginis, & hoc à decẽ annis citrà.

Ipsæ quoque inuiolabiliter clausurã seruant.

Nulla particulariter alicui seruit, sed in communi omnibus.

Monialibus velatis debitam reuerentiam regulariter non reddunt.

Doctrinam Christianam diebus festis audiunt.

De Puellis ad religionem admittendis. Nulla ad Capitulum admittitur, neq; illi quicquam promittitur, nisi prius habita facultate ab Ordinario, postquam examinata fuit: Et cum Capitulum habent, suffragia tacita feruntur.

Et nulla ad religionem, neq; ad professionem censetur admissa, nisi duas ex tribus partibus suffragiorum tulerit.

De suffragiorum autem exitu statim superior admonetur.

Non

Non recipiuntur vltra tres germanas, & quatuor eiusdem familiæ.

Puella manè ad Monasterium nulla pompa ab intimis propinquis mulieribus, & nullo aliorũ inuitatu deducitur.

Eleemosyna, & impensæ faciendę in ingressu, vel professionis tempore prę-scribuntur à superiore: & nulla cogitur conuiuium, seu pastum facere.

Nulla induit habitum ante Sacramẽtum Confirmationis.

De puellis in educatione. Puellę vltra hominum memoriam in hoc Monasterio educari solent.

Nulla in educatione recipitur, nisi cũ facultate scriptis exarata.

Puellę in educatione à Monialibus separatæ viuunt in omnibus, præterquã in Ecclesia, cùm Missa, & diuina officia celebrantur.

Vestiunt vestibus modestis præscriptum.

Cincinnatæ non sunt: neque inaures, aut huiusmodi deferunt.

Nulla in educatione est, quæ vigesimumquintum annum egerit.

Pro cuiuslibet educatione soluũtur triginta aurei singulis annis: Cuius pecunię dimidium in singulos sex menses repræsentatur: nisi aliquando vberior taxa ratione penuriæ à superiore præscribatur.

Officiale & Ministri. Confessarius est R. P. N. ex facultate concessa à Reuerendiss. Archiepiscopo die 20. Aprilis 1591. cuius etiam consensu singulis annis illi soluuntur nummi aurei vigintiquinque.

Capellani sunt duo, videlicet P. N. cum facultate Vicarij Generalis, die 17. Octob. 1592. & P. N. cũ eiusdẽ facultate, die 4. Ianuarij 1593. Et vnicuiq; eorũ soluuntur libræ ducentum singulis annis.

Clericus est N. N. Acolytus, cui persoluuntur libræ triginta quatuor quolibet anno cum facultate Vicarij, die 5. Ianuarij 1593.

Deputati sunt R. D. &c.

Magnifici DD. &c. arbitrio Reuerendiss. Archiepiscopi. Et de deputatione facta die 2. Ianuarij 1590. constat in Cancellaria Archiepiscopali.

Negotiorũ gestor est N. cui soluuntur nummi aurei quinquaginta quolibet an.

Famuli sunt N. N. & Ancilla vna, quorum singulis scuta duodecim in anno persoluuntur, & omnes à superiore probati sunt.

Reditus, & exitus, vt in Indice.

Creditores, & debitores, vt in Indice.

Cætera omnia vt in Indicibus, & Inuentarijs. Huiusmodi verò status generalis ex ijs quæ ipsemet Visitator viderit, & ex pluribus fide dignis cognouerit, elici potest.

Dum autem Visitator singulas alloquitur, statum cuiuscunque peculiarem, vt infra conficiat, atque describat.

CAPVT VI.

Status peculiaris Monialium

Si Priorissa, vel Discreta, vel alias Abbatissa scribatur R. REVER. M. D. Catharina N. Mediolanensis fil. q. N. de N. & N. de N. iugalium annorum 45. Completorum die prima Iunij Choralis.

Ingressa, vt ait, sponte, & examinata fuit ad Capitulum à R. N. Ad habitum verò à R. N. &c.

Habitũ suscepit die 20. Augusti 1564. à R. D. N. Vicario; Abbatissa verò R. D. N. D. N. Alijs verò D. N.

Examinata ad professionem à R. D. N.

Professa coràm R. D. N. Abbatissa verò R. D. N. die 26. Aug. 1565. vt de receptione, & professione cõstat in libro ad hoc cõfecto, qui apud scribã asseruatur.

Eleemosyna libr. 3000. vt in eodem libro scriptum est.

Liuellum lib. 40. singulis annis.

Cessionem omnium iuriũ suorũ patri, & fratribus fecit paulò ante susceptionem habitus.

Bonæ valetudinis.

Frequentat Chorum die, ac nocte.

conuenit cum alijs in Refectorio, in alijsque locis, quando non retardatur ratione officij.

Confitetur peccata, & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumit regulariter singulis festis, & ferijs sextis: tẽpore verò Aduentus, & Septuagesimæ vsque ad Pascha etiam ferijs quartis.

Scit comptè scribere, canere etiam, & organo pulsare, item computationes sumere.

Est Abbatissa electa, & confirmata die 6. Iunij proximè præteriti.

Prius erat Præfecta Nouitiarum.

Quæ autem à Monialib. inquirenda sint, ex statu generali suprapositio, & ex ijs, quæ de pœnis dicentur, elici possunt.

Et hæc de Visitatione personali.

CAPVT VII.

De Visitatione locali, seu Materiali.

VISITATIO localis vtilius regulariter fit paulò antequã auricularis, siue personalis absoluatur. Sumptis ergo secum Visitator, si Epis. sit, duobus, vel tribus ex senioribus, licet etiam plures sumere possit, dummodo tamẽ pauci sint, & seniores: vel si Episcopus non sit vno, vel duobus secundum qualitatẽ Monasterij visitandi, qui sacerdotes sint, si haberi possint, ætate, & grauitate maturi, Monasterium ingrediatur: Et in primis ad Ecclesiã interiorem duabus saltẽ Monialibus senioribus, sicut in reliquo Visitationis, præcedentibus se conferat: & precibus ante SS. Sacramentũ factis, tabellam, in qua Monialium nomina descripta sunt, legi faciat, singulis ad vocationem respõdentibus: Deinde ipsis benedicat, iubeatq; omnes in Choro, vel in Eccl. persistere, & orare: neminemq; inde, donec Visitatio absoluta nõ erit, exire; nisi cum facultate illius, quæ ibi maior, & tunc Præfecta erit, in casu necessitatis. Deinde descripta Eccl. diligenter omnino, & singula loca visitet, incipiẽdo ab ipsa ianua primaria, & à locis inferioribus. quæ omnia describet, vt infrà: Videatque, ne vlla sit, quæ aliquid propriũ, vel superfluum, vel statui suo minimè conueniens retineat. Et vbi tũc prouidere potest, sicut etiã de alijs trãsgressionib. prouideat: alioquin illud scribat: scribiuè faciat: præcipuè autẽ quod ad clausurã attinet: & hoc etiã in Monast. Regulariũ iuri, curæq; subiectis, diligẽter, ac curateq; visitet; loca ipsa introspectet, atq; ex superiori etiã parte circũlustret, & cautè, solerterque inspiciat prospectus omnes, aditus, & cætera deniq; omnia, quæ ad clausuram tuendam vllo quouis modo pertinent, maximè an talẽ habeat altitudinẽ, vt difficilè conscẽdi possit: an muri sint firmi, securi, ac benè muniti; & an in illis vllũ sit foramẽ, per quod Moniales aspicere, vel inspici queant; sicut etiam de fenestris. An ianuæ, rotæ, & fenestræ superfluæ sint, & an ad præscriptum: Videat etiã an tecta sint separata, & omnino distincta: & singula describat, vt infrà. Et quãtũ ad hoc, singulas etiam Moniales Regularibus subiectas interroget, si opus esse viderit,

De-

S. Ant. d. c. 6.

Clem. 2. de stat. Monac. Greg. XIII. Cõst. 25.

Deinde in Eccl. interiori breuem sermonẽ habeat, secũdum statum in Visitatione repertũ: quo absoluto, si aliqua sit publicè corripienda, ipsam corripiat, ac puniat, & benedictione impartita recedat.

CAPVT VIII.

Status Materialis descriptio.

MONASTERIVM S. N. constructũ, & dotatum à Comitissa N. anno 1485. cum consensu Ordinarij, vt publico Instrumento rogato per N. Notariũ, & Cancellarium Archiepiscopalem sub die 3. Ianuarij 1485. & in libro antiquo Monasterij.

Dos, qua dotatum fuit, est scutorum 15000. in bonis stabilibus sitis in territorijs Rosati, & Meltij, vt cõstat ex Instrumento, & libro.

Loca requisita sunt, vt infra.

Ecclesia exterior vnica naue constãs, fornicata, & satis decenter constructa, & ornata.

Consecrata à Reuerendissimo N. Archiepiscopo die 6. Iunij 1555. vt constat lapide marmoreo in ipsius Eccl. pariete.

Sanctissimum Eucharistiæ Sacramẽtum assiduè ibi in Tabernaculo decenti asseruatur; ante quod lampas iugiter ardet, scilicet in Ecclesia interiori, in exteriori autẽ, quãdo fores apertę sũt.

Sacrum oleum pro ægrotis in fenestella ad præscriptum decenter quoque asseruatur.

Vnicum adest altare ad formam præscriptam, quod etiam cõsecratum est, vt suprà, sine aliquo peculiari onere.

Imagines sacræ sunt comptæ, & veritati consonæ.

Alia autem ad Ecclesiam exteriorem spectantia ponantur, vt suprà in Visitatione Materiali de Ecclesia.

Ecclesia etiam interior satis pulchra, & ampla cum Choro, & sedilibus perpolitis pro sexaginta Monialibus.

Fenestræ omnes, & clathra sunt ad præscriptum.

Item Rota cum valuis, sera, & claue.

Sacristia decens à parte Aquilonarij, cum suppellectili, vt in Indice.

Cœmeterium propè Sacristiam cum duabus sepulturis, vna pro Velatis, altera pro Conuersis.

Ianua communis è duplici assere satis firmo constat; in illaq; nulla rimula patet. Limen è solido lapide est, & ipsi portæ strictim cohęrescit. Fenestellula clathrata est ad præscriptum: & claues duę sunt diuersi operis.

In ingressu est atrium, in cuius medio est fons aquæ satis abundãs pro vsu Monialium. Et clausstrum cum columnis decem, & octo è solido lapide.

Locus collocutionis vnus est in Monast. licèt duo exteriores sint cum clathris, lamina, fenestellula cum claue, & vecte, & pãno lineo, atq; valuis ad præscriptum: Eius ostiũ, etiã vecte, & claue clauditur.

Refectorium amplum, longum videlicet cub...., latũ verò cub.... satis pulchrum, cum mensis, sedilibus, suggestu, seu lectorili ex nuce: Et in capite ipsius repræsentatur Cœna Domini nostri pict ura satis eleganti.

Vrceoli, paterę, patinæ, & alia huiusmodi vniformia sunt.

Propè ipsum Refectoriũ est coquina satis commoda, & benè instructa longa cub.... lata verò..... cum camino, & cum furnulo, cumq; duob. abacis. Patinę

autē, & alia sunt sigillo Monast. signata.

Coquinæ cella penaria adhæret, quæ longa est cub ..... lata verò .... & in ea pariter sunt abaci duo, cum clauibus & vectibus & plura vasa. Penus est magna copia, non tamen vltra vsum Monialium.

In eodem claustro sequitur officina Aromataria, quæ ampla est, & etiam satis instructa; Et quę illi præfecta est, omnia, quæ necessaria, opportunaue sunt, in varijs libris describit.

Deinde est locus, siue potius loca pro ægrotis. Est enim locus vnus amplus, longus cub... & latus ... qui illis, quæ non admodum grauiter laborant, inseruit. Et in loco hoc dicitur officium diuinum; & nocte lampas ardet. Alius etiam est longus cub..... latus verò .... pro illis, quæ grauiter laborant.

Alius sequitur in eodem claustro locus, qui etiā ægrotis inseruit: ibi enim calefiunt, dapesque earum cōquuntur.

Postremò est scala, per quam descenditur ad cellam vinariam, quæ ampla est; & in ea sunt dolia sexdecim magna, quæ singula continent triginta cados; & viginti parua, quorum quædam quatuor, & alia sex cados continent.

Hortus nimis amplè patet: est enim circiter perticas ..... & quotidiana hominum opera eget.

Et hoc in pacto reliqua etiā loca describantur. Et aduertatur an caminus extructus sit in priuatis cellis; An horreum, & locus in quo farina conseruatur, duabus clauibus diuersis obserentur: An in loco, in quo cōfessiones audiuntur, rota sit parua. Et hæc sufficit indicasse quoad descriptionem Monasterij.

Et notandum est, quòd vbi obeliſco siue asteriſco * signatum est, ibi conficiendum est decretum.

CAPVT IX.

Quæ à Visitatore potissimum præstanda post Visitationem, maximè in correctione facienda.

CONFERAT Visitator deinde indices, & inuentaria: atque diligenter videat, an prouentus percepti pro Monialium vsu, anno illo sufficiant, an supersint. Et præscribat quātum tritici, vini obsonij, & aliarum rerum ad vniuersarij victus sustentationem satis esse existimarit.

Videat etiā, an quæ à parentibus, alijsnè nomine liuelli debentur, persoluantur, & cui: & omnia describi curet. Postremò decreta conficiat, præcipuè circa substantialia religionis, communem victū, & vestitum, clausurā, cultum diuinū, charitatem, pacem, & concordiam, & circa vitandū otiū, frequentes accessus, & superfluas expensas, & aspectus vicinorum remouendos; pœnas etiā legitimas iniungēdo. Et postea diligenter curet vt ipsa decreta executioni mandētur. Gl. in c. ad reatū, dist. 81. Fusch. l. 2. c. 18. num 50.

Pœnæ autem præscriptę sunt, vt infra.

Prę fecta, & alię Moniales, quę Ecclesiasticos, aut laicos homines quauis causa, prętextuue intra Monasterij septa absque Episcopi concessu literis consignato, ingredi permiserint, ipso facto excō- Greg. XIII.

munica-

const. 36. munications pœnam subeunt, à qua absolui non possunt, nisi à summo Pontifice, præterquàm in articulo mortis: & etiam alijs pœnis plectendæ sunt.

Concil. Prou. 1.

Conc. Prou. 4. eod. Præfecta, si fuerit negligens in dispensatione, administratione uè præscripta, ab officij sui munere suspendenda est.

Conc. Prou. 1. eod. Præfecta permittens pernoctare marem, fœminamuè cuiusuis generis, etiã si ipsis Monialibus inseruiret, vltra excommunicationem latæ sententiæ, punienda est arbitrio superioris.

Concil. Prou. 1. eod. Præfecta permittens puellas foris degentes artem aliquam à Moniali etiam ad feneſtellam doceri, semestri administrandi officio priuanda est.

Concil. Prou. 1. eod. Præfecta habens pecuniam, gemmas, vestes, & huiusmodi, aut vasa florum, aut fructuum, depositi, seu custodiæ nomine, officio, cæteræ autem velo priuandæ sunt

Concil. Prou. 1. eod. de præl. ad relig. Præfecta, si culpa, aut negligẽtia eius aliqua ad religionẽ, vel ad professionẽ minus legitimè admissa fuerit, ab officij administratione submota, velo etiã ad sex menses eo ipso priuata esse intelligitur.

Concil. Prou. 5. eod. Et si non præuio examine, seuerè punienda est.

Concil. Trid. sess. 5. de regul. cap. 17. Præfecta, si neglexerit significare Episcopo, quo tempore Nouitia professura sit, ab eius officio tamdiu amouenda est, quoad Episcopo videbitur.

Concil. Prou. 1. eod. de clauſ. Præfecta permittens ali boues, equos, & iumẽta cuiusuis generis in septis Monasterij, tres menses ab officij sui munere amouenda est.

Si aliqua Monialis fornicationem, stuprumuè commiserit, in arctius Monasterium detrudenda est; vt orationibus, & ieiunijs intẽta, sic pœnitẽdo proficiat; & metuẽdũ cæteris arctioris disciplinæ præstet exemplũ. Quod intelligitur, quãdo Monasteriũ negligẽtię arguitur: aliàs in suo Monasterio arctius detrudi debet.

c. si qua Monachorum, 27. q. 1. gl. in d. c. si qua. proprietaria voce actiua, & passiua biennio priuanda est.

Concil. Trid. sess. 25. de regul. cap. 2. Item alijs pœnis secundum regulam, & constitutiones Monasterij punienda est, præcipuè, quæ nummos etiam modicos, nisi ratione officij, habuerit; licet de consensu Præfectæ, quæ eo casu eadem pœna punienda est; sicut etiã Monialis, quæ id sciuerit, nec bidui spatio Præfectę, vel, si ipsa in culpa fuerit, & superiori non denunciauerit. Maximè aũt puniẽda est illa quę furtim aliquid vendicauerit.

Concil. Prou. 1. eod. Vendẽti, vel in Eleemosynã largienti esculenta, vestes, & alia etiã ad propriũ vsum attributa, vel etiã leganti velũ per mensem adimendum est; & ter verberibus ad disciplinam se affligere cogatur.

Nisi ex superioris facultate aliquid religionis causa, vel aliud exiguum parentibus alijsque merentibus donetur.

Recusans pœnitentiam pertinaciter, terrã ante pedes Monialium osculari, & sibi flagella nomine disciplinæ adhibere debet.

Superbè autem, vel iniuriosè superiori respondens à Discretis ad superiorem deferẽda est: aliàs ipsæ disciplinã sibi adhibere, & humi cibũ capere cogẽdę sunt.

Concil. Prou. 1. eod. Recusans officium sibi à superiore delatum, voce actiua, & passiua superioris arbitrio priuanda est.

Pet. pan. 4. c. 23. gl. in c. si qua. Incorrigibilis in arctius Monasteriũ detrudenda est: quando videlicet Monasterium negligentiæ arguitur.

Concil. Prou. 1. eod. Introducens absque facultate legitima aliquã personã in Monasteriũ cuiuscunq; ætatis, & conditionis, etiã matrẽ, vel sororem, vltra excommunicationẽ, in quam ipso facto incurrit tribus mensibus in carcerem concludi, atque sextis ferijs pane, & aqua tantum ieiunare cogitur, & per annum illi velum adimitur.

Eadem pœna puniendæ sunt Præpositæ Ianuæ, Rotæ, & præfecta, & etiam quæcun-

quæcunque alia consenserit.

Concil. Prou. 1. eod. de claus. Loquens cum externo absq; facultate legitima priuatur triũ mensiũ facultate loquẽdi cùm cæteris externis omnibus, etiã propinquis: & eo tempore singulis sextis ferijs flagella nomine disciplinæ publicæ sibi adhibere debet dicendo psalmum, Miserere mei Deus.

Concil. Prou. 6. eod. Alia pœna est, vt prima vice priuetur biennio voce actiua, & passiua; secunda arbitrio Episcopi; tertia est excommunicata ipso facto.

Scribens, aut literas sibi missas legens inscia superiore, per duos menses è cella sua pedem efferre non debet; & singulis sextis ferijs pane, & aqua tantum vesci cogenda est; nisi ad superiorẽ scripserit. Et si aliqua criminis suspicio fuerit, etiam sex menses facultate loquendi ad fenestellam collocutorij, & velo priuanda est.

Concil. Prou. 6. eod. Accedens ad ianuã quando aperitur, vel ad aspiciendum, vel ad loquendum, præcluditur in cellã arbitrio superioris.

Eadem pœna plectenda est Præfecta ianuæ, quæ id permiserit, vel ad superiorem non detulerit.

Concil. Prou. 1. eod. Auscultatrices officio suo minimè fungentes grauissima pœna puniantur arbitrio superioris.

Concil. Prou. 1. eod. de diui. off. Versans in Ecclesia minus religiosè, vel aliquid faciens contra ea, quæ illis de diuinis officijs præscripta sunt, acriter pro modo culpæ arbitrio Præfectæ punienda est.

Ambiens honorẽ, vel officiũ, priuatur officio, si ipsum consecuta erit, & trib. sextis ferijs ante pedes Monialium deosculari, ambitionemque suam accusante cogenda est.

Concil. Prou. 1. eod. Etiamsi indirectè, vel per aliam requisiuisset honorem, vel officium.

Et eadem pœna etiam fautrices afficiendæ sunt.

Violans Charitatem acerrimè à Præfecta vel à superiore punienda est, siue id re, siue verbo fiat. Concil. Prou. 1. eod.

Obijciens delicta superioris temporis malo animo terram ante pedes Monialium osculari, & sibi flagella nomine disciplinæ adhibere compellenda est. Concil. Prou. 1. eod.

Tradens calculum in manum alterius in capitulo, voce actiua, & passiua arbitrio superioris priuatur. Concil. Prou. 1. eod.

Erudiens Nouitias, cùm ad ipsam non pertineat, pœna priuationis suffragij actiui, & passiui punitur. Concil. Prou. 1. eod.

Quæ bona Monasterij perperam perdiderit, acerrimè arbitrio superioris punitur. Concil. Prou. 1. eod.

Ad refectorium non accedens tempore debito, vel suo loco non sedens, vel recedens ante gratiarum actiones obsonio vnius diei priuatur; atque in mensa in postremo loco discumbere debet. Concil. Prou. 1. eod.

Accipiens aliquid elaborandum priuatim punitur disciplina in loco, in quo Moniales in operibus elaborandis exercentur. Concil. Prou. 1. eod.

Non conueniens cum alijs ad laborandũ obsonio illius temporis priuatur. Concil. Prou. 1. eod.

Habens speculũ, catellũ, vnguẽta, suffimẽta, & alia huiusmodi acriter punitur. Concil. Prou. 1. eod.

Offulas, & alia huius generis conficiens causa donandi, vel vendendi arbitrio superioris punitur. Concil. Prou. 1. eod.

Decretis autem confectis, atque publicatis ipsa in librum à scriba referri mandet. Abbatissæ verò, & Discretis iubeat, vt singulis mensibus, donec executioni mandata fuerint, Reuerendi ss. Archiepiscopo, vel sibi, quid executum fuerit, & si qua in executione difficultas fuerit, scribãt, pœna arbitraria imposita.

Et hæc ad Dei Omnipotentis, atque Beatissimæ Virginis laudem, &c.

Collegij Soc. IESV Padub. 1669

FINIS.

PRAXIS EPI
SCOPALIS
PIASECY
&
PRAXIS VI
STATIONIS

Th
4752